

DRIOUX

LA
SAINTE BIBLE

4

BS230
1872
v. 4

007852

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080014672

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES.

TOME IV.

EXTRAITS DES LETTRES

DE LEURS GRANDEURS MONSEIGNEUR L'ARCHEVÊQUE DE BOURGES
ET DE MONSEIGNEUR L'ÉVÊQUE DE SAINT-CLAUDE.

Monsieur l'Abbé,

Je suis l'un des souscripteurs à la *Bible* que vous publiez chez MM. Berche et Tralin. Je ne doute pas que les notes ajoutées par vous, aux commentaires si connus et si généralement appréciés de Ménochius, ne les complètent très-heureusement et n'en fassent un ouvrage au niveau de la science actuelle, et dont le clergé pourra se servir très-utilement pour la connaissance des saintes Écritures.

Veuillez donc recevoir, Monsieur l'Abbé, mes encouragements très-sincères.

‡ C. A., *archevêque de Bourges.*

Monsieur l'Abbé,

J'ai reçu les trois premiers volumes de votre *Bible classique.* Si je ne vous ai pas écrit plus tôt, c'est que j'ai voulu recueillir les témoignages de mon entourage sur votre précieux travail. Tous s'accordent à en faire les plus grands éloges, et pour mon compte, je les juge très-mérités. Je suis heureux de voir cet ouvrage déjà entre les mains de mes séminaristes de Lons-le-Saulnier. C'est le témoignage que m'a rendu leur digne et savant Supérieur, lorsque j'ai demandé son concours pour son utile propagation.

Veuillez donc agréer, Monsieur l'Abbé, mes encouragements et mes félicitations avec les sentiments, etc.

‡ L. A., *évêque de Saint-Claude.*

LA
SAINTE BIBLE

CONTENANT

1° LE TEXTE SACRÉ DE LA VULGATE;
2° LA TRADUCTION FRANÇAISE DU R. P. DE CARRIERES;
3° LA CONCORDANCE DES LIVRES SAINTS;
4° LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS;
5° DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES
METTANT PERPÉTUELLEMENT LE TEXTE SACRÉ EN RAPPORT AVEC LES TRAVAUX ET LES DÉCOUVERTES
DE LA SCIENCE ACTUELLE,

PAR M. L'ABBÉ DRIOUX,

Docteur en Théologie,
Vicaire général et chanoine honoraire de Langres, Missionnaire apostolique,
traducteur de la *Somme de saint Thomas*,
et auteur d'un *Cours de Littérature*, *de Géographie et d'Histoire*,

Cette publication a été honorée de l'approbation et des encouragements de Mgr l'Archevêque
de Bourges et de Mgr l'Évêque de Saint-Claude.

TOME QUATRIÈME.

Les Psaumes (CI-CL), les Proverbes, l'Ecclésiaste, le Cantique
des cantiques, la Sagesse, l'Ecclésiastique, Isaïe (I-XXXIX).

PARIS,
BERCHE ET TRALIN, LIBRAIRES-ÉDITEURS,
82, rue Bonaparte, 82.

1872

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Téllez
FONDO EMETERIO VALVERDE TELLEZ
44567

220.7
D.
BS230
1872
v.4

Propriété des Éditeurs.

CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Bar-le-Duc. Imprimerie Contant-Laguerre.

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES.

LES PSAUMES

[Suite]

PSAUME CI (CII).

Prière d'un captif qui demande sa délivrance.

1. Oratio pauperis, Cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam.	1. Prière du pauvre lorsqu'il sera dans l'affliction, et qu'il répandra sa prière en la présence du Seigneur.
2. Domine, exaudi orationem meam; et clamor meus ad te veniat.	2. Seigneur, exaucez ma prière, et que mes cris s'élèvent jusqu'à vous.
3. Non avertas faciem tuam a me; in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.	3. Ne détournez point votre visage de dessus moi. En quelque jour que je me trouve affligé, rendez-vous attentif à ma voix.
In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.	En quelque jour que je vous invoque, exaucez-moi promptement.
4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei; et ossa mea sicut cremium aruerunt.	4. Car mes jours se sont évanouis comme la fumée: et mes os sont devenus aussi secs que le bois destiné à allumer le feu.

Psal. CI. — 2. *Domine, exaudi orationem.* D'après la plupart des saints Pères et des interprètes, ce Psaume a été composé au temps de la captivité par Daniel, Jérémie ou Néhémias. C'est une prière que l'auteur adresse à Dieu pour le conjurer de mettre fin à la captivité de son peuple déjà trop longue et de lui permettre de rebâtir Jérusalem. Les versets 14, 15, 16 et 17, prouvent que la captivité de Babylone touchait à sa fin, ou que peut-être l'édit de délivrance était déjà rendu. La délivrance d'Israël étant l'image de la rédemption du monde par le Messie, on peut voir dans ce Psaume Jésus-Christ priant pour son Eglise. Ce sentiment paraît d'autant plus fondé, que saint Paul applique au Christ dans leur sens littéral les derniers versets de ce Psaume. On peut aussi voir dans ce Psaume les sentiments d'un pécheur touché de sa misère qui implore la miséricorde divine. C'est pour cela que l'Eglise le met au nombre des sept Psaumes pénitentiaux.

Psal. CI. — 1. *Oratio pauperis.* Nomine pauperis aliqui Christum Dominum intelligunt; alii populum in Babylone captivum; alii unum quempiam sanctorum, qui pro captivo populo anxius erat, qualis fuit Daniel. Et quidem ad hos omnes accommodari possunt verba Psalmi; sed tamen propheta generatim instituere voluisse videtur omnes qui in afflictione constituti ad orationem confugiunt.

4. *Sicut cremium aruerunt.* Cremium est res cremata facilis, et apta ad ignem concipiendum propter ariditatem. * Cremium quid sit explicat Columella lib. 12, c. 19. Ossa, membra, corpus meum aruit ut cremium. * Fortasse ossium metaphora fundamenta et quasi columnas felicitatis suæ intelligit.

007352

220.7
D.
BS230
1872
v.4

Propriété des Éditeurs.

CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Bar-le-Duc. Imprimerie Contant-Laguerre.

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES.

LES PSAUMES

[Suite]

PSAUME CI (CII).

Prière d'un captif qui demande sa délivrance.

1. Oratio pauperis, Cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam.	1. Prière du pauvre lorsqu'il sera dans l'affliction, et qu'il répandra sa prière en la présence du Seigneur.
2. Domine, exaudi orationem meam; et clamor meus ad te veniat.	2. Seigneur, exaucez ma prière, et que mes cris s'élèvent jusqu'à vous.
3. Non avertas faciem tuam a me; in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.	3. Ne détournez point votre visage de dessus moi. En quelque jour que je me trouve affligé, rendez-vous attentif à ma voix.
In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.	En quelque jour que je vous invoque, exaucez-moi promptement.
4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei; et ossa mea sicut cremium aruerunt.	4. Car mes jours se sont évanouis comme la fumée: et mes os sont devenus aussi secs que le bois destiné à allumer le feu.

Psal. CI. — 2. *Domine, exaudi orationem.* D'après la plupart des saints Pères et des interprètes, ce Psaume a été composé au temps de la captivité par Daniel, Jérémie ou Néhémias. C'est une prière que l'auteur adresse à Dieu pour le conjurer de mettre fin à la captivité de son peuple déjà trop longue et de lui permettre de rebâtir Jérusalem. Les versets 14, 15, 16 et 17, prouvent que la captivité de Babylone touchait à sa fin, ou que peut-être l'édit de délivrance était déjà rendu. La délivrance d'Israël étant l'image de la rédemption du monde par le Messie, on peut voir dans ce Psaume Jésus-Christ priant pour son Église. Ce sentiment paraît d'autant plus fondé, que saint Paul applique au Christ dans leur sens littéral les derniers versets de ce Psaume. On peut aussi voir dans ce Psaume les sentiments d'un pécheur touché de sa misère qui implore la miséricorde divine. C'est pour cela que l'Église le met au nombre des sept Psaumes pénitentiaux.

Psal. CI. — 1. *Oratio pauperis.* Nomine pauperis aliqui Christum Dominum intelligunt; alii populum in Babylone captivum; alii unum quempiam sanctorum, qui pro captivo populo anxius erat, qualis fuit Daniel. Et quidem ad hos omnes accommodari possunt verba Psalmi; sed tamen propheta generatim instituere voluisse videtur omnes qui in afflictione constituti ad orationem confugiunt.

4. *Sicut cremium aruerunt.* Cremium est res crematu facilis, et apta ad ignem concipiendum propter ariditatem. * Cremium quid sit explicat Columella lib. 12, c. 19. Ossa, membra, corpus meum aruit ut cremium. * Fortasse ossium metaphora fundamenta et quasi columnas felicitatis suae intelligit.

007352

5. J'ai été frappé, comme l'herbe : et mon cœur s'est desséché, parce que j'ai oublié de manger mon pain.	5. Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum.
6. *Et* à force de gémir je n'ai plus que la peau collée sur les os.	6. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.
7. Je suis devenu semblable au pélican qui habite dans la solitude : je suis devenu comme le hibou qui se retire dans les maisons.	7. Similis factus sum pellicano solitudinis; factus sum sicut nycticorax in domicilio.
8. J'ai veillé, et je suis devenu comme un passereau *qui se tient* seul sur un toit.	8. Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
9. Mes ennemis me faisaient durant tout le jour, de continuels reproches; et ceux qui me louaient auparavant faisaient des imprécations contre moi.	9. Tota die exprobrabant mihi inimici mei; et qui laudabant me adversum me jurabant.
10. Parce que je mangeais la cendre comme le pain, et que je mêlais mes larmes avec ce que je buvais.	10. Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam.
11. *Je pleurais* à la vue de votre colère et de votre indignation. Elles vous ont porté, *ô mon Dieu!* à me briser, après m'avoir élevé.	11. A facie iræ et indignationis tuæ; quia elevans allisisti me.
12. Mes jours se sont évanouis comme l'ombre; et je suis devenu sec comme l'herbe.	12. Dies mei sicut umbra declinaverunt; et ego sicut fœnum arui.
13. Pour vous, Seigneur, vous subsistez éternellement; et la mémoire de votre nom passera de race en race.	13. Tu autem, Domine, in æternum permanes; et memoriale tuum in generationem et generationem.
14. *Ainsi* vous vous lèverez, et vous aurez pitié de Sion, parce que le temps est venu, le temps d'avoir pitié d'elle.	14. Tu exurgens misereberis Sion; quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

14. *Venit tempus.* Jérémie avait annoncé que la captivité ne durerait que 70 ans. Le Psalmiste voit ces années révolues et alors il s'écrie que le temps de la miséricorde est arrivé. Il ajoute : *Placuerunt servis tuis lapides*, parce que, dans l'exil les Juifs, fidèles à leur foi et à leur patrie, conservaient un culte véritable pour les ruines et les débris de Sion et du temple. Les uns portaient des offrandes à l'endroit même où le temple avait été construit (Jer., XLI, 5), d'autres, comme Néhémias, désiraient revoir le tombeau de leurs ancêtres (II. Esd., II, 5).

---

5. *Percussus sum ut fœnum.* Quemadmodum gramen solis ardore percussum arescit, ita ego arui. — *Aruit cor meum.* Ego arui, præ mœstitia humor radicalis corporis mei exaruit. Metaphora ariditatis corporis spiritualem animæ siccitatem videtur significare. — *Oblitus sum comedere panem meum.* Præ nimia calamitate et angustia cibum aversatus sum. Panis animæ sunt cœlestes veritates, oratio, etc.

6. *A voce gemitus mei.* Propter clamores et suspiria. — *Adhæsit os meum carni meæ.* Emaciatus sum, et ossibus cutis adhæsit.

7. *Pellicano solitudinis.* In Hebr. est vox קאת *qeath*, quam aliqui pellicanum, alii onocrotalum, alii cuculum vertunt. Pellicanus est avis Ægyptia habitans in Nili solitudinibus, quæ dicitur filios a serpente occisos sanguine quem rostro ex suis elicit lateribus, vitæ restituere : * quod Christo crucifixo egregie convenit. Significat propheta se admodum amantem solitudinis factum esse propter animi mœrorem. — *Sicut nycticorax.* In hebræo est, כוס *cos*, quam vocem alii bubonem, alii falconem, alii noctuam, alii cuculum interpretantur. Vox græca νυκτικόραξ *corvum nocturnum* significat : similitudines ab hisce avibus petitæ amorem solitudinis ob tristitiam significant, ut dictum est. — *In domicilio.* Videntur nomine domicilii intelligendæ parietinæ, et domicilia diruta, in quibus hujusmodi aves degere solent.

8. *Vigilavi.* Noctem insomnem transegi. — *Sicut passer solitarius.* Vox hebraica צפור *tsippor*, quamlibet aviculam significat : sicut avicula solitudinem captans. — *In tecto.* In græco est, ἐπὶ δώματι : sunt autem δώματα tecta plana, non fastigiata, qualia fieri solebant in Palæstina, quæ etiam *solaria* dicebantur. Vide dicta Josue c. 2, n. 4.

9. *Tota die.* Quasi dicat : Accedit ad hæc mala quod nullus sit consolator, qui dolorem leniat; sed potius adsunt inimici, qui exprobrationibus illum exasperent, contumeliis aut alia ratione lacerantes animum meum. — *Et qui laudabant me.* Qui olim tempore prosperitatis me laudabant, nunc ex adverso contra me conspirant et conjurant.

10. *Quia cinerem tanquam panem manducabam.* Olim amici mei conjurabant adversum me, quia afflictum me cernebant, et malis eo redactum, ut cinerem tanquam panem manducarem, id est, cinerem vel pulverem cum pane manducarem, ut iis accidit qui humi et in pulvere jacent præ mœrore et luctu, quorum panis et alii cibi pulvere aut cinere asperguntur et inficiuntur. — *Potum meum cum fletu miscebam.* Non intermittebam luctum, ne bibendo quidem.

11. *A facie iræ.* Calamitas mihi vehementis iræ tuæ immissa continenter flere et in pulvere jacere suadebat. — *Elevans allisisti me.* Magna vi sublatum ad solum allisisti.

12. *Dies mei.* Dies mei ad modum inanis et fugacis umbræ velociter transierunt. — *Sicut fœnum arui.* Sicut herba demessa, aut solis ardore percussa.

13. *Memoriale tuum in generationem.* Quemadmodum tu in æternum permanes, ita tui memoria, et mentio, et laus est sempiterna, neque annorum decursu minuitur.

14. *Tu exurgens misereberis Sion.* Tu, quasi a somno excitatus, quo nunc sopitus videris, misericordia moveberis populi tui fidelis. — *Quia tempus miserendi ejus.* Tempus enim jam postulat ut post tot calamitates misericordia illius tangaris, et illi opem feras.

15. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus : et terræ ejus miserebuntur.	15. *Et* parce que ses ruines ont été agréables à vos serviteurs, et qu'ils auront compassion de sa terre *désolée*.
16. Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam.	16. *Alors* les nations craindront votre nom, Seigneur; et tous les rois de la terre votre gloire.
17. Quia ædificavit Dominus Sion; et videbitur in gloria sua.	17. Parce *qu'ils verront* que le Seigneur aura rebâti Sion, et qu'il y paraîtra dans *toute* sa gloire.
18. Respexit in orationem humilium : et non sprevit precem eorum.	18. *On dira alors :* Il a regardé la prière de ceux qui étaient dans l'humiliation; et il n'a point méprisé leurs demandes.
19. Scribantur hæc in generatione altera : et populus qui creabitur, laudabit Dominum.	19. Que ces choses soient écrites pour *en instruire* les autres races, afin que le peuple qui viendra après *nous* loue le Seigneur.
20. Quia prospexit de excelso sancto suo : Dominus de cœlo in terram aspexit,	20. Parce qu'il a regardé du haut de son lieu saint; le Seigneur a regardé du ciel sur la terre,
21. Ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum,	21. Pour entendre les gémissements de ceux qui étaient dans les liens *d'un injuste esclavage*, pour délivrer les enfants de ceux qui ont été mis à mort;
22. Ut annuntient in Sion nomen Domini : et laudem ejus in Jerusalem,	22. Afin qu'ils annoncent dans Sion le nom du Seigneur, et *qu'ils publient* ses louanges dans Jérusalem,
23. In conveniendo populos in unum, et reges ut serviant Domino.	23. Lorsque les peuples et les rois s'assembleront pour servir conjointement le Seigneur.
24. Respondit ei in via virtutis suæ : Paucitatem dierum meorum nuntia mihi,	24. *Or le pauvre* lui a dit, *étant encore* au milieu de sa force : Faites-moi connaître, *ô mon Dieu!* le petit nombre de mes jours,
25. Ne revoces me in dimidio dierum	25. *Et* ne me rappelez pas à *vous* à la moitié

23. *Et reges ut serviant Domino.* Il y eut des rois qui, tout païens qu'ils étaient, adorèrent le vrai Dieu dans son temple, comme les prophètes l'ont souvent répété. C'est ce qu'on peut voir dans les livres des Machabées et les *Antiquités* de Josèphe. C'était, dit Bossuet, la figure des Gentils qui devaient se convertir à la foi.

---

15. *Placuerunt servis tuis lapides ejus.* Rudera, fragmenta et parietinæ Sionis servis tuis, * Zorobabeli, Esdræ, Nehemiæ placuerunt, et illam instaurare studuerunt. Factum * id etiam spiritualiter per Christum et apostolos, et alios qui Ecclesiæ ædificationi operam dederunt. — *Terræ ejus miserebuntur.* Miserebuntur terræ desolatæ et destructæ.

16. *Timebunt... nomen tuum.* Non carebit fructu Sionis instauratio; nam exteræ gentes te, nomen tuum et potentiam tuam inde discent revereri, et in pretio habere. — *Et omnes reges.* Est repetitio. Reges cum gentibus suis timebunt, etc.

17. *Et videbitur in gloria sua.* * Sion gloriæ suæ restituetur. Visus est etiam Christus in Sion in sua gloria et miraculorum splendore, cum versaretur inter homines. Videbitur etiam in gloria sua, cum ad judicandum venerit in judicio extremo.

19. *Scribantur hæc in generatione altera.* Notentur hæc mysteria pro generatione olim futura. — *Populus qui creabitur.* Qui futuris temporibus successive nascetur. — *Laudabit Dominum.* Cum viderit impleta quæ tanto ante prædicta sunt.

20. *Quia prospexit.* Hæc est ratio propter quam populus novi Testamenti laudabit Dominum; quia nimirum de cœlo benigno oculo prospexit in terras, ut suis fidelibus benefaceret. — *De excelso sancto suo.* Tabernaculo; sanctuario; cœlo.

21. *Compeditorum.* Qui vincti tenebantur a dæmone hujus mundi principe. — *Filios interemptorum.* In Hebr. est, *filios mortis;* illo autem phrasi hebræa dicitur *filius mortis*, qui mortem meretur, aut ad mortem destinatus est. Possumus etiam per filios interemptorum intelligere filios veteris Adami et Evæ, qui primi serpentis astutia occisi sunt.

22. *Ut annuntient.* Ut captivitate soluti prædicent et celebrent nomen Domini, etc.

23. *In conveniendo populos in unum.* Ut annuntient Dei laudem, cum populus et principes, privati et magistratus conveniunt in unum in Ecclesiam ad laudes Deo dicendas.

24. *Respondit ei in via virtutis suæ.* Genebrardus putat sensum esse : populus Domino respondit pro modulo virtutis suæ, id est, potentiæ et facultatis suæ, secundum suas vires, toto conatu et studio. Vel sunt verba prophetæ, vel pii cujuslibet, aut pauperis ejus cujus mentio est titulo. Hic ergo in via virtutis ejus, id est, in flore ætatis suæ, cum esset in via vitæ suæ robustissimæ, Domino dixit : *Paucitatem, etc.* — *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Indica mihi quandiu victurus sim, ut sciam an futurus sim superstes quo tempore ista perficies, tempore scilicet * instaurati templi, vel redemptionis et salutis. Vel da mihi ut intelligam, et serio mihi persuadeam paucos fore dies vitæ meæ, ne forte diuturnioris vitæ spe deceptus, ad vitiorum scopulos adhærescam.

25. *Ne revoces me in dimidio dierum meorum.* Sed tempus indulge ut videam salutare Domini. Vel ne me ex hac vita revoces in dimidio annorum meorum, cum scilicet adhuc juvenis sum et integris viribus, ac propterea mihi persuadeo longe me abesse a meta mortis; nam si me tunc revoces, facile non ita ut oporteret paratum invenies. — *In generationem et generationem anni tui.* Quasi dicat : Tu, Domine, in æternum vivis : æquum igitur fuerit ut mihi ad imaginem tuam facto spatium vitæ diuturnum concedas, ut ad migrationem ad vitam meliorem, me, ut par est, præparare possim.

de mes jours; car vos années s'étendent dans la suite de toutes les races.

26. *C'est* vous, Seigneur, *qui* avez, dès le commencement, fondé la terre : et les cieux sont l'ouvrage de vos mains.

27. Ils périront; mais vous demeurez toujours. Ils vieilliront tous comme un vêtement *qui s'use*,

Et vous les changerez comme un habit dont on se couvre, et ils seront en effet changés :

28. Mais pour vous, vous êtes toujours le même, et vos années ne passeront point.

29. *Ainsi* les enfants de vos serviteurs habiteront avec vous; et leur postérité y sera conduite *par votre puissance*, dans tous les siècles.

meorum : in generationem et generationem anni tui.

26. Initio tu, Domine, terram fundasti : et opera manuum tuarum sunt cœli.

27. Ipsi peribunt, tu autem permanes : et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur :

28. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

29. Filii servorum tuorum habitabunt : et semen eorum in sæculum dirigetur.

PSAUME CII (CIII).

Action de grâces pour la rémission des péchés et tous les bienfaits que nous avons reçus de Dieu.

1. Pour David.

O mon âme! bénissez le Seigneur, *et que* tout ce qui est au dedans de moi *bénisse* son saint nom.

2. Mon âme, bénissez le Seigneur, et gardez-vous bien d'oublier jamais aucun de ses bienfaits.

3. Car c'est lui qui vous pardonne toutes vos iniquités et qui guérit toutes vos infirmités;

4. Qui rachète votre vie de la mort, qui vous environne de sa miséricorde et de ses grâces;

1. Ipsi David.

Benedic, anima mea, Domino : et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

2. Benedic, anima mea, Domino : et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis : qui sanat omnes infirmitates tuas;

4. Qui redimit de interitu vitam tuam : qui coronat te in misericordia et miserationibus.

26. *Initio tu, Domine.* Ces paroles qui marquent l'éternité, l'immutabilité et la toute-puissance de Dieu sont appliquées dans leur sens littéral par saint Paul à Jésus-Christ (Hebr., I, 10), que les vrais Israélites, après le retour de la captivité, attendaient comme leur vrai rédempteur. Toute la différence, dit le P. Berthier, entre le Psaume et la citation de saint Paul, c'est que dans le Psaume, le peuple d'Israël, ou le Prophète en son nom, parle à Dieu, et que dans l'épître aux Hébreux, c'est Dieu lui-même qui parle à son Fils.

PSAL. CII. — 1. *Benedic, anima mea, Domino.* Ceux qui attribuent ce Psaume à David, supposent qu'il le composa lorsqu'il releva de la maladie dont il avait été frappé après son péché. D'autres l'entendent des Juifs délivrés de la captivité. C'est une action de grâces dans laquelle l'auteur témoigne à Dieu sa reconnaissance pour tous les bienfaits qu'il en a reçus et spécialement pour le pardon de ses péchés. C'est un modèle de prière destiné à exciter la confiance des fidèles en leur mettant sous les yeux les preuves de la miséricorde infinie de Dieu. Le style en est insinuant et doux, et il respire les sentiments de la piété la plus tendre jointe à la soumission la plus parfaite aux volontés du Seigneur.

---

26. *Initio tu Domine.* Probat Deum solum esse æternum, ex eo quod solus ipse est immutabilis. Initio mundi terram creasti et cætera.

27. *Ipsi peribunt.* Etiamsi ipsi perirent, tu nihilhominus permaneres. Vel sensus est : ipsi peribunt, non quoad substantiam, sed quoad motum stellarum, influxum caloris, etc.; mutabuntur a statu quem nunc habent. — *Sicut vestimentum veterascent.* Quoad accidentia mutabuntur, et a cœlis quasi pallium aut vestimentum vetus removebis externum hunc habitum quem nunc gerunt. — *Opertorium.* Hebr. *indumentum*, quo se homines operiunt. * Cœlos apposite vestimento, pallio, vel opertorio comparat, quia aere videmur amiciri, qui undique nos ambit. Lucret. l. 6 :

Nec refert utrum nos in loca deveniamus
Nobis adversa, et cœli mutemus amictum.

28. *Idem ipse.* Immutabilis et æternus. — *Anni tui.* Æternitas.

29. *Habitabunt.* In terra tua, et participes erunt tuæ æternitatis et felicitatis. — *Semen eorum.* Filii servorum tuorum æterna prosperitate gaudebunt. Est repetitio præcedentis hemistichii.

PSAL. CII. — 1. *Benedic... Domino.* Laudando et gratias agendo. — *Anima mea.* Animam suam vocat seipsum, ut etiam per *nomen sanctum Domini* ipsum Dominum intelligit. — *Omnia quæ intra me sunt.* Omnia membra, omnes sensus et facultates animi et corporis.

2. *Retributiones ejus.* Beneficia tam spiritualia quam corporalia.

3. *Propitiatur omnibus iniquitatibus.* Peccata remittit. — *Infirmitates tuas.* Morbos et ægritudines corporis et animi. Vel intelligit pravas propensiones, vitiositates, imbecillitates animi et naturæ.

4. *Redimit de interitu.* Vindicat, liberat ab interitu. — *Coronat te in misericordia.* Qui omni ex parte misericordia sua circumdat, munit et cingit. — *Miserationibus.* Beneficiis ex benignitate et misericordia sua profectis.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum : renovabitur ut aquilæ juventus tua.

6. Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus.

7. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

8. a Miserator, et misericors Dominus : longanimis, et multum misericors. [a *Exod.* 34. 6. *Num.* 14. 18.]

9. Non in perpetuum irascetur : neque in æternum comminabitur.

10. Non secundum peccata nostra fecit nobis : neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se.

12. Quantum distat ortus ab occidente : longe fecit a nobis iniquitates nostras.

13. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est Dominus timentibus se :

14. Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam pulvis sumus :

15. Homo, sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit.

5. Qui remplit vos désirs, en vous comblant de ses biens, *et* qui renouvelle votre jeunesse comme celle de l'aigle.

6. Le Seigneur fait ressentir les effets de sa miséricorde; et il fait justice à tous ceux qui souffrent *quelque* injure.

7. Il a fait connaître ses voies à Moïse; *et il a découvert* ses volontés aux enfants d'Israël.

8. Le Seigneur est miséricordieux et plein de tendresse, il est patient et tout rempli de miséricorde.

9. *Ainsi* il ne sera pas toujours en colère; et *il* n'usera pas éternellement de menaces.

10. Il ne nous a pas traités selon nos péchés, et il ne nous a pas punis selon la grandeur de nos iniquités.

11. Car autant que le ciel est élevé au-dessus de la terre, autant a-t-il affermi la grandeur de sa miséricorde sur ceux qui le craignent.

12. Et autant que l'orient est éloigné du couchant, autant a-t-il éloigné de nous nos iniquités.

13. *Car* comme un père a une compassion pleine de tendresse pour ses enfants, ainsi le Seigneur est touché de compassion pour ceux qui le craignent,

14. Parce qu'il connaît lui-même la fragilité de notre origine;

Et qu'il s'est souvenu que nous ne sommes que poussière, *et que* le jour de l'homme passe comme l'herbe.

15. Il est comme la fleur des champs, qui fleurit.

5. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Ce passage a donné lieu à l'imagination des rabbins de s'exercer et de raconter sur l'aigle des faits merveilleux que dément l'histoire naturelle. L'aigle ne rajeunit pas plus que les autres oiseaux. Tous les ans, il quitte ses plumes comme font tous les autres oiseaux, ou, suivant l'expression technique, il mue. Ce changement de plumes lui rend sa beauté, et c'est seulement à ce fait que se rapporte l'allusion du Psalmiste.

15. *Homo, sicut fœnum dies ejus.* L'Hébreu porte : « Les jours de l'homme sont semblables à l'herbe, il fleurit comme une fleur des champs. Un vent vient-il à souffler sur elle, elle ne subsiste plus ; et le lieu où elle était née ne la connaît plus. Mais la miséricorde de Dieu est de toute éternité, etc. » C'est le sens de la traduction de saint *Jérôme*.

---

5. *Replet in bonis desiderium tuum.* Qui te bonis ad victum necessariis abunde replet et satiat. Vel qui ea quæ postulas aut optas liberaliter largitur. — *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Sanando infirmitates et ægritudines tuas. Certum est ex hoc loco et aliis aquilas aliquo modo juventuti restitui, de quo varii varia. Illud videtur probabilissimum renovationem hanc in pennarum mutatione consistere; nam post certum periodum temporis aquilæ veteres abjiciunt, et novis vestiuntur : quem renovationis modum spectavit Isaias, c. 40, 31, cum ait : *Assument pennas sicut aquilæ, etc.*

6. *Faciens... judicium.* Injuriam patientes ab injuria eripiens et vindicans : etiam italice dicimus : *Far giustizia all'innocente.*

7. *Vias suas.* Legem suam, qua ejus voluntas explicabatur.

8. *Misericors.* In Hebr. est חנון *channun*, gratificator, gratiæ et favoris largitor. — *Longanimis.* Tardus ad irascendum et ad puniendum improbos. — *Multum misericors.* Omnibus, sive pii sint, sive impii.

9. *Non in perpetuum irascetur.* Sed nobis placabitur, quippe misericors.

10. *Retribuit.* Rependit tantam pœnam quantum peccando meriti sumus.

11. *Secundum altitudinem...* Quanta est elevatio cœli super terram, tanta est ejus misericordia erga timentes se. — *Corroboravit.* Confirmavit, stabilivit.

12. *Quantum distat ortus ab occidente.* Id est, longissime et remotissime.

* 13. *Quomodo miseretur pater filiorum.* Parentum in filios magnus est amor et indulgentia; nam juxta Comicum in Andria, act. 5, scen. 3 : *Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.*

14. *Cognovit figmentum nostrum.* Fragilem nostram naturam, novit quales formati fictique simus.

15. *Sicut fœnum dies ejus.* Ut enim fœnum statim floret, et statim solis vapore exsiccatur et arescit; ita hominis vita brevis statim vergit ad occasum. * In sententiis monostichis, quæ fere sumptæ sunt ex Menandro titulo Εἰς νεότητα, *In juventutem*, legimus :

Ἀκμὴ τι ἀνθέων οὐδὲν ἄνθους διαφέρει.
Prorsus juventa floribus simillima.

16. Car l'esprit *qui l'anime* ne fera que passer en lui; et il ne subsistera plus; et *même* il ne connaîtra plus *la place qu'il occupait*.

17. Mais la miséricorde du Seigneur est de toute éternité, elle demeurera éternellement sur ceux qui le craignent;
Et sa justice s'étendra sur les enfants
18. De ceux qui gardent son alliance,
Et qui se souviennent de ses préceptes pour les accomplir.

19. *Car* le Seigneur a préparé son trône dans le ciel. Et *alors* toutes choses seront assujéties à son empire.

20. Bénissez-*en* le Seigneur, vous tous qui êtes ses anges, qui êtes puissants et remplis de force pour faire ce qu'il vous dit, pour obéir à sa voix et à ses ordres.

21. Bénissez tous le Seigneur, vous qui composez ses armées *célestes*, qui êtes ses ministres, et qui faites sa volonté.

22. *Enfin* que tous les ouvrages du Seigneur le bénissent dans tous les lieux de son empire. *Et vous*, mon âme, bénissez *aussi* le Seigneur.

16. Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet : et non cognoscet amplius locum suum.

17. Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum.
Et justitia illius in filios filiorum,
18. His qui servant testamentum ejus :
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

19. Dominus in cœlo paravit sedem suam : et regnum ipsius omnibus dominabitur.

20. Benedicite Domino, omnes angeli ejus potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

21. Benedicite Domino, omnes virtutes ejus : ministri ejus qui facitis voluntatem ejus.

22. Benedicite Domino omnia opera ejus : in omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Domino.

PSAUME CIII (CIV).

Sur la grandeur des œuvres de Dieu.

1. Pour David.

O mon âme! bénissez le Seigneur : Seigneur mon Dieu, vous avez fait paraître votre grandeur d'une manière bien éclatante.

Vous êtes tout environné de majesté et de gloire :

2. Vous êtes revêtu de la lumière, comme d'un vêtement.

1. Ipsi David.

Benedic, anima mea, Domino : Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionem, et decorem induisti :

2. Amictus lumine sicut vestimento :

Psal. CIII. — 1. *Benedic, anima mea, Domino*. Ce Psaume, purement moral, est un magnifique tableau de la création et de ses merveilles. Le poëte, dit Lowth, y prend pour sujet l'arrangement aussi merveilleux que sage qui éclate dans toute la nature; il le décrit dans un ordre élégant et surtout très-clair, embellissant son style des couleurs les plus agréables, d'images magnifiques, pleines d'éclat, de grâce, de variété, et choisies avec le goût le plus exquis. Il n'existe rien, et l'on ne peut se former l'idée de rien de plus parfait que cette composition, soit qu'on l'examine en elle-même, soit qu'on la considère au point de vue de l'hymne ou de l'ode sacrée. Le philosophe chrétien, dit Bossuet, doit apprendre de l'étude de ce Psaume avec quel esprit il convient de contempler la variété et la grandeur des œuvres de Dieu. L'imitation de ce poëme a fourni à Lefranc de Pompignan une de ses plus belles odes.

---

16. *Spiritus pertransibit in illo, et non subsistet*. Spiritus vitalis, seu ipsa vita corporalis non permanebit in homine; sed transiens in eo erit, et nunquam in eodem statu subsistet; quia semper mutabitur, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad adolescentiam, etc., et tandem de senectute ad mortem. * Vel sensus est : flante vento fœnum arescit. Isaias, cap. 40, 7, idem fere dicit : *Exsiccatum est fœnum, et cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo.* — *Et non cognoscet amplius locum suum.* Non redibit spiritus, sive vita ad locum unde discessit; nam de senectute non redimus ad juventutem. * Vel fœnum aridum factum, locum suum amittet, extirpabitur.

17. *Misericordia autem Domini ab æterno.* Semper eadem est, et semper propitia in omni vitæ parte iis qui timent dominum. — *Justitia.* Veritas, fides ac constantia promissorum porrigetur usque ad filios illorum eorum qui Deum timent, et legem ejus servant.

18. *Ad faciendum ea.* Ut ea exequantur.

19. *In cœlo paravit sedem suam.* Ostendit propheta posse Dominum facere quæ promisit timentibus se, quia scilicet summus est Deus, et in omnia quæ usquam sunt late dominatur.

20. *Virtute.* Robore, fortitudine. — *Facientes verbum illius.* Quia jussa illius exequimini. — *Ad audiendam vocem.* Exequentes divina mandata ad hunc finem, ut obediant voci ejus, et se fideles servos probent; non propter privatam aliquam suam utilitatem, vel necessitatem.

21. *Virtutes ejus.* Exercitus. Sic appellat angelos omnes.

22. *Opera ejus.* Omnes res ab eo creatæ. — *In omni loco dominationis ejus.* Ubicumque tandem sint in regno Domini, quod omnia complectitur.

Psal. CIII. — 1. *Benedic.* Lauda, prædica. Vide dicta Psal. superiori, n. 1. — *Magnificatus es vehementer.* Te magnum ostendisti per creationem mundi, et per providentiam qua illum gubernas. — *Confessionem et decorem induisti.* Laudis materiam firmiter, copiose et arcte possedisti; laude et majestate indutus es; totus es laudabilis et admirandus.

2. *Lumine.* Gloria, majestate. Deus enim inhabitat lucem inaccessibilem. — *Extendens cœlum sicut pellem.* In Hebr. *sicut cortinam;* ad eum modum et ea facilitate qua artifex tentorii cortinam convolutam expandit.

Extendens cœlum sicut pellem :
3. Qui tegis aquis superiora ejus.

Qui ponis nubem ascensum tuum : qui ambulas super pennas ventorum.

4. [a] Qui facis angelos tuos, spiritus : et ministros tuos, ignem urentem. [a *Hebr.* 1. 7.]

5. Qui fundasti terram super stabilitatem suam : non inclinabitur in sæculum sæculi.

6. Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus : super montes stabunt aquæ,
7. Ab increpatione tua fugient : a voce tonitrui tui formidabunt.

8. Ascendunt montes, et descendunt campi in locum quem fundasti eis.

9. Terminum posuisti quem non transgredientur : neque convertentur operire terram.

10. Qui emittis fontes in convallibus : inter medium montium pertransibunt aquæ.

11. Potabunt omnes bestiæ agri : expectabunt onagri in siti sua.

C'est vous qui étendez le ciel comme une tente,
3. Et qui couvrez d'eaux sa partie la plus élevée;

Qui montez sur les nuées et qui marchez sur les ailes des vents;

4. Qui rendez vos anges *aussi légers que les* vents, et vos ministres *aussi prompts que des* flammes ardentes.

5. *C'est vous* qui avez fondé la terre sur sa propre base, en sorte qu'elle ne sera jamais renversée.

6. L'abîme l'environne comme un vêtement; et les eaux s'élèvent comme des montagnes.

7. Mais vos menaces les font fuir; et la voix de votre tonnerre les remplit de crainte.

8. Elles s'élèvent comme des montagnes, et elles descendent comme des vallées : *mais elles demeurent toujours* dans le lieu que vous leur avez établi.

9. *Car* vous leur avez prescrit des bornes qu'elles ne passeront point; et elles ne reviendront point couvrir la terre.

10. Vous conduisez les fontaines dans les vallées, et vous faites couler les eaux entre les montagnes.

11. Elles servent à abreuver toutes les bêtes des champs. Les ânes sauvages soupirent après elles dans leur soif.

---

3. *Qui tegis aquis superiora ejus.* Aqueo seu crystallino cœlo. Alii de veris aquis intelligunt, quæ supra firmamentum sunt. Vide dicta Genes. 1, n. 6. — *Ponis nubem ascensum tuum.* Vehiculum tuum, qui nubibus uteris pro curru. * Nubem Dei vehiculum esse sæpe habemus in Scriptura. Vide Exod. 16, 10, et 19, 9; Isa., 19, 1; Jerem. 4, 13. Similis loquendi modus apud poetas. Horatius, lib. 1, Ode 34 :

... Ipse Diespiter
Igni corusco nubila dividens,
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

— *Ambulas super pennas ventorum.* Loquitur de ventis poetice, tanquam de alatis animalibus. Qui veheris pennis ventorum currum tuum trahentibus.

4. *Qui facis angelos tuos spiritus.* Qui facis ut spirituales creaturæ, quæ in cœlo tibi semper assistunt, fiant angeli tui, id est, fiant nuntii tui ad homines instruendos. Quique facis ministros tuos ignem urentem, id est, qui facis ut illæ eædem spirituales creaturæ, quæ charitate semper ardent, fiant ministri tui, ad efficienda celerrime et efficacissime quæ jusseris. Ita S. Aug. et S. Greg. homil. 34, in Evangelia. Vel sensus est : qui facis ut angeli ministri tui habeant velocitatem spirituum, id est, ventorum, et efficacitatem ignis urentis, atque ita sint quasi quidam venti spirituales in discurrendo, et veluti quidam ignes divini in operando. Ita Theodoretus et D. Thomas in c. 1, epist. ad Hebr. * — *Ignem urentem.* Intelligit seraphinos, hæc enim vox hebraice ardentes vel ignitos significat.

5. *Super stabilitatem suam.* In sua basi et sede, quod est centrum mundi. — *Non inclinabitur.* Numquam inde dimovebitur vel motu recto, vel in gyrum acto.

6. *Abyssus, sicut vestimentum.* Pelagus, mare scilicet profundissimum terram quasi amictus circumvestiebat, et omni ex parte operiebat. — *Super montes stabunt aquæ.* Ipsa etiam montium cacumina aquis erant operta.

7. *Ab increpatione tua fugient.* Tuo jussu quodammodo increpitæ aquæ fugerunt, loca illa celsa deserentes, et se ad cavitates, alveos et conceptacula sua demittentes. — *A voce tonitrui tui.* Propter jussum tuum, quod erat quasi sonus tonitrui efficacissimum, celeriter fugerunt, quasi timentes te.

8. *Ascendunt montes.* Desidentibus enim aquis, montes, valles et planities apparuerunt. * Virg., Eclog. 6 :

Tum durare solum, et discludere Nerea ponto
Cœperat, et rerum paulatim sumere formas.

— *In locum quem fundasti eis.* Eum locum tenentes quem eis constituisti.

9. *Non transgredientur.* Scilicet aquæ. Dictum est mari : *Usque huc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos.* Job. 38, 11. — *Neque convertentur operire terram.* Neque rursus terram operient aquæ.

10. *Pertransibunt aquæ.* E fontibus manantes, et per valles ad decliviora decurrentes.

11. *Potabunt omnes bestiæ agri.* Ex illis aquis bibent pecora, jumenta et feræ. — *Expectabunt onagri in siti sua.* D. Hieron. vertit, *onager reficiet sitim suam.* S. August. legit *suscipient onagri in sitim suam.* Quod in nostra Vulgata dicitur *expectabunt*, idem est quod sperabunt. In eis sperabunt asini silvestres quando sitient. Sic eodem sensu dicitur infra, n. 27 : *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore*, id est, sperant. Onagrum præ ceteris quadrupedibus commemoravit, quia is cum deserta loca sequatur, unde et nomen accepit, et per solitudines erret, siti maxime vexatur.

12. Les oiseaux du ciel font leur demeure au-dessus. Ils font entendre leurs voix du milieu des rochers.

13. Vous arrosez les montagnes des eaux qui tombent d'en haut. Et la terre *sera* rassasiée du fruit de vos ouvrages.

14. *Elle* produit le foin pour les bêtes, et l'herbe pour servir à l'usage de l'homme.

Vous faites sortir le pain *du sein* de la terre,

15. Et le vin qui réjouit le cœur de l'homme.

Vous lui donnez l'huile, afin qu'elle répande la joie sur son visage; et le pain, afin qu'il fortifie son cœur.

16. Les arbres de la campagne seront rassasiés de l'abondance de *ces pluies dont vous les arrosez*, aussi bien que les cèdres du Liban que *votre main* a plantés,

17. Et où les petits oiseaux *feront* leurs nids.

Le héron, *leur chef*, a sa maison *au haut des sapins*.

18. Les hautes montagnes servent de retraite aux cerfs : et les *trous* des rochers aux hérissons.

19. Le *Seigneur* a fait la lune pour marquer les temps : et le soleil connaît *en chaque saison* le moment auquel il doit se coucher.

20. Vous avez *aussi* répandu les ténèbres, et la nuit a été faite. C'est durant la nuit que les bêtes des forêts passent *dans les campagnes*;

21. Et que les petits des lions *sortent de leurs antres*, en rugissant après leur proie, et qu'ils cherchent la nourriture que Dieu leur a destinée.

22. Le soleil se levant ensuite, elles se rassemblent, et se vont coucher dans leurs retraites.

23. Alors l'homme sort pour aller faire son ouvrage, et pour travailler jusqu'au soir.

12. Super ea volucres cœli habitabunt : de medio petrarum dabunt voces.

13. Rigans montes de superioribus suis : de fructu operum tuorum satiabitur terra. :

14. Producens fœnum jumentis, et herbam servituti hominum.

Ut educas panem de terra :

15. Et vinum lætificet cor hominis :

Ut exhilaret faciem in oleo : et panis cor hominis confirmet.

16. Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani quas plantavit :

17. Illic passeres nidificabunt.

Herodii domus dux est eorum;

18. Montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis.

19. Fecit lunam in tempora : sol cognovit occasum suum.

20. Posuisti tenebras, et facta est nox : in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylvæ.

21. Catuli leonum rugientes, ut rapiant et quærant à Deo escam sibi.

22. Ortus est sol, et congregati sunt : et in cubilibus suis collocabuntur.

23. Exibit homo ad opus suum : et ad operationem suam usque ad vesperum.

---

12. *Super ea volucres cœli habitabunt.* Prope fontes, fluvios et rivos libenter versantur aves, arborum juxta aquas crescentium umbraculis gaudentes. — *De medio petrarum.* Rupium juxta aquas et torrentes sitarum, in quibus degunt, aut etiam nidulantur. — *Dabunt voces.* Canent, garrient.

13. *Rigans montes de superioribus suis.* Rigans montes aquis de nubibus demissis. — *De fructu operum tuorum.* Fructu quem operaris, dans frugibus ut nascantur et crescant. — *Satiabitur terra.* Replebitur terra.

14. *Herbam servituti hominum.* Herbas hortenses, olera, etc., in cibum hominum, vel in medicinam. Vel certe herbarum nomine intelligit surculos, germina, aut turiones, unde vites postea existunt; triticum etiam herbescens, et alia hujusmodi. — *Ut educas panem de terra.* Ut ex illis herbis cum ad maturitatem pervenerint, et maturum semen ediderint, panem hominibus suppedites.

15. *Et vinum lætificet cor hominis.* Ut educas vinum, quod ad lætitiam excitat homines. — *Ut exhilaret faciem in oleo.* Oleum enim faciem nitidiorem reddit, et est accommodatum ad unguenta, quæ in magno usu erant apud Orientales. — *Panis cor hominis confirmet.* Hominem corroboret et robustum reddat.

16. *Saturabuntur ligna campi.* Arbores quæ in campis nascuntur, largis imbribus saturabuntur humore necessario. — *Et cedri Libani, quas plantavit.* Et admodum proceræ cedri, quibus Deus Libanum montem circumvestivit.

17. *Illic passeres nidificabunt.* Aviculæ in genere; nam, ut diximus Psalm. 101, n. צפור *tsippor*, quamlibet aviculam significat. — *Herodii.* In Hebræo est החסידה *chasida*, in græco, ἐρωδιὸς, quæ vox significat milvum Hieronymo, fulicam Augustino, ciconiam Suidæ, ardeam Plinio. — *Domus.* Nidus. — *Dux est eorum.* Vel quod altior et amplior sit hujus avis nidus, quam cæterarum avium; vel quod prima nidum struat.

18. *Montes excelsi cervis.* Quemadmodum aviculæ versantur in arboribus, ita cervi in montium cacuminibus. — *Petra refugium herinaciis.* Herinacius, hebraice שפן *saphan*, est is quem Scriptura, Levit., 11, 5, appellat *chœrogryllum*. Italice appellamus, *porco spinoso*. Vide quæ notavi ad locum illum Levitici.

19. *Fecit lunam in tempora.* In temporum distinctiones et divisiones; nam anni mensibus constant, menses autem luna monstrantur. — *Sol cognovit occasum suum.* Scit sol quo cursum suum debeat intendere ut ad occidentem perveniat.

20. *Posuisti tenebras.* Cum se tenebræ et nox effundunt. — *In ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.* E cubilibus suis prodeunt, et silvas nocte oberrant.

21. *Catuli leonum.* Et catuli leonum. — *Rugientes.* Rugiunt enim dum prædas agunt. — *A Deo.* Quam Deus obtulerit.

22. *Et congregati sunt.* Sese in sua lustra recipiunt.

23. *Exibit homo ad opus suum.* Cum illuxerit, homines ad opus prodeunt, contra feræ suis se cubilibus abdunt.

---

24. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti : impleta est terra possessione tua.

25. Hoc mare magnum, et spatiosum manibus : illic reptilia quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis :

26. Illic naves pertransibunt.

Draco iste quem formasti ad illudendum ei :

27. Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.

28. Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

29. Avertente autem te faciem, turbabuntur : auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur.

30. Emittes spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ.

31. Sit gloria Domini in sæculum; lætabitur Dominus in operibus suis :

32. Qui respicit terram, et facit eam tremere : qui tangit montes, et fumigant.

24. Que vos œuvres sont grandes *et* admirables, Seigneur! Vous avez fait toutes choses avec une souveraine sagesse. La terre est toute remplie des biens dont vous la comblez.

25. Vous *avez créé* cette mer si grande, et dont les bras ont une si grande étendue; *et c'est par votre ordre qu'*elle est remplie d'un nombre infini de poissons.

De grands et de petits animaux *y vivent ensemble* ;

26. Et c'est là que les navires passent.

C'est là qu'on voit ce monstre que vous avez formé, *Seigneur*, pour s'y jouer.

27. *Et* tous *ces animaux* attendent de vous que vous leur donniez leur nourriture dans le temps *qu'ils en ont besoin*.

28. Quand vous la leur donnez, ils la recueillent : aussitôt que vous ouvrez votre main, ils sont tous remplis de *votre* bonté.

29. Mais si vous détournez d'eux votre face, ils seront troublés : *et dès que* vous leur ôterez l'esprit *de vie*, ils tomberont dans la défaillance, et retourneront dans leur poussière.

30. Vous enverrez votre esprit, et ils seront créés *de nouveau*; et vous renouvellerez *ainsi toute* la face de la terre.

31. Que la gloire du Seigneur soit *donc* célébrée dans tous les siècles. *Et* le Seigneur se réjouira dans ses ouvrages.

32. Lui qui regarde la terre, et qui la fait trembler, qui touche les montagnes, et qui en fait sortir la fumée.

30. *Emittes spiritum tuum.* On peut entendre ce verset de la propagation et de la reproduction continuelle des hommes et des animaux, ou on peut l'appliquer à la résurrection de nos corps, et au renouvellement de la nature à la fin des siècles. Mais l'un ou l'autre de ces renouvellements est un symbole du renouvellement du monde par l'effusion de l'Esprit de Dieu dans les cœurs; tel qu'il se vit au temps de l'établissement de l'Église. C'est dans ce sens que l'Église entend ce verset lorsqu'elle le cite dans sa liturgie en s'adressant à Jésus-Christ, qui nous a promis de nous envoyer son Esprit régénérateur.

---

24. *Magnificata.* Magnifica. — *Impleta est terra possessione tua.* Tuis rebus et operibus, creaturis, tuis opibus et bonis.

25. *Hoc mare.* Quasi dicat : Nec minorem admirationis materiam præbet mare quam tellus. — *Manibus.* Sinibus : sic italice sinus appellamus, *bracci di mare*. — *Reptilia.* Natatilia, pisces, qui vel pedes omnino non habent, unde a Græcis ἑρπετοὶ dicti sunt, vel brevissimos habent. — *Quorum non est numerus.* Nam pisces copiosius crescunt et multiplicantur quam terrestres, aut aerei animantes. — *Animalia pusilla cum magnis.* Quædam enim illic sunt tantæ magnitudinis quantæ nullum animal in terra reperitur, ut balena, et quæ Genes. c. 1, 21, appellantur *cete grandia*.

26. *Pertransibunt.* Hebr. *ambulabunt.* Ambulant, ultro citroque commeant. — *Draco iste.* Loquitur de balænis et cetis grandioribus. Ut enim omne genus piscium reptilis nomine comprehendit, sic quæ in hoc genere sunt immania et magnitudinis eximiæ, dracones dicuntur. — *Ad illudendum ei.* Draconi, ut homines ei illudant et insultent, et quasi triumphent cum illum ceperint aut occiderint. In hebræo est, *ad ludendum in eo*, id est, in mari, huc et illuc se, ut libuerit circumvolvendo, per mare spatiando, et se oblectando.

27. *A te expectant.* A tua providentia. — *In tempore.* Cum esurierint, vel tempore congruo et opportuno.

28. *Colligent.* Cibum, pastum, quem illi objeceris. — *Bonitate.* Bonis a tua benignitate et providentia profectis.

29. *Avertente... te faciem.* Ubi curam et conservationem illorum subduxeris, et manum tuam subtraxeris. — *Turbabuntur.* Laborabunt angustia, et penuria languescent; nec satis expediet quid agant, aut quomodo sibi provideant. — *Auferes spiritum eorum.* Spiritum vitalem. -- *Deficient.* Morientur. -- *In pulverem suum revertentur.* Solventur in pulverem ex quo formati sunt.

30. *Emittes spiritum tuum, et creabuntur.* Emittes spiritum vitalem in animalia per novam generationem, et sic renovabis faciem terræ, eam replendo omnis generis animantibus. * Id fieri videmus in vere, cum tepidiores auræ spirare incipiunt. -- *Creabuntur.* Formabuntur, producentur.

31. *Sit gloria Domini in sæculum.* Laudetur Dominus et glorificetur in æternum. -- *Lætabitur Dominus in operibus suis.* Videns cuncta quæ fecit esse valde bona. Genes. 1, 31.

32. *Respicit.* Nutu suo illam tremefaciens. Vultu iracundo terram concutit, et motu labefactat et findit. -- *Tangit montes.* Fulmina immittendo, ex quo ignem concipiunt et fumigant.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM UANL ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

33. *Pour moi*, je chanterai les louanges du Seigneur tant que je vivrai ; je chanterai des cantiques à la gloire de mon Dieu tant que je subsisterai.	33. a Cantabo Domino in vita mea : psallam Deo meo quandiu sum. [a *Infr.* 145. 2.]
34. Que les paroles que je proférerai puissent lui être agréables : car pour moi, je trouverai *toujours* ma joie dans le Seigneur.	34. Jucundum sit ei eloquium meum : ego vero delectabor in Domino.
35. Que les pécheurs et les injustes soient effacés de dessus la terre, en sorte qu'ils ne soient plus. O mon âme, bénissez le Seigneur.	35. Deficiant peccatores a terra, et iniqui ita ut non sint : benedic, anima mea Domino.

PSAUME CIV (CV).

Sur les bienfaits de Dieu envers Israël.

Alleluia.	Alleluia [*I. Par.* 16. 8.)
1. Louez le Seigneur, et invoquez son nom ; annoncez ses œuvres parmi les nations.	1. Confitemini Domino, a et invocate nomen ejus : annuntiate inter gentes opera ejus. [a *I. Par.* 16. 8. *Isai.* 12. 4.]
2. Chantez ses louanges ; chantez-les sur les instruments ; racontez toutes ses merveilles ;	2. Cantate ei, et psallite ei : narrate omnia mirabilia ejus.
3. Glorifiez-vous dans son saint nom : *et* que le cœur de ceux qui cherchent le Seigneur se réjouisse.	3. Laudamini in nomine sancto ejus : lætetur cor quærentium Dominum.
4. Cherchez *donc* le Seigneur, et fortifiez-vous. Cherchez sa face sans cesse.	4. Quærite Dominum, et confirmamini : quærite faciem ejus semper.
5. Souvenez-vous de ses merveilles, des prodiges qu'il a faits et des jugements *sortis* de sa bouche.	5. Mementote mirabilium ejus quæ fecit : prodigia ejus, et judicia oris ejus.
6. Vous, postérité d'Abraham, qui êtes ses serviteurs ; vous, enfants de Jacob, qu'il a choisis.	6. Semen Abraham, servi ejus : filii Jacob electi ejus.

35. *Deficiant peccatores a terra.* Ceci, dit le P. Berthier, n'est point une imprécation contre les ennemis de Dieu ; c'est l'expression du désir qu'a le Prophète de voir le péché et l'iniquité bannis de la terre. Saint Paul disait : « Que celui qui n'aime pas Notre Seigneur Jésus-Christ soit anathème ! » Il ne voulait pas la destruction des ennemis de Jésus-Christ, mais l'extinction de leurs sentiments pervers.

Psal. CIV. — 1. *Confitemini Domino.* Les 15 premiers versets de ce Psaume se trouvent au 1er livre des *Paralipomènes*, ch. XVI, faisant partie du cantique composé par David à l'occasion du transport de l'arche de la maison d'Obédédom dans le tabernacle de Sion. Nous avons déjà observé que le Psaume XCV faisait partie de ce cantique. On l'aura sans doute divisé en deux parties après le retour de la captivité, pour la dédicace du temple, et on aura ajouté alors au Psaume CIV toute la suite du verset 16 à la fin. Ce Psaume, tel que nous l'avons, est une énumération de tous les biens dont Dieu a comblé Israël pour le mettre en possession de la terre promise. Le Prophète engage les Israélites à témoigner leur reconnaissance au Seigneur pour tant de bienfaits.

---

33. *Cantabo... in vita mea.* Celebrabo quandiu vixero. — *Psallam.* Ad psalterii sonum concinam. — *Quandiu sum.* Quandiu vixero.

34. *Jucundum sit ei.* Placeat ei. — *Delectabor in Domino.* Canens laudes ejus, et memorans bonitatem ejus.

35. *Deficiant peccatores a terra.* Peccatores qui Deum laudare nesciunt aut nolunt, deficiant ; ita ut vel conversi ad Dominum non sint amplius peccatores ; vel si converti noluerint dejiciantur intra terram, nec amplius compareant.

Psal. CIV. — *Alleluia.* Quamvis non habeatur apud Hebræos *alleluia* in principio Psalmi, habetur tamen in fine superioris. Probabile est LXX viros illud legisse initio, et ita in sua interpretatione quasi titulum posuisse. Bene autem convenit huic Psalmo et duobus sequentibus, quia *alleluia* significat *laudate Deum* : hisce vero Psalmis narrantur beneficia a Deo populo Israelitico præstita, quæ laudis Dei sunt argumentum.

1. *Confitemini Domino.* Laudate Dominum. — *Invocate nomen ejus.* Cum aliqua vos urserit necessitas. — *Annuntiate inter gentes.* Notas facite et prædicate inter exteras nationes opera ejus.

2. *Cantate ei, et psallite ei.* Ore canite, et musicis instrumentis personate in ejus laudem.

3. *Laudamini in nomine sancto ejus.* Gloriamini ejus nomine. Ex hebræo verti potest, *laudate vos ipsos*, id est, gloriamini et placete vobis quod tam beneficum in vos Deum experti sitis. — *Lætetur cor quærentium Dominum.* Lætentur ex corde et solito gaudio omnes qui placere student ei, et qui in necessitatibus quærunt et invocant eum.

4. *Confirmamini.* Forti et constanti estote animo ad eum quærendum. Vel sensus est : et confirmabimini et robusti efficiemini. — *Faciem ejus.* Eum, ejus conspectum, favorem et gratiam.

5. *Judicia oris ejus.* Leges et præcepta ore suo tradita per Mosen.

6. *Semen Abraham, servi ejus.* Vocativi casus : o semen Abraham, cultores ejus ! — *Electi ejus.* Græce ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ : est casus nominativi vel vocativi. Vos qui electi ejus estis.

7. Ipse Dominus Deus noster : in universa terra judicia ejus.	7. C'est lui qui est le Seigneur notre Dieu, lui dont les jugements s'exercent dans toute la terre.
8. Memor fuit in sæculum testamenti sui : verbi quod mandavit in mille generationes :	8. Il s'est souvenu dans tous les siècles de son alliance, de la promesse qu'il a faite pour tous les âges à venir ;
9. a Quod disposuit ad Abraham : et juramenti sui ad Isaac : [a *Gen.* 22. 16.]	9. *De la parole* qu'il a donnée à Abraham, et du serment qu'il a fait à Isaac,
10. Et statuit illud Jacob in præceptum : et Israel in testamentum æternum :	10. Qu'il a confirmé à Jacob pour être un décret *irrévocable* ; et à Israël, pour être une alliance éternelle,
11. Dicens : Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.	11. En disant : Je vous donnerai la terre de Chanaan pour votre héritage ;
12. Cum essent numero brevi, paucissimi et incolæ ejus :	12. Lorsqu'ils étaient encore en très-petit nombre, et étrangers dans cette terre.
13. Et pertransierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.	13. Et *même* ils passèrent *souvent* d'une nation à une autre, et d'un royaume à un autre peuple ;
14. Non reliquit hominem nocere eis : et corripuit pro eis reges.	14. *Mais* il ne permit point qu'aucun homme leur fît du mal ; et il reprit même des rois à cause d'eux,
15. a Nolite tangere christos meos : et in prophetis meis nolite malignari. [a *II. Reg.* 1. 14. *I. Par.* 16. 22.]	15. *En leur disant* : Gardez-vous bien de toucher à mes oints et de maltraiter mes prophètes.
16. Et vocavit famem super terram : et omne firmamentum panis contrivit.	16. Il appela la famine sur la terre ; et il brisa toute la force du pain.

13. *Et pertransierunt de gente in gentem.* Abraham, après être venu dans la terre de Chanaan, passe en Egypte. Isaac n'eut point de demeure fixe dans le pays. Jacob se sauve en Mésopotamie, il revient dans la terre de Chanaan, puis il descend en Egypte avec toute sa famille.

15. *Nolite tangere christos meos.* Abraham, Isaac et Jacob sont appelés les *oints* du Seigneur, parce qu'ils étaient tout à la fois prêtres et rois. Comme prêtres, ils dressaient des autels et offraient des sacrifices, et comme rois ils faisaient des traités de paix ou entreprenaient des guerres de concert avec les rois leurs contemporains (Gen., XIV, XXI, XXIII, XXVI). Ils n'avaient pas reçu l'onction sacrée sur le corps ; mais en raison de leur onction spirituelle, ils sont appelés les *christs* du Seigneur ; ce passage est une réponse péremptoire aux Juifs qui refusaient à Jésus le nom de Christ, parce qu'il n'avait pas été sacré matériellement.

---

7. *In universa terra judicia ejus.* Exempla et argumenta omnipotentiæ, sapientiæ, bonitatis, et veritatis sive fidei ; vel prodigia et miracula, ut n. 5, ubi hæc conjungit : *Prodigia ejus et judicia oris ejus.*

8. *Memor fuit in sæculum testamenti sui.* Memorem se ostendit promissionis suæ quam sempiternam esse vult. — *Verbi.* Promissionis suæ. — *Quod mandavit.* Quod jussit, et stabile esse voluit. — *In mille generationes.* In æternum ; ponitur enim numerus certus et definitus pro incerto et indefinito, scilicet millenarius, qui etiam longe excedit numerum generationum quæ ab orbe condito usque ad hanc diem fuerunt, et fortasse etiam earum quæ futuræ sunt ; nam probabile est mundum non duraturum annos quindecim mille, quot essent necessarii ad explendas mille generationes, etiamsi cuilibet generationi brevissimum spatium tribueremus, hoc est, annos quindecim, quot fere in homine requiruntur ad generandum.

9. *Quod disposuit ad Abraham.* Quod pepigit cum Abraham, Genes., 12, n. 7 ; et c. 13, n. 15 ; et cap. 17, n. 7. — *Et juramenti sui ad Isaac.* Memor fuit juramenti Isaaco præstiti, Genes., 26, 3.

10. *Statuit illud.* Firmiter pactum et juramentum constituit. — *Jacob.* Jacobo. — *In præceptum.* Ut esset quasi statutum et lex qua seipsum obligavit Jacobo, ut scilicet nullam gentem æque charam haberet et peculiarem ac Israeliticam ; et vicissim Jacobum sibi, ne præter ipsum alium Deum coleret. — *Et Israel.* Et Israeli ! Jacobo nimirum et posteris ejus. — *Testamentum æternum.* Pactum æternum, ut explicatum est.

11. *Tibi dabo terram Chanaan.* Habetur hæc promissio Genes., 28, n. 13. — *Funiculum hæreditatis vestræ.* Ut sit vestra hæreditas. De funiculis qui adhibebantur ad dividendos agros dixi. Psal. 77, 51.

12. *Cum essent numero brevi.* In hebræo est, *viri numeri*, id est, pauci, quos proinde facile erat omnes numerare. — *Et incolæ ejus.* Peregrini in terra Chanaan, erant enim ipsi oriundi ex Chaldæa et Mesopotamia.

13. *Pertransierunt de gente in gentem.* Cum fixas sedes non haberent, huc illucque vagabantur, de Chaldæa in Mesopotamiam, in Chananæam Palæstinam et Ægyptum. — *Et de regno ad populum alterum.* Est repetitio præcedentis hemistichii.

14. *Hominem.* Quemquam. — *Corripuit.* Increpavit, castigavit propter eos reges Palæstinæ et Ægypti, Abimelech scilicet et Pharaonem. Vide Gen. 12, 17 ; et c. 20, n. 3.

15. *Nolite tangere christos meos.* Sunt verba Dei reges increpantis. — *Christos meos.* Reges et principes meos, id est, a me constitutos et quasi inunctos. De patriarchis specialim hic agitur, qui ante legem latam non regali unguento, sed Spiritu sancto uncti fuerunt. — *In prophetis meis.* Abrahamum Deus vocavit prophetam, Gen. 20, n. 7 ; et Isaac de sua posteritate prophetavit, Gen. 27 ; et Jacob morti proximus mira vaticinatus est de Christo et posteris, Gen. 49. — *Malignari.* Malo facere, nocere.

16. *Vocavit famem super terram.* Loquitur de fame quæ fuit tempore Jacob, cum Joseph

17. Il envoya devant eux un homme *nommé* Joseph, *qui* fut vendu pour y être esclave.

18. Il y fut *d'abord* humilié par les chaînes qu'on lui mit aux pieds : *et* le fer transperça son âme,

19. Jusqu'à ce que sa parole fût accomplie.
Car il fut embrasé par la parole du Seigneur.

20. Le roi *l'ayant su*, envoya *dans la prison*, et le tira des fers : ce souverain *de tant* de peuples le mit en liberté.

21. Il l'établit le maître de sa maison, et le prince de tout ce qu'il possédait,

22. Afin qu'il instruisît tous les princes de sa cour comme lui-même, et qu'il apprît la sagesse aux anciens de son conseil.

23. Alors Israël entra dans l'Égypte, et Jacob demeura dans la terre de Cham.

24. Et *le Seigneur* multiplia extrêmement son peuple, et le rendit plus puissant que ses ennemis.

25. *Car* il changea leur cœur, afin qu'ils haïssent son peuple, et qu'ils accablassent ses serviteurs par mille artifices.

26. *Mais* il envoya Moïse, son serviteur, et Aaron, qu'il choisit aussi.

27. Il mit en eux sa puissance, pour faire des signes et des prodiges dans la terre de Cham.

17. *a* Misit ante eos virum; in servum venumdatus est Joseph. [*a Gen.* 37. 36.]

18. *a* Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus, [a *Gen.* 39. 20.]

19. Donec veniret verbum ejus.
Eloquium Domini inflammavit eum;

20. *a* Misit rex, et solvit eum; princeps populorum, et dimisit eum [a *Gen.* 41. 14.]

21. Constituit eum dominum domus suæ, et principem omnis possessionis suæ.

22. Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum; et senes ejus prudentiam doceret.

23. *a* Et intravit Israel in Ægyptum, et Jacob accola fuit in terra Cham. [a *Gen.* 46. 6.]

24. *a* Et auxit populum suum vehementer; et firmavit eum super inimicos ejus. [a *Exod.* 1. 7. *Act.* 7. 17.]

25. Convertit cor eorum ut odirent populum ejus, et dolum facerent in servos ejus.

26. *a* Misit Moysen servum suum; Aaron, quem elegit ipsum. [a *Exod.* 3. 10. et 4. 29.]

27. *a* Posuit in eis verba signorum suorum, et prodigiorum in terra Cham. [a *Exod.* 7. 10.]

28. *Misit tenebras.* C'est la neuvième plaie d'Égypte qui est ici exprimée la première. Au verset 29 on voit la première; au verset 30 la seconde; au verset 31, la troisième et la quatrième. La cinquième et la sixième manquent. On trouve la septième aux versets 32 et 33, la huitième aux versets 34 et 35, et la dixième au verset 36. Il y a donc transposition pour la neuvième, et omission de la cinquième et de la sixième. Cette omission pourrait provenir de la négligence des copistes qui auraient passé un verset. Ou bien encore, dans l'ode, on n'exige pas du poète la même précision ni la même exactitude que d'un historien. Il n'y a donc rien d'étonnant que cette énumération ne soit ni complète, ni régulière.

Ægyptum servavit, Genes. 41. Dicitur a Domino vocata fames, ne quis eam tribuat naturæ, vel fato, vel casui. — *Firmamentum panis.* Panem, cibum quo sustentatur et confirmatur cor hominis. Sic Levit. c. 26, n. 26, legimus : *Postquam confregero baculum panis vestri.*

17. *Virum.* Joseph in Ægyptum præmisit, Genes. 37.

18. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus.* Hebr. *afflixerunt in compede pedem ejus.* — *Ferrum pertransiit animam ejus.* Ferrei compedes cruciaverunt animam ejus, illum valde vexaverunt.

19. *Verbum ejus.* Decretum Dei de Josepho e carcere educendo. Vel sensus est : donec eveniret verbum quod ipse Joseph prædixerat referens fratribus et patri somnia a se visa de sua magnitudine, Genes. 37. — *Eloquium Domini.* Prophetiæ spiritus. — *Inflammavit eum.* Accendit eum, et effecit ut in prophetiam erumperet, et somnia suis concaptivis, et postea Pharaoni interpretaretur, et quæ ventura erant prædiceret.

20. *Rex.* Pharao Ægypti rex. — *Solvit eum.* E carcere eduxit. — *Princeps populorum.* Scilicet Ægypti, Pharao; est enim usitata repetitio. — *Dimisit eum.* Compedibus eximens, et e carcere educens.

21. *Principem omnis possessionis suæ.* Administratorem regni proregem et gubernatorem omnium quæ in ditione erant Pharaonis.

22. *Ut erudiret.* In Hebr. est, *ut vinciret*, alligaret, castigaret, coerceret corruptelam aulicam, et revocaret ad moderationem atque virtutem qua ipse erat præditus; hoc enim significatur verbis illis, *sicut semetipsum.* — *Principes ejus.* Proceres Ægypti. — *Senes ejus.* Senatores, consiliarios, magistratus.

23. *Israel.* Israelitæ, Jacob scilicet cum familia sua. — *Accola fuit.* Peregrinatus est. — *In terra Cham.* In terra Ægyptiorum, qui sunt a Cham Noe filio progeniti per Mesraim, Genes. 10, 6.

24. *Auxit.* Multiplicavit, fœcundavit; nam cum descenderunt in Ægyptum, erant tantum septuaginta capita; cum vero egressi sunt, erant *sexcenta fere millia peditum virorum, absque parvulis.* Exod. 12, 37. — *Firmavit eum.* Validum et potentem fecit.

25. *Convertit cor eorum.* Deus dicitur convertisse cor Ægyptiorum in odium et in ruinam Hebræorum, non odium infundendo, sed benefaciendo populo suo; quod Ægyptios accendebat et urebat invidia. — *Dolum facerent.* Machinarentur, perniciosa consilia agitarent, infantes occidendo, et nimiis operibus Hebræos fatigando et vexando.

26. *Quem elegit ipsum.* Ad perficiendum una cum Mose fratre opus redemptionis populi sui de Ægypto.

27. *Posuit in eis.* Ornavit eos vi, et dono patrandorum miraculorum.

28. *a* Misit tenebras, et obscuravit; et non exacerbavit sermones suos. [a *Exod.* 10. 21.]

29. *a* Convertit aquas eorum in sanguinem; et occidit pisces eorum. [a *Exod.* 7. 20.]

30. *a* Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. [a *Exod.* 8. 6.]

31. *a* Dixit, et venit cœnomyia; et ciniphes in omnibus finibus eorum. [a *Exod.* 8. 16.]

32. *a* Posuit pluvias eorum grandinem; ignem comburentem in terra ipsorum. [a *Exod.* 8. 24].

33. Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum; et contrivit lignum finium eorum.

34. *a* Dixit, et venit locusta, et bruchus, cujus non erat numerus; [a *Exod.* 10. 12.]

35. Et comedit omne fœnum in terra eorum; et comedit omnem fructum terræ eorum.

36. *a* Et percussit omne primogenitum in terra eorum; primitias omnis laboris eorum. [a *Exod.* 12. 29.]

37. *a* Et eduxit eos cum argento et auro; et non erat in tribubus eorum infirmus. [Exod. 12. 35].

38. Lætata est Ægyptus in profectione eorum; quia incubuit timor eorum super eos.

39. *a* Expandit nubem in protectionem eorum; et ignem ut luceret eis per noctem [a *Exod.* 13. 21. *Ps.* 77. 14. *I. Cor.* 10. 1.]

40. *a* Petierunt, et venit coturnix; et pane cœli saturavit eos. [a *Exod.* 16. 13.]

41. *a* Dirupit petram, et fluxerunt aquæ; abierunt in sicco flumina. [a *Num.* 20. 11.]

42. *a* Quoniam memor fuit verbi sancti

28. Il envoya les ténèbres, et la couvrit d'obscurité : et il ne manqua pas d'accomplir tout ce qu'il *leur* avait promis.

29. *Car* il changea leurs eaux en sang, et il fit mourir leurs poissons.

30. Leur terre produisit des grenouilles jusque dans les chambres de leurs rois.

31. Il parla, et on vit venir toutes sortes de mouches et de moucherons dans tout leur pays.

32. Il changea leurs pluies en grêle, et il fit tomber un feu qui brûlait tout dans leur terre;

33. Et il frappa leurs vignes et leurs figuiers : il brisa tous les arbres qui étaient dans tout le pays.

34. Il commanda, et on vit venir un nombre infini de sauterelles de différentes espèces.

35. Elles mangèrent toute l'herbe de leur terre : elles consumèrent tous les fruits de leur pays.

36. Et *enfin* il frappa de mort tous les premiers-nés de l'Egypte, les prémices de tout leur travail.

37. Et il en fit sortir les Israélites avec beaucoup d'or et d'argent : et il n'y avait point de malades dans *toutes* leurs tribus.

38. L'Egypte se réjouit à leur départ, à cause qu'elle était saisie par la frayeur qu'elle avait d'eux.

39. Il étendit une nuée pour les mettre à couvert, et il fit paraître un feu pour les éclairer pendant la nuit.

40. Ils demandèrent *à manger* : et il fit venir des cailles, et il les rassasia du pain du ciel.

41. *Et* il fendit la pierre : et il en coula des eaux; des fleuves se répandirent dans un lieu sec et aride.

42. Parce que le Seigneur se souvint de la

---

28. *Obscuravit.* Totam Ægyptum per triduum. — *Non exacerbavit sermones suos.* Moses et Aaron non exacerbavit sermones suos, id est, *ejus*, Dei scilicet; sed quæ ille mandavit, effecta dedit; licet grave et periculosum videri posset tantum regem, quantus erat Pharao, provocare ad iracundiam; * ita Bellarminus. Alii cum Genebrardo malunt sensum esse : non irritavit, non irrita fecit Deus promissa sua Mosi facta de plagis Pharaoni et Ægypto infligendis.

31. *Cœnomyia.* Vide dicta Psal. 77, n. 45. — *Ciniphes.* Vide dicta Exod., c. 8, num. 17.

32. *Pluvias eorum grandinem.* Pro pluvia grandinem misit. — *Ignem comburentem.* Et cum grandine mixtum ignem fulminum, omnia comburentem et vastantem.

33. *Lignum finium eorum.* Omne lignum, omnes arbores in finibus eorum.

34. *Dixit.* Jussit. De plaga locustarum vide dicta Exod. 10, n. 1. — *Bruchus.* In Hebr. est ילק *ieleq*, species locustæ omnia lambentis et absumentis.

36. *Primitias omnis laboris eorum.* Vide dicta Psal. 77, n. 51.

37. *Cum argento et auro.* Aureis et argenteis vasis ab Ægyptiis commodato acceptis. — *Infirmus.* Vox hebraica כושל *cosel*, significat corruentem, labentem, nutantem, debilem. Nullus erat non modo æger, sed ne debilis quidem, sed sani omnes et validi.

38. *Lætata est Ægyptus in profectione eorum.* Adeo Ægyptii non retinuerunt Hebræos propter vasa aurea et argentea, ut potius læti sint eorum discessu, timore majoris mali, ne scilicet omnes perirent, ut perierant primogeniti eorum.

39. *Expandit nubem.* Interdiu enim nubes castra Israelitarum præcedebat, quemadmodum nocte columna ignis. — *In protectionem eorum.* In umbraculum et tegumentum adversus solem et ardorem; nam deserta per quæ ambulaverant Israelitæ torrida sunt, et ratione climatis et arenarum causa solis radios reflectentium.

40. *Coturnix.* Vide dicta Exod. 16, 13. — *Panis cœli.* Manna. Vide ibidem.

41. *Dirupit petram.* Hebræus habet, *aperuit.* Vide Num. 20, 11. — *Abierunt in sicco flumina.* Per aridum solum copiose fluxit aqua.

42. *Quoniam memor fuit.* Hæc autem omnia tam benigne Deus cum Israelitis operatus est, quia memor fuit promissi sancti et inviolabilis quod Abraham servo suo promiserat.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Téllez

sainte parole qu'il avait donnée à Abraham, son serviteur.	sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. [a *Gen.* 17. 7.]
43. Et il fit sortir son peuple *d'Egypte* avec allégresse, et ses élus avec des transports de joie.	43. Et eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in lætitia.
44. Et il leur donna le pays des nations; et il les fit entrer en possession des travaux de ces peuples *impies*,	44. Et dedit illis regiones gentium et labores populorum possederunt.
45. Afin qu'ils gardassent ses ordonnances pleines de justice, et qu'ils s'appliquassent à la recherche de sa loi.	45. Ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus requirant.

PSAUME CV (CVI).

Même sujet que le précédent.

Alleluia.	Alleluia. [*Judith.* 13. 21.]
1. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle.	1. Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam *a* in sæculum misericordia ejus. [a *Judith.* 13. 21.]
2. Qui racontera la puissance du Seigneur? et qui fera entendre toutes ses louanges?	2. *a* Quis loquetur potentias Domini; auditas faciet omnes laudes ejus? [a *Eccli.* 43. 35.]
3. Heureux ceux qui gardent l'équité, et qui pratiquent la justice en tout temps.	3. Beati, qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore.
4. Souvenez-vous de nous, Seigneur, selon la bonté qu'il vous a plu de témoigner à votre peuple : visitez-nous par votre assistance salutaire,	4. Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo;
5. Afin que nous nous voyions comblés des biens que vous réservez à vos élus; que nous goûtions la joie que vous destinez à votre peuple, et que vous soyez loué de ceux que vous avez choisis pour votre héritage.	5. Ad videndum in bonitate electorum tuorum ad lætandum in lætitia gentis tuæ; ut lauderis cum hæreditate tua.
6. Nous avons péché avec nos pères, nous avons agi injustement, nous nous sommes abandonnés à l'iniquité.	6. *a* Peccavimus cum patribus nostris: injuste egimus, iniquitatem fecimus. [a *Judith.* 7. 19.]
7. Nos pères ne comprirent point les merveilles que vous fîtes en Egypte; ils ne se souvinrent point de la multitude de vos miséricordes,	7. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua; non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Psal. CV. — 1. *Confitemini Domino.* Le premier verset de ce Psaume, les 45, 46 et 47e versets, c'est-à-dire le commencement et la fin se trouvent au livre des *Paralipomènes* (I. Par., XVI, 34 et seq.). Ce qui prouve qu'il a été composé à l'occasion de la dédicace du second temple, comme le Psaume précédent et le Psaume XCV. Ce Psaume contient une énumération des bienfaits dont Dieu a comblé Israël depuis la sortie d'Egypte jusqu'à l'établissement des Juges. A ces bienfaits, le Psalmiste oppose l'ingratitude et les révoltes de ses ancêtres. Il demande pardon à Dieu de toutes ces prévarications, et tout en reconnaissant la justice du châtiment qui pèse sur sa nation, il conjure le Seigneur de la tirer de la misère dans laquelle elle était plongée par suite de la captivité où ses ennemis l'avaient si cruellement opprimée.

---

43. *In exultatione.* Exultantes et læti.

44. *Gentium.* Chananæorum. — *Labores populorum.* Opes et bona quæ sibi multo labore populi Chananæorum paraverunt.

45. *Ut custodiant justificationes.* Hæc autem omnia Deus Israelitis præstitit, ut statuta religionis et cæremonias in lege institutas servarent. — *Legem ejus requirant.* Servent divinam legem.

Psal. CV. — *Alleluia.* Vide dicta initio superioris psalmi.

1. *Confitemini Domino.* Laudate Dominum. — *In sæculum misericordia ejus.* Benignus est, nec ullo tempore finis erit misericordiæ illius.

2. *Loquetur.* Eloquetur, explicabit, recensere poterit. — *Potentias Domini.* Admiranda et fortia ejus facta quibus populum suum liberavit a malis. — *Auditas faciet.* Idem quod *loquetur.*

3. *Custodiunt judicium.* Qui juste et secundum virtutem vivunt.

4. *In beneplacito populi tui.* Pro tua erga nos, populum tuum benignitate. — *Visita nos in salutari tuo.* Visita nos, et adsis nobis, salutem nobis afferens.

5. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum.* Ut videamus electorum tuorum bona. — *Ad lætandum in lætitia gentis tuæ.* Ut lætemur lætitia qua solet gaudere et frui gens quæ tibi chara est. — *Ut lauderis cum hæreditate tua.* Ut glorificeris apud populum tuum qui hæreditas tua est. Vel ut tu et hæreditas tua, sive populus tuus, laudemini. Vel ut lauderis a me et a populo tuo.

6. * *Peccavimus.* Eadem referuntur Judith., c. 7, n. 19.

7. *Non intellexerunt mirabilia tua.* Prudenter non consideraverunt. — *Irritaverunt ascendentes in mare.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

Et irritaverunt ascendentes in mare, mare Rubrum.	Et ils vous irritèrent, étant près d'entrer dans la mer Rouge.
8. Et salvavit eos propter nomen suum; ut notam faceret potentiam suam.	8. Cependant *le Seigneur* les sauva pour *la gloire de* son nom, afin de faire connaître sa puissance.
9. *a* Et increpuit mare Rubrum, et exsiccatum est; et deduxit eos in abyssis sicut in deserto [a *Exod.* 14. 21.]	9. Il menaça donc la mer Rouge, et elle se sécha. Ainsi il les conduisit au travers des abîmes, comme dans un lieu *sec et* désert.
10. Et salvavit eos de manu odientium; et redemit eos de manu inimici.	10. Et il les sauva de la main de ceux qui les haïssaient; et il les délivra des mains de leur ennemi.
11. *a* Et operuit aqua tribulantes eos; unus ex eis non remansit. [a *Exod.* 14. 27.]	11. Car l'eau couvrit ceux qui les poursuivaient : sans qu'il en restât un seul.
12. Et crediderunt verbis ejus; et laudaverunt laudem ejus.	12. Alors ils crurent à ses paroles, et ils firent retentir ses louanges.
13. Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus; et non sustinuerunt consilium ejus.	13. Mais cette reconnaissance dura peu. Ils oublièrent bientôt ses œuvres; et ils n'attendirent pas avec patience qu'il accomplit ses desseins *sur eux.*
14. *a* Et concupierunt concupiscentiam in deserto; et tentaverunt Deum in inaquoso. [a *Exod.* 17. 2.]	14. Ils désirèrent de manger des viandes dans le désert; et ils tentèrent Dieu dans un lieu où il n'y avait point d'eau.
15. *a* Et dedit eis petitionem ipsorum; et misit saturitatem in animas eorum. [a *Num.* 11. 31.]	15. *Le Seigneur* leur accorda leur demande, et il leur envoya de quoi rassasier leurs âmes.
16. Et irritaverunt Moysen in castris : Aaron sanctum Domini.	16. Et ils *l'irritèrent* dans le camp, *en se révoltant contre* Moïse et Aaron, le saint du Seigneur.
17. *a* Aperta est terra, et deglutivit Dathan; et operuit super congregationem Abiron. [a *Num.* 16. 32.]	17. La terre s'entr'ouvrit, et engloutit Dathan; et elle se referma sur la troupe d'Abiron.
18. Et exarsit ignis in synagoga eorum; flamma combussit peccatores.	18. Un feu s'alluma au milieu de ces factieux, et la flamme consuma ces méchants.

Irritaverunt Deum, quia cum tam multa signa divinæ protectionis vidissent, et tot miracula in Ægypto patrata, trepide et exigua fide illud sunt ingressi, metuentes ne vel ab aquis in se recuntibus absorberentur, vel ab insequentibus Ægyptiis comprehenderentur. Vide Exod., 14. — *Ascendentes in mare.* In græco est, ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. De ingredientibus mare potius videretur dicendum, descendentes in mare, ut psalmo sequenti dicitur n. 23 : *Qui descendunt mare in navibus;* sed bene etiam more Græcorum dicitur, *ascendentes in mare*, quia ἀνάγειν τὴν ναῦν dicunt Græci, id est, *in altum educere*, quemadmodum κατάγειν, reducere in portum.

8. *Salvavit eos propter nomen suum.* Sua causa, propter suam bonitatem; vel ne nomen suum quasi invalidum et infirmum blasphemaretur, juxta illud Exod., 14, 18 : *Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus.*

9. *Increpuit mare Rubrum.* Exagitavit, compescuit, vento a se immisso vehementi et urente tota nocte, ut verteretur in siccum. Loquitur de mari tanquam de re animata per prosopopœiam poeticam. — *In abyssis.* Per abyssos, per profunda maris. — *Sicut in deserto.* Ac si fuissent in deserto arido, et solido loco.

10. *De manu odientium.* De manu Ægyptiorum, qui illos oderant et persequebantur.

11. *Et operuit aqua.* Mare obruit Ægyptios, etc. : Israelitas tribulantes et vexantes. — *Unus ex eis non remansit.* Nemo plane Ægyptiorum evasit qui cladem nuntiaret.

12. *Crediderunt.* Verbis Domini quæ per Mosen loquebatur. — *Laudaverunt.* In Hebr. est, *cecinerunt*, hymnum intelligit triumphalem et epinicium Mosis et Mariæ, Exod. 15.

13. *Cito fecerunt.* Cito obliti sunt opera et prodigia quæ patravit Deus. Italice dicimus : *Fecero presto a scordarsi.* — *Non sustinuerunt consilium ejus.* Non exspectaverunt exitum divini consilii et voluntatis.

14. *Concupiscentiam.* Carnes contempto manna. Num. 11. — *Tentaverunt Deum in inaquoso.* In deserto, in solitudine, in qua dubitarunt de præsentia et omnipotentia Dei. Exod. 17, num. 7. Vide Psalm. 77, n. 17 et 18.

15. *Petitionem ipsorum.* Id quod ipsi petiverant, id est, carnes coturnicum. Num. 11, 31. — *Misit saturitatem in animas eorum.* Tanta copia ut eos satiaret, adeo ut exirent carnes per nares, et verterentur in nauseam, ut dicitur Num. 11, 20. * Hanc saturitatem morbi speciem fuisse quæ πλησμονή, id est, *repletio immodica*, dicitur, conjicere licet ex Hebræo ex quo pro saturitate verti potest *macies*, vel *tabes*.

16. *Irritaverunt Moysen.* Concitando schisma perniciosum, et seditionem in ipsum et Dei sacerdotes. Num. 16, 1. — *Sanctum Domini.* Consecratum in sacerdotem sacro oleo.

17. *Aperta est terra.* Historiam habes Num. 16, 32. — *Operuit..... Abiron.* Cooperuit absorbens cœtum eorum qui secuti fuerant partes Abiron.

18. *Exarsit ignis in synagoga eorum.* Egresso igne a Domino, quo absumpti sunt primum ducenti quinquaginta, deinde quatuordecim millia septingenti, Num. 16, 49.

19. Ils se firent un veau d'or près d'Horeb, ils adorèrent cet ouvrage de sculpture;

20. Et ils changèrent *leur Dieu qui faisait* leur gloire contre l'image d'un veau qui mange du foin.

21. Ils oublièrent le Dieu qui les avait sauvés, qui avait fait tant de miracles dans l'Egypte,

22. Tant de prodiges dans la terre de Cham, et des choses si terribles dans la mer Rouge.

23. C'est pourquoi il avait résolu de les perdre, si Moïse, qu'il avait choisi ne s'y fût opposé, en brisant *ce veau d'or*, et se présentant devant lui,

Pour détourner sa colère, et empêcher qu'il ne les exterminât.

24. Et ils n'eurent que du mépris pour la terre *promise* qui était si digne de leurs désirs.

Ils ne crurent pas à la parole qu'il leur avait donnée;

25. *Mais* ils murmurèrent *contre lui* dans leurs tentes, et ils n'écoutèrent point la voix du Seigneur.

26. Alors il éleva sa main sur eux, pour les exterminer dans le désert;

27. Pour rendre leur race misérable parmi les nations, et les disperser en divers pays.

28. Ils se consacrèrent à Beelphégor, et ils mangèrent des sacrifices des morts.

29. Ils irritèrent le Seigneur par leurs œuvres, et il en périt un grand nombre.

30. Mais Phinées s'opposa *à leur impiété* : il apaisa *la colère du Seigneur;* et il fit cesser la plaie dont il les avait frappés.

31. Et *ce zèle* lui a été imputé à justice pour toujours, et dans la suite de toutes les races.

32. Ils irritèrent encore Dieu aux eaux de Contradiction : et Moïse fut châtié, à cause d'eux.

19. *a* Et fecerunt vitulum in Horeb; et adoraverunt sculptile. [a *Exod.* 32. 4.]

20. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

21. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto,

22. Mirabilia in terra Cham; terribilia in mari Rubro.

23. *a* Et dixit ut disperderet eos; si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus; [a *Exod.* 32. 10.]

Ut averteret iram ejus ne disperderet eos;

24. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem;

Non crediderunt verbo ejus,

25. Et murmuraverunt in tabernaculis suis; non exaudierunt vocem Domini.

26. *a* Et elevavit manum suam super eos ut prosterneret eos in deserto. [a *Num.* 14. 32.]

27. Et ut dejiceret semen eorum in nationibus; et dispergeret eos in regionibus.

28. Et initiati sunt Beelphegor; et comederunt sacrificia mortuorum.

29. Et irritaverunt eum in adinventionibus suis : et multiplicata est in eis ruina.

30. *a* Et stetit Phinees, et placavit; et cessavit quassatio. [a *Num.* 25. 7.]

31. Et reputatum est ei in justitiam, in generationem et generationem usque in sempiternum.

32. *a* Et irritaverunt eum ad aquas Contradictionis; et vexatus est Moyses propter eos; [a *Num.* 20.] 13.

---

19. *Fecerunt vitulum in Horeb*. Notissima historia. Vide Exod. 32.

20. *Gloriam suam*. Deum decus suum, Deum gloriosum genti Israelitarum.

22. *In terra Cham*. Vide dicta Psal. 104, n. 23.

23. *Dixit ut disperderet eos*. Et jam de illis perdendis cogitabat, imo se illos perditurum affirmabat. Vide Exod. 32, 10. — *Stetisset in confractione*. Loquitur de Deo allegoria ducis civitatem, machinis admotis et muro quassato, diruere et penitus delere parantis. Sensus est : Nisi Moses stetisset, et se in muri ruptura opposuisset Deo. Italice diceremus, *nella breccia*.

24. *Pro nihilo habuerunt*. Non curaverunt, nec optaverunt pervenire in terram promissam. Vide Num. 13, 32. — *Terram desiderabilem*. Terram lacte et melle manantem, id est, rebus non solum necessariis, sed etiam voluptariis. — *Non crediderunt verbo ejus*. Quod scilicet daturus esset, aut dare posset terram illam.

25. *Murmuraverunt*. Vide locum libri Numerorum proxime citatum. — *Non exaudierunt vocem Domini*. Non obtemperaverunt voci Domini, sed dictis exploratorum adhæserunt.

26. *Elevavit manum suam super eos*. Manu in altum sublata juravit se eos prostraturum in deserto. Num. 14, 28 et sequentibus. Vel manus elevatio habitus est brachium attollentis ad feriendum.

27. *Dejiceret semen eorum in nationibus*. Corruere faceret inter nationes, vel dispergeret per nationes et gentes, ut nec populi, nec reipublicæ formam haberent.

28. *Initiati sunt Beelphegor*. Religione conjuncti sunt Beelphegor idolo Moabitarum et Madianitarum. Vide historiam Num. 25. — *Comederunt sacrificia mortuorum*. Idolorum vita carentium.

29. *Irritaverunt eum in adinventionibus suis*. Pravis hisce studiis Dei iram provocaverunt. *Multiplicata est in eis ruina*. Hebræus habet, *erupit in eos plaga*.

30. *Stetit Phinees*. Vide Num. 25, 7. — *Placavit*. Deum iratum. — *Quassatio*. Percussio, plaga, clades.

31. *Reputatum est ei in justitiam*. Virtuti et justitiæ est ei datum a Domino in omnium sæculorum perennitatem, ut proinde eum constituerit principem sacrorum gentis suæ, ut esset illi et semini ejus dignitas sacerdotii in æternum. Vide Numer. 25, 13; et Eccli. 45, 30.

32. *Irritaverunt eum ad aquas Contradictionis*. Ubi populus cum Mose propter aquæ penuriam cœpit altercari. Vide historiam Numer. 20, 3 et seq. — *Vexatus est Moyses propter eos*. Tristitia et mœrore affectus.

33. Quia exacerbaverunt spiritum ejus.

Et distinxit in labiis suis :

34. Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.

35. Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum;

36. Et servierunt sculptilibus eorum; et factum est illis in scandalum.

37. Et immolaverunt filios suos, et filias suas dæmoniis.

38. Et effuderunt sanguinem innocentem; sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.

Et infecta ex terra in sanguinibus,

39. Et contaminata est in operibus eorum; et fornicati sunt in adinventionibus suis.

40. Et iratus est furore Dominus in populum suum; et abominatus est hæreditatem suam.

41. Et tradidit eos in manus gentium; et dominati sunt eorum qui oderunt eos.

42. Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum.

43. Sæpe liberavit eos.

Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

44. Et vidit cum tribularentur; et audivit orationem eorum

45. *a* Et memor fuit testamenti sui; et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. [a *Deut.* 30. 1.]

33. Car ils aigrirent son esprit;

Et il fit paraître de la défiance dans ses paroles.

34. Ils n'exterminèrent point les nations que le Seigneur leur avait marquées;

35. Mais ils se mêlèrent parmi ces nations. Ils apprirent à *imiter* leurs œuvres,

36. Et ils adorèrent leurs idoles taillées en sculpture : ce qui fut pour eux une occasion de scandale.

37. Ils immolèrent leurs fils et leurs filles aux démons.

38. Ils répandirent le sang innocent, le sang de leurs fils et de leurs filles, qu'ils sacrifièrent aux idoles de Chanaan taillées en sculpture.

Et la terre fut infectée par l'abondance du sang qu'ils répandirent :

39. Elle fut souillée par leurs œuvres criminelles; car ils se prostituèrent à ces idoles qu'ils avaient inventées.

40. C'est pourquoi le Seigneur se mit en colère : il entra en fureur contre son peuple; et il eut en abomination son héritage.

41. Il le livra entre les mains des nations : et ceux qui le haïssaient eurent l'empire sur eux.

42. Leurs ennemis leur firent souffrir plusieurs maux : ils furent humiliés sous leur puissance;

43. Et souvent Dieu les en délivra.

Mais ils l'irritèrent de nouveau par leurs desseins : et leurs propres iniquités leur attirèrent de nouvelles afflictions.

44. Il les regarda *néanmoins* lorsqu'ils étaient affligés; et il écouta leurs prières.

45. Il se souvint de son alliance; et étant touché de repentir, selon la grandeur de sa miséricorde,

33. *Et distinxit in labiis*. Ménochius, à l'exemple de plusieurs commentateurs, rapporte ce verset à Dieu et traduit : Dieu reprocha aux Israélites de n'avoir pas détruit les nations. Nous préférons la traduction du P. de Carrières. Ici commence l'histoire de Josué, et le Psalmiste reproche aux Israélites de n'avoir pas exterminé les Chananéens après leur établissement dans la terre promise comme Dieu le leur avait ordonné.

41. *Et tradidit eos in manus*. Ce sont les différentes servitudes qui pesèrent sur les Juifs sous le gouvernement des Juges. Ils furent livrés aux Ammonites, aux Moabites et aux Philistins en punition de leurs révoltes.

---

33. *Quia exacerbaverunt spiritum ejus*. Perturbaverunt et offenderunt animum ejus. — *Distinxit in labiis suis*. Deus aperte pronuntiavit, et reprehendit Hebræos quod non exterminaverunt gentes quas dixit Dominus illis.

35. *Commixti sunt inter gentes*. Miscuerunt se populis illis idolorum cultoribus, et ex consortio illorum didicerunt opera illorum, haurientes ab eis superstitiosum cultum idolorum.

36. *Factum est illis in scandalum*. In offendiculum, ruinam et perniciem.

37. *Immolaverunt filios suos*. Idolo Moloch, de quo scelere vide Levit. c. 18, n. 21, et ibi notata. ' De hac immanitate apud varias gentes passim apud auctores mentio habetur. Ægyptiis hujusmodi victimas familiares, teste Athenæo, l. 4, qui ἀνθρωποθυσίαν vocat.

38. *Effuderunt sanguinem innocentem*. Alter modus sacrificandi filios non jam per ignem, sed per gladium. — *Infecta est terra in sanguinibus*. Sanguine cæsorum imbuta et polluta.

39. *In operibus eorum*. Profanis illis sacrificiis. — *Fornicati sunt in adinventionibus suis*. Desciverunt a Deo per sua hæc prava opera et studia. Metaphora ducta a muliere conjugata matrimonii fidem fallente.

40. *Abominatus est hæreditatem suam*. Aversatus est populum suum, quem sibi elegerat ut tanquam hæreditatem et peculium suum haberet, et beneficiis ornaret.

42. *Sub manibus eorum*. Sub ipsorum inimicorum imperio et tyrannide.

43. *Exacerbaverunt*. Irritaverunt. — *In consilio suo*. In Hebr. est, *in consilio ipsorum*, scilicet hebræorum : idem est quod num. 39 dicitur, *in adinventionibus suis*. In consilio quod inibant, in cogitatione quam suscipiebant de colendis idolis. — *Humiliati sunt in iniquitatibus suis*. Propter iniquitates suas repetitas depressi sunt; sua ipsorum culpa attriti, et gravibus calamitatibus obnoxii facti sunt.

44. *Vidit cum tribularentur*. Benigno et misericordi oculo aspexit.

45. *Testamenti sui*. Pacti et promissi sui quod cum illis intercedebat, Deut. 30, 1 et 2, ubi promittitur benignitas et favor divinus pœnitentibus. — *Pœnituit eum*. Loquitur more humano; nam Deus consilium non mutat; desiit eorum peccata punire, suæ gratiæ illos restituendo.

46. Il fit éclater cette même miséricorde envers eux, à la vue de tous ceux qui les avaient assujétis.

47. Sauvez-nous, Seigneur notre Dieu; et rassemblez-nous du milieu des nations,

Afin que nous rendions gloire à votre saint nom, et que nous nous glorifiions dans vos louanges.

48. *Alors nous dirons :* Que le Seigneur, le Dieu d'Israël soit béni dans tous les siècles. Et tout le peuple dira : Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

46. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.

47. Salvos nos fac, Domine Deus noster; et congrega nos de nationibus;

Ut confiteamur nomini sancto tuo; et gloriemur in laude tua.

48. Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum : et dicet omnis populus : Fiat, fiat.

PSAUME CVI (CVII).

Il faut louer Dieu.

Alleluia.

1. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle.

2. Que ceux-là le disent, qui ont été rachetés par le Seigneur, qu'il a rachetés de la puissance de l'ennemi, et qu'il a rassemblés *des divers* pays.

3. Du lever du soleil et du couchant, du nord et de la mer.

4. Ils ont erré dans la solitude, dans des lieux où il n'y avait point d'eau : et ils ne trouvaient point de chemin pour aller dans une ville où ils pussent habiter.

5. Ils souffraient la faim et la soif; et leur âme était tombée en défaillance.

6. Mais au milieu de leur affliction ils criérent

Alleluia. [*Judith.* 13. 21.]

1. Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus.

2. Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici; et de regionibus congregavit eos.

3. A solis ortu, et occasu; ab aquilone, et mari.

4. Erraverunt in solitudine in inaquoso; viam civitatis habitaculi non invenerunt.

5. Esurientes, et sitientes; anima eorum in ipsis defecit.

6. Et clamaverunt ad Dominum cum

47. *Salvos nos fac, Domine.* Ces paroles s'appliquent parfaitement à Israël à son retour de la captivité. Les Juifs revenus de Babylone à Jérusalem comparent cette dernière épreuve à toutes celles qu'avaient subies leurs ancêtres, et ils conjurent le Seigneur de les délivrer de leurs ennemis comme il a délivré leurs prédécesseurs.

48. *Fiat! fiat!* C'est la conclusion du IVe livre des *Psaumes*, selon la division des Hébreux. Voyez notre note à la fin du Psaume XL qui termine le premier livre.

Psal. CVI. — 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Ce Psaume est une exhortation à louer Dieu. Nous croyons qu'il a été composé après le retour de la captivité. L'auteur énumère tous les maux qu'Israël a eus à souffrir pendant qu'il a gémi sous l'oppression des nations étrangères. Il compare ces maux à l'état d'un homme qui se serait égaré dans un désert, ou qui aurait été condamné à une servitude accablante, ou qui aurait été frappé d'une affreuse maladie, ou qui aurait été exposé sur mer à une violente tempête. Il invite les Israélites délivrés de ces maux à louer la Miséricorde divine, et il conclut en exposant le jugement de justice et de miséricorde que Dieu exerce sur tous les hommes.

3. *Ab aquilone et mari.* Il s'agit ici de la mer australe ou mer Rouge, car autrement la mer désigne l'occident. C'est la Méditerranée qui est à l'ouest de la Judée. La mer et le midi sont aussi pris l'un pour l'autre au Psaume LXXXVIII, 13.

---

46. *Dedit eos in misericordias.* Fecit cum eis Deus misericordiam; posuit eos in sinum misericordiæ suæ. — *In conspectu omnium qui ceperant eos.* Videntibus et mirantibus iis qui ceperant eos. * Vel sensus versiculi est : effecit ut hostes misererentur hebræorum quos captivos habebant, illosque benigne tractarent, et libertati etiam restituerent et patriæ.

47. *Congrega nos de nationibus.* Collige nos in unum ex variis nationibus per quas dissipati sumus. — *Ut confiteamur nomini sancto tuo.* Ut simul in unum congregati laudare possimus nomen sanctum tuum. — *Et gloriemur in laude tua.* Inter laudandum te exultemus de benignitate tua.

48. *Benedictus Dominus.* In æternum laudetur Deus, et dicat omnis populus : Ita fiat, ita omnino fiat.

Psal. CVI. — 1. *Confitemini Domino.* Primus hic versiculus est plane idem cum primo versiculo psalmi superioris.

2. *Dicant.* Divinas laudes. — *De regionibus congregavit eos.* De terrarum variis exiliis et captivitatibus in unum collegit.

3. *Et mari.* Vide dicta Psalm. 88, 13.

4. *Erraverunt in solitudine.* Non loquitur solum de populo in deserto errante post exitum de Ægypto, sed generatim de quibuscumque hisce calamitatibus afflictis, quas hoc psalmo commemorat. Sensus ergo est : si quis exul, aut peregrinus per deserta loca vagetur, nec certam sedem inveniat in qua requiescat, si clamaverit ad Dominum, eripiet eum ex calamitate. — *In inaquoso.* In arido et sitienti solo deserti alicujus. — *Viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Si non invenerint viam quæ ducat ad civitatem, in qua habitent, aut habitare possint.

5. *Esurientes et sitientes.* Si in solitudine illa esurierint et sitierint, ita ut jam deficiant.

6. *Et clamaverunt ad Dominum.* Si clamaverint ad Dominum, etc.

tribularentur; et de necessitatibus eorum eripuit eos.

7. Et deduxit eos in viam rectam : ut irent in civitatem habitationis.

8. Confiteantur Domino misericordiæ ejus; et mirabilia ejus filiis hominum.

9. Quia satiavit animam inanem; et animam esurientem satiavit bonis.

10. Sedentes in tenebris, et umbra mortis; vinctos in mendicitate, et ferro.

11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei; et consilium Altissimi irritaverunt.

12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum; infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.

13. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum liberavit eos.

14. Et eduxit eos in tenebris, et umbra mortis; et vincula eorum disrupit.

15. Confiteantur Domino misericordiæ ejus; et mirabilia ejus filiis hominum.

16. Quia contrivit portas æreas; et vectes ferreos confregit.

17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum; propter injustitias enim suas humiliati sunt.

18. Omnem escam abominata est anima eorum; et appropinquaverunt usque ad portas mortis.

19. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum liberavit eos.

au Seigneur, qui les tira des nécessités où ils se trouvaient.

7. Et il les conduisit dans le droit chemin, afin qu'ils pussent aller à la ville où ils devaient demeurer.

8. Que les miséricordes du Seigneur soient le sujet de ces louanges. Qu'il soit loué à cause des merveilles qu'il a faites en faveur des enfants des hommes.

9. Car il a rassasié l'âme qui était vide, et rempli de biens l'âme qui souffrait la faim.

10. Ils étaient assis dans les ténèbres et dans l'ombre de la mort; ils étaient captifs, dans l'indigence, et chargés de fers.

11. Parce qu'ils avaient irrité Dieu en violant ses préceptes, et mis en colère le Très-Haut en méprisant son conseil.

12. Aussi leur cœur a été humilié par la fatigue de plusieurs travaux; ils ont été affaiblis; et il n'y avait personne qui les secourût.

13. Mais ils criérent au Seigneur du milieu de leur affliction; et il les délivra des nécessités où ils se trouvaient.

14. Il les fit sortir des ténèbres et de l'ombre de la mort; et il rompit leurs liens.

15. Que les miséricordes du Seigneur soient le sujet de ses louanges. Qu'il soit loué à cause des merveilles qu'il a faites en faveur des enfants des hommes;

16. Parce qu'il a brisé les portes d'airain, et qu'il a rompu les barrières de fer.

17. Il les a retirés de la voie de leur iniquité; car ils avaient été humiliés à cause de leurs injustices :

18. Leur âme avait en horreur toute sorte de nourriture : et ils étaient fort proche des portes de la mort.

19. *Mais* ils criérent au Seigneur du milieu de leur affliction, et il les délivra des nécessités où ils se trouvaient.

8. *Confiteantur Domino.* Ce verset est comme un refrain qui résume la pensée générale de cette ode et qui revient après le développement de chacune des images sous lesquelles le Psalmiste peint la détresse et la misère d'Israël durant la captivité. Voyez vers. 15, 21, 31.

---

8. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus.* Laudetur Dominus propter misericordias ejus. — *Et mirabilia ejus.* Celebrentur et prædicentur. — *Filiis hominum.* A filiis hominum; vel quæ in filios hominum contulit mirabilia beneficia.

9. *Inanem.* Esurientem satiavit.

10. *Sedentes in tenebris.* Sensus est : sint captivi, carceribus inclusi, etc., clament ad Dominum, et liberabuntur. — *In tenebris et umbra mortis.* In carceribus qui obscuri esse solent. Umbra mortis est umbra densissima, et obscuritas qualis in sepulcris esse solet. — *In mendicitate.* Nam vinctis in carceribus maligne suppeditantur quæ ad victum sunt necessaria. — *Et ferro.* Ferreis compedibus et manicis constricti. * In hebræo est, *captivos afflictionis et ferri.* Afflictionem vocat ipsum carcerem, ferrum, compedes.

11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei.* Etiamsi vitio suo et propter peccata sua Deus illos ea calamitate voluisset vexari, quia nimirum Deum irritaverunt, non servantes legem Dei. — *Consilium Altissimi irritaverunt.* Est repetitio præcedentis hemistichii. Consilia et monita Dei quæ per legem divinam illis suggerebat non admiserunt, ideoque hac contumacia Deum irritaverunt.

12. *Humiliatum est in laboribus.* In ærumnis et calamitatibus. — *Infirmati sunt.* Viribus destituti, aut aliqua tentati corporis ægritudine, auxilio quo indigebant plane carentes.

13. *Et clamaverunt.* Repetit versiculum sextum, qui est in hoc psalmo quasi intercalaris.

15. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus.* Idem versiculus cum octavo, qui more intercalarium repetitur.

16. *Portas æreas.* Carcerum. — *Vectes ferreos.* Claustra ferrea, vincula perpetuæ vel durissimæ servitutis.

17. *Suscepit eos.* Quasi porrecta manu eos suscepit in gratiam suam e via iniquitatis, qua a divina lege aberraverant; nam propter peccata sua malis vexabantur.

18. *Omnem escam abominata est anima eorum.* Ii nimirum qui infirmati sunt e morbis tentati, de quibus dictum est n. 12. Graves morbos cibi inappetentia comitari solet. * Vide Galen. 1. 3. de Causis symptomatum.

20. Il leur envoya sa parole, et ils les guérit, et les tira des ombres de la mort.

21. Que les miséricordes du Seigneur soient le sujet de ses louanges. Qu'il soit loué à cause des merveilles qu'il a faites en faveur des enfants des hommes.

22. Qu'ils lui offrent un sacrifice de louanges, et qu'ils publient ses œuvres avec allégresse,

23. Ceux qui descendent sur mer dans les navires, et qui travaillent au milieu des eaux.

24. Ils ont vu les œuvres du Seigneur et les merveilles qu'il fait dans la profondeur des abîmes.

25. Il a commandé, et aussitôt il s'est élevé un vent qui a amené la tempête; et les flots de la mer se sont élevés.

26. Ils montaient jusqu'au ciel et descendaient jusqu'au fond des abîmes; leur âme tombait dans la défaillance à la vue des maux *dont ils étaient menacés*.

27. Ils étaient troublés et agités, comme un homme ivre; et leur sagesse était toute renversée.

28. *Mais* ils crièrent au Seigneur du milieu de leur affliction, et il les tira de l'extrémité où ils se trouvaient.

29. Il changea cette tempête en un vent doux, et les flots de la mer se calmèrent.

30. Alors ils se réjouirent de ce que les flots s'étaient calmés. *Et le Seigneur* les conduisit jusqu'au port où ils voulaient arriver.

31. Que les miséricordes du Seigneur soient le sujet de ses louanges. Qu'il soit loué à cause des merveilles qu'il a faites en faveur des enfants des hommes.

32. Que l'on relève sa gloire dans l'assemblée du peuple, et qu'on le loue dans le lieu où sont assis les anciens.

33. Il a changé les fleuves en un désert, et les pays arrosés d'eaux en *un lieu où l'on a souffert* la soif.

20. Misit verbum suum, et sanavit eos; et eripuit eos de interitionibus eorum.

21. Confiteantur Domino misericordiæ ejus; et mirabilia ejus filiis hominum;

22. Et sacrificent sacrificium laudis; et annuntient opera ejus in exultatione.

23. Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.

24. Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo.

25. Dixit, et stetit spiritus procellæ; et exaltati sunt fluctus ejus.

26. Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat.

27. Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius; et omnis sapientia eorum devorata est.

28. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum eduxit eos.

29. Et statuit procellam ejus in auram; et siluerunt fluctus ejus.

30. Et lætati sunt quia siluerunt; et deduxit eos in portum voluntatis eorum.

31. Confiteantur Domino misericordiæ ejus; et mirabilia ejus filiis hominum.

32. Et exaltent eum in ecclesia plebis; et in cathedra seniorum laudent eum.

33. Posuit flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim :

33. *Posuit flumina.* D'ici à la fin du Psaume, le Psalmiste nous montre Dieu répandant, selon sa puissance et sa justice, l'abondance et la stérilité, la richesse et la misère dans les

---

20. *Misit verbum suum.* Jussit eos sanos esse. Est tamen allusio ad Verbum Dei filium, per quem a malis liberati sumus. — *De interitionibus.* In interitu.

22. *Sacrificium laudis.* Ipsam laudem, quæ est sacrificium Deo gratissimum. Vel loquitur de sacrificiis pacificis et eucharisticis quæ in gratiarum actionem offerebantur. — *Annuntient opera ejus.* Celebrent beneficia ejus exultantes et gaudentes.

23. *Qui descendunt mare in navibus.* Sensus est : si qui navigationem susceperint, et dum periclitantur oraverint Dominum, liberabuntur. *Facientes operationem in aquis multis.* Negotiationem et mercaturam exercentes in aquis. Vel opera nautarum exercentes, remos agendo, vela expandendo, etc.

24. *Viderunt opera Domini.* Mirabilia enim multa accidunt navigantibus, et opera Domini admiranda cognoscunt in longis navigationibus, varias regiones, varia cœli ingenia, fluxum maris et refluxum, divitias ipsius maris, uniones, corallia, etc., piscium varias formas, cete et marina monstra.

25. *Dixit.* Jussit Dominus. — *Statit spiritus procellæ.* Excitatus est ventus et procella commovens mare. — *Exaltati sunt fluctus ejus.* Intumuit mare et fluctus agere cœpit.

26. *Ascendunt usque ad cœlos.* Fluctibus elati, et iisdem subsidentibus depressi. Et poetica hyperbole, qualis apud Virg., 3. Æneid :

Tollimur in cœlum curvato gurgite, et idem
Subducta ad manes imos descendimus unda.

— *In malis tabescebat.* In periculo deprehensa præ metu exanimabatur et dissolvebatur.

27. *Turbati sunt.* Timuerunt. — *Moti sunt sicut ebrius.* Nam imminente naufragio, nec vectoribus, nec nautis vires aut consilium suppetunt, vacillant pedes, nutat judicium, omnisque sapientia, hoc est, ars et peritia navigandi timore quasi absorpta videtur.

29. *Procellam..... in auram.* In auram lenem et placidam convertit Deus.

30. *Siluerunt.* Quievit fremitus maris. — *In portum voluntatis eorum.* In portum optatum.

32. *In ecclesia plebis.* In cœtu populi totius. — *In cathedra seniorum.* In consessu senatorum et magistratuum.

33. *Posuit flumina in desertum.* Laudat Deum ab omnipotentia et providentia qua rerum naturas aliquando permutat. Flumina in desertum ponere est flumina arefacere. — *Exitus aquarum.* Fontes aquarum siccando, et in arenas et siticulosum solum convertendo.

34. Terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.

35. Posuit desertum in stagna aquarum : et terram sine aqua in exitus aquarum.

36. Et collocavit illic esurientes; et constituerunt civitatem habitationis.

37. Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas; et fecerunt fructum nativitatis.

38. Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis : et jumenta eorum non minoravit.

39. Et pauci facti sunt; et vexati sunt a tribulatione malorum, et dolore.

40. Effusa est contemptio super principes; et errare fecit eos in invio, et non in via.

41. Et adjuvit pauperem de inopia; et posuit sicut oves familias.

42. a Videbunt recti, et lætabuntur; et omnis iniquitas oppilabit os suum. [a *Job.* 22. 19.]

43. Quis sapiens et custodiet hæc? et intelliget misericordias Domini?

34. Il a rendu la terre qui portait beaucoup de fruits aussi stérile que celle qui est semée de sel : à cause de la malice de ses habitants.

35. Il a changé des déserts en des étangs, et la terre qui était sans eau en des eaux courantes.

36. Et il y a établi ceux qui étaient affamés. Ils y ont bâti une ville pour y demeurer;

37. Et ils y ont semé des champs et planté des vignes; qui ont porté des fruits en abondance.

38. Il les a bénis, et ils se sont extrêmement multipliés : et il a augmenté leurs bestiaux.

39. Mais ils ont été ensuite réduits à un petit nombre; ils ont été affligés de plusieurs maux et accablés de douleur.

40. Les princes sont tombés dans le dernier mépris; et il les a fait errer hors de la voie, dans des lieux où il n'y avait point de chemin.

41. Il a, *au contraire*, délivré le pauvre de son indigence, et multiplié ses enfants comme les brebis.

42. Les justes verront et seront remplis de joie, et tous les méchants seront forcés de fermer la bouche.

43. Qui est sage, pour conserver *la mémoire de* ces choses, et pour comprendre les miséricordes du Seigneur?

PSAUME CVII (CVIII).

Action de grâces.

1. Canticum Psalmi ipsi David. [*Sup.* 56. 8.]

2. Paratum cor meum, Deus, para-

1. Cantique ou Psaume pour David.

2. Mon cœur est préparé, ô mon Dieu! mon

diverses contrées, renversant les grands et soutenant les faibles et les malheureux. Ce qui paraît, dit Bossuet, se rapporter aux Babyloniens et aux Juifs. Les premiers furent renversés, tandis que les seconds, délivrés de la captivité, revinrent dans leur pays où la Providence les combla de biens.

Psal. CVII. — 2. *Paratum cor meum.* Le but de ce Psaume est le même que celui du Psaume LIX. David y célèbre les victoires qu'il venait de remporter probablement sur les

---

34. *Terram fructiferam in salsuginem.* In salsum et sterile solum, ut accidit terræ Pentapolitarum, Genes., 19. — *A malitia.* Propter malitiam, scelera et peccata.

35. *Posuit desertum in stagna aquarum.* Vice versa, cum Deo placuit, loco deserta, arida et siticulosa aquis redundare fecit. — *In exitus aquarum.* In fontes aquarum; scaturire fecit aquas in locis aridis et desertis.

36. *Collocavit illic esurientes.* Et habitare fecit in ea regione colonos antea pauperes et esurientes. — *Constituerunt civitatem habitationis.* Civitatem in qua commode potest habitari.

37. *Fecerunt fructum nativitatis.* Copiosum proventum attulerunt agri illi et vineæ. In Hebr., est, *fecerunt fructum proventus.*

38. *Benedixit eis.* Fortunavit eos, et multis bonis affecit. — *Multiplicati sunt nimis.* Valde sunt aucti numerosa sobole et omni genere bonorum. — *Non minoravit.* Non minuit pestilentia, aut alia calamitate. Vel etiam est miosis; vehementer auxit.

39. *Et pauci facti sunt.* Ostendit in terra nihil esse stabile : nam iidem qui paulo ante floruerunt, jam, ita peccatis eorum postulantibus, ad infelicem statum redacti sunt, et urbe frequens ad civium paucitatem. — *Vexati sunt a tribulatione malorum et dolore.* Afflicti sunt variis malis, tribulationibus et doloribus.

40. *Effusa est contemptio super principes.* Quos Deus propter peccata despicabiles reddit, eorum apud subditos auctoritatem imminuens. — *Errare... in invio, et non in via.* Deflectere a recta via, et aberrando ab illa obliquas semitas et invias sectari, quod faciunt qui imprudenter agunt et impie.

41. *Et adjuvit pauperem de inopia.* Quasi dicat : Eodem tamen tempore non defuerunt viri probi quos Deus de inopia sublevavit et pavit, et rexit ut proprias oves familias eorum.

42. *Oppilabit os suum.* Obmutescet ob tam singularia Domini judicia.

43. *Custodiet hæc.* In corde suo, probe illa intelligendo, et juxta illa vitam dirigendo et mores componendo. — *Misericordia Domini.* Beneficia quibus Dominus suos afficit.

Psal. CVII. (*Explicavimus supra hunc psalmum; nam quæ habet a primo versiculo usque ad septimum repetita sunt ex Psalmo* 56, *a n.* 8 *usque ad finem Psalmi : quæ vero habet a n.* 8 *et deinceps, eadem habes Psal.* 59, *a n.* 6 *usque ad finem.*)

cœur est préparé. Je chanterai *vos louanges*, et je les ferai retentir sur les instruments, au milieu de ma gloire.	tum cor meum, cantabo, et psallam in gloria mea.
3. Levez-vous, ma gloire; excitez-vous, mon luth et ma harpe : *car* je me lèverai de grand matin.	3. Exurge gloria mea, exurge psalterium, et cithara; exurgam diluculo.
4. *Et* je vous louerai, Seigneur, au milieu des peuples; et je chanterai votre gloire parmi les nations;	4. Confitebor tibi in populis, Domine; et psallam tibi in nationibus.
5. Parce que votre miséricorde est plus élevée que les cieux, et que votre vérité s'élève jusqu'aux nuées.	5. Quia magna est super cœlos misericordia tua; et usque ad nubes veritas tua.
6. Elevez-vous, ô Dieu! *et que* votre gloire *éclate* sur toute la terre.	6. Exaltare super cœlos Deus, et super omnem terram gloria tua;
7. Afin que vos bien-aimés soient délivrés. Sauvez-moi par votre droite, et exaucez-moi.	7. Ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua, et exaudi me;
8. Dieu a parlé de son lieu saint. Je me réjouirai, et je ferai le partage de Sichem, et je prendrai les mesures de la vallée des Tentes.	8. Deus locutus est in sancto suo : Exultabo, et dividam Sichimam, et convallem Tabernaculorum dimetiar.
9. Galaad est à moi; aussi bien que Manassé : et Ephraïm est la force de ma tête.	9. Meus est Galaad, et meus est Manasses; et Ephraim susceptio capitis mei.
Juda est mon roi. 10. Moab est *comme une marmite qui nourrit* mon espérance.	Juda rex meus; 10. Moab lebes spei meæ.
Je m'avancerai dans l'Idumée : et je la foulerai aux pieds. Les *peuples* étrangers sont devenus mes amis.	In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ amici facti sunt.
11. *Mais* qui est celui qui me conduira jusque dans la ville forte? Qui est celui qui me conduira jusque dans *le cœur de* l'Idumée?	11. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?
12. Ne sera-ce pas vous, ô *mon* Dieu, vous qui nous aviez rejetés; et ne marcherez-vous pas, ô Dieu! à la tête de nos armées?	12. Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, et non exibis Deus in virtutibus nostris?
13. Donnez-nous votre secours pour nous délivrer de l'affliction; car c'est en vain qu'on espère son salut de la part de l'homme.	13. Da nobis auxilium de tribulatione; quia vana salus hominis.
14. *Mais avec le secours de* Dieu nous ferons des actions de vertu; et lui-même réduira au néant nos ennemis.	14. In Deo faciemus virtutem; et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

PSAUME CVIII (CIX).

Sur les traîtres et les méchants.

1. Pour la fin, Psaume de David.	1. In finem, Psalmus David.
2. Ne taisez pas, ô mon Dieu! mes louanges, parce que la bouche du pécheur et la bouche de l'homme trompeur se sont ouvertes pour me déchirer.	2. Deus laudem meam ne tacueris; quia os peccatoris, et os dolosi super me apertum est.
3. Ils ont parlé contre moi avec une langue trompeuse; ils m'ont attaqué de tous côtés par leurs discours remplis de haine, et ils m'ont fait la guerre sans sujet.	3. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me; et expugnaverunt me gratis.

Iduméens et les Syriens. Comme il se compose de deux parties, tirées l'une du Psaume LVI et l'autre du Psaume LIX, les Pères y ont vu, comme dans ces deux Psaumes, la résurrection de Jésus-Christ et ses conquêtes sur les nations par l'Évangile.

Psal. CVIII. — 1. *Deus laudem meam.* David a été deux fois publiquement trahi. La première par Doeg, qui le dénonça perfidement près de Saül, et la seconde par Achitophel qui, après avoir joui de toute son intimité et de toute sa confiance, embrassa le parti d'Absalom. C'est à l'occasion de l'une de ces félonies qu'il composa ce Psaume. Saint Pierre a appliqué le verset 8 de ce Psaume à Judas, le plus abominable de tous les traîtres, et les Pères de l'Église ont entendu le reste du Psaume des Juifs qui ont été aussi des traîtres à l'égard du Messie dont ils ont médité et demandé la mort.

Psal. CVIII. — 2. *Laudem meam ne tacueris.* Laudem innocentiæ meæ, quam adversarii mei obscurare nituntur, ne taceas, sed eam omnibus reddas manifestam. — *Os peccatoris, et os dolosi.* Judæ, scribarum, pharisæorum, Judæorum, qui me mendaciis conantur opprimere. — *Super me.* Contra me.

3. *Sermonibus odii circumdederunt me.* Inimicis sermonibus omni ex parte me sunt aggressi. — *Expugnaverunt me gratis.* Oppugnaverunt me sine causa, nulla in re a me violati

4. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam.	4. Au lieu qu'ils devaient m'aimer, ils me déchiraient par leurs médisances, et moi, cependant, je vous offrais mes prières.
5. Et posuerunt adversum me mala pro bonis; et odium pro dilectione mea.	5. Ils m'ont rendu le mal pour le bien, et la haine pour l'amour que je leur portais.
6. Constitue super eum peccatorem : et diabolus stet a dextris ejus.	6. Donnez au pécheur l'empire sur lui, et que le diable soit toujours à sa droite.
7. Cum judicatur, exeat condemnatus : et oratio ejus fiat in peccatum.	7. Lorsqu'on le jugera, qu'il soit condamné; et que sa prière même lui soit imputée à péché.
8. Fiant dies ejus pauci : et episcopatum ejus accipiat alter.	8. Que ses jours soient abrégés; et qu'un autre reçoive son épiscopat.
9. Fiant filii ejus orphani; et uxor ejus vidua.	9. Que ses enfants deviennent orphelins; et que sa femme devienne veuve.
10. Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent; et ejiciantur de habitationibus suis.	10. Que ses enfants vagabonds, et errant d'un lieu à un autre, cherchent leur pain; et qu'ils soient chassés de leur demeure.
11. Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus : et diripiant alieni labores ejus.	11. Que l'usurier recherche tout son bien; et que des étrangers lui ravissent ses travaux.

4. *Ego autem orabam.* Cette conduite des ennemis de David a été celle des Juifs à l'égard du Christ. Pendant qu'il priait pour eux, ils l'ont indignement calomnié et n'ont cessé de blasphémer contre lui jusqu'à ce qu'ils eussent satisfait leur haine abominable.

8. *Et episcopatum ejus.* Qu'un autre reçoive sa charge. Ce texte s'applique aussi au peuple Juif qui était investi du sacerdoce avant l'arrivée du Messie, et qui en fut ensuite dépouillé une fois que la nouvelle loi eût été promulguée. Le reste du Psaume s'entend de cette nation déicide.

---

4. *Pro eo ut me diligerent.* Cum me diligere debuissent. — *Detrahebant mihi.* Male de me et doctrina mea loquebantur. — *Ego autem orabam.* Ego autem sic quidem provocatus sum, ut illis malum rependerem; sed orabam te, Domine, ut mihi adesses et illis ignosceres.

5. *Posuerunt adversum me mala pro bonis.* Rependerunt mihi mala pro beneficiis quibus a me fuerant affecti. — *Odium pro dilectione mea.* Rependebant odium pro dilectione.

6. *Constitue super eum peccatorem.* Transit ad Judam quem prævidebat ducem futurum eorum qui comprehenderunt Jesum, ut loquitur S. Petrus, Act. 1, 16, et per modum imprecantis prædicit quæ illi eventura prospiciebat. — *Peccatorem.* Præfice illi iniquum aliquem judicem ac tyrannum, spiritum avaritiæ cui serviant. Vel nomine peccatoris diabolum intelligit. — *Diabolus stet a dextris ejus.* Calumniator illi adstet, a quo in judicio accusetur.

7. *Cum judicatur, exeat condemnatus.* Sententia a judice contra illum feratur et condemnetur. Judas de hac vita exivit condemnatus, quia de divina misericordia desperavit, et laqueo se suspendit. — *Oratio ejus fiat in peccatum.* Precatio ejus ducatur peccato : non magis audiatur ejus oratio quam si esset peccatum. Quamvis utilis sit oratio peccatori, vertitur tamen illi in peccatum, cum vel non orat quem orare debuisset, ut si supplicet idolo, aut dæmoni; vel non orat pro re bona, ut si postulet inimicorum suorum ruinam; vel non orat per unicum mediatorem Christum, sed per merita sua, de se præsumendo; vel non orat cum spe, aut fide, aut aliis necessariis bonæ orationis comitibus. Porro Judas oravit sine spe indulgentiæ, ex D. Hieronym. nec per Christum mediatorem, ex D. August. nec Deum oravit, sed dæmonem, qui illi suspendium suasit.

8. *Fiant dies ejus pauci.* Præmatura morte intereat, quod Judæ accidit, qui morte violenta extinctus est. — *Episcopatum ejus accipiat alter.* His verbis usus est D. Petrus, Act. 1, 20, ut ostenderet necessarium fuisse ut in locum Judæ aliquis substitueretur, episcopatum, hoc est, apostolatum ejus accipiendo. Hoc idem impletum est in Judæis; nam post Judæ peccatum pauci fuerunt dies Judæorum in episcopatu, id est, in sacerdotio sive pontificatu, et episcopatum eorum accepit alter, quia translatum est sacerdotium Aaronicum et sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, et nulli sunt hodie pontifices Judæorum, multi vero christianorum.

9. *Fiant filii ejus orphani.* Putat Genebrardus accumulari imprecationes non ut omnes adamussim accidant, sed quæcumque poterunt, donec penitus pereat, ideoque poetice, quemadmodum apud Callimachum, et Ovidium in Ibin. S. Chrysost., Theodoretus, et Euthym. putant Judam conjuge caruisse, quod nusquam fit illius mentio. Apte conveniunt hæc Judæis, quorum dies post mortem Christi fuerunt pauci, in excidio Hierosolymitano maxima illorum strage edita, unde plurimi orphani relicti sunt, et plurimæ viduæ.

10. *Nutantes transferantur filii ejus.* Instabiles vagentur filii ejus. — *Ejiciantur de habitationibus suis.* In græco est, ἐκ τῶν οἰκοπέδων; est autem οἰκόπεδον superficies domus dirutæ. Diruantur domus eorum, nec tamen in ipsis parietinis habitare possint, sed ex illis ejiciantur. Convenit imprecatio Judæis tempore Hierosolymitani excidii.

11. *Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus.* Pecuniam a fœneratore accipiant, et cum sortem et usuras solvere non possint, ipsi fœneratores domum illorum ingrediantur, et sibi pignora eligant, imo domum diripiant. Videtur respicere legem Deut. c. 24, n. 10 : *Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus ut pignus auferas : sed stabis foris, et ille tibi proferet quod habuerit.* In excidio Hierosolymitano adeo Judæorum divitias scrutabantur milites Romani exercitus, ut etiam corporibus sectis aliquorum viscera scrutati sint, sperantes se aurum quod deglutivissent inventuros. Testis Josephus de Bello Judaico, lib 6, capite 15. — *Alieni.* Extranei, qui non sunt veri ac legitimi hæredes. — *Labores ejus.* Bona illius labore quæsita.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

12. Qu'il ne se trouve personne pour l'assister; et que nul n'ait compassion de ses orphelins ;	12. Non sit illi adjutor : nec sit qui misereatur pupillis ejus.
13. Que tous ses enfants périssent ; que son nom soit effacé dans le cours d'une seule génération.	13. Fiant nati ejus in interitum : in generatione una deleatur nomen ejus.
14. Que l'iniquité de ses pères revive dans le souvenir du Seigneur; et que le péché de sa mère ne soit point effacé.	14. In memoriam redeat iniquitas patrum ejus, in conspectu Domini : et peccatum matris ejus, non deleatur.
15. Qu'ils soient toujours exposés aux yeux du Seigneur : et que leur mémoire soit exterminée de dessus la terre.	15. Fiant contra Dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum :
16. Car il ne s'est point souvenu de faire miséricorde ;	16. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
17. Il a poursuivi l'homme qui était pauvre et dans l'indigence, et dont le cœur était percé de douleur, afin de le faire mourir.	17. Et persecutus est hominem inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare.
18. Comme il a aimé la malédiction, elle tombera sur lui; et *comme* il a rejeté la bénédiction, elle s'éloignera de lui.	18. Et dilexit maledictionem, et veniet ei : et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo.
Et parce qu'il s'est revêtu de la malédiction, ainsi que d'un vêtement, et *qu'elle* a pénétré comme l'eau au dedans de lui, et comme l'huile jusque dans ses os.	Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus.
19. Qu'elle lui soit comme l'habit qui le couvre; et comme la ceinture dont il est toujours ceint.	19. Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur : et sicut zona, qua semper præcingitur.
20. C'est là devant Dieu l'ouvrage de ceux qui m'attaquent par leurs médisances, et qui profèrent des paroles meurtrières contre mon âme.	20. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum : et qui loquuntur mala adversus animam meam.
21. Vous donc, Seigneur, Seigneur, prenez ma défense pour *la gloire de* votre nom, parce que votre miséricorde est pleine de douceur.	21. Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum : quia suavis est misericordia tua.
Délivrez-moi,	Libera me,
22. Parce que je suis pauvre et dans l'indigence, et que mon cœur est tout troublé au dedans de moi.	22. Quia egenus et pauper ego sum; et cor meum conturbatum est intra me.
23. Je disparais comme l'ombre qui s'enfuit; et je suis contraint de me jeter çà et là, comme les sauterelles.	23. Sicut umbra cum declinat, ablatus sum : et excussus sum sicut locustæ.

13. *In generatione una.* Saint Jérôme traduit : *In generatione altera.* Toutes ces malédictions se sont accomplies dans la nation Juive après la mort du Christ. Car, à la seconde génération, après la mort de Jésus-Christ, leur gouvernement fut détruit, Jérusalem anéantie, le temple brûlé, et il fallut se disperser dans le monde entier.

---

13. *Fiant... interitum.* Intereant. — *In generatione una.* Genus illius non propagetur, sed ipso cum filiis pereunte in una generatione deleantur familia et nomen ejus.

14. *In memoriam redeat.* Imputet illi Deus peccata majorum suorum, et pro illis puniatur. — *Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me*, ut dicitur Deut., c. 5, n. 9. — *Et peccatum matris.* Repetitio præcedentis hemistichii.

15. *Fiant contra Dominum semper.* Illas iniquitates semper ante oculos habeat Dominus et puniat. — *Memoria eorum.* Judæ, parentum et filiorum ejus.

16. *Non est recordatus facere misericordiam.* Quia immitis fuit et immisericors in Christum illum sustinens tradere in mortem.

17. *Inopem et mendicum.* Ob tenuitatem assumptæ carnis, et quia non habebat præ paupertate ubi caput reclinaret. Luc., c. 9, n. 50. — *Compunctum corde mortificare.* Animo mœstum et tristem occidendum tradere.

18. *Dilexit maledictionem.* Ea dilexit et egit ob quæ sequitur maledictio, tum temporaria, tum æterna. — *Induit maledictionem sicut vestimentum.* Id est, firmiter et omni ex parte se maledictione armavit. — *Sicut aqua.* Quam quis bibit, quæ interiora permeat. — *Oleum.* Quod facile penetrat. Quasi dicat : Maledictio, et infelicitas ossa, medullas et omnia interiora illius penetravit.

19. *Sicut vestimentum.* Adhæreat illi omni ex parte ut vestimentum, illumque constringat ut zona qua præcingitur.

20. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi.* Hæc est merces eorum. Italice diceremus : *Questo guadagnano.* — *Apud Dominum.* Necte cum *hoc opus eorum*, ut sensus sit : hanc a Domino pœnam referunt qui detrahunt mihi.

21. *Fac mecum.* Misericordiam. — *Propter nomen tuum.* Propter benignitatem et misericordiam tuam, quam prædicamus et celebramus. Vel ad gloriam tuam. — *Suavis.* Bona, benigna, benefica.

22. *Cor meum conturbatum est.* In Hebræo est, *vulneratum est*, saucium est dolore et tristitia. Videtur respicere tempus illud quo Christus dixit : *Nunc anima mea turbata est.* Joan., 12, 27. Vel cum in horto oravit, et præ timore et tristitia agoniam passus est.

23. *Sicut umbra, cum declinat.* Cum sensim minuitur, ac tandem tota evanescit. — *Ablatus*

24. Genua mea infirmata sunt a jejunio : et caro mea immutata est propter oleum.	24. Mes genoux sont affaiblis par le jeûne, et ma chair est changée parce qu'elle a perdu son embonpoint.
25. Et ego factus sum opprobrium illis : viderunt me, et moverunt capita sua.	25. Et je suis devenu un sujet d'opprobre à mes ennemis. Ils m'ont vu, et ils ont secoué la tête.
26. Adjuva me, Domine Deus meus : salvum me fac secundum misericordiam tuam.	26. Seigneur mon Dieu, secourez-moi : sauvez-moi par votre miséricorde.
27. Et sciant quia manus tua : et tu, Domine, fecisti eam.	27. Et que tous sachent que c'est *ici un coup* de votre main, et que c'est vous qui faites ces choses.
28. Maledicent illi, et tu benedices : qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus lætabitur.	28. Ils me maudiront et vous me bénirez, que ceux qui s'élèvent contre moi soient *ainsi* confondus : et votre serviteur sera dans la joie.
29. Induantur qui detrahunt mihi, pudore : et operiantur sicut diploide confusione sua.	29. Que ceux qui me calomnient soient couverts de honte; et qu'ils soient enveloppés de leur confusion, comme d'un double manteau.
30. Confitebor Domino nimis in ore meo : et in medio multorum laudabo eum.	30. *Et* ma bouche rendra grâces au Seigneur de toute ma force; et je le louerai au milieu d'un grand nombre *de peuples*.
31. Quia astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.	31. Parce qu'il s'est tenu à la droite du pauvre pour sauver mon âme de ceux qui la persécutent.

PSAUME CIX (cx).

Prophétie sur Jésus-Christ.

1. Psalmus David.	1. Psaume de David.
Dixit *a* Dominus Domino meo : Sede a dextris meis : [*a* *Matth.* 22. 44.]	Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Asseyez-vous à ma droite,

Psal. CIX. — 1. *Dixit Dominus.* Ce Psaume est de David; mais le sujet, dit D. Calmet, en est si grand, les expressions si nobles et l'objet si fort au-dessus de l'homme, que l'histoire ne nous présente aucun prince à qui nous puissions en faire l'application littérale. Jésus-Christ seul fournit dans sa personne de quoi en vérifier toutes les parties. Les Juifs l'ont tous entendu du Messie, et Rosenmüller reconnaît la vérité de cette interprétation. Les Pères, fondés sur le témoignage de Jésus-Christ lui-même et des apôtres (Matth., XXII, 42; Act., II, 34; I. Cor., XV, 25; Hebr., I, 13, V, 6, VII, 17, X, 13), l'ont appliqué tout entier à Jésus-Christ dans le sens littéral. Ils y ont vu annoncés sa divinité, son sacerdoce, ses souffrances, sa gloire et son règne universel.

---

sum. Abii, perii, e medio sublatus sum. — *Excussus sum sicut locustæ.* De uno tribunali ad aliud jactatus sum, sicut locustas, vilissima animalia ventus huc illuc temere raptat ut voluerit. Vel sumpta est metaphora ex locustis, quæ facile ex arbore excutiuntur, et proteruntur ab agricolis.

24. *Genua mea infirmata sunt a jejunio.* Descriptio maximæ inediæ. Christus multo tempore jejunus mansit tempore passionis, huc etiam illucque raptatus, vario vexatus, flagellis cæsus, multo sanguine fuso, ideoque nutarunt genua illius. — *Immutata est propter oleum.* Propter pinguedinem suam amissam. In Hebræo est, *macruit a pinguedine*, exaruit pinguedine destituta.

25. *Factus sum opprobrium illis.* Christus opprobrium factus est Judæis, cum videntes illum inter latrones pendentem, movebant capita sua et dicebant : *Vah! qui destruis templum Dei, etc.*

26. *Adjuva me.* Precatur Dominus de corpore exiens auxilium Patris ad celerem resurrectionem, et simul corpori suo mystico, id est Ecclesiæ, veram salutem corporis et animæ.

27. *Sciant quia manus tua hæc.* Sciant hoc tuum tam illustre et apertum auxilium opus esse omnipotentiæ tuæ. Vel sciant hanc mortis plagam a voluntate et potestate tua profectam esse, et a te inflictam : *Propter scelus populi mei percussi eum*, inquit Isaias c. 53, n. 8.

28. *Maledicent illi, et tu benedices.* Maledictis et maleficiis obruent me; tu vero hæc omnia in mea commoda et felicitatem converties. — *Qui insurgunt in me confundantur.* Qui hostiliter in me insurgunt, pudefiant, videntes irritos esse conatus suos. — *Servus.* Ego servus tuus, et fideles tui lætabimur.

29. *Induantur pudore.* Ignominia omni ex parte quasi veste contegantur. — *Et operiantur.* Est ejusdem sententiæ repetitio. — *Diploide.* Vox græca διπλοΐς vestem duplicem significat. Magno et quasi duplicato dedecore perfundantur.

30. *Confitebor Domino nimis.* Valde, multum laudabo Dominum ore meo. — *In medio.* In Ecclesia, in copioso fidelium cœtu.

31. *Astitit a dextris pauperis.* Mihi pauperi adfuit auxiliator. — *Animam meam.* Vitam meam.

Psal. CIX. — 1. *Dixit Dominus.* Deus Pater. — *Domino meo.* Filio suo incarnato. — *Sede a dextris meis.* Sede mihi modo a dextris meis, mecumque nunc quiete in æquali potestate regna super omnia. — *Donec ponam.* Usque dum in novissimo die omnes inimicos tuos quasi scabellum humile subjiciam pedibus tuis. Mos enim fuit Orientalium ut victores victos pedibus suis subjicerent. Vide Josue 10, 24.

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Qu'il ne se trouve personne pour l'assister; et que nul n'ait compassion de ses orphelins;

13. Que tous ses enfants périssent; que son nom soit effacé dans le cours d'une seule génération.

14. Que l'iniquité de ses pères revive dans le souvenir du Seigneur; et que le péché de sa mère ne soit point effacé.

15. Qu'ils soient toujours exposés aux yeux du Seigneur : et que leur mémoire soit exterminée de dessus la terre.

16. Car il ne s'est point souvenu de faire miséricorde;

17. Il a poursuivi l'homme qui était pauvre et dans l'indigence, et dont le cœur était percé de douleur, afin de le faire mourir.

18. Comme il a aimé la malédiction, elle tombera sur lui; et *comme* il a rejeté la bénédiction, elle s'éloignera de lui.

Et parce qu'il s'est revêtu de la malédiction, ainsi que d'un vêtement, et *qu'elle* a pénétré comme l'eau au dedans de lui, et comme l'huile jusque dans ses os.

19. Qu'elle lui soit comme l'habit qui le couvre; et comme la ceinture dont il est toujours ceint.

20. C'est là devant Dieu l'ouvrage de ceux qui m'attaquent par leurs médisances, et qui profèrent des paroles meurtrières contre mon âme.

21. Vous donc, Seigneur, Seigneur, prenez ma défense pour *la gloire de* votre nom, parce que votre miséricorde est pleine de douceur.

Délivrez-moi,

22. Parce que je suis pauvre et dans l'indigence, et que mon cœur est tout troublé au dedans de moi.

23. Je disparais comme l'ombre qui s'enfuit; et je suis contraint de me jeter çà et là, comme les sauterelles.

12. Non sit illi adjutor : nec sit qui misereatur pupillis ejus.

13. Fiant nati ejus in interitum : in generatione una deleatur nomen ejus.

14. In memoriam redeat iniquitas patrum ejus, in conspectu Domini : et peccatum matris ejus, non deleatur.

15. Fiant contra Dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum :

16. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

17. Et persecutus est hominem inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare.

18. Et dilexit maledictionem, et veniet ei : et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus.

19. Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur : et sicut zona, qua semper præcingitur.

20. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum : et qui loquuntur mala adversus animam meam.

21. Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum : quia suavis est misericordia tua.

Libera me,

22. Quia egenus et pauper ego sum; et cor meum conturbatum est intra me.

23. Sicut umbra cum declinat, ablatus sum : et excussus sum sicut locustæ.

13. *In generatione una*. Saint Jérôme traduit : *In generatione altera*. Toutes ces malédictions se sont accomplies dans la nation Juive après la mort du Christ. Car, à la seconde génération, après la mort de Jésus-Christ, leur gouvernement fut détruit, Jérusalem anéantie, le temple brûlé, et il fallut se disperser dans le monde entier.

---

13. *Fiant... interitum*. Intereant. — *In generatione una*. Genus illius non propagetur, sed ipso cum filiis pereunte in una generatione deleantur familia et nomen ejus.

14. *In memoriam redeat*. Imputet illi Deus peccata majorum suorum, et pro illis puniatur. — *Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me*, ut dicitur Deut., c. 5, n. 9. — *Et peccatum matris*. Repetitio præcedentis hemistichii.

15. *Fiant contra Dominum semper*. Illas iniquitates semper ante oculos habeat Dominus ut puniat. — *Memoria eorum*. Judæ, parentum et filiorum ejus.

16. *Non est recordatus facere misericordiam*. Quia immitis fuit et immisericors in Christum illum sustinens tradere in mortem.

17. *Inopem et mendicum*. Ob tenuitatem assumptæ carnis, et quia non habebat præ paupertate ubi caput reclinaret. Luc., c. 9, n. 58. — *Compunctum corde mortificare*. Animo mœstum et tristem occidendum tradere.

18. *Dilexit maledictionem*. Ea dilexit et egit ob quæ sequitur maledictio, tum temporaria, tum æterna. — *Induit maledictionem sicut vestimentum*. Id est, firmiter et omni ex parte se maledictione armavit. — *Sicut aqua*. Quam quis bibit, quæ interiora permeat. — *Oleum*. Quod facile penetrat. Quasi dicat : Maledictio, et infelicitas ossa, medullas et omnia interiora illius penetravit.

19. *Sicut vestimentum*. Adhæreat illi omni ex parte ut vestimentum, illumque constringat ut zona qua præcingitur.

20. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi*. Hæc est merces eorum. Italice diceremus : *Questo guadagnano*. — *Apud Dominum*. Necte cum *hoc opus eorum*, ut sensus sit : hanc a Domino pœnam referunt qui detrahunt mihi.

21. *Fac mecum*. Misericordiam. — *Propter nomen tuum*. Propter benignitatem et misericordiam tuam, quam prædicamus et celebramus. Vel ad gloriam tuam. — *Suavis*. Bona, benigna, benefica.

22. *Cor meum conturbatum est*. In Hebræo est, *vulneratum est*, saucium est dolore et tristitia. Videtur respicere tempus illud quo Christus dixit : *Nunc anima mea turbata est*. Joan., 12, 27. Vel cum in horto oravit, et præ timore et tristitia agoniam passus est.

23. *Sicut umbra, cum declinat*. Cum sensim minuitur, ac tandem tota evanescit. — *Ablatus*

24. Genua mea infirmata sunt a jejunio : et caro mea immutata est propter oleum.

25. Et ego factus sum opprobrium illis : viderunt me, et moverunt capita sua.

26. Adjuva me, Domine Deus meus : salvum me fac secundum misericordiam tuam.

27. Et sciant quia manus tua : et tu, Domine, fecisti eam.

28. Maledicent illi, et tu benedices : qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus lætabitur.

29. Induantur qui detrahunt mihi, pudore : et operiantur sicut diploide confusione sua.

30. Confitebor Domino nimis in ore meo : et in medio multorum laudabo eum.

31. Quia astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.

24. Mes genoux sont affaiblis par le jeûne, et ma chair est changée parce qu'elle a perdu son embonpoint.

25. Et je suis devenu un sujet d'opprobre à mes ennemis. Ils m'ont vu, et ils ont secoué la tête.

26. Seigneur mon Dieu, secourez-moi : sauvez-moi par votre miséricorde.

27. Et que tous sachent que c'est *ici un coup* de votre main, et que c'est vous qui faites ces choses.

28. Ils me maudiront et vous me bénirez, que ceux qui s'élèvent contre moi soient *ainsi* confondus : et votre serviteur sera dans la joie.

29. Que ceux qui me calomnient soient couverts de honte; et qu'ils soient enveloppés de leur confusion, comme d'un double manteau.

30. *Et* ma bouche rendra grâces au Seigneur de toute ma force; et je le louerai au milieu d'un grand nombre *de peuples*.

31. Parce qu'il s'est tenu à la droite du pauvre pour sauver mon âme de ceux qui la persécutent.

PSAUME CIX (cx).

Prophétie sur Jésus-Christ.

1. Psalmus David.

Dixit *a* Dominus Domino meo : Sede a dextris meis : [*a Matth.* 22. 44.]

1. Psaume de David.

Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Asseyez-vous à ma droite,

PSAL. CIX. — 1. *Dixit Dominus*. Ce Psaume est de David; mais le sujet, dit D. Calmet, en est si grand, les expressions si nobles et l'objet si fort au-dessus de l'homme, que l'histoire ne nous présente aucun prince à qui nous puissions en faire l'application littérale. Jésus-Christ seul fournit dans sa personne de quoi en vérifier toutes les parties. Les Juifs l'ont tous entendu du Messie, et Rosenmüller reconnaît la vérité de cette interprétation. Les Pères, fondés sur le témoignage de Jésus-Christ lui-même et des apôtres (Matth., XXII, 42; Act., II, 34; I. Cor., XV, 25; Hebr., I, 13, V, 6, VII, 17, X, 13), l'ont appliqué tout entier à Jésus-Christ dans le sens littéral. Ils y ont vu annoncés sa divinité, son sacerdoce, ses souffrances, sa gloire et son règne universel.

---

sum. Abii, perii, e medio sublatus sum. — *Excussus sum sicut locustæ*. De uno tribunali ad aliud jactatus sum, sicut locustæ, vilissima animalia ventus huc illuc temere raptat ut voluerit. Vel sumpta est metaphora ex locustis, quæ facile ex arbore excutiuntur, et proteruntur ab agricolis.

24. *Genua mea infirmata sunt a jejunio*. Descriptio maximæ inediæ. Christus multo tempore jejunus mansit tempore passionis, huc etiam illucque raptatus, varie vexatus, flagellis cæsus, multo sanguine fuso, ideoque nutarunt genua illius. — *Immutata est propter oleum*. Propter pinguedinem suam amissam. In Hebræo est, *macruit a pinguedine*, exaruit pinguedine destituta.

25. *Factus sum opprobrium illis*. Christus opprobrium factus est Judæis, cum videntes illum inter latrones pendentem, movebant capita sua et dicebant : *Vah! qui destruis templum Dei, etc.*

26. *Adjuva me*. Precatur Dominus de corpore exiens auxilium Patris ad celerem resurrectionem, et simul corpori suo mystico, id est Ecclesiæ, veram salutem corporis et animæ.

27. *Sciant quia manus tua hæc*. Sciant hoc tuum tam illustre et apertum auxilium opus esse omnipotentiæ tuæ. Vel sciant hanc mortis plagam a voluntate et potestate tua profectam esse, et a te inflictam : *Propter scelus populi mei percussi eum*, inquit Isaias c. 53, n. 8.

28. *Maledicent illi, et tu benedices*. Maledictis et maleficiis obruent me; tu vero hæc omnia in mea commoda et felicitatem converties. — *Qui insurgunt in me confundantur*. Qui hostiliter in me insurgunt, pudefiant, videntes irritos esse conatus suos. — *Servus*. Ego servus tuus, et fideles tui lætabimur.

29. *Induantur pudore*. Ignominia omni ex parte quasi veste contegantur. — *Et operiantur*. Est ejusdem sententiæ repetitio. — *Diploide*. Vox græca διπλοΐς vestem duplicem significat. Magno et quasi duplicato dedecore perfundantur.

30. *Confitebor Domino nimis*. Valde, multum laudabo Dominum ore meo. — *In medio*. In Ecclesia, in copioso fidelium cœtu.

31. *Astitit a dextris pauperis*. Mihi pauperi adfuit auxiliator. — *Animam meam*. Vitam meam.

PSAL. CIX. — 1. *Dixit Dominus*. Deus Pater. — *Domino meo*. Filio suo incarnato. — *Sede a dextris meis*. Sede mihi modo a dextris meis, mecumque nunc quiete in æquali potestate regna super omnia. — *Donec ponam*. Usque dum in novissimo die omnes inimicos tuos quasi scabellum humile subjiciam pedibus tuis. Mos enim fuit Orientalium ut victores victos pedibus suis subjicerent. Vide Josue 10, 24.

Jusqu'à ce que je réduise vos ennemis à vous servir de marchepied.

2. Le Seigneur va *faire* sortir de Sion le sceptre de votre puissance; régnez au milieu de vos ennemis.

3. La principauté qui est avec vous *paraîtra* au jour de votre puissance, au milieu de la gloire des saints. Je vous ai engendré dans mon sein avant *que j'eusse créé* l'étoile du matin.

4. Le Seigneur, a juré, et son serment demeurera immuable: vous êtes le prêtre éternel selon l'ordre de Melchisédech.

5. Le Seigneur est à votre droite, il a brisé au jour de la colère les rois.

6. Il exercera son jugement au milieu des nations. Il remplira tout *de la ruine de ses ennemis*, *et* il écrasera sur la terre les têtes d'un grand nombre de personnes.

7. Il boira *néanmoins* dans le chemin *de cette vie*, de l'eau du torrent: et c'est pour cela qu'il élèvera sa tête.

a Donec ponam inimicos suos, scabellum pedum tuorum. [a *I. Cor.* 15. 25. *Hebr.* 1. 13. et 10. 13.]

2. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

3. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.

4. a Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. [a *Joan.* 12. 34. *Hebr.* 5. 6. et 7. 17.]

5. Dominus a dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.

6. Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.

7. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

3. *Tecum principium.* Les Pères de l'Eglise, saint Augustin, saint Chrysostome, Théodoret, etc., ont entendu ces paroles du jour du jugement où Jésus-Christ, revêtu de sa puissance, entouré de la splendeur de ses élus, viendra juger le monde entier. La traduction de saint Jérôme présente un sens différent. La voici: *Populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuæ, in montibus sanctis, quasi de vulva orietur tibi vox adolescentiæ tuæ.*

---

2. *Virgam virtutis.* Sceptrum potentiæ tuæ, potentiam tuam regiam in omnem terram emittes et diffundes ex Sion et ex Judæa, ex qua regnum tuum incipiet. — *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Dominaberis inimicis tuis, velint, nolint.

3. *Tecum principium.* Vox *principium*, in græco est ἀρχὴ, quæ principium et principatum significat. Sensus est: tecum erit principatus manifestus, et tunc apparebit omnibus tuum esse regnum, et apud te solum esse verum principatum. Latini etiam dicunt *principium* pro *principatu*. Sueton. in Augusto. — *In die virtutis tuæ.* In die novissimo, quando potentia tua cœlum movebit, solem obscurabit, terram concutiet, mortuos excitabit, et omnes ad tribunal tuum adducet. — *In splendoribus sanctorum.* Cum scilicet circumdatus eris sanctis tuis, qui omnes fulgebunt sicut sol. — *Ex utero.* Ego genui te mihi consubstantialem e secreto divinitatis meæ, ac propria mea substantia. — *Ante luciferum.* Ab æterno, antequam luciferum, aut solem, aut aliam quampiam creaturam formarem.

4. *Juravit Dominus.* Juravit tibi Dominus, nec eum pœnitebit, aut consilium mutabit, et dixit: *Tu es sacerdos in æternum.* Non erit sacerdotium tuum temporale, ut sunt ea quæ homines obtinent, sed æternum. — *Secundum ordinem Melchisedech.* Quasi dicat: Secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaronis. Per ordinem intelligitur ritus, lex, traditio, consuetudo; hoc enim significat vox Hebraica דברה *dibra*. Distinguitur autem ordo Melchisedech ab ordine Aaronis in multis. Primo enim Melchisedech non legitur successisse alteri, neque ei successisse alter legitur, ideoque Melchisedech dicitur ad Heb. 7, 3, *sine patre, sine matre, sine genealogia.* In sacerdotio autem Aaronis filii parentibus succedebant. 2. Melchisedech erat rex et sacerdos; Aaron sacerdos tantum. 3. Melchisedech obtulit panem et vinum; Aaron, oves et boves. 4. Melchisedech erat sacerdos universalis, nec uni tantum genti addictus; Aaron erat sacerdos tantum Israelitarum. 5. Melchisedech non egebat tabernaculo aut templo ut sacrificaret; Aaron indigebat; quare nunc Hebræi qui carent utroque, carent etiam pontifice et sacrificio. Christus ergo est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quia nulli successit, nec alius ei succedit; quia rex et sacerdos; quia obtulit panem et vinum; quia sacerdos omnium gentium; tandem quia ejus sacerdotium non alligatur uni templo, vel tabernaculo, sed, ut prædixit Malach. c. 1, n. 11: *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda, etc.*

5. *Dominus.* Convertit propheta orationem ad Deum Patrem, et ait: Dominus, id est, Christus. — *A dextris tuis.* Qui sedet a dextris tuis. — *Confregit in die iræ suæ reges.* In die qua irascetur inimicis suis regibus terræ Ecclesiam suam persequentibus, conteret eos. Dicit in præterito *confregit*, quia lumine prophetico rem videbat David ac si jam gesta esset.

6. *Judicabit in nationibus.* Nationes et gentes omnes judicabit et puniet. — *Implebit ruinas.* Multiplicabit ruinas multos destruens et ruere faciens. In Græco est, πτώματα, quod cadavera significat: cadaveribus et strage omnia implevit. — *Conquassabit capita in terra multorum.* Comminuet, confringet superborum capita, qui erecto collo et capite adversus Deum incedunt. — *In terra multorum.* Scilicet populorum. In Hebræo est, *in terra multa*, id est, in magna parte terræ, quod idem est, quoad sensum; nam idem significatur, sive dicamus multos superbos in terra inveniri, sive superbos multum terræ occupare.

7. *De torrente in via bibet.* Torrentem appellat cursum rerum humanarum, quasi dicat: Christus in via et vita hac mortali multorum dolorum, molestiarum, et calamitatum erit particeps. * Videtur sumpta similitudo a strenuis ducibus qui, dum in expeditione sunt, bibunt ex fluvio raptim, ne occasio rei bene gerendæ elabatur, si in domum sibi aut potus sumendi causa divertant. Sic Christus nullum tempus omisit quo opera diaboli destruere posset. — *Propterea exaltabit caput.* Itaque propter hanc humilitatem et adversorum patientiam, * hos-

PSAUME CX (CXI).

La louange est due à Dieu.

Alleluia.

1. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: in consilio justorum, et congregatione.

2. Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus.

3. Confessio et magnificentia opus ejus; et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

4. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus:

5. Escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui:

6. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

7. Ut det illis hæreditatem gentium: opera manuum ejus, veritas et judicium.

8. Fidelia omnia mandata ejus: con-

Alleluia.

1. Seigneur, je vous louerai de tout mon cœur dans la société des justes et dans l'assemblée de *votre peuple saint*.

2. Les ouvrages du Seigneur sont grands, ils sont proportionnés à toutes ses volontés.

3. Tout ce qu'il a fait publie ses louanges et annonce sa grandeur; et sa justice demeure dans tous les siècles.

4. Le Seigneur, qui est miséricordieux et plein de clémence, a éternisé la mémoire de ses merveilles.

5. Il a donné la nourriture à ceux qui le craignent.

Il se souviendra éternellement de son alliance,

6. Il fera connaître à son peuple la puissance de ses œuvres,

7. En leur donnant l'héritage des nations, les œuvres de ses mains sont *toutes* vérité et justice.

8. Tous ses préceptes sont fidèles, ayant été

PSAL. CX. — 1. *Confitebor tibi.* Ce Psaume n'a pas d'autre titre dans l'Hébreu, le Grec ou le Latin que ces mots: *Alleluia.* Louez Dieu. Ils en indiquent parfaitement le sujet, car ce cantique n'est qu'un témoignage d'actions de grâces rendues à Dieu. David veut qu'on loue le Seigneur à cause des merveilles qu'il a faites en délivrant son peuple et en lui donnant la loi, et il en conclut que l'on doit avoir foi en ses promesses. Ce Psaume est alphabétique ou acrostiche, mais de telle sorte que les lettres de l'alphabet commencent chaque membre du verset, c'est-à-dire que la première partie du verset commence par un *Aleph*; la seconde partie par un *Beth*, et ainsi du reste. Ce Psaume est ainsi composé de vingt-deux membres qui ne forment que dix versets, dont les huit premiers sont composés de deux membres, et les deux derniers de trois. Il en est de même au Psaume suivant.

5. *Escam dedit.* Il s'agit ici de la manne qui rappelait à la mémoire toutes les autres merveilles de Dieu, et il avait été commandé pour ce motif de la conserver dans l'arche (Exod., XVI, 32). Les Pères ont entendu ce verset de l'Eucharistie, parce que la manne en était la figure, et que l'Eucharistie est véritablement le monument éternel de l'amour divin.

---

tesque debellatos, caput prius depressum extulit, Deo illum ad gloriam sublevante. Hunc locum quasi interpretatur D. Paulus ad Philippens. 2, 8, cum ait: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, etc.*

PSAL. CX. — 1. *Confitebor tibi.* Laudabo te. — *In concilio justorum et congregatione.* Tum inter paucos justos, tum in cœtu multorum. Vox Hebræa סוד *sod*, quam Vulgata consilium vertit, secretum significat, sive consilium quod secretum requirit, et paucorum esse solet. Vox autem עדה *heda*, synagogam sive congregationem ad quam totus populus convenire solebat.

2. *Exquisita in omnes voluntates ejus.* Id est, quæsita et parata in omnem usum Deo placitum, ut Deus illis ut voluerit utatur, juxta illud Psalm. 118, 91: *Quoniam omnia serviunt tibi.* LXX habent ἐξεζητημένα, *exquisita*: sed aliæ lectiones in notis Vaticanis consentaneo allata explicationi habent ἠκριβωμένα: *accurata*, vel κατεσκευασμένα, *instructa*, *parata*.

3. *Confessio et magnificentia opus ejus.* Operatio ejus qua mundum regit est confessio et magnificentia, id est, materia et argumentum confessionis, laudis et gratiarum actionis, et materia magnificentiæ divinæ omnibus per eximia hæc opera aperiendæ. — *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Virtus, bonitas, misericordia, qua justus est, juste agit, et justificat, nullo corrumpitur, aut minuitur tempore.

4. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Tam admiranda designavit pro salute suorum, ut futura sit æterna apud fideles eorum memoria. — *Misericors et miserator.* Vide dicta Psal. 85, 15.

5. *Escam dedit.* Manna, quod de cœlo pluit, et dedit timentibus se, id est, Hebræorum populo fideli, et verum Deum timenti et colenti. — *Memor erit in sæculum testamenti sui.* Quemadmodum volebat Deus ut populus memor esset mirabilium quæ patravit in commodum illius, ita vicissim promittebat se memorem pacti cum illis initi, illis providendo, et a malis protegendo.

6. *Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.* Memor erit pacti sui ostendens populo virtutem, potentiam et fortitudinem operum suorum, dum illis, ut promiserat, tribuit hæreditatem gentium, hoc est, terram sanctam a gentibus possessam.

7. *Veritas et judicium.* Vera sunt, fidelia et justa.

8. *Fidelia omnia mandata ejus.* Omnia præcepta Dei, præsertim naturalia, fidelia sunt, quia neminem decipiunt, cum sint rectissima et justissima. — *Confirmata in sæculum sæculi.* Sunt enim præcepta legis naturæ immutabilia, et, ut dicere solemus, indispensabilia. — *In veritate et æquitate.* In rectitudine et justitia decreta et stabilita.

confirmés dans tous les siècles, et étant établis sur la vérité et sur l'équité.	firmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate.
9. Il a envoyé un rédempteur à son peuple, il a fait alliance avec lui pour toute l'éternité.	9. Redemptionem misit populo suo : mandavit in æternum testamentum suum :
Son nom est saint et terrible;	Sanctum, et terribile nomen ejus :
10. La crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse.	10. a Initium sapientiæ timor Domini. [a *Prov.* 1. 7. et 9. 10. *Eccli.* 1. 16.]
Tous ceux qui agissent conformément à cette crainte sont remplis d'une intelligence salutaire; sa louange subsiste dans tous les siècles.	Intellectus bonus omnibus facientibus eum : laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

PSAUME CXI (CXII).

Sur le bonheur du juste.

Alleluia. *Louez Dieu* du retour d'Aggée et de Zacharie.	Alleluia. Reversionis Aggæi, et Zachariæ.
1. Heureux l'homme qui craint le Seigneur, et qui a une volonté ardente d'accomplir ses commandements.	1. Beatus vir, qui timet Dominum : in mandatis ejus volet nimis.
2. Sa race sera puissante sur la terre; car la postérité des justes sera bénie.	2. Potens in terra erit semen ejus : generatio rectorum benedicetur.
3. La gloire et les richesses *sont* dans sa maison; et sa justice demeure dans tous les siècles.	3. Gloria et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi.
4. *Le Seigneur*, qui est miséricordieux, clément et juste, s'est élevé comme une lumière au milieu des ténèbres, sur ceux qui ont le cœur droit.	4. Exortum est in tenebris lumen rectis : misericors et miserator et justus.

9. *Redemptionem misit populo*. Il a envoyé la rédemption à son peuple, d'abord par Moïse qui l'a tiré de la servitude d'Égypte, ensuite par Jésus-Christ qui a racheté l'humanité entière de la servitude du péché. Ces deux idées se lient, puisque la première rédemption dont Moïse fut le ministre était la figure de cette autre rédemption dont le ministre devait être Jésus-Christ lui-même.

PSAL. CXI. — 1. *Beatus vir*. Ce Psaume a beaucoup d'analogie avec le Psaume Ier. On peut les comparer; le sujet est le même. Le Psalmiste célèbre le bonheur du juste que la Providence comblera de tous les biens, tandis que le pécheur périra. L'inscription de la Vulgate, qui parle du retour d'Aggée et de Zacharie, provient sans doute de ce que ce Psaume fut tout particulièrement chanté après le retour de la captivité. Il était bien propre à rappeler aux Juifs la crainte du Seigneur et la nécessité d'observer sa loi. C'est pour cela que ces prophètes l'auront fait souvent répéter dans les offices de la Synagogue, comme l'Église le répète très-souvent dans les siens, puisque nous le récitons à vêpres presque tous les jours.

3. *Gloria et divitiæ*. Ces promesses étaient parfaitement en rapport avec les sentiments et les désirs des Juifs charnels qui attachaient un si grand prix aux récompenses temporelles. Les Pères ont regardé ces biens matériels comme une image des biens spirituels que Jésus-Christ a promis à ceux qui auraient le courage de marcher sur ses traces.

---

9. *Redemptionem misit populo suo*. Ex Ægypto, vel potius e morte, peccato et damnatione æterna. — *Mandavit in æternum*. Jussit ut æternum esset pactum suum de vera salute danda, et possessione regni cœlestis. — *Sanctum et terribile nomen ejus*. Docet modum permanendi in testamento Domini, ut assequamur promissiones ejus, quasi dicat : Is qui mandavit in æternum testamentum suum, sanctus et terribilis est, et ideo peccati labem odit, cum sit sanctus et purus; et cum sit terribilis peccatis se contaminantes graviter punit.

10. *Initium sapientiæ timor Domini*. Quasi dicat : itaque illi sapere incipiunt qui Dominum timent, et se a peccatis abducunt. — *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*. Horum intelligentia bona est, utilis et salutaris iis qui non solum intelligunt, sed quæ intellexerunt etiam opere præstant. — *Laudatio ejus manet in sæculum sæculi*. Quicumque fuerit hujusmodi, æternam laudem meretur.

PSAL. CXI. — *Alleluia, reversioni Aggæi et Zachariæ*. Non est hic titulus in textu hebræo aut græco, sed tantum in latino. Videtur David in spiritu prævidisse Aggæum et Zachariam post expletum tempus captivitatis rediisse ad populum, eumque admonuisse quanta sit felicitas viri justi et timentis Deum, ut hoc exemplo alios hortetur ad probitatem, ut non incidant in similem captivitatem.

1. *In mandatis ejus volet nimis*. Mira delectabitur observatione mandatorum Dei, omnem suam voluntatem ad eorum observationem adjiciet.

2. *Potens in terra erit semen ejus*. Hujus viri semen, id est, filii ejus multi et potentes erunt in terra. — *Generatio rectorum benedicetur*. Quia nimirum generatio justorum ex divina benedictione fecundissima erit.

3. *In domo ejus*. In domo timentis Deum. — *Justitia ejus manet in sæculum sæculi*. Justitia ejus cum ipso non moritur, sed æternum durat, celebris apud homines, et præmium grande ferens a Deo.

4. *Exortum est in tenebris lumen rectis*. Sententia est : si adversitas aliqua inciderit, ipse Dominus, qui misericors est, miserator et justus, velut lux exorietur justis calamitatum tenebras depellens, aut ita illorum animos confirmans ut calamitas illis gravis non sit.

5. Jucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in judicio :	5. Heureux l'homme qui est touché de compassion, et qui prête à *ceux qui sont dans le besoin*; qui règle tous ses désirs avec jugement.
6. Quia in æternum non commovebitur.	6. Parce qu'il ne sera jamais ébranlé.
7. In memoria æterna erit justus : ab auditione mala non timebit.	7. *Car* la mémoire du juste sera éternelle : il ne craindra point les mauvais discours.
Paratum cor ejus sperare in Domino,	Il a le cœur toujours préparé à espérer au Seigneur;
8. Confirmatum est cor ejus : non commovebitur donec despiciat inimicos suos.	8. Son cœur est puissamment affermi : et il ne sera point ébranlé jusqu'à ce qu'il soit en état de mépriser ses ennemis.
9. Dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.	9. Il a répandu ses biens avec libéralité sur les pauvres, sa justice demeure dans tous les siècles, et sa puissance sera élevée et comblée de gloire.
10. Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet : desiderium peccatorum peribit.	10. Le pécheur le verra, et en sera irrité; il grincera des dents et séchera de dépit, mais le désir des pécheurs périra.

PSAUME CXII (CXIII).

Exhortation à louer le Seigneur.

Alleluia.	Alleluia.
1. Laudate, pueri, Dominum : laudate nomen Domini.	1. Louez le Seigneur, vous qui êtes ses serviteurs; louez le nom du Seigneur.
2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc et usque in sæculum.	2. Que le nom du Seigneur soit béni, dès maintenant et dans tous les siècles.

PSAL. CXII. — 2. *Laudate, pueri, Dominum*. Il y a des interprètes qui croient que ce Psaume a été composé après la captivité, mais nous ne voyons rien qui autorise ce sentiment. Nous croyons que ce Psaume est de David, et que le sujet en est purement moral. Le Psalmiste engage tous les peuples et particulièrement les justes à louer Dieu, à la vue de sa grandeur, de sa puissance et de l'admirable bonté avec laquelle il daigne traiter tous les hommes, même les plus petits qu'il élève quelquefois de la condition la plus humble au rang le plus élevé, comme cela s'est vu de David, et comme cela se voit tous les jours dans l'Église, où Dieu choisit souvent ce qu'il y a de plus humble et de plus obscur selon le monde, pour l'élever aux dignités les plus éclatantes de la religion.

---

5. *Jucundus homo qui miseretur et commodat*. Bene et jucunde habet, qui misericordia motus facile condonat offensiones, et egentibus commodat, servans illud : *Dimittite, et dimittemini; date, et dabitur vobis.* *Jucundus*, in græco est χρηστός, benignus, bonus. — *Disponet sermones suos in judicio*. Eloquetur verba sua, et illa ordinabit et disponet in judicio et prudenter. Alii per *sermones* intelligunt rationes et negotia.

6. *Quia in æternum non commovebitur*. Videtur referendum ad id quod supra dictum est, *jucundus homo*, quasi dicat : Ideo est jucundus, sive beatus, quia in æternum non commovebitur, nunquam sua felicitate excidet. Ita Genebrardus. Bellarminus putat esse rationem ejus quod proxime dictum fuerat : *Disponet sermones suos in judicio : quia in æternum non commovebitur*, id est, quia est vir constans in propositis suis, et stabilis, et providet prudenter omnia, ut quidquid accidat eum commovere non possit.

7. *In memoria æterna erit justus*. Memoria gloriosa, et cum benedictione apud Deum et apud homines. — *Ab auditione mala non timebit*. Sibi bene conscius, non timebit parum secundam famam. — *Paratum*. In rebus adversis et calamitosis.

8. *Confirmatum est cor ejus*. In hac fiducia in Deum. — *Non commovebitur*. Non timebit. — *Donec despiciat inimicos suos*. Imo in hac fiducia stabilis eo res suas deducet, ut inimicos non sit formidaturus, sed illos potius despecturus.

9. *Dispersit, dedit pauperibus*. Libenter et liberaliter tribuit pecunias suas egentibus, large sparsit in pauperes. — *Justitia ejus manet in sæculum sæculi*. Quasi dicat : Si pecunias largiendo diminuit, adauxit justitiam et merita æternum præmium habitura. — *Cornu ejus exaltabitur in gloria*. Tunc alicujus cornu exaltari dicitur, cum ille fit potentior ut fortior. Exaltari autem in gloria est hominem fieri non solum potentem, sed etiam gloriosum : significat ergo propheta eleemosynis adeo non minui potentiam, divitias, aut gloriam, ut etiam augeantur.

10. *Peccator videbit*. Cogetur videre justi felicitatem. — *Irascetur*. Cum nihil habeat quod contra justum, quem odit, loqui possit, vel audeat. — *Dentibus suis fremet*. Instar rabidi canis. — *Tabescet*. Nam ut ait ille :

Invidus alterius rebus macrescit opimis.

— *Desiderium peccatorum peribit*. Votis et optatis suis peccatores frustrabuntur; nam cum justum eversum videre cupiant, cogentur illum intueri bene in omnibus habentem et florentem.

PSAL. CXII. — 1. *Pueri*. In græco est, παῖδες, quæ vox et pueros et servos, in Hebræo est עבדי *ebed*, quæ servos tantum significat.

2. *Sit nomen Domini benedictum*. Felix habeatur, commendetur, sanctificetur, celebretur. — *Ex hoc nunc*. Græce, ἀπὸ τοῦ νῦν, ab hoc puncto temporis, et deinceps in totam æternitatem.

3. Le nom du Seigneur doit être loué depuis le lever du soleil jusqu'au couchant.
4. Le Seigneur est élevé au-dessus de toutes les nations, et sa gloire au-dessus des cieux.

5. Qui est semblable au Seigneur notre Dieu, qui habite les lieux les plus élevés,
6. Et qui regarde ce qu'il y a de plus abaissé dans le ciel et sur la terre;
7. Qui tire de la poussière celui qui est dans l'indigence; et qui élève le pauvre de dessus le fumier,
8. Pour le placer avec les princes, avec les princes de son peuple;
9. Qui donne à celle qui est stérile la joie de se voir dans sa maison la mère de plusieurs enfants?

3. A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.
4. *a* Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cœlos gloria ejus. [a *Malach*. 1. 11.]
5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
6. Et humilia respicit in cœlo et in terra?
7. Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem.

8. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
9. Qui habitare facit sterilem in Domo, matrem filiorum lætantem.

PSAUME CXIII (CXIV).

Puissance de Dieu et vanité des idoles.

Alleluia.
1. Lorsque Israël sortit de l'Egypte, et la maison de Jacob du milieu de ce peuple barbare,

2. Dieu consacra le peuple juif à son service, et il établit son empire dans Israël.
3. La mer le vit, et s'enfuit. Le Jourdain retourna en arrière.

Alleluia.
1. In *a* exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro: [a *Exod*. 13. 3.]
2. Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.
3. Mare vidit, et fugit: Jordanis conversus est retrorsum.

7. *Suscitans a terra inopem.* Tels furent Joseph, Moïse, David, Daniel, sous l'Ancien Testament et sous la loi évangélique, les apôtres et une quantité innombrable de saints sortis de l'obscurité la plus profonde (Cf. le cantique d'Anne et celui de la sainte Vierge, Luc., I, 46).

Psal. CXIII. — 1. *In exitu Israel.* Les Juifs partagent ce Psaume en deux, dont le second commence au verset 9 de la Vulgate. Cette division ne se trouve pas dans tous les manuscrits hébraïques. Saint Jérôme ne l'a pas admise, et il y a aussi des Juifs modernes qui la rejettent. On ne trouve dans ce poème rien qui la justifie. Car il est aisé de lier le verset 10 et ce qui suit avec ce qui précède. Après avoir rappelé les prodiges opérés par Dieu en faveur d'Israël, le Psalmiste veut que la gloire en revienne à Dieu et non aux enfants de Jacob, et il prend de là occasion de faire voir la différence qu'il y a entre le vrai Dieu dont la puissance a opéré ces prodiges, et les idoles des nations qui sont vaines et incapables de produire le moindre effet.

2. *Facta est Judæa.* Juda devint le sanctuaire du Seigneur et Israël son empire. Juda se prend ici pour tout le peuple Hébreu, au milieu duquel la tribu de Juda eut toujours la prééminence et qui est aussi désigné ici sous le nom d'Israël, qui est le nom de leur père.

---

3. *A solis ortu.* Ubique. — *Laudabile.* In Hebr. est, *laudatum*, sed idem est; propterea enim laudatur, quia laudem meretur.

4. *Super omnes gentes.* Cum omnium sit creator et gubernator. — *Super cœlos gloria ejus.* Super cœlos elevata est gloria majestatis ejus, cœlestia omnia implens et superans.

6. *Humilia respicit.* Humilia respicit et curat, illisque providet. * In cœlo sunt varii angelorum ordines, majores alii, alii minores; hos humiles in cœlo appellat.

7. *Suscitans a terra inopem.* Pauperem et afflictum in sordibus et mœrore jacentem, et cum inopia luctantem, erigit, et in florenti statu constituit.

8. *Ut collocet eum cum principibus.* Non cum principibus quibuscumque, sed cum principibus populi et tribuum. Sensu anagogico hi principes sunt aulæ cœlestis proceres, supernæ Jerusalem incolæ, et participes regni cœlorum.

9. *Qui habitare facit sterilem.* Qui mulierem ob sterilitatem suam despectam prius et mœrentem, statu rerum in melius mutato, habitare facit domi suæ lætam et hilarem propter multiplicem prolem susceptam. * Talis fuit Anna Samuelis mater, quæ fœcunda Dei munere facta est et hilaris, I. Reg. 1. — *Filiorum.* Græce est ἐπὶ τέκνοις, *filiorum causa*.

Psal. CXIII. — 1. *Domus Jacob.* Est repetitio præcedentis hemistichii: in exitu familiæ Israelis de Ægypto. — *Populo barbaro.* Vox hebraica לֹעֵז *loez*, significat loquentem linguâ ignotâ; et barbarus dicitur, cujus lingua non intelligitur, juxta illud Apostoli I. ad Cor. 14, 11: *Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: et qui loquitur mihi, barbarus.*

2. *Facta est Judæa sanctificatio ejus.* Tunc sanctificavit et seposuit sibi gentem Judæam, id est, populum Israeliticum, in quem præ cæteris nationibus peculiarius regnaret et dominaretur.

3. *Mare vidit, et fugit.* Mare Rubrum divinam sensit potentiam, et quasi cederet retro et fugeret, aditum transeuntibus patefecit. — *Jordanis.* In transitu ejusdem populi, revolutus est in suum fontem, et aquas continuit, donec populus in ulteriorem ripam perveniret.

4. Montes exultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium.
5. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?
6. Montes exultastis sicut arietes, et colles sicut agni ovium.

7. A facie Domini mota est terra, a facie Dei Jacob.
8. Qui convertit petram in stagna aquarum, et rupem in fontes aquarum.
1. NON NOBIS, DOMINE, NON NOBIS, sed nomini tuo da gloriam.

2. Super misericordia tua, et veritate tua: nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?
3. Deus autem noster in cœlo: omnia quæcumque voluit, fecit.
4. *a* Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. [a *Infr*. 134. 15.]
5. *a* Os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt. [a *Sap*. 15. 15.]
6. Aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt.

7. Manus habent, et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
8. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.

9. Domus Israel speravit in Domino: adjutor eorum et protector eorum est.
10. Domus Aaron speravit in Domino: adjutor eorum et protector eorum est.

4. Les montagnes sautèrent comme des béliers, et les collines comme les agneaux des brebis.
5. Pourquoi, ô mer! vous êtes-vous enfuie? et vous, ô Jourdain! pourquoi êtes-vous retourné en arrière?
6. Pourquoi, montagnes, avez-vous sauté comme des béliers? et vous, collines, comme les agneaux des brebis?
7. *C'est que* la terre a été ébranlée à la présence du Dieu de Jacob,
8. Qui changea la pierre en des torrents d'eaux, et la roche en des fontaines.
1. Ne nous en donnez point, Seigneur, ne nous en donnez point la gloire: donnez-la à votre nom.
2. *Ç'a été* pour faire éclater votre miséricorde et votre vérité; *ç'a été* de peur que les nations ne puissent dire: Où est leur Dieu?
3. Or notre Dieu est dans le ciel, et tout ce qu'il a voulu, il l'a fait.
4. *Au lieu* que les idoles des nations sont de l'argent et de l'or, et les ouvrages des mains des hommes.
5. Elles ont une bouche, et elles ne parleront point; elles ont des yeux, et elles ne verront point;
6. Elles ont des oreilles, et elles n'entendront point; elles ont des narines, et elles ne sentiront point;
7. Elles ont des mains, sans pouvoir toucher; elles ont des pieds, sans pouvoir marcher; et ayant une gorge, elles ne pourront crier.
8. Que ceux qui les font, leur deviennent semblables, avec tous ceux qui mettent en elles leur confiance.
9. *Mais* la maison d'Israël a espéré au Seigneur: il est leur soutien et leur protecteur.
10. La maison d'Aaron a espéré au Seigneur: et il est leur soutien et leur protecteur.

1. *Non nobis Domine.* Ce verset est marqué du chiffre 1, parce qu'il commence dans l'Hébreu le second Psaume. Mais au lieu de diviser ainsi ce poème, nous croyons qu'il est bien préférable de lui conserver son unité. C'est une ode admirable où l'on passe d'une idée à une autre sans transition à la vérité, mais dont l'esprit saisit le lien sans effort. Qu'y a-t-il de plus beau que ce contraste que le poète établit entre la puissance du vrai Dieu et l'impuissance des idoles. Jamais on n'a poursuivi d'une ironie plus sanglante toutes ces fausses divinités.

---

4. *Montes exultaverunt ut arietes.* Vel in descensu Domini super montem Sinai cum terræ motu; vel cum scopuli torrentis Arnon salierunt in torrentem, et Israelitarum hostes oppresserunt. Num. 21, 15. Alii ad scopulos Jordanis referunt; alii ad undarum cumulos et agglomerationes instar montium elevatas.

7. *A facie Domini.* Propter præsentiam Domini.

8. *Convertit petram.* Qui in deserto a naturali sua duritie et siccitate rupem convertit, et solvit in aquas humentes et molles.

1. *Non nobis, Domine.* Non meritis nostris, quæ nulla sunt, sed tibi, Domine, debetur laus omnis et gloria.

2. *Super misericordia tua.* Propter misericordiam et liberalitatem tuam, non propter nostra merita da nomini tuo gloriam. *Et veritate tua.* Dictorum et promissorum fidelitate. — *Nequando dicant gentes.* Ne impii, qui nos affligunt, exprobrando nobis, cum injuria nominis tui dicere valeant: Ubi nunc est Deus eorum! Cum enim in terris nullum tui simulacrum colamus, nisi insigni potentiæ tuæ affectu te nobis adesse ostenderis, existimabunt et dicent Deum quem colimus nullibi esse.

3. *Deus autem noster in cœlo.* Quasi dicat: Verum illi, ut volunt, nos rideant quasi nullibi sit Deus noster; nobis enim certissime constat Deum nostrum esse, et in cœlis peculiariter majestatem gloriæ suæ ostendere, et omnipotentem esse.

4. *Simulacra gentium.* Contra vero gentilium idola aurea et argentea inania esse scimus, artificum industria et opera in eam formam fabrefacta, sed numine plane carentia.

8. *Similes illis fiant.* Idololatræ digni sunt qui sint statuis ratione carentibus similes, sint veluti trunci et stipites. Quod si placeat hæc per modum imprecationis exponere, non potuerunt conqueri idolorum cultores, si eos diis quos venerantur similes esse cupimus.

9. *Domus Israel.* Populus fidelis Israelitarum.

10. *Domus Aaron.* Aaronis domus ab Israele distinguit, quia Ecclesia perpetuo distincta fuit in duos status, laicorum scilicet et clericorum, sive populi et cleri.

11. Ceux qui craignent le Seigneur ont mis au Seigneur leur espérance : *et* il est leur soutien et leur protecteur.

12. *Car* le Seigneur s'est souvenu de nous, et nous a bénis.

Il a béni la maison d'Israël ; il a béni la maison d'Aaron ;

13. Il a béni tous ceux qui craignent le Seigneur, les plus petits comme les plus grands.

14. Que le Seigneur vous comble de nouveaux biens, vous et vos enfants.

15. Soyez bénis du Seigneur, qui a fait le ciel et la terre.

16. Le ciel le plus élevé est pour le Seigneur : mais il a donné la terre aux enfants *des hommes*.

17. Les morts, Seigneur, ne vous loueront point, ni tous ceux qui descendent dans l'enfer.

18. Mais nous qui vivons, nous bénissons le Seigneur dès maintenant et dans tous les siècles.

11. Qui timent Dominum, speraverunt in Domino : adjutor eorum et protector eorum est.

12. Dominus memor fuit nostri et benedixit nobis.

Benedixit domui Israel : benedixit domui Aaron.

13. Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.

14. Adjiciat Dominus super vos : super vos, et super filios vestros.

15. Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram.

16. Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum.

17. a Non mortui laudabunt te Domine : neque omnes, qui descendunt in infernum. [a *Baruch*. 2. 17.]

18. Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc et usque in sæculum.

PSAUME CXIV (CXV).

Action de grâces.

Alleluia.

1. J'ai aimé *le Seigneur*, parce que le Seigneur doit exaucer la voix de ma prière.

2. Parce qu'il a abaissé son oreille vers moi, je l'invoquerai pendant tous les jours de ma vie.

3. Les douleurs de la mort m'ont environné ; les périls de l'enfer m'ont surpris ;

J'ai trouvé l'affliction et la douleur :

4. Et j'ai invoqué le nom du Seigneur, et je lui ai dit :

O Seigneur ! délivrez mon âme.

Alleluia.

1. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.

2. Quia inclinavit aurem suam mihi : et in diebus meis invocabo.

3. Circumdederunt me dolores mortis : et pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem inveni :

4. Et nomen Domini invocavi.

O Domine, libera animam meam :

11. *Qui timent Dominum.* Il y a dans ces versets une gradation très-marquée. Par la *maison d'Israël*, le Psalmiste désigne les simples Israélites ; par la *maison d'Aaron*, la race sacerdotale, les prêtres et les lévites ; et par *ceux qui craignent le Seigneur*, les prosélytes, c'est-à-dire, ceux d'entre les Gentils qui avaient embrassé le culte du vrai Dieu.

Psal. CXIV. — 1. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.* Dans ce Psaume, nous trouvons les sentiments du juste qui, ayant été exposé à un grand péril, remercie Dieu de l'en avoir délivré. David l'a composé sans doute après avoir avoir reçu du Seigneur un bienfait de cette nature, mais dans quelles circonstances de sa vie ? Les uns veulent que ce soit au sortir de chez Achis où sa vie avait été en danger ; les autres, après qu'il eût triomphé de toutes les embûches que lui tendit Saül ; d'autres enfin, après la révolte d'Absalom. Le P. Houbigant dit que c'est Jésus-Christ qui parle dans ce Psaume comme dans le Psaume XXI. Ce serait dans ce cas une prophétie qui se rapporterait à la passion. On peut aussi mettre tout ce Psaume dans la bouche du juste qui est ici-bas exilé, qui gémit sur les tentations et les misères de toutes sortes auxquelles il est en proie, et qui soupire après la céleste patrie.

---

12. *Benedixit nobis.* Beneficia nobis contulit.

13. *Pusillis cum majoribus.* Citra delectum statuum, ætatum, conditionum et parvis æque ac magnis.

14. *Adjiciat.* Augeat et multiplicet benedictiones.

16. *Cœlum cœli Domino.* Empyreum cœlum, quod est omnium supremum, est Domino destinatum in aulam regiam. — *Dedit filiis hominum.* In usum filiorum hominum.

17. *Non mortui laudabunt te Domine.* Quasi dicat : In hac autem terra, quam tradidisti nobis, non mortui laudabunt te. Hoc est quod Psal. 6. 6. dixit : *Non est in morte qui memor sit tui ; in inferno autem quis confitebitur tibi ?* Vide ibi dicta.

18. *Sed nos qui vivimus.* Proinde nobis faveas, et vitæ diuturnitatem indulgeas, ut multi sint qui te colant et laudent, etiam in hac vita.

Psal. CXIV. — *Dilexi.* Dominum. — *Quoniam exaudiet Dominus.* Dilexi Dominum, quia benignus est, et cum opus habuerimus, aderit nobis, et preces nostras exaudiet.

2. *In diebus meis invocabo.* Quamdiu vivam, illum invocabo.

3. *Dolores mortis.* Dolores mortiferi et gravissimæ angustiæ. — *Pericula inferni.* Pericula mortis temporalis, aut etiam æternæ. — *Tribulationem... inveni.* Incidi, incurri in tribulationem.

4. *Invocavi.* Hebr. *invocabo* : dicens scilicet quæ sequuntur. — *O Domine.* In Hebr. est, *quæso, Domine* ; nam vox אנה *anna*, est blandientis et deprecantis particula, quam vertere possumus, *quæso obsecro, etc.* — *Liberam animam meam.* Vitam meam ab hoc mortis discrimine ; vel animam meam a periculo salutis spiritualis in quo versatur.

5. Misericors Dominus, et justus, et Deus noster miseretur.

6. Custodiens parvulos Dominus : humiliatus sum, et liberavit me.

7. Convertere, anima mea, in requiem tuam : quia Dominus benefecit tibi.

8. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

9. Placebo Domino in regione vivorum.

5. Le Seigneur est miséricordieux et juste, et notre Dieu est porté à faire grâce.

6. Le Seigneur garde les petits : j'ai été humilié, et il m'a délivré.

7. Rentre *donc*, ô mon âme ! dans ton repos, puisque le Seigneur t'a comblée de biens.

8. Car il a délivré mon âme de la mort, mes yeux des larmes et mes pieds de la chute.

9. Je serai agréable au Seigneur, dans la terre des vivants.

PSAUME CXV (CXVI).

Suite du précédent.

Alleluia.

10. a Credidi, propter quod locutus sum : ego autem humiliatus sum nimis. [a *II. Cor.* 4. 13.]

11. a Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax. [a *Rom.* 3. 4.]

12. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi ?

13. Calicem salutaris accipiam : et nomen Domini invocabo.

Alleluia.

10. J'ai cru, c'est pourquoi j'ai parlé, car j'ai été dans la dernière affliction.

11. Dans ma fuite j'ai dit : Tout homme est menteur.

12. Que rendrai-je *donc* au Seigneur pour tous les biens qu'il m'a faits ?

13. Je prendrai le calice du salut, et j'invoquerai le nom du Seigneur.

9. *Placebo Domino.* Saint Jérôme traduit : *Deambulabo coram Domino in terra viventium.* Marcher en présence du Seigneur, c'est faire ce qui lui plaît : *Ambulavit Henoch cum Deo* (Gen., V, 24). Il est dit de même de Noé (Gen., VI, 9). Le P. Houbigant, fidèle à son sens, entend par la région des vivants les terres que Jésus-Christ devait parcourir dans la suite, au moyen de l'Évangile.

Psal. CXV. — 10. *Credidi.* Ce Psaume et le précédent n'en font qu'un dans l'Hébreu, le Syriaque et saint Jérôme. L'édition grecque du Vatican, ainsi que notre Vulgate dans l'édition de Clément VIII, continuent les chiffres du Psaume CXIV, pour montrer que quoique ces deux Psaumes soient séparés, ils n'en font réellement qu'un seul. Théodoret les a séparés, mais tout en les séparant, il a reconnu que pour le sens l'un n'est que la continuation de l'autre.

13. *Calicem salutaris accipiam.* Saint Chrysostome entend ce calice de la coupe où était le

---

5. *Deus noster miseretur.* Non solum est misericors, sed etiam miserator. Non solum natura sua est misericors, sed etiam actu misericordiam, cum opus est, in nos expromit.

6. *Custodiens parvulos Dominus.* Dominus custos est simplicium, qui candide et sine dolo agunt. — *Parvulos.* In Hebr. est, פתאים *pethaim*, quod non tam parvulum ætate quam simplicem, candidum et apertum moribus significat, et eum qui facile persuadetur. — *Humiliatus sum.* Hebr. *attenuatus sum.* Afflictus sum sed me servavit.

7. *Convertere anima mea in requiem tuam.* Redi, anima mea, ad pristinam tuam quietem et tranquillitatem, æquo et pacato animo esto.

9. *Placebo Domino in regione vivorum.* Curabo Domino placere dum vivo, ejus præceptis parendo, in ejus mandatis ambulando, etc. In Hebr. est, *ambulabo coram Domino.* Vel sensus est, in cœlesti patria, quæ est regio viventium vera vita, Domino perfecte placebo ; nam qui in hac vita placent Deo, non perfecte placent, propter leves culpas quas subinde admittunt.

Psal. CXV. — 10. *Credidi, propter quod locutus sum.* Credidi Deo ; quare non timui loqui, nec intermisi dicere et profiteri omnem hominem esse fallacem. Vel sensus est cum superioribus continuatus * (est enim Psalmus hic ejusdem argumenti cum præcedente, unde apud Hebræos eidem adnectitur), quasi dicat : Placebo Domino in regione vivorum ; credo enim hujusmodi regionem esse, licet eam non viderim. — *Ego autem humiliatus sum nimis.* Credidi quidem, sed non desii affligi et vexari. Vel ego credidi esse regionem vivorum, quia humiliatus sum ; nec meo nitor ingenio, sed demisse amplector quæ me docet spiritus Domini.

11. *Ego dixi in excessu meo.* In fuga et in discessu meo. In Hebr. est, *in festinatione mea*, vel *in trepidatione mea*, in præcipiti evasione mea. In græco est, ἐν τῇ ἐκστάσει, in stupore, pavore et perturbatione mentis qua corripiebar cernens mihi persecutionem undique imminere, et obstupescens ad tanta pericula. Vel sensus est : ego qui me humiliavi et demisi, exaltatus a Domino ad mentis excessum, in eo excessu videns quam falsa et fallacia sint quæ videntur hominibus vera et solida bona, dixi : *Omnis homo mendax.* — *Omnis homo mendax.* Quasi dicat : In homine non est sperandum, non est ab eo salus expectanda, est infidus, nec datam fidem servat. * Omnis spes in homine posita fallere potest. Vel juxta alium sensum ; omnis homo qui humano affectu loquitur de felicitate, et magni æstimat bona hæc fluxa et caduca, mendax est ; vera enim et stabilia bona non inveniuntur, nisi in regione vivorum.

12. *Quid retribuam Domino.* Cum salutem a Domino consecutus sim, quid ego rependam ei ? Vel cum Dei beneficio agnoverim regionem vivorum, et vera bona a fucatis didicerim internoscere, qui pro tanto beneficio Domino retribuam ?

13. *Calicem salutaris accipiam.* Calicem testem et indicem salutis meæ accipiam ; offeram-

14. Je m'acquitterai de mes vœux envers le Seigneur devant tout son peuple.
15. C'est une chose précieuse devant les yeux du Seigneur que la mort de ses saints.
16. O Seigneur! parce que je suis votre serviteur : parce que je suis votre serviteur et le fils de votre servante,
Vous avez rompu mes liens.
17. *C'est pourquoi* je vous sacrifierai une hostie de louanges, et j'invoquerai le nom du Seigneur.
18. Je m'acquitterai de mes vœux envers le Seigneur devant tout son peuple,
19. A l'entrée de la maison du Seigneur, au milieu de vous, ô Jérusalem!

14. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus :
15. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.
16. O Domine, quia ego servus tuus : ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea :
17. Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.
18. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus :
19. In atriis domus Domini, in medio tui, Jerusalem!

PSAUME CXVI (CXVII).

Vocation des Gentils.

Alleluia.
1. Nations, louez toutes le Seigneur; peuples, louez-le tous,
2. Parce que sa miséricorde a été puissamment affermie sur nous, et que la vérité du Seigneur demeure éternellement.

Alleluia.
1. *a* Laudate Dominum omnes gentes : laudate eum omnes populi : [a *Rom.* 15. 11.]
2. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus : *a* et veritas Domini manet in æternum. [a *Joan.* 12. 34.]

PSAUME CXVII (CXVIII).

Cantique d'action de grâces.

Alleluia.
1. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.

Alleluia.
1. Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus.

vin dont l'oblation accompagnait les sacrifices d'action de grâces. Cette coupe du salut est ici la figure du calice du sang de Jésus-Christ. Saint Augustin l'entend du calice des souffrances, selon cette parole de l'Évangile : « Pouvez-vous boire le calice qui m'est destiné? » Il dit que le Prophète accepte ce calice d'amertume, parce qu'il sait que ce breuvage lui sera salutaire. Toutes ces interprétations se concilient parfaitement.

PSAL. CXVI. — 1. *Laudate Dominum.* Ce Psaume est le plus court du Psautier. Le Prophète y convie toutes les nations à louer Dieu de ses miséricordes et de la fidélité avec laquelle il a rempli envers son peuple toutes ses promesses. Saint Paul, dans son *Épître aux Romains* (XV, 11), en a fait l'application à la vocation des Gentils.

PSAL. CXVII. — 1. *Confitemini Domino.* Ce Psaume est un cantique d'action de grâces. A quelle occasion David le composa-t-il? On croit généralement que ce fut après le meurtre d'Isbo-

---

libabo Domino vinum gratiarum actionis, juxta ceremonias legis. Vel spe supernorum bonorum excitatus, calicem hauriam patientiæ malorum et adversorum, Dominumque invocabo ut mihi adsit, ne in vitæ hujus via pericliter aut naufragium faciam.

14. *Vota mea Domino reddam.* Quæ vovi malis pressus, ea persolvam palam et toto populo spectante, didici autem experimento pretiosam esse mortem sanctorum in conspectu Domini, id est, magni illos Deum facere et eorum necem non facile permittere. Vel sacrificium laudis Domino palam offeram et sine timore, etiamsi mortem inde mihi imminere intelligam; nam magni facit Dominus mortem justorum sua causa obitam, eamque large muneratur in cœlis. Vel sensus est : non facile Deus impiis concedit ut pios occidant. Quæ pretiosa sunt non facile largimur.

16. *Et filius ancillæ tuæ.* Non solum servus tuus, sed verna domi tuæ natus ex ancilla tua. Fideles Ecclesiæ filii sunt Dei ancillæ. — *Dirupisti vincula mea.* Calamitates, persecutiones dissipasti. Vel servus tuus natus sum, aut factus; sed interim magna fruor libertate, a dura dæmonis et vitiorum servitute manumissus.

17. *Hostiam laudis.* Sacrificium pacificum, vel laudem et confessionem quam loco excellentis sacrificii admittis.

18. *Vota mea.* Est repetio versiculi 14.

19. *In atriis domus Domini.* Ad hostium tabernaculi, ante quod erant atria et area in qua altare holocaustorum situm erat. — *In medio tui Jerusalem.* Extra quam non licebat sacrificare. Docet hic locus extra Ecclesiam, sive Ecclesiæ communionem sacrificia a Deo non probari.

PSAL. CXVI. — 2. *Confirmata est super nos misericordia ejus.* Hebr., habet, *roborata* : multiplicata est et stabilita, ut amplius auferenda non sit, sed cum omnibus gentibus communicanda. — *Veritas Domini.* Fidelitas promissorum, quibus se Christum Dominum orbi terrarum daturum fuerat pollicitus.

PSAL. CXVII. — 1. *Confitemini Domino.* Laudate Dominum. — *Bonus.* Benignus, beneficus. — *Quoniam in sæculum.* Quoniam perpetuo duratura est misericordia ejus.

2. Dicat nunc Israel quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus.
3. Dicat nunc domus Aaron : quoniam in sæculum misericordia ejus.
4. Dicant nunc qui timent Dominum : quoniam in sæculum misericordia ejus.
5. De tribulatione invocavi Dominum : et exaudivit me in latitudine, Dominus.
6. Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo.
7. *a* Dominus mihi adjutor : et ego despiciam inimicos meos. [a *Hebr.* 13. 6.]
8. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine :
9. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.
10. Omnes gentes circuierunt me : et in nomine Domini quia ultus sum in eos.
11. Circumdantes circumdederunt me : et in nomine Domini quia ultus sum in eos.
12. Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis : et in nomine Domini quia ultus sum in eos.
13. Impulsus eversus sum ut caderem : et Dominus suscepit me.
14. *a* Fortitudo mea, et laus mea Dominus : et factus est mihi in salutem. [a *Exod.* 15. 2.]
15. Vox exultationis et salutis, in tabernaculis justorum.
16. Dextera Domini fecit virtutem :

2. Qu'Israël dise maintenant que le *Seigneur* est bon, et que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.
3. Que la maison d'Aaron dise maintenant que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.
4. Que tous ceux qui craignent le Seigneur disent maintenant que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.
5. *Car* j'ai invoqué le Seigneur du milieu de l'affliction : et le Seigneur m'a exaucé, et m'a mis au large.
6. Le Seigneur est mon soutien, et je ne craindrai point ce que l'homme pourra me faire.
7. Le Seigneur est mon soutien, et je mépriserai mes ennemis.
8. Il est bon de se confier au Seigneur plutôt que de se confier dans l'homme.
9. Il est bon d'espérer au Seigneur plutôt que d'espérer dans les princes.
10. Toutes les nations m'ont assiégé; mais je me suis vengé d'elles au nom du Seigneur.
11. Elles m'ont assiégé et environné, et je m'en suis vengé au nom du Seigneur.
12. Elles m'ont toutes environné comme des abeilles, et elles se sont embrasées, comme un feu qui a pris à des épines, mais je m'en suis vengé au nom du Seigneur.
13. J'ai été poussé, on a fait effort pour me renverser; et le Seigneur m'a soutenu.
14. Le Seigneur est ma force, *le sujet de mes* louanges; et c'est en lui que j'ai trouvé mon salut.
15. *Que* les cris d'allégresse et de salut *se fassent entendre* dans les tentes des justes.
16. *Car* la droite du Seigneur a fait éclater sa

seth, le fils de Saül. Toutes les tribus le reconnurent alors pour roi, et il fut acclamé chef de tout Israël. Il y exhorte son peuple à louer le Seigneur de la miséricorde qu'il lui a faite, et de la protection qu'il lui a accordée dans tous les périls où il s'est trouvé. Jésus-Christ s'est appliqué le verset 22, et après lui les apôtres. Fondés sur ce double témoignage, les Pères de l'Église ont entendu tout ce Psaume de Jésus-Christ et de l'Église. Jésus, dont David était la figure, a été accueilli à Jérusalem comme le Christ, le Roi des nations; il a été ensuite mis à mort; il est glorieusement sorti du tombeau, et il a pris possession de son royaume éternel.

4. *Dicant nunc qui timent.* Voyez notre note sur le verset 11 du Psaume CXIII.

---

2. *Dicat nunc Israel.* Recenset eos quos excitare vult ad Deum laudandum : Israelitas omnes laicos scilicet ad ordinem leviticum non pertinentes, præterea omnes levitas et sacerdotes, tandem omnes timentes Deum. — *Nunc.* Hoc gratiæ, vel hoc publici conventus et confessionis tempore.

3. *Domus Aaron.* Sacerdotes ex Aaron familia.

5. *In latitudine.* Largiter et copiose, vel cum latitudine et lætitia mea exaudivit me, in locum latum et spatiosum constituit me, in quo periclitari non possem.

6. *Quid faciat mihi homo.* Quid faciat mihi mortalis et infirma creatura.

8. *Bonum est.* Melius est, magis bonum est.

10. *Circuierunt me.* Obsederunt, undique oppugnarunt. — *Et in nomine Domini.* At nomine Domini ejusque virtute factum est ut eas ulciscerer, pœnas de eis sumerem, aut, ut sonat textus hebræus, *succiderem*, vel *perimerem*.

12. *Sicut apes.* In me aculeos exerentes, quibus figerent me. — *Sicut ignis in spinis.* Spinarum ignis est acerrimus, licet brevissimus; magnum etiam edit strepitum, et vicina quæque assumpturus et populaturus videtur. — *Et in nomine Domini.* Hoc explicatum est n. 10.

13. *Impulsus.* Ab inimicis meis ea de causa emotus sum ut caderem, ut prosternerer. In Hebr. est, *impellendo impulisti me ad cadendum.* — *Eversus sum.* Prope abfui a casu, ab eversione. — *Suscepit me.* Juvit ac tenuit me ne caderem.

14. *Fortitudo mea, et laus mea Dominus.* Quasi dicat : Proinde agnosco robur meum esse Dominum, cujus beneficio hostium petitiones inconcussus eludo; ipse carminum et laudum mearum perpetuum erit argumentum. — *Factus est mihi in salutem.* Fuit mihi saluti.

15. *Vox exultationis et salutis.* Quasi dicat : Neque ego solus eum canam, sed vox jubilationis et gratiarum actionis pro vita et salute conservata audietur in domibus justorum.

16. *Dextera Domini.* Potentia Domini. — *Fecit virtutem.* In Hebr. *fecit fortitudinem*, id est, fortia et admiranda facinora edidit in commodum et bonum meum. — *Exaltavit me.* Eripiens ab omnibus malis, et celso et glorioso in statu constituens.

puissance; la droite du Seigneur m'a élevé; la droite du Seigneur a fait éclater sa puissance.

17. Je ne mourrai point, mais je vivrai et je raconterai les œuvres du Seigneur.

18. Le Seigneur m'a châtié pour me corriger; mais il ne m'a point livré à la mort.

19. Ouvrez-moi les portes de sa justice, afin que j'y entre, et que je rende grâces au Seigneur.

20. C'est là la porte *de la maison* du Seigneur; et les justes entreront par elle.

21. Je vous rendrai grâces de ce que vous m'avez exaucé, et de ce que vous êtes devenu mon salut.

22. La pierre que ceux qui bâtissaient avaient rejetée, a été placée à la tête de l'angle.

23. *Oui*, c'est le Seigneur qui a fait cela et c'est une chose admirable à nos yeux.

24. C'est ici le jour que le Seigneur a fait. Réjouissons-nous-y, et soyons pleins d'allégresse.

25. Seigneur! sauvez-moi; ô Seigneur! faites prospérer *le règne de votre christ :*

26. Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur.

dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.

17. Non moriar, sed vivam : et narrabo opera Domini.

18. Castigans castigavit me Dominus : et morti non tradidit me.

19. Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino :

20. Hæc porta Domini justi intrabunt in eam.

21. Confitebor tibi quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem.

22. [a] Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. [a *Isa.* 28. 16. *Matth.* 21. 42. *Luc.* 20. 17. *Act.* 4. 11. *Rom.* 9. 33. *I. Petr.* 2. 7.]

23. A Domino factum est istud : id est mirabile in oculis nostris.

24. Hæc est dies, quam fecit Dominus : exultemus, et lætemur in ea.

25. O Domine! salvum me fac; o Domine! bene prosperare :

26. Benedictus qui venit in nomine Domini.

22. *Lapidem quem reprobaverunt.* Littéralement on peut entendre ce verset de David, ou comme certains interprètes le veulent, de Zorobabel. Mais ces paroles ne peuvent s'entendre ni de David, ni de Zorobabel que comme figures de Jésus-Christ qui, après avoir été rejeté par les Juifs et avoir été mis à mort par ses ennemis, est devenu le fondement de l'Église et le lien des deux peuples, des Juifs et des Gentils qu'il a réunis dans la même foi. C'est ainsi que Jésus-Christ et les apôtres ont entendu ce verset (Matth., XXI, 42; Act., IV, 11; I. Pet., II, 7).

23. *A Domino factum est.* Ce Psaume est dramatique; les personnages changent. Jusqu'ici c'est le Psalmiste qui a parlé. Le peuple intervient et prononce ce verset et le suivant. Les prêtres paraissent ensuite sur la scène et disent les versets 25 et 26. Le Prophète reparaît et parle jusqu'à la fin.

---

18. *Castigavit me.* In utilitatem meam, non in perniciem, nam in mortem cadere me non permisit.

19. *Aperite mihi.* Apostrophe ad sacerdotes et æditues, ut sibi aperiant portas templi et ecclesiæ, quo publice et solemniter Domino agat gratias pro acceptis beneficiis; vel certo divinis beneficiis animatus, majora sperare et postulare audet, ideoque petit sibi cœlestis Jerusalem portas reserari. — *Portas justitiæ.* Portas templi appellat portas justitiæ et virtutis, quia intra eas Dominus homines justificat, et quia per eas justi ingrediuntur ad laudandum Deum. Cœli etiam portæ sunt portæ justitiæ, quia nullus eas ingreditur qui justus non sit, et omnes labes absterserit.

20. *Hæc porta Domini.* Porta templi Domini, vel porta cœli, in quo splendet majestas Domini.

21. *Factus es mihi in salutem.* Fuisti mihi saluti.

22. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes.* Lapis ille, quem ædificantes rejecerunt tanquam fabricæ ineptum, non solum admissus est, sed etiam in potiori et honestiori fabricæ loco constitutus est. Judæi, pharisæi et sacerdotes, quibus creditum erat munus ecclesiam veterem ædificandi doctrina et exemplo, hi Christum rejecerunt, sed Christus digniori fabricæ loco positus est, hoc est, in capite anguli, ut scilicet duos parietes necteret, populum nimirum Judaicum et populum gentilem, et ex utrisque unicam coagmentaret Ecclesiam.

23. *A Domino factum est istud.* Non fortuito hoc accidit, sed divino consilio et voluntate, imo adeo magna res est, ut a nullo, præterquam a Domino patrari potuerit.

24. *Hæc est dies quam fecit Dominus.* Hæc dies, in qua id factum est, qua scilicet lapis Christus factus est in caput anguli, est propria dies quam fecit Dominus, quam insigni hoc beneficio notabilem reddidit; ideoque in ea exultandum, etc. Hæc dies est dies resurrectionis, qua Christus exaltatus et glorificatus est post passionem qua a Judæis reprobatus fuerat.

25. *O Domine.* Vide dicta Psalm. 114, n. 4. Nam eadem vox hebræa hic recurrit. — *Salvum me fac.* Has laudes Christo dixerunt turbæ in die Palmarum, ut S. Hieronymus notavit ad c. 23 S. Matth., quod enim dixerunt : *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini*, in hoc versiculo habemus, sed in Evangelio relinquitur vox hebraica *Hosanna*, quæ hic explicatur per illa verba : *O Domine salvum me fac.* * Sumi possunt hæc verba ut a Christo precante prolata, cui populus et sacerdotes sequentibus verbis bene ominantur. — *Bene prosperare.* In inchoato regno tuo. In græco est εὐόδωσον, bene procedant res tuæ, et successum quem optas nanciscantur : simile est illud Psal. 44, 5 : *Prospere procede, et regna.*

26. *In nomine Domini.* Mandato et potentia Dei ad tollendos hostes nostros peccatum, mortem, etc. — *Benediximus.* Nos sacerdotes et prophetæ benediximus vobis populis fidelibus, annuntiantes mysteria divina in salutem vestram. — *Vobis de domo Domini.* Vobis, qui estis de domo Domini, domestici Dei. * Vel sensus est : etiam nos, qui de domo Domini sumus, id est, sacerdotes, Christi regi et fideli populo bene precamur.

Benediximus vobis de domo Domini :

27. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris.

28. Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem.

29. Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus.

Nous vous bénissons *tous* de la maison du Seigneur.

27. Le Seigneur est le *vrai* Dieu, et il a fait paraître sa lumière sur nous.

Rendez ce jour solennel, en couvrant de branches *et de feuillage* tous les lieux, jusqu'à la corne de l'autel.

28. Vous êtes mon Dieu, et je vous rendrai mes actions de grâces : vous êtes mon Dieu, et je relèverai votre gloire.

Je vous rendrai grâces de ce que vous m'avez exaucé, et de ce que vous êtes devenu mon salut.

29. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.

PSAUME CXVIII (CXIX).

Sur la loi de Dieu et les sentiments dont on doit être animé à son égard.

Alleluia.

ALEPH.

1. Beati immaculati in via : qui ambulant in lege Domini.

2. Beati, qui scrutantur testimonia ejus in toto corde exquirunt eum.

Alleluia.

ALEPH.

1. Heureux ceux qui se conservent sans tache dans la voie *de Dieu*, *et* qui marchent dans la loi du Seigneur.

2. Heureux ceux qui s'appliquent à pénétrer ses ordonnances, et qui le cherchent de tout leur cœur.

27. *Constituite diem solemnem in condensis.* D. Calmet croit que le Psalmiste fait ici allusion à ce qui s'observait à la fête des Tabernacles, où les Juifs faisaient des tentes de branches de verdure jusque dans les parvis du temple. Il traduit ainsi l'Hébreu : « Faites des tentes de branches touffues au jour de votre solennité jusqu'aux cornes de l'autel. » Ce sens se rapproche beaucoup de celui de saint Jérôme.

Psal. CXVIII. — 1. *Beati immaculati.* Ce Psaume a été composé par David. Lorsqu'il était errant et exilé, il cherchait sa consolation dans la méditation de la loi de Dieu. Il exprime dans ce Psaume tous les sentiments que cette étude lui a inspirés, et par conséquent tous ceux que nous devons avoir en le méditant. Ce Psaume est le plus long, et il est tout à la fois le plus remarquable et le plus profond du Psautier. Il est le plus remarquable, car il n'y a que l'Esprit de Dieu, dit le P. Berthier, qui puisse donner autant de sens et suggérer autant d'affections relativement au seul et même objet. Car il ne compte pas moins de cent soixante-seize versets, et il n'y en a qu'un seul où il ne soit pas directement parlé de la loi. Il est le plus profond, car il renferme sous une clarté apparente les sens les plus étendus et les plus variés. Les Pères y ont vu un abrégé de la morale évangélique, et David y a consigné la doctrine de saint Paul, l'impuissance où nous sommes d'accomplir la loi de Dieu sans la grâce (Vid. versets 18, 26, 32, 34 et seq.). L'Église a adopté ce Psaume pour les petites heures de l'office canonial. Elle en a fait onze divisions de 16 versets chacun; ce qui forme onze Psaumes qui, avec le Psaume 53 : *Deus in nomine tuo*, forment Prime, Tierce, Sexte et None.

---

27. *Deus Dominus, et illuxit nobis.* Hæc est summa benedictionis, quod scilicet Deus noster humanam carnem assumens nobis apparuerit. — *Constituite diem solemnem in condensis.* Agite diem solemnem densos et virides ramos afferentes, et ornantes templum usque ad cornu altaris. * Hebræi hic legunt, *Ligate festum funibus*, id est, victimam festivam in die solemni offerendam et ligatam funibus ducite usque ad cornua altaris, ubi mactanda est.

28. *Deus meus es tu.* Hæc est repetitio dictorum, affectum prophetæ demonstrans.

Psal. CXVIII. Hic Psalmus est omnium longissimus; nam continet viginti duos octonarios, hoc est, versiculos centum septuaginta sex. Causam tantæ longitudinis fuisse suspicatur Bellarminus, ut haberet populus in quo pie et cum fructu occuparetur, dum ter in anno ex omni parte ad tabernaculum ascenderet; videtur enim Psalmus compositus ut in itinere caneretur. Quo psalmo finito sequuntur Psalmi graduales, qui inter ascendendum gradus tabernaculi canebantur. — Artificium hujus Psalmi est hujusmodi. Primi octo versiculi incipiunt a prima littera alphabeti, sequentes octo a secunda, et sic deinceps usque ad finem totius alphabeti, quod viginti duabus litteris constat. — Illud tandem notandum in hoc Psalmo, Dei præcepta vocari etiam mandata, æquitatem, judicia, justitias, justificationes, testimonia, verbum, verba, eloquium, eloquia, sermones, viam, legem, veritatem et ordinationem, idque singulis fere versibus; quod semel monuisse satis sit, ne ad fastidium sæpius idem repetere cogamur.

1. *Immaculati.* Integri, perfecti, sinceri, simplici corde et candido; hoc enim significat vox hebræa תמימים *themimim.* — *In via.* Qui ita in via Domini et in via hujus vitæ ambulant, et nusquam offendant, sed integre, sancte et perfecte in omnibus agant.

2. *Scrutantur.* Et investigant sensum legis Domini studio illius servandæ. — *Testimonia.* Sic vocantur Dei præcepta, quod per ea testetur quid velit. — *In toto corde exquirunt eum.* Ubi legem intellexerint, eam servare et toto corde Deo placere student.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

3. Car ceux qui commettent l'iniquité ne marchent point dans ses voies.

4. Vous avez ordonné que vos commandements soient gardés très-exactement.

5. Daignez *donc, Seigneur*, régler mes voies de telle sorte que je garde la justice de vos ordonnances.

6. *Car* je ne serai point confondu lorsque j'aurai toujours devant les yeux tous vos préceptes.

7. *Et* je vous louerai dans la droiture de mon cœur, à cause de la connaissance que j'ai eue de vos jugements pleins de justice.

8. Je garderai vos ordonnances, *Seigneur. Mais* ne m'abandonnez point.

BETH.

9. Comment celui qui est jeune, corrigera-t-il sa voie? ce sera, *Seigneur*, en accomplissant vos paroles.

10. Je vous ai cherché dans toute l'étendue de mon cœur. Ne me rejetez pas de *la voie de* vos préceptes.

11. J'ai caché vos paroles au fond de mon cœur, afin de ne point vous offenser.

12. Vous êtes digne, Seigneur, de toutes sortes de bénédictions. Instruisez-moi de la justice de vos ordonnances.

13. J'ai prononcé de mes lèvres tous les jugements de votre bouche.

14. *Car* je me suis autant plu dans la voie de vos préceptes que dans *la possession de* toutes les richesses.

15. Je m'exercerai dans la méditation de vos commandements, et je considérerai vos voies.

16. Je méditerai sur vos ordonnances pleines de justice, et je n'oublierai point vos paroles.

GIMEL.

17. Accordez cette grâce à votre serviteur : faites que je vive, et que je garde vos commandements.

3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

5. Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas.

6. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

8. Justificationes tuas custodiam : non me derelinquas usquequaque.

BETH.

9. In quo corrigit adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.

10. In toto corde meo exquisivi te : ne repellas me a mandatis tuis.

11. In corde meo abscondi eloquia tua ; ut non peccem tibi.

12. Benedictus es, Domine : doce me justificationes tuas.

13. In labiis meis, pronuntiavi omnia judicia oris tui.

14. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.

15. In mandatis tuis exercebor : et considerabo vias tuas :

16. In justificationibus tuis meditabor : non obliviscar sermones tuos.

GIMEL.

17. Retribue servo tuo, vivifica me : et custodiam sermones tuos.

---

3. *In viis ejus ambulaverunt.* Qui adhuc aliqua in re inique agunt, nondum vitam instituunt secundum eas vivendi rationes quas ipse præscripsit, et per quas ad illum tenditur et pervenitur.

4. *Nimis.* Cum maxima diligentia et sollicitudine.

5. *Utinam dirigantur viæ meæ.* Ita disponantur vitæ meæ rationes, consilia et actiones, ut legem tuam plene custodiam. — *Justificationes.* Sic vocantur Dei præcepta, quod per eorum observationem in justitia et sanctitate crescamus.

6. *Non confundar.* Non pudefiam. — *Cum perspexero.* Cum intentus fuero ad custodiam mandatorum.

7. *Confitebor tibi.* Laudabo te. — *In directione cordis.* In rectitudine cordis, recto, sincero et non fucato corde. — *In eo quod didici.* Quod didicerim judicia justitiæ tuæ. — *Judicia.* Sic præcepta dicuntur, quod Dei judicium sive sententiam contineant, quod sint edicta secundum quæ probi et improbi judicandi sunt, vel quod significent nobis et nota faciant ea quæ facienda aut vitanda judicavit ac sanxit Deus.

8. *Non me derelinquas usquequaque.* Non me plane deseras, sed ita mihi adsis, ut servare præcepta tua possim.

9. *In quo corrigit?* Qua ratione poterit adolescens puras efficere vias suas ut non peccet, et a teneris annis virtuti assuescat? — *In custodiendo.* Exsequendis mandatis tuis.

10. *Ne repellas me a mandatis tuis.* Ne permittas me aberrare a via mandatorum tuorum, sive per pravam doctrinam, sive per mores corruptos.

11. *Abscondi.* Diligenter meditatus sum, animo volvi, alte cogitavi, et reposui in intima mentis.

12. *Benedictus es Domine.* Dignus es qui ab omnibus ob tuam benignitatem benedicaris.

13. *Pronuntiavi.* Prædicavi. — *Oris tui.* Quæ per prophetas et apostolos es locutus, qui sunt veluti os tuum.

14. *Sicut in omnibus divitiis.* Ut solent alii parandis divitiis delectari, aut illis quæsitis lætari.

15. *Exercebor.* Meditabor, loquar. Græce est, ἀδολεσχήσω, quo verbo LXX uti solent pro *meditari*, seu exercere se in prece et similibus contemplationis operibus.

16. *Meditabor.* Hier. et Chald. *delectabor*; vel, ut alii vertunt, *deliciabor*.

17. *Retribue.* Beneficia tribue, benefac, da liberaliter. — *Vivifica me.* In Hebr. est, *vivam*, utinam vivam, tribue ut vivam.

---

18. Revela oculos meos : et considerabo mirabilia de lege tua.

19. Incola ego sum in terra : non abscondas a me mandata tua.

20. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, in omni tempore.

21. Increpasti superbos : maledicti qui declinant a mandatis tuis.

22. Aufer a me opprobrium, et contemptum : quia testimonia tua exquisivi.

23. Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

24. Nam et testimonia tua meditatio mea est : et consilium meum justificationes tuæ.

DALETH.

25. Adhæsit pavimento anima mea : vivifica me secundum verbum tuum.

26. Vias meas enuntiavi, et exaudisti me : doce me justificationes tuas.

27. Viam justificationum tuarum instrue me : et exercebor in mirabilibus tuis.

28. Dormitavit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.

18. Otez le voile qui est sur mes yeux : et je considérerai les merveilles qui sont enfermées dans votre loi.

19. Je suis étranger sur la terre. Ne me cachez pas vos commandements.

20. *Aussi* mon âme a désiré en tout temps, *et* avec une grande ardeur, vos ordonnances qui sont pleines de justice.

21. Vous avez fait éclater votre fureur contre les superbes ; ceux-là sont maudits *de vous*, qui se détournent de vos préceptes.

22. Délivrez-moi, *Seigneur*, de l'opprobre et du mépris où je suis tombé à cause que j'ai recherché avec soin les témoignages de votre loi.

23. Car les princes se sont assis, et ont parlé contre moi : Mais cependant votre serviteur s'exerçait dans *la pratique de* vos ordonnances pleines de justice.

24. Car vos préceptes étaient le sujet de ma méditation, et la justice de vos ordonnances me tenait lieu de conseil.

DALETH.

25. Mon âme a été *comme* attachée à la terre, rendez-moi la vie, selon votre parole.

26. Je vous ai exposé mes voies, et vous m'avez exaucé. Enseignez-moi vos ordonnances pleines de justice.

27. Instruisez-moi de la voie de ces ordonnances si justes : et je m'exercerai dans *la contemplation de* vos merveilles.

28. *Car* mon âme s'est assoupie d'ennui. Fortifiez-moi par vos paroles.

18. *Revela oculos meos.* Ouvrez mes yeux, écartez les ténèbres qui les obscurcissent, afin que je puisse voir non-seulement la lettre et pour ainsi dire l'écorce de la loi, mais pour que j'en pénètre le sens et que j'y découvre le Christ qui y est perpétuellement caché. Plus loin David s'écrie (verset 34) : *Da mihi intellectum*, parce qu'il sent que la grâce lui est nécessaire d'abord pour comprendre la loi et ensuite pour la mettre en pratique et l'aimer (Voyez les versets 35 et 36).

22. *Etenim sederunt principes.* Ces paroles s'appliquent aux courtisans qui étaient devenus les persécuteurs et les ennemis de David, et dont il dit qu'ils l'accablaient de leurs malédictions, non pas en passant et d'une manière irréfléchie, mais de dessein formé et en public (Vid. Ps. XLIX, 20). D. Calmet, qui croit que ce Psaume a été composé pendant la captivité entend ces paroles de Daniel ainsi que ce qui se trouve (vers. 36, 46, 61, 69, 78, 99, 110, 134, 161), et il conjecture que ce Prophète en est probablement l'auteur.

---

18. *Revela oculos meos.* Retege, velum ab oculis meis aufer. — *Considerabo.* Videbo, intelligam. — *Mirabilia de lege tua.* Mirabiles legis tuæ sensus.

19. *Incola ego sum in terra.* Peregrinus, hodie vivus, cras moriturus, unde obiter hac vita utor, ac in ea unica consolatio est lex tua. Vel sum peregrinus, ideoque in parum mihi notis itineribus tuis facile aberrare possum; postulo ergo ut mandata tua, quibus dirigi possum, non abscondas a me.

20. *Concupivit... desiderare.* Vehementer desideravit. Vel quasi dicat : A carne fragili mihi metuens, cupio saltem desiderare legem Dei, neque ab ejus expeditione unquam per carnis stuporem revocari.

21. *Increpasti.* Comminatus es pœnam superbis, et transgressoribus legum tuarum. — *Maledicti qui declinant.* Videtur esse allusio ad illud Deut. 27, 27 : *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit.*

22. *Opprobrium et contemptum.* Quem ab hisce superbis sustineo, quod sim legum tuarum studiosus. — *Exquisivi.* Custodivi.

23. *Etenim.* Hebr. *etiam*; quasi dicat : Etiam principes, quorum erat tueri pios et virtutis studiosos, in suis conventiculis de me lædendo consultabant. — *Servus... tuus.* Ego servus tuus. — *Exercebatur.* Meditabar, colloquebar cum tuis decretis, sicque muniebam me contra omnes insectationes.

24. *Meditatio mea.* In Hebr. est, *deliciæ meæ*. — *Consilium.* Consultor, consiliarius.

25. *Adhæsit pavimento anima mea.* Adeo humiliata et afflicta est anima mea, ut malorum prementium pondere terræ adhæserit. — *Pavimento. Pulveri*, ut est in Hebr., quasi dicat : Propemodum perii, morti sepulcroque proximus. — *Vivifica me secundum verbum tuum.* Pristino statui restitue me secundum fidele promissum tuum.

26. *Vias meas enuntiavi.* Mea negotia, res, facta, vitæ meæ necessitates explicavi tibi.

27. *Instrue me.* Ad verbum ex Hebr. *intelligere me fac.* — *Exercebor in mirabilibus tuis.* Meditandis et cognoscendis. Hoc est quod dixit supra, n. 18 : *Considerabo mirabilia de lege tua.*

28. *Dormitavit anima mea præ tædio.* In Hebr. est *stillavit*, דָּלְפָה *dalepha*. Quare videntur LXX vertisse ἔσταξεν, *stillavit*, et non, ut nunc habetur, ἐνύσταξεν. Sententia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
VERITATIS
UANL ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

29. Eloignez de moi la voie de l'iniquité; et faites-moi *cette* miséricorde *que je vive* selon votre loi.

30. J'ai choisi la voie de la vérité, et je n'ai point oublié vos jugements.

31. Je me suis attaché, Seigneur, aux témoignages de votre loi. Ne permettez pas que je sois confondu.

32. *Car si* j'ai couru dans la voie de vos commandements, *c'a été* lorsque vous avez élargi mon cœur.

HE.

33. Seigneur, imposez-moi pour loi la voie de vos ordonnances pleines de justice, et je la rechercherai sans cesse.

34. Donnez-moi l'intelligence, et je m'appliquerai à connaître votre loi, et je la garderai de tout mon cœur.

35. Conduisez-moi dans le sentier de vos commandements; car c'est tout ce que je souhaite.

36. Faites pencher mon cœur vers les témoignages de votre loi, et non pas vers l'avarice.

37. Détournez mes yeux, de peur qu'ils ne voient la vanité : faites-moi vivre dans votre voie.

38. Affermissez par votre crainte votre parole dans votre serviteur.

39. Eloignez de moi l'opprobre *du péché* que j'ai toujours tant appréhendé; car je me plais dans vos jugements.

40. Vous voyez que je soupire après vos commandements. Faites *donc* que je vive dans votre justice.

VAU.

41. Que votre miséricorde, Seigneur, descende sur moi : et *accordez*-moi votre assistance salutaire, selon votre parole.

29. Viam iniquitatis amove a me : et de lege tua miserere mei.

30. Viam veritatis elegi : judicia tua non sum oblitus.

31. Adhæsi testimoniis tuis, Domine; noli me confundere.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

HE.

33. Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum : et exquiram eam semper.

34. Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam : et custodiam illam in toto corde meo.

35. Deduc me in semitam mandatorum tuorum : quia ipsam volui.

36. Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.

37. Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me.

38. Statue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo.

39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum : quia judicia tua jucunda.

40. Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tua vivifica me.

VAU.

41. Et veniat super me misericordia tua Domine : salutare tuum secundum eloquium tuum.

Vulgatæ est : præ tædio malorum quæ patior anima mea cœpit deficere, et a pristino suo vigore et promptitudine tibi serviendi flaccescere; itaque verbis promissionum tuarum ita confirma cor meum, ut alacritate resumpta perseverem et pergam in bene cœptis. Sensus hebræi textus in idem recidit; nam stillavit anima mea, significat, defecit anima mea instar earum rerum quæ liquefiunt, et paulatim perdant humorem suum. Qui autem deficiunt et liquefiunt præ tristitia solent etiam deficiendo dormitare. Luc. 22, 45 : *Invenit eos dormientes præ tristitia.* — *Tædio.* Græce est ἀκηδίας; est autem *acedia*, tristitia et torpor revocans ab opere bono exercendo.

29. *De lege tua miserere mei.* In hebræo, *legem tuam dona mihi.* Gratiam legis perficiendæ da mihi. Italice diceremus : *Fatemi grazia dell' osservanza della vostra legge.*

31. *Noli me confundere.* Quod accideret, si tuo me auxilio destitueres.

32. *Cucurri.* Alacriter, expedite et cum delectatione. — *Cum dilatasti cor meum.* Cum ex angustiis explicuisti me, cum me lætitia spirituali affecisti.

33. *Legem pone mihi.* In Hebr. est, *doce me viam præceptorum tuorum.* Sensus vulgati textus est : eam vivendi rationem, quam docent mandata tua justissima; tu, quæso, Domine, mihi pone et statue pro lege. — *Exquiram eam.* Viam illam justificationum tuarum.

34. *Da mihi intellectum.* Legis tuæ. — *Scrutabor.* Vide dicta n. 2.

35. *Deduc me.* Incedere me fac, dirige me per viam tuorum præceptorum. — *Volui.* Elegi, vel mihi in ea placui.

36. *Inclina cor meum in testimonia tua.* Auxilio gratiæ tuæ fac ut propendeam et ferar in amorem et observationem legis tuæ. — *Et non in avaritiam.* Ne inclines me in avaritiam deserendo gratia tua.

37. *Ne videant.* Ne concupiscant, ne ducantur oculorum concupiscentia. — *Vanitatem.* Doctrinæ et morum, ne fluxis hisce rebus et brevi tempore duraturis capiar, illasque magnum aliquid esse credam.

38. *Statue servo tuo.* Fac ut per sanctum timorem tuum statuatur, confirmetur, solidetur lex tua in servo tuo, ut immobiliter in illo hæreat et perseveret.

39. *Amputa opprobrium meum.* Aufer opprobrium quo me hostes afficiunt, falsa scilicet convicia et probra. Alii de peccato interpretantur, quod nobis est probro et dedecori. — *Quod suspicatus sum. Quod timui*, ut est in hebræo. — *Judicia tua jucunda.* טובים *tovim*, bona, utilia, fructuosa, benigna sunt judicia tua, quæ in pios decernis

40. *In æquitate tua.* Pro tua æquitate et justitia conserva mihi vitam.

41. *Salutare tuum.* Salus et defensio tua veniat super me, mihi contingat. — *Eloquium tuum.* Promissum tuum.

42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum quia speravi in sermonibus tuis.

43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : quia in judiciis tuis supersperavi.

44. Et custodiam legem tuam semper, in sæculum et in sæculum sæculi.

45. Et ambulabam in latitudine : quia mandata tua exquisivi.

46. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar.

47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi : et exercebar in justificationibus tuis.

ZAIN.

49. Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.

50. Hæc me consolata est in humilitate mea : quia eloquium tuum vivificavit me.

51. Superbi inique agebant usquequaque, a lege autem tua non declinavi.

52. Memor fui judiciorum tuorum a sæculo Domine : et consolatus sum.

53. Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

42. Alors je répondrai à ceux qui me chargent de reproches, que j'ai mis mon espérance dans vos paroles.

43. Mais n'ôtez pas pour toujours de ma bouche la parole de la vérité : car j'ai beaucoup espéré dans vos jugements.

44. Et je garderai toujours votre loi, dans les siècles et dans les siècles des siècles.

45. Je marchais au large, parce que j'ai recherché vos commandements.

46. Alors je parlais de votre loi en présence des rois, et je n'en rougissais point.

47. Je méditais sans cesse sur vos commandements que j'aime beaucoup.

48. Je levais mes mains pour observer ces commandements qui me sont si chers; et je m'exerçais dans *la pratique de* vos ordonnances pleines de justice.

ZAIN.

49. Souvenez-vous *donc*, *Seigneur*, de la parole que vous avez dite à votre serviteur, qui est le fondement de l'espérance que vous m'avez donnée.

50. C'est cette *parole* qui m'a consolé dans mon humiliation : parce que votre parole m'a donné la vie.

51. Les superbes agissaient avec beaucoup d'injustice *à mon égard*; mais je ne me suis point détourné de votre loi.

52. Je me suis souvenu des jugements que vous avez, Seigneur, exercés dans tous les siècles; et j'ai été consolé.

53. Je suis tombé en défaillance, à la vue des pécheurs qui abandonnent votre loi.

54. Vos ordonnances pleines de justice étaient le sujet continuel de mes cantiques dans le lieu de mon exil.

46. *In conspectu regum.* En présence de Saül, d'Achis, roi de Geth, du roi de Moab, et d'une foule d'autres.

---

42. *Respondebo exprobrantibus mihi verbum.* Exprobrantibus et convicantibus mihi respondebo verbum verum, cui resistere non poterunt. — *Quia speravi.* Summa responsionis meæ erit locasse me spem meam in sermonibus et promissis tuis, quæ excidere, et eventu frustrari non possunt.

43. *Ne auferas.* Nullo modo permittas auferri ex ore meo hoc verbum veritatis, quo glorior adversus exprobrantes mihi. Ne efficias, destituendo me gratia tua, ut non audeam hoc verbum loqui. Ne claudas os de te confitentis, et promissa tua prædicantis. — *Quia in judiciis tuis supersperavi.* Quia in tua justitia et fidelitate multum omnino speravi.

45. *Et ambulabam.* Verti etiam posset per futurum, *et ambulabo*, ut etiam quæ sequuntur, loquebar, confundebar, meditabar, levavi. — *In latitudine.* Magna cum alacritate et cordis lætitia, vel cum magna facilitate, ad instar eorum qui per vias planas et nulla re impeditas facile ambulant, aut currunt. — *Exquisivi.* Vide dicta n. 2.

46. *Non confundebar.* Non me pudebat hæc loqui et profiteri.

47. *Meditabar.* In Hebr. est, *delectabar*, cum gaudio et delectatione contemplabar.

48. *Levavi manus meas.* Manus admovi ad mandata tua, ut ea opere effecta darem.

49. *Memor esto.* Præsta, perfice; in Deum enim non cadit oblivio. — *Verbi tui servo tuo.* Promissi tui servo tuo facti, in quo me sperare fecisti.

50. *Hæc me consolata est.* Hæc res, hæc promissio. Femininum pro neutro quo Hebræi carent. — *In humilitate mea.* In afflictione et calamitate mea. — *Vivificavit me.* Roboravit, vel in vita conservavit, quasi dicat : Jam pridem me vita defecisset præ malorum multitudine et magnitudine, nisi me eloquia tua conservassent.

51. *Superbi.* Iniqui et peccatores, qui insectabantur me. — *Inique agebant.* Spem meam quam in te posui deridentes. In Hebr. enim est, *deridebant me.*

52. *Judiciorum tuorum a sæculo.* Judiciorum quæ ab initio sæculi exercuisti, exaltans humiles, et superbos deprimens.

53. *Defectio.* ἀθυμία, animi defectus, destitutio, deliquium, propter zelum vehementem quo urebar videns peccatores violantes legem tuam.

54. *Cantabiles mihi erant.* Quasi dicat : Impii legem divinam violant aut derelinquunt, quia insuavem esse judicant; mihi autem adeo suavia sunt præcepta tua, ut in hac vitæ peregrinatione dulce canticum sint, quo mirifice delector. In Hebr. est, *carmina mihi fuerunt præcepta tua.*

55. Je me suis souvenu de votre nom, Seigneur, *même* durant la nuit ; et j'ai gardé votre loi.
56. C'est ce qui m'est arrivé, parce que j'ai recherché avec soin vos ordonnances pleines de justice.

HETH.

57. J'ai dit : Seigneur, mon partage est de garder votre loi.
58. Je me suis présenté devant votre face, et je vous ai prié de tout mon cœur, *en disant* : Ayez pitié de moi, selon votre parole :
59. J'ai examiné mes voies, et j'ai dressé mes pieds pour marcher dans les témoignages de votre loi.
60. *Car* je suis tout *prêt*, et je ne suis point troublé ; *je suis tout prêt* à garder tous vos commandements.
61. Je me suis trouvé enveloppé par les liens des pécheurs, et je n'ai point oublié votre loi.
62. Je me levais au milieu de la nuit pour vous louer sur les jugements de votre loi pleine de justice.
63. Je me suis uni avec tous ceux qui vous craignent et qui gardent vos commandements.
64. Seigneur : la terre est remplie de votre miséricorde, faites-moi connaître vos ordonnances pleines de justice.

TETH.

65. Vous avez, Seigneur, usé de bonté envers votre serviteur, selon votre parole.
66. Enseignez-moi la bonté, la discipline et la science, parce que j'ai cru à vos commandements.
67. J'ai péché avant que d'être humilié ; mais c'est pour cela que j'ai gardé votre parole *avec* exactitude.

55. Memor fui nocte nominis tui, Domine, et custodivi legem tuam.
56. Hæc facta est mihi : quia justificationes tuas exquisivi.

HETH.

57. Portio mea, Domine, dixi, custodire legem tuam.
58. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo : miserere mei secundum eloquium tuum.
59. Cogitavi vias meas : et converti pedes meos in testimonia tua.
60. Paratus sum, et non sum turbatus : ut custodiam mandata tua.
61. Funes peccatorum circumplexi sunt me : et legem tuam non sum oblitus.
62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justificationis tuæ.
63. Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua.
64. Misericordia tua, Domine, plena est terra, justificationes tuas doce me.

TETH.

65. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.
66. Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me : quia mandatis tuis credidi.
67. Priusquam humiliarer ego deliqui : propterea eloquium tuum custodivi.

---

55. *Nocte.* Tempore calamitoso. Vel, nocturno tempore, cum cæteri dormiunt quiete et tranquille, nomen tuum recolo, et ex ardenti amore tuo legem tuam constanter custodivi.

56. *Hæc facta est mihi.* Hoc totum, hæc omnia quæ memoravi mihi evenerunt, quia mandata tua diligenter executus sum.

57. *Portio mea Domine.* O Domine, qui es mea portio, thesaurus, seu pars mea hæreditaria. — *Dixi.* Cum animo meo firmiter statui custodire legem tuam.

58. *Deprecatus sum faciem tuam.* Te precatus sum ut mihi faveres, et benigne me tuo auxilio respiceres, ut juxta votum meum legem tuam servare possem. — *Secundum eloquium tuum.* Juxta promissiones tuas.

59. *Cogitavi vias meas.* Mea facta expendi, vitæ meæ actiones et rationes consideravi. — *Et converti.* Et converti me ad legem tuam moribus exprimendam.

60. *Paratus sum, et non sum turbatus.* In Hebr. est, *festinavi, et non tardavi custodire mandata tua.* Non sum turbatus, territus, aut retardatus difficultate operis, aut alio impedimento interveniente.

61. *Funes peccatorum.* Impii et peccatores suas insidias et tendiculas instruxerunt ut perderent me ; dæmones etiam suis tentationibus me aggressi sunt, sed obtinere non potuerunt ut legem tuam obliviscerer aut derelinquerem.

62. *Media nocte.* Adeo legis tuæ non obliviscebar, ut ne somnus quidem nocturnus mihi memoriam tui posset eripere ; quare media nocte surgebam ut te laudarem, et memorarem justa judicia et decreta tua.

63. *Particeps ego sum.* Sum unus ex iis qui timent et reverentur te.

64. *Misericordia.* Nullos terræ incolas misericordiæ tuæ expertes esse pateris.

65. *Bonitatem fecisti.* Benefecisti servo tuo. — *Secundum verbum tuum.* Ut fueras pollicitus.

66. *Bonitatem.* Beneficentiam. In græco est, χρηστότητα, suavitatem morum, quasi dicat : Peto ut quemadmodum in me bonus fuisti, suavis et beneficus, ita me cum proximis talem esse doceas. — *Disciplinam.* Prudentiam, qua mala declinare sciam et persequi bona. — *Scientiam.* Qua agnoscam mysteria legis tuæ. — *Quia mandatis tuis credidi.* Quia credidi mandatorum tuorum promissionibus, sive credidi mandata tua divina esse, et dignissima quæ diligentissime custodiantur.

67. *Priusquam humiliarer ego deliqui.* Bonitatem fecisti mecum, etiam cum me humiliasti et afflixisti ; nam priusquam a te malis erudirer, aberraveram a via virtutis, ad quam tua castigatione revocatus sum. — *Propterea.* Propterea deinceps attentius legem tuam custodivi, et porro custodiam.

---

68. Bonus es tu : et in bonitate tua doce me justificationes tuas.
69. Multiplicata est super me iniquitas superborum : ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
70. Coagulatum est sicut lac cor eorum : ego vero legem tuam meditatus sum.
71. Bonum mihi quia humiliasti me : ut discam justificationes tuas.
72. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri et argenti.

IOD.

73. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me : da mihi intellectum, et discam mandata tua.
74. Qui timent te videbunt me, et lætabuntur quia in verba tua supersperavi.
75. Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua : et in veritate tua humiliasti me.
76. Fiat misericordia tua ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo.
77. Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam : quia lex tua meditatio mea est.
78. Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me : ego autem exercebor in mandatis tuis.
79. Convertantur mihi timentes te, et qui noverunt testimonia tua.
80. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

CAPH.

81. Defecit in salutare tuum anima

68. Vous êtes bon. Enseignez-moi, selon votre bonté, vos ordonnances pleines de justice.
69. L'iniquité des superbes s'est multipliée contre moi ; mais pour moi, je chercherai de tout mon cœur vos commandements.
70. Leur cœur s'est épaissi comme le lait : mais pour moi, je me suis appliqué à la méditation de votre loi.
71. Il est bon que vous m'ayez humilié, afin que j'apprenne vos ordonnances pleines de justice.
72. La loi qui est sortie de votre bouche me paraît bonne et préférable à des millions d'or et d'argent.

IOD.

73. Vos mains m'ont fait et m'ont formé : donnez-moi l'intelligence, afin que j'apprenne vos commandements.
74. Ceux qui vous craignent me verront, et seront dans la joie, parce que j'ai mis toute mon espérance dans vos paroles.
75. J'ai reconnu, Seigneur, que l'équité est la règle de vos jugements, et que vous m'avez humilié selon *votre justice* et votre vérité ;
76. Répandez sur moi votre miséricorde, afin qu'elle soit ma consolation, selon la parole que vous avez donnée à votre serviteur.
77. Faites-moi sentir les effets de votre bonté, afin que je vive, parce que votre loi est *le sujet* de ma méditation.
78. Que les superbes soient confondus, parce qu'ils m'ont injustement maltraité. Mais pour moi, je m'exercerai toujours dans *la méditation de* vos commandements.
79. Que ceux qui vous craignent se tournent vers moi, ainsi *que* ceux qui connaissent les témoignages de votre loi.
80. Faites que mon cœur se conserve pur dans la pratique de vos ordonnances pleines de justice, afin que je ne sois point confondu.

CAPH.

81. Mon âme est tombée en défaillance dans

---

68. *In bonitate tua.* Quæ tua est bonitas et benignitas.

69. *Multiplicata est.* Aucta est.

70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum.* Cor eorum induratum est, obtusum, et quasi arvina et adipe obtectum. Durum factum est, ut induratur caseus ex lacte coagulato confectus. In Hebr. est, *sicut adeps.*

71. *Humiliasti.* Afflixisti me ut me erudires ; nam vexatio dat intellectum.

72. *Bonum mihi lex.* Melior, potior. — *Millia auri et argenti.* Pondera.

73. *Manus tuæ fecerunt me.* Opus tuum sum ; ad te ergo pertinet ut perficias me, ut artifices ligna quæ elaboraverunt, et præcipue facias ut bene intelligam mandata tua.

74. *Videbunt me, et lætabuntur.* Videntes me servantem mandata tua, et tuo munere prospere agentem, lætabuntur, quod scilicet non irrita fuerit spes mea quam in te constitui.

75. *Cognovi Domine.* Cognovi præcepta tua esse æqua et justa. Vel cognovi pœnas quas mihi inflixisti merito mihi fuisse inflictas. — *In veritate tua.* Juste et jure.

76. *Fiat misericordia tua ut consoletur me.* Similis est hæc phrasis illi quæ habetur supra num. 29 ; sensus est : rogo ut misericordiam tuam in hoc mihi ostendas et exhibeas, ut consoleris me. Italice diceremus : *Fatemi grazia di consolarmi.* — *Secundum eloquium tuum.* Juxta promissiones tuas factas mihi servo tuo.

77. *Et vivam.* Mortuum enim se existimat, si divino favore et gratia destitutus sit. — *Quia lex tua meditatio mea est.* Hæc est ratio cur audeat petere misericordias Domini ; docet enim Deum misericorditer respicere eum qui assidue meditatur in divina lege.

78. *Confundantur.* Pudefiant, spe sua de me frustrati. — *Superbi.* Legum tuarum contemptores. — *Injuste.* Quia injuria affecerunt me. — *Ego autem exercebor.* Interim ego institutum meum tenebo tibi serviendi, et alacrius servabo legem tuam.

79. *Convertantur mihi.* Convertantur ad me, et mihi adjuncti legem Dei custodiant. — *Qui noverunt testimonia tua.* Quicumque timorem Dei et scientiam legis habent.

80. *Fiat cor meum immaculatum.* Fac ut integre et perfecte in tuis statutis vivam. — *Ut non confundar.* Neque in hac vita, neque in futuro judicio.

81. *Defecit in salutare tuum anima mea.* Anima mea præ desiderio consequendæ salutis, aut salvatoris Christi, ardet, languet et deficit. — *In verbum tuum supersperavi.* In promisso tuo magnam spem habui.

l'attente de votre *secours* salutaire, et j'ai conservé une espérance très-ferme dans vos paroles.

82. Mes yeux sont tout languissants à force d'attendre votre promesse. Ils vous disent : Quand me consolerez-vous?

83. Car je suis devenu comme un vase de peau exposé à la gelée : mais je n'ai point oublié vos ordonnances pleines de justice.

84. Quel est le nombre des jours de votre serviteur? Quand exercerez-vous votre jugement contre ceux qui me persécutent?

85. Les méchants m'ont entretenu de choses *vaines*. Mais que cela est différent de votre loi!

86. Tous vos commandements sont remplis de vérité : ils m'ont persécuté injustement. Secourez-moi.

87. Peu s'en est fallu qu'ils ne m'aient fait périr sur la terre : mais je n'ai pas laissé de garder vos préceptes.

88. Faites-moi vivre selon votre miséricorde ; et je garderai les témoignages de votre bouche.

LAMED.

89. Votre parole, Seigneur, demeure éternellement dans le ciel.

90. Votre vérité subsiste dans la suite de toutes les races. Vous avez affermi la terre, et elle demeure *stable*.

91. *C'est* par votre ordre *que* le jour subsiste tel qu'il est; car toutes choses vous obéissent.

92. Si je n'avais fait ma méditation de votre loi, je serais péri, il y a longtemps, dans mon humiliation.

93. *Ainsi* je n'oublierai jamais la justice de vos ordonnances; car c'est par elles que vous m'avez donné la vie;

mea : et in verbum tuum supersperavi.

82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes : Quando consolaberis me?

83. Quia factus sum sicut uter in pruina : justificationes tuas non sum oblitus.

84. Quot sunt dies servi tui : quando facies de persequentibus me, judicium?

85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes : sed non ut lex tua.

86. Omnia mandata tua veritas : inique persecuti sunt me, adjuva me.

87. Paulo minus consummaverunt me in terra ; ego autem non dereliqui mandata tua.

88. Secundum misericordiam tuam vivifica me : et custodiam testimonia oris tui.

LAMED.

89. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.

90. In generationem et generationem veritas tua : fundasti terram, et permanet.

91. Ordinatione tua perseverat dies : quoniam omnia serviunt tibi.

92. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.

93. In æternum non obliviscar justificationes tuas : quia in ipsis vivificasti me.

82. *Defecerunt oculi mei.* Bossuet cite, à l'occasion de ce verset, ce passage de saint Ambroise (Serm. XI, *in Psalm.* n. 9) : *Nonne quando aliquem desideramus et speramus adfore, eo dirigimus oculos unde speramus esse venturum!... Sic tenera uxor ætatis, de specula littorali, indefessa expectatione conjugis præstolatur adventum ut quamcumque navim viderit, illic putet conjugem navigare, metuitque ne videndi gratiam dilecti alius antevertat, nec ipsa possit prima dicere : Video te, marite* (Vid. reliqua apud Ambros., loc. cit.).

---

82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* Mens mea expectando promissum auxilium, quod diutius differtur, deficit præ desiderio : quo modo oculi corporis deficiunt cum nimis diu respiciunt locum ex quo expectatus et desideratus amicus venturus creditur. — *Dicentes.* Dicendo : est prosopopœia : quasi oculi loquantur.

83. *Factus sum sicut uter in pruina.* Propter calamitatum magnitudinem et diuturnitatem, et propter desiderii vehementiam, jam facta est cutis mea utri coriaceo pruina congelato et constricto similis, id est, totus arco et contabesco. In hebræo est, *Sicut uter in fumario*, ut aliqui vertunt, vel *in fumo*; nam קיטור *quitor*, vaporem, nebulam, aut fumum significat.

84. *Quot sunt dies servi tui.* Quot sunt dies quibus ego servus tuus in his calamitatibus victurus sum? *Quando facies.* Quando judicabis et condemnabis vexantes et persequentes me?

85. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes.* Affert causam cur maxime cupiat ab iniquorum consuetudine se subducere, quia scilicet impii tentantes pios narrant delectationes mundi, quæ meræ nugæ sunt et ineptiæ, quæ comparari non possunt cum deliciis et suavitate divinæ legis.

86. *Omnia mandata tua veritas.* Verissimas promissiones continent, non autem fabulationes et nugas, quales narrant iniqui.

87. *Paulo minus consummaverunt me.* Parum abfuit quin me perderent et exitio afficerent. — *In terra.* Terrigenæ, mortales, qui in terra degunt.

88. *Vivifica me.* Conserva me in vivis : sum veluti mortuus; eripe me, Domine, ab his malis.

89. *In æternum Domine.* Decretum et mandatum tuum in æternum permanet in cœlis : cœli tuo decreto et verbo sunt stabiles et firmi in perpetuum.

90. *Veritas tua.* Firmitas decretorum tuorum.

91. *Ordinatione tua.* Juxta dispositionem et voluntatem tuam dies in suo cursu semper perseverat.

92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est.* Id est, nisi lex tua meditatio mea fuisset. Italica phrasis bene respondet; dicimus enim : *Se non fosse che io medito la tua legge, sarei aquest' ora morto per questa afflizzione mia.* — *Meditatio.* In Hebr. est, *delectatio.* — *In humilitate mea.* Afflictione, inopia, miseria.

93. *In ipsis vivificasti me.* Quia per ipsas vitam mihi conservasti.

94. Tuus sum ego, salvum me fac : quoniam justificationes tuas exquisivi.

95. Me exspectaverunt peccatores ut perderent me : testimonia tua intellexi.

96. Omnis consummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.

MEM.

97. Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.

98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo : quia in æternum mihi est.

99. Super omnes docentes me intellexi : quia testimonia tua meditatio mea est.

100. Super senes intellexi : quia mandata tua quæsivi.

101. Ab omni via mala prohibui pedes meos : ut custodiam verba tua.

102. A judiciis tuis non declinavi : quia tu legem posuisti mihi.

103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!

104. A mandatis tuis intellexi : propterea odivi omnem viam iniquitatis.

NUN.

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.

106. Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ.

107. Humiliatus sum usquequaque, Domine ; vivifica me secundum verbum tuum.

108. Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine : et judicia tua doce me.

94. Je suis à vous. Sauvez-moi; parce que j'ai recherché vos ordonnances pleines de justice.

95. Les pécheurs m'ont attendu pour me perdre : je me suis appliqué à l'intelligence des témoignages de votre loi.

96. J'ai vu la fin de toutes les choses les plus parfaites : mais votre commandement est d'une étendue infinie.

MEM.

97. Combien grand, Seigneur, est l'amour que j'ai pour votre loi! Elle est le sujet de ma méditation durant tout le jour.

98. Vous m'avez rendu plus prudent que tous mes ennemis, par les préceptes de votre loi, parce qu'ils sont continuellement devant mes yeux.

99. J'ai eu plus d'intelligence que tous ceux qui m'instruisaient, parce que les témoignages de votre loi étaient le sujet de ma méditation.

100. J'ai été plus intelligent que les vieillards, parce que j'ai recherché vos commandements.

101. J'ai détourné mes pieds de toute voie mauvaise, afin de garder vos paroles.

102. Je ne me suis point écarté de vos jugements, parce que vous m'avez prescrit une loi.

103. Que vos paroles me sont douces! elles le sont plus à mon cœur que le miel ne l'est à ma bouche.

104. C'est par vos préceptes que j'ai acquis l'intelligence; et c'est pour cela que j'ai haï toute voie d'iniquité.

NUN.

105. Votre parole est une lampe qui éclaire mes pieds, et une lumière qui me fait voir les sentiers où je dois marcher.

106. J'ai juré et j'ai résolu fortement de garder les jugements de votre justice.

107. Je suis tombé dans la dernière humiliation, Seigneur; redonnez-moi la vie, selon votre parole.

108. Faites, Seigneur, que les *sacrifices* volontaires que ma bouche vous offre soient agréables; et enseignez-moi vos jugements.

---

94. *Tuus sum ego.* Quia tuus sum, ideo decet ut me serves, et a malis eripias.

95. *Me expectaverunt.* Me expectantes observaverunt, et insidias posuerunt, nec tamen propterea desii intelligere præcepta tua.

96. *Omnis consummationis.* Cum sic considerarem testimonia tua, intellexi nihil esse tam absolutum et perfectum in hoc mundo, quod non haberet finem. Symmachus vertit πάσης κατασκευῆς, *omnis structuræ* vidi finem. — *Latum mandatum tuum nimis.* Quasi dicat : At mandatum tuum sive lex tua latissime se porrigit; nam omnibus sæculis constanter permanet, cum interim omnia alia intereant.

97. *Quomodo dilexi.* Mirum quantum dilexi.

98. *Super inimicos meos.* Plusquam inimicos meos. — *Quia in æternum mihi est.* Quia perpetuo legem tuam animo verso, et opere exhibeo.

99. *Super omnes docentes me intellexi.* Parentibus etiam meis et doctoribus, qui me olim legem tuam docebant, assidua ejus meditatione sapientior factus sum.

102. *A judiciis tuis non declinavi.* A via recta legis tuæ non aberravi. — *Quia tu legem posuisti mihi.* Ego vero illam diligenter et constanter sequor.

103. *Quam dulcia.* Suavior mihi est legis observatio menti meæ, quam ori meo gustus mellis.

104. *A mandatis tuis intellexi.* Præceptis tuis eruditus sum.

105. *Lucerna.* Qua actiones meæ dirigantur.

106. *Juravi, et statui.* Intelligi hoc potest de circumcisione, baptismo, confirmatione, et reliquis fidei et religionis actionibus, tam solemnibus quam privatis votis et professionibus.

107. *Humiliatus sum.* Afflictus et vexatus sum valde occasione legis servandæ, quia *omnes qui pie vivere volunt in Christo Jesu, persecutionem patientur*, ut ait Apostolus, II. Timoth., 3, 12. — *Vivifica me.* Ex his malis eripe, et vivum conserva ut es pollicitus. Vel vivere me fac pie et sancte secundum legem tuam.

108. *Voluntaria.* Voluntarias, liberales et spontaneas oblationes meas. — *Oris mei.* Vel sensus est : quas ore meo pollicitus sum me oblaturum. Vel, quæ ex ore meo prodeunt, ut sunt preces et laudes nominis Domini, quæ vituli labiorum appellantur, Ose., 14, 13. Vel certe per voluntariam oblationem oris intelligit constantem voluntatem juramento firmatam divinæ legis servandæ. — *Judicia tua doce me.* Doce me perfecte servare legem tuam.

109. Mon âme est toujours entre mes mains, et *cependant* je n'ai point oublié votre loi.

110. Les pécheurs m'ont tendu un piége : et je ne me suis point écarté de vos commandements.

111. J'ai acquis les témoignages de votre loi, pour être éternellement mon héritage, parce qu'ils sont la joie de mon cœur.

112. *Et* j'ai porté mon cœur à accomplir éternellement vos ordonnances pleines de justice, à cause de la récompense.

SAMECH.

113. J'ai haï les méchants et j'ai aimé votre loi.

114. Vous êtes mon défenseur et mon soutien; et j'ai mis toute mon espérance dans votre parole.

115. Eloignez-vous de moi, vous tous qui êtes pleins de malignité; et je rechercherai l'intelligence des commandements de mon Dieu.

116. Affermissez-moi, selon votre parole : faites-moi vivre, et ne permettez pas que je sois confondu dans mon attente.

117. Assistez-moi, et je serai sauvé, et je méditerai continuellement sur la justice de vos ordonnances.

118. *Car* vous avez méprisé tous ceux qui s'éloignent de vos jugements, parce que leur pensée est injuste.

119. J'ai regardé comme des prévaricateurs tous les pécheurs de la terre. *Et* c'est pourquoi j'ai aimé les témoignages de votre loi.

120. Transpercez, *Seigneur*, mes chairs par votre crainte : car vos jugements me remplissent de frayeur.

109. Anima mea in manibus meis semper : et legem tuam non sum oblitus.

110. Posuêrunt peccatores laqueum mihi : et de mandatis tuis non erravi.

111. Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum : quia exultatio cordis mei sunt.

112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.

SAMECH.

113. Iniquos odio habui : et legem tuam dilexi.

114. Adjutor, et susceptor meus es tu : et in verbum tuum supersperavi.

115. Declinate à me maligni : et scrutabor mandata Dei mei.

116. Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivam : et non confundas me ab expectatione mea.

117. Adjuva me, et salvus ero : et meditabor in justificationibus tuis semper.

118. Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis quia injusta cogitatio eorum.

119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ ideo dilexi testimonia tua.

120. Confige timore tuo carnes meas : a judiciis enim tuis timui.

---

109. *Anima mea in manibus meis semper.* Quam serio constituerim custodire legem tuam ex hoc intelligi potest, quod quotidie de vita periclitor propter legis tuæ custodiam. Esse in manibus aliquid, est versari in periculo; nam quod est in manu, est expositum et obnoxium externæ direptioni, aut facile in terram devolvi potest et confringi. — *Et legem tuam.* Et nihilominus a legis tuæ observatione non patior me divelli.

110. *De mandatis tuis non erravi.* Non deflexi a mandatis tuis, sed illa constanter tenui.

111. *Hæreditate acquisivi.* Græce, ἐκληρονόμησα, hæreditavi, hæreditate possedi, accepi in hæreditatem, pro hæreditate elegi. — *Exultatio cordis mei.* Jucundissima mihi sunt et suavissima.

112. *In æternum, propter retributionem.* D. Hieron., vertit, *propter æternam retributionem.* Textus hebraicus utramque interpretationem admittit.

113. *Iniquos.* In Hebræo est סעפים *schaaphim.* Quidam exponunt, *habentes cogitationes malas et iniquas, infructuosas;* alii, *cogitabundos*, aut *corruptores* : tales hæretici et pravi politici.

114. *Adjutor, et susceptor.* In Hebræo est, *latibulum, et scutum meum;* qua metaphora docet se sub tutela Dei absconsi, et tanquam scuto defendi. — *In verbum tuum supersperavi.* In tuis promissionibus valde speravi.

115. *Declinate a me, maligni.* Consuetudo enim malorum divinarum rerum meditationem impedit, quæ animum quietum et pacatum requirit.

116. *Suscipe me.* Adjuva me; confirma, sustenta secundum promissum tuum. — *Et vivam.* Potest esse optantis : fac vivam, vivam obsecro. — *Non confundas me.* Ne patiaris me frustratum excidere spe mea, ac propterea erubescere.

118. *Sprevisti.* In Hebræo est, סלית *salitha, conculcasti.*—*Injusta cogitatio eorum.* In Hebræo est, *quia falsitas*, vel *mendacium, dolus eorum*, id est, quia fallax et mendax est calliditas eorum.

119. *Prævaricantes reputavi.* In hebræo est, סגים השבת *sigim hisbatha* scorias cessare fecisti, delevisti, abrasisti. Metaphora ab aurifice desumpta, qui argenti vel auri scoriam abjicit, ut Deus impios. Videntur impii et politici splendere, et aurum esse; sed illorum splendor est inanis et falsus, ut etiam eorum sapientia quam non probat Dominus. Porro omnes peccatores sunt prævaricantes, quia aut legem scriptam violant et prævaricantur, aut certe legem naturalem. — *Ideo dilexi testimonia tua.* Ut tam magnum malum effugiam, dilexi legem tuam et illi adhæsi.

120. *Confige timore tuo carnes meas.* In græco est, καθήλωσον, clavis timoris tui transfige carnes meas, ne ad sua desideria ferantur. Sic faciendum docet Apostolus cum ait : *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis*, Galat. 5, 24. — *A judiciis enim tuis timui.* Id est, quia jam timere cœpi judicia tua et pœnas quas legem tuam violantibus intentas, idcirco cupio clavis hujus timoris plane configi, ut in ea perseverem et in lege tua, nec ab illa unquam divelli possim.

AIN.

121. Feci judicium et justitiam : non tradas me calumniantibus me.

122. Suscipe servum tuum in bonum; non calumnientur me superbi.

123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum : et in eloquium justitiæ tuæ.

124. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : et justificationes tuas doce me.

125. Servus tuus sum ego : da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.

126. Tempus faciendi, Domine : dissipaverunt legem tuam.

127. Ideo dilexi mandata tua, super aurum et topazion.

128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui.

PHE.

129. Mirabilia testimonia tua : ideo scrutata est ea anima mea.

130. Declaratio sermonum tuorum illuminat : et intellectum dat parvulis.

131. Os meum aperui, et attraxi spiritum : quia mandata tua desiderabam.

132. Aspice in me, et miserere mei, secundum judicium diligentium nomen tuum.

133. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum : et non dominetur mei omnis injustitia.

AIN.

121. J'ai été équitable dans mes jugements, et j'ai fait justice. Ne me livrez pas à ceux qui me calomnient.

122. Affermissez-moi dans le bien; et que les superbes ne m'accablent point par leurs calomnies.

123. Mes yeux se sont affaiblis à force d'attendre votre assistance salutaire et vos promesses *pleines* de justice.

124. Traitez votre serviteur selon votre miséricorde, et enseignez-moi la justice de vos ordonnances.

125. Je suis votre serviteur. Donnez-moi l'intelligence, afin que je connaisse les témoignages de votre loi.

126. Il est temps que vous agissiez, Seigneur, *car* ils ont renversé votre loi.

127. C'est pour cela que j'ai aimé vos commandements plus que l'or et que la topaze.

128. C'est pour cela que j'ai marché droit dans la voie de tous vos commandements, et que j'ai haï toute voie injuste.

PHE.

129. Les témoignages de votre loi sont admirables. C'est pourquoi mon âme en a recherché la connaissance avec soin.

130. L'explication de vos paroles éclaire et donne l'intelligence aux petits.

131. J'ai ouvert la bouche et j'ai respiré, parce que je désirais beaucoup vos commandements.

132. Regardez-moi, et ayez pitié de moi, selon l'équité dont vous usez envers ceux qui aiment votre nom.

133. Conduisez mes pas selon votre parole; et faites que nulle injustice ne me domine.

---

121. *Feci et judicium justitiam.* Jus suum unicuique reddidi. — *Non tradas me calumniantibus me.* Ne permittas me a calumniatoribus injuste vexari. Dæmones sunt calumniatores nostri, quos ideo διαβόλους, *diabolos*, appellamus, hoc est, calumniatores.

122. *Suscipe servum tuum in bonum.* Adjuva me in bonum, id est, ut bene mihi sit, ut bonum assequar, vel exequar. In hebræo est, *dirige*, sive *ordina, et apta servum tuum ad bonum*, ut scilicet semper illi placeat quod vere bonum est. — *Superbi.* Sive homines, sive dæmones.

123. *Oculi mei defecerunt.* Vide dicta supra, n. 81 et 82. — *Salutare tuum.* Salutem quam a te expecto. — *Eloquium justitiæ tuæ.* Promissionem tuam fidelissimam.

125. *Da mihi intellectum.* Fac me intelligere testimonia tua.

126. *Tempus faciendi Domine.* Tempus est, Domine, ut facias judicium adversus impios, eosque punias. — *Dissipaverunt legem tuam.* Quia non utcumque in legem tuam peccaverunt, sed illam penitus dissipaverunt et pessumdederunt.

127. *Ideo dilexi mandata tua.* Videns alios spernentes et dissipantes legem tuam, magis exarsi zelo et desiderio illius custodiendæ. — *Topazion.* Vox hebraica פז *paz*, significare videtur aurum purum et optimum; sed per metaphoram crediderim etiam dici de topazio lapide pretioso aurei coloris. * Topazii duæ sunt species; earum altera colore est auro similior, de qua Marbodæus, poeta Gallus antiquissimus, in libello de Lapidibus pretiosis, ait :

Alterius puro color est vicinior auro.

128. *Ad omnia mandata tua dirigebar.* Recte ambulabam in via mandatorum tuorum.

129. *Mirabilia.* Mirabilis est divina lex, quod magna cum brevitate complexa sit omnia justitiæ principia : omnes enim leges justæ quæ constitutæ sunt, aut constituentur, a lege decalogi derivantur, et in illa continentur. Mirabilis etiam fuit lex vetus propter varia mysteria quæ sub cortice observationum et ceremoniarum occultabat. — *Scrutata est.* Ut illa bene intelligat et perficiat.

130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat.* Sermones tui si explicentur et declarentur lumen afferunt rudibus, ut quid credere debeant, sciant, et quid fugere aut persequi. — *Parvulis.* Rudibus, simplicibus, ignorantibus.

131. *Os meum aperui, et attraxi spiritum.* Ingemui, suspiravi, anhelavi, ore hiante aerem attraxi, præ legis tuæ desiderio.

132. *Aspice in me.* Respice me benignus. — *Secundum judicium.* Vox Hebr. משפט *mispat*, significat judicium, morem, consuetudinem, modum, habitum, etc. Sensus est : miserere mei juxta consuetudinem qua uteris erga amicos tuos qui te diligunt.

133. *Gressus meos.* Actiones meas, vitæ meæ rationem.

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

134. Délivrez-moi des calomnies des hommes, afin que je garde vos commandements.

135. Faites luire sur votre serviteur la lumière de votre visage, et enseignez-moi la justice de vos ordonnances.

136. Mes yeux ont répandu des torrents de larmes, parce qu'ils n'ont point gardé votre loi.

TSADE.

137. Vous êtes juste, Seigneur, et vos jugements sont équitables.

138. *Et* vous nous avez ordonné très-expressément d'observer les témoignages de votre loi, comme étant la justice et la vérité même.

139. Mon zèle m'a fait sécher, parce que mes ennemis ont oublié vos paroles.

140. *Car* votre parole est éprouvée très-parfaitement par le feu : et votre serviteur l'aime uniquement.

141. Je suis petit et méprisé; mais je n'ai point oublié la justice de vos ordonnances.

142. Votre justice est la justice éternelle, et votre loi est la vérité même.

143. L'affliction et l'angoisse sont venues fondre sur moi : vos commandements sont le sujet de ma méditation.

144. Les témoignages de votre loi sont remplis d'une justice éternelle; donnez-moi l'intelligence ; et je vivrai.

COPH.

145. J'ai crié de tout mon cœur, exaucez-moi, Seigneur : et je rechercherai la justice de vos ordonnances.

146. J'ai crié vers vous : sauvez-moi, afin que je garde vos commandements.

147. Je me suis hâté, et j'ai crié de bonne heure *vers vous*, parce que j'ai beaucoup espéré en vos promesses.

134. Redime me a calumniis hominum : ut custodiam mandata tua.

135. Faciem tuam illumina super servum tuum : et doce me justificationes tuas.

136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : quia non custodierunt legem tuam.

TSADE.

137. Justus es, Domine : et rectum judicium tuum.

138. Mandasti justitiam testimonia tua : et veritatem tuam nimis.

139. Tabescere me fecit zelus meus : quia obliti sunt verba tua inimici mei.

140. Ignitum eloquium tuum vehementer : et servus tuus dilexit illud.

141. Adolescentulus sum ego, et contemptus : justificationes tuas non sum oblitus.

142. Justitia tua, justitia in æternum : et lex tua veritas.

143. Tribulatio, et angustia invenerunt me : mandata tua meditatio mea est.

144. Æquitas testimonia tua in æternum : intellectum da mihi, et vivam.

COPH.

145. Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine : justificationes tuas requiram.

146. Clamavi ad te, salvum me fac : ut custodiam mandata tua.

147. Præveni in maturitate, et clamavi : quia in verba tua supersperavi.

141. *Adolescentulus sum ego et contemptus.* David, qui devait jouer un si grand rôle, était considéré comme rien dans la famille d'Isaï, son père. Quand Samuël se présente, Isaï lui fait voir tous ses enfants, puis il parle de David avec un certain mépris. *Adhuc reliquus est parvulus et pascit oves* (I. Reg., XVI, 11). David attribue son élévation non pas à son mérite, mais à la fidélité avec laquelle il a observé la loi de Dieu.

---

134. *Redime me.* Libera me. — *Ut custodiam.* Ut animo tranquillo custodiam mandata tua.

135. *Faciem tuam illumina.* Favorem tuum ostende.

136. *Exitus aquarum.* Rivos aquarum ; copiosissimas lacrymas. — *Custodierunt.* Oculi, vel homines.

138. *Mandasti justitiam testimonia tua.* Jussisti nos servare justitiam et testimonia, legem tuam, quæ ipsa justitia est et veritas.

139. *Tabescere me fecit zelus meus.* Conficior zelo et indignatione, quod inimici mei tuorum verborum sint immemores.

140. *Ignitum.* Igne probatum et excoctum, purum ab omni labe. — *Servus tuus.* Ego qui servus tuus sum.

141. *Adolescentulus sum ego.* Parvus et abjectus : non est nomen ætatis, sed conditionis et status. — *Justificationes tuas non sum oblitus.* Licet me homines contemnant, tamen non sum oblitus præcepta tua.

142. *Justitia tua, justitia in æternum.* Justitia immutabilis et semper eadem perseverans. — *Lex tua, veritas.* Quia nihil falsi continet; promissiones enim ejus et comminationes omnino impleri debent.

143. *Tribulatio.* Quotiescumque afflictus sum et malis vexatus, meditor mandata tua, quæ me consolantur et roborant.

144. *Æquitas testimonia tua in æternum.* Idem repetit quod versiculis 138 et 142 dixerat aliis verbis. Sensus est : præcepta tua sunt æterna justitia, quia semper justissima sunt. — *Intellectum da mihi, et vivam.* Da mihi legis tuæ intelligentiam ut vivam; nam ejus ignoratio impietatem, indeque mortem gignit.

145. *Justificationes tuas requiram.* Si me exaudieris, studiosius et liberius mandata tua cognoscere quæram et effecta dare.

146. *Ut custodiam mandata tua.* Ut tuo munere adjutus integre servem mandata et legem tuam.

147. *Præveni in maturitate.* Mature admodum strato me eripui : tempus solitum surgendi præveni. Hebr. habet בנשף *bannescheph, in crepusculo,* Græci ἐν ἀωρίᾳ, *in immaturitate,* ut etiam legit S. Augustinus : sensus est idem. — *Supersperavi.* Vehementer speravi.

148. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo : ut meditarer eloquia tua.

149. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine : et secundum judicium tuum vivifica me.

150. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati : a lege autem tua longe facti sunt.

151. Prope es tu, Domine : et omnes viæ tuæ veritas.

152. Initio cognovi de testimoniis tuis : quia in æternum fundasti ea.

RES.

153. Vide humilitatem meam, et eripe me; quia legem tuam non sum oblitus.

154. Judica judicium meum, et redime me : propter eloquium tuum vivifica me.

155. Longe a peccatoribus salus : quia justificationes tuas non exquisierunt.

156. Misericordiæ tuæ multæ, Domine : secundum judicium tuum vivifica me.

157. Multi qui persequuntur me, et tribulant me : a testimoniis tuis non declinavi.

158. Vidi, prævaricantes, et tabescebam : quia eloquia tua non custodierunt.

159. Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine : in misericordia tua vivifica me.

160. Principium verborum tuorum, veritas : in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

148. Mes yeux se sont tournés vers vous dès le grand matin, afin que je médite sur vos paroles.

149. Ecoutez ma voix, Seigneur, selon votre miséricorde; et conservez-moi la vie, selon l'équité de vos jugements.

150. Ceux qui me persécutent se sont approchés de l'iniquité et se sont fort éloignés de votre loi.

151. Pour vous, Seigneur, vous êtes proche, et toutes vos voies sont *remplies de* vérité.

152. J'ai reconnu dès le commencement que vous avez établi pour toute l'éternité les témoignages de votre loi.

RES.

153. Considérez l'humiliation où je suis; et daignez m'en retirer, parce que je n'ai point oublié votre loi.

154. Jugez ma cause et délivrez-moi; donnez-moi la vie à cause de votre parole.

155. Le salut est loin des pécheurs, parce qu'ils n'ont point recherché la justice de vos ordonnances.

156. Vos miséricordes, Seigneur, sont abondantes. Faites-moi vivre selon l'équité de votre jugement.

157. Il y en a beaucoup qui me persécutent et qui m'accablent d'affliction : cependant je ne me suis point détourné des témoignages de votre loi :

158. J'ai vu les prévaricateurs; et je séchais de douleur, parce qu'ils n'ont point gardé vos paroles.

159. Voyez, Seigneur, combien j'ai aimé vos commandements : et faites-moi vivre par un effet de votre miséricorde.

160. La vérité est le principe de vos paroles, et tous les jugements de votre justice sont éternels.

---

148. *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo.* In Hebr. est, *prævenerunt oculi mei vigilias;* adeo studiosus fui legum tuarum, ut in earum meditatione vigiles excubitores nocturnos prævenerim.

149. *Secundum judicium tuum.* Vide dicta n. 132. — *Vivifica me.* Eximens me a periculis mortis corporis, et multo magis animæ.

150. *Appropinquaverunt......... iniquitati.* Iniquitatem diligunt, illi adhærent, illam persuadere et affricare aliis conantur; quanto autem propius ad iniquitatem accedunt, tanto longius discedunt a lege tua.

151. *Prope es tu Domine.* Præsto es colentibus legem tuam, illis ades benignus et strenuus adjutor. Vel sensus est : licet qui me persequuntur a lege tua longe facti sint, non tamen a te qui prope, imo ubique est, subducere potuerunt. — *Omnes viæ tuæ veritas.* Omnes actiones tuæ, omnia consilia tua justa et fidelia, et ut mihi quod pollicitus es auxilium præbebis, ita illis pœnam quam meriti sunt.

152. *Initio cognovi de testimoniis tuis.* Ut novi mandata tua æquissima esse et justissima, ita jam ab initio novi ea esse æterna, quodque in æternum fundaveris ea, ut in perpetuum serventur ab omni ætate et sexu.

153. *Vide.* Oculis misericordiæ tuæ. — *Humilitatem meam.* Afflictum statum rerum mearum. — *Quia legem tuam non sum oblitus.* Licet non perfecte ut par esset, legem tuam custodiam, non tamen eam negligo, parvipendo, aut illius obliviscor.

154. *Judica judicium meum.* Inter me et inimicos meos causam meam age, et libera me. — *Eloquium tuum.* Promissionem, dictorum fidem. — *Vivifica me.* Libera me, ut cum ex hisce malis emersero alacrius vivam.

155. *Longe a peccatoribus salus.* Longe absunt peccatores a salute, quia mandatorum tuorum observatio non est illis curæ.

156. *Secundum judicium.* Vide dicta n. 132. — *Vivifica me.* Vide dicta n. 149.

157. *A testimoniis tuis.* Et tamen a testimoniis tuis non declinavi.

158. *Tabescebam.* Zelo legis tuæ exardescens. Vide supra, n. 139.

160. *Principium verborum tuorum, veritas.* Principium in Hebr. est, ראש *rosc,* et in græco, ἀρχή, quæ voces interdum, *summam* significant, ut cum dicitur Num. 1. 2, λάβετε ἀρχὴν πάσης συναγωγῆς, quod D. Hieronymus vertit, *tollite summam universæ congregationis.* Sententia ergo est : summa verborum tuorum est veritas. Veritatem in omnibus spectas, et illam tibi pro scopo proponis. Vel sensus est : verba tua procedunt a veritate ut a suo principio et quasi fonte, et ideo verissima sunt et in æternum manent judicia justitiæ tuæ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS UANL

SIN.

161. Les princes m'ont persécuté sans sujet : et mon cœur n'a été touché que de la crainte de *transgresser* vos paroles.

162. Je me réjouirai dans vos ordonnances, comme celui qui a trouvé de grandes dépouilles.

163. J'ai haï l'iniquité et je l'ai eue en abomination : mais j'ai aimé votre loi.

164. *Et* je vous ai loué sept fois le jour à cause des jugements de votre justice.

165. Ceux qui aiment votre loi jouissent d'une grande paix ; et *il* n'y a point pour eux de scandale.

166. J'attendais, Seigneur, votre assistance salutaire ; car j'ai aimé vos commandements.

167. *Et* mon âme a gardé les témoignages de votre loi, et elle les a aimés très-ardemment.

168. J'ai observé vos commandements et les témoignages de votre loi, parce que toutes mes voies sont exposées à vos yeux.

TAU.

169. Seigneur, que ma prière s'approche de vous, devant vous : donnez-moi l'intelligence *de vos préceptes*, selon votre parole.

170. Que cette demande que je vous fais pénètre jusqu'en votre présence. Délivrez-moi selon votre promesse.

171. Mes lèvres feront retentir une hymne, lorsque vous m'aurez enseigné la justice de vos ordonnances.

172. *Et* ma langue publiera votre loi, parce que vos commandements sont pleins d'équité.

173. Étendez votre main pour me sauver, puisque j'ai choisi *la voie de* vos commandements.

174. Seigneur, j'ai désiré avec ardeur votre assistance salutaire, votre loi est le sujet de ma méditation.

175. Mon âme vivra et vous louera, et vos jugements seront mon appui.

176. J'ai erré comme une brebis qui s'est perdue. Cherchez votre serviteur, parce que je n'ai point oublié vos commandements.

SIN.

161. Principes persecuti sunt me gratis : et a verbis tuis formidavit cor meum.

162. Lætabor ego super eloquia tua : sicut qui invenit spolia multa.

163. Iniquitatem odio habui, et abominatus sum : legem autem tuam dilexi.

164. Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.

165. Pax multa diligentibus legem tuam : et non est illis scandalum.

166. Expectabam salutare tuum, Domine : et mandata tua dilexi.

167. Custodivit anima mea testimonia tua : et dilexit ea vehementer.

168. Servavi mandata tua, et testimonia tua : quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

TAU.

169. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine : juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

170. Intret postulatio mea in conspectu tuo : secundum eloquium tuum eripe me.

171. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas.

172. Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum ; quia omnia mandata tua æquitas.

173. Fiat manus tua ut salvet me ; quoniam mandata tua elegi.

174. Concupivi salutare tuum, Domine ; et lex tua meditatio mea est.

175. Vivet anima mea, et laudabit te : et judicia tua adjuvabunt me.

176. Erravi, sicut ovis quæ periit ; quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

164. *Septies in die laudem dixi tibi.* Plusieurs commentateurs prennent ici le nombre sept pour un nombre indéterminé, comme quand il est dit que le juste pèche sept fois. Mais le P. Berthier n'est pas de ce sentiment. Il veut que ce soit un nombre fixe, comme quand il est dit que Jacob se prosterna sept fois devant Esaü, que Josué fit sept fois le tour de Jéricho, qu'on aspergeait sept fois certaines victimes. Il ajoute que l'Église a cru comme lui que David priait sept fois, du lever du soleil au coucher, et que c'est pour ce motif qu'elle a établi dès le commencement les sept heures canoniales, sans compter l'office de la nuit qui est celui des matines. Car le Prophète, outre ces sept heures de prières, avait dit qu'il priait dans le milieu de la nuit : *Media nocte, surgebam ad confitendum tibi.*

---

161. *Gratis.* Immerito, sine causa. — *A verbis tuis.* Verba tua timuit cor meum.

162. *Sicut qui invenit spolia multa.* Sicut lætantur qui victoriam adepti et pretiosis spoliis onusti revertuntur domum. * Hac comparatione etiam utitur Isaias cap. 9, 3, cum ait : *Sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia.*

164. *Septies in die.* Sæpius in die ; nam est numerus finitus pro indefinito. — *Super.* Propter justa judicia tua.

165. *Pax.* Tranquillitas animi, felicitas, prosperitas. — *Non est illis scandalum.* Offendiculum. Non impingunt, non cadunt.

166. *Expectabam salutare tuum Domine.* Vide dicta n. 81.

168. *Omnes viæ meæ.* Omnes actiones meæ tibi sunt cognitæ, et earum es inspector.

169. *Da mihi intellectum.* Legis tuæ.

170. *Eloquium tuum.* Promissum tuum.

171. *Eructabunt.* Hymnum tibi dicam ; laudes tibi canam.

172. *Pronuntiabit.* Loquar hominibus, et docebo eos præcepta tua.

173. *Fiat manus tua.* Adsit mihi, salvet me potentia tua. — *Quoniam mandata.* Æquum enim est ut tui et legis tuæ studiosum serves.

174. *Salutare tuum.* Salutem, vel Christum salvatorem.

175. *Vivet anima mea.* Cum optatum salutem obtinuerit, et manus tua illam juverit. — *Judicia tua adjuvabunt me.* Mandata tua me juvabunt, ut mihi bene sit.

176. *Erravi.* A via recta præceptorum tuorum. — *Sicut ovis quæ periit.* A grege aberrans. * Sic Isa. 53, 6 : *Omnes nos quasi oves erravimus* ; et I. Petr., 2, 25 : *Eratis enim sicut oves errantes.* — *Quære.* Ut reducas. — *Quia mandata tua non sum oblitus.* Vide dicta n. 153.

PSAUME CXIX (CXX).

Les Hébreux, accablés pendant la captivité par les calomnies de leurs ennemis, soupirent après la patrie.

1. Canticum graduum.

Ad Dominum cum tribularer clamavi ; et exaudivit me.

2. Domine, libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa.

3. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

4. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.

5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : habitavi cum habitantibus Cedar ;

1. Cantique des degrés.

J'ai crié vers le Seigneur lorsque j'étais dans l'affliction, et il m'a exaucé.

2. Seigneur, délivrez mon âme des lèvres injustes, et de la langue trompeuse.

3. Que recevrez-vous? et quel fruit vous reviendra-t-il, ô langue trompeuse?

4. *Vous serez percée avec* des flèches très-pointues poussées par une main puissante ; *et vous serez brûlée* avec des charbons dévorants.

5. Que je suis malheureux de ce que mon exil est si long ! J'ai demeuré avec les habitants de Cédar ;

Psal. CXIX. — 1. *Canticum graduum.* Les 15 Psaumes suivants sont appelés les *Psaumes des degrés* ou les *Psaumes graduels.* Ménochius expose les divers sentiments qui existent à ce sujet. Dans le sens spirituel, ces Psaumes indiquent les degrés par lesquels notre âme s'élève à Dieu au moyen du pur et chaste amour. Si vous voulez, dit saint Chrysostome, monter ces degrés, retranchez l'esprit et les délices de la terre, embrassez un genre de vie austère et laborieux, ne vous mêlez point des affaires du monde. Voilà le premier degré. Vous voyez la hauteur du ciel, vous savez que le temps est court, que le moment de la mort est incertain ; ne temporisez point, ne différez point votre conversion. — *Ad Dominum cum tribularer.* David a pu composer ce Psaume lorsqu'il était persécuté par Saül ; mais il semble mieux s'appliquer aux Israélites captifs à Babylone. On peut aussi, dans un sens prophétique, l'entendre de l'Église qui demande à être délivrée de tous les ennemis au milieu desquels elle vit, et qui s'efforcent de l'obscurcir par toutes les calomnies qu'ils imaginent contre elle.

5. *Habitavi cum habitantibus Cedar.* Cédar indique l'Arabie, et c'est de l'Arabie qu'est parti Mahomet qui a fait une guerre si rude aux chrétiens. L'Hébreu porte *Meschech*, et on prend ce nom pour Moschus qui se trouvait en Ibérie. Cette dénomination, jointe à celle de Cédar, marque les deux limites de l'empire de Babylone au sein duquel les Hébreux vécurent dispersés pendant la captivité.

Psal. CXIX. — 1. *Canticum graduum.* In græco est ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. Aquila et Symmachus verterunt, ᾠδὴ εἰς τὰς ἀναβάσεις, *canticum ad ascensiones* ; Theodotio ᾆσμα τῶν ἀναβάσεων, *canticum ascensionum* : in Hebr. est, שיר המעלות *scir hamahaloth, canticum graduum.* Hæc de vocibus. Rem alii aliter explicant. Aliqui putant ita appellari hos quindecim psalmos qui sequuntur, quod a levitis canerentur, cum ab atrio mulierum ad atrium virorum ascenderent, quæ atria cum essent in monte, fiebat ut illarum atrium quindecim gradibus esset humilius. Alii canticum graduum dictum putant, quasi ascensionum, quod elata voce dicerentur, et per singulos, quasi gradus, una vox attolleretur. Vide quæ notavimus II. Paralip., 20, num. 19. Alii putant ἀνάβασιν, *ascensionem*, de reditu ex captivitate intelligendam, hosque psalmos compositos esse ut eo tempore canerentur. Alii ita inscriptos putant, quod hi potissimum canerentur ab iis qui ter in anno ex omnibus Judææ partibus ascendebant ad templum. Vide dicta initio superioris Psalmi 118. Alii quod de edito aliquo loco canerentur in templo, tanquam in ambone et ascensu suggesti, de quo dicitur II. Esdræ 9, 4 : *Surrexerunt autem super gradum levitarum Josue, etc.* Alii tandem quod canerentur in ascensione quindecim templi graduum. Fuisse autem quindecim gradus templi discimus ex c. 40 Ezechielis, ubi prius septem gradus in portis singulis numerantur, tum octo, qui simul juncti, quindecim efficiunt.

2. *A labiis iniquis.* In Hebr. est, *a mendacibus*, a labiis mendacia injuste et in perniciem innocentiæ impingentibus.

3. *Quid detur tibi.* In Hebr. est, *quid dabit tibi, et quid addet tibi lingua dolosa?* quem fructum, quod emolumentum capies ex lingua dolosa ? Vel quid mali dari aut addi possit supra linguam dolosam ?

4. *Sagittæ potentis.* Respondet præcedenti interrogationi ; sententia est : durissimæ plagæ, gravissimæ pœnæ et incendia perniciosissima tibi dabuntur et apponentur. Has porro pœnas per metaphoram sagittas vocat a potenti Dei brachio emissas ; sic Ps. 44, 6 dicitur, *sagittæ tuæ acutæ, etc.* Vel sensus est, linguam dolosam similem esse sagittis eminus etiam et graviter ferientibus. * Cardanus de Subtilitate lib. 8, ait truncum juniperi accensum, et proprio cinere contectum, ignem annuum conservare, quod ante ipsum scriptum reliquit S. Isidorus Originum lib. 17, c. 7. — *Cum carbonibus desolatoriis.* In Hebr. est, *cum carbonibus juniperorum*, ut vertit S. Hieronym. ; hoc enim significat vox רתמים *rethamim.* Sed LXX explicaverunt metaphoram ; carbones enim juniperorum sunt admodum solidi, ideoque apti ad incendendum, vastandum et desolandum. Sententia ergo est vel linguam dolosam manere graves pœnas et incendia ex carbonibus vehementer urentibus, et omnia populantibus et absumentibus ; vel talem esse linguam dolosam, ut cum hujusmodi carbonibus, qui acriter urunt et etiam tingunt, conferri possit. — *Desolatoriis.* LXX græce dixerunt ἐρημικοῖς, quod etiam vertere possis, ex eremo, id est, qui conficiuntur ex arboribus crescentibus in desertis et eremis, qui ob densitatem partium incendium acriter concipiunt.

5. *Incolatus meus.* Peregrinatio, exilium. Videtur esse sermo de captivitate fidelium et exilio sub infidelibus. Alii de hac vita mortali, in qua dum agimus peregrinamur a Domino. —

6. Mon âme a été longtemps étrangère.	6. Multum incola fuit anima mea.
7. Je gardais un esprit de paix avec ceux qui haïssaient la paix; *mais pour eux*, dès que je leur parlais, ils s'élevaient contre moi sans sujet.	7. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

PSAUME CXX (CXXI).

Sur la confiance en Dieu.

1. Cantique des degrés.	1. Canticum graduum.
J'ai levé les yeux vers les montagnes d'où il pourra me venir du secours.	Levavi *a* oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. [a *II. Par.* 20. 17.]
2. Mon secours me doit venir du Seigneur qui a fait le ciel et la terre.	2. Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.
3. Qu'il ne permette *donc* point, *ô mon âme!* que votre pied soit ébranlé : et que celui qui vous garde ne s'endorme point.	3. Non det in commotionem pedem tuum; neque dormitet qui custodit te.
4. Assurément celui qui garde Israël ne s'assoupira point ni ne s'endormira point.	4. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.
5. *C'est le* Seigneur *qui* vous garde. *Oui*, le Seigneur *qui garde Israël est* à votre droite, pour vous donner sa protection.	5. Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.
6. *Ainsi* le soleil ne vous brûlera point durant le jour, ni la lune pendant la nuit.	6. Per diem sol non uret te : neque luna per noctem.
7. *Parce que* le Seigneur vous garde de tout mal. Que le Seigneur garde votre âme.	7. Dominus custodit te ab omni malo : custodiat animam tuam Dominus.
8. Que le Seigneur protége votre entrée et votre sortie, dès maintenant et jusque dans l'éternité.	8. Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum; ex hoc nunc et usque in sæculum.

PSAL. CXX. — 1. *Levavi oculos meos in montes.* Jérusalem était bâtie sur les montagnes de Sion et de Moria, et les captifs de Babylone se tournaient du côté de Jérusalem pour prier (Dan., VI, 10; III. Reg., VIII, 46, 48). Ce cantique nous montre le peuple d'Israël destitué de tout secours et ne comptant que sur la protection de Dieu qui a promis d'être son libérateur. L'Eglise partage cette sécurité, parce qu'elle est sûre de trouver partout l'appui du Seigneur.

8. *Introitum tuum et exitum tuum. Exitum* peut désigner ici la sortie de captivité, et *introitum*, l'entrée du peuple dans sa patrie après l'expiration des 70 années d'exil prédites par le Prophète. D'autres veulent que l'entrée et la sortie désignent toutes les actions de la vie, dont les unes sont secrètes et les autres publiques (Cf. Deut., XXVIII, 6, 19; Act., I, 11).

Prolongatus est. Diuturnum factum est exilium meum. — *Cum habitantibus Cedar.* Cum Cedarenis, sive Saracenis. Non Cedareni sunt Arabiæ populus, a Cedar uno ex filiis Ismael, quos posterior ætas Saracenos appellavit. Habitavi cum barbaris captivus, vel exul. Quia vero Cedar nigredinem, obscuritatem et tenebras sonat, sensus sublimior esse potest : heu mihi, qui habito cum hominibus versantibus in tenebris errorum, peccatorum, miseriarum, etc.

6. *Multum incola fuit anima mea.* Scilicet cum habitantibus Cedar.

7. *Impugnabant me gratis.* Mihi sine causa adversabantur, cum illos non provocassem, nec ulla in re violassem.

PSAL. CXX. — 1. *In montes.* In cœlum, vel in locum ubi situm erat tabernaculum in monte Sion.

3. *Non det in commotionem pedem tuum.* In Hebr. est, *non dabit ad nutandum pedem tuum.* Non permittet te in adversis vacillare, aut ad casum inclinare. — *Neque dormitet qui custodit te.* Metaphora ducta a diligentibus excubitoribus. Dominus qui te et populum suum Israel custodit, vigili cura tuebitur suos, et ingruentia mala avertet.

4. *Non dormitabit.* Non modo non dormiet, sed ne dormitabit quidem. Dormitant qui somno nondum sunt correpti, sed in illum jam feruntur.

5. *Protectio tua.* In Hebr. est, *Dominus umbra tua super manum dexteram tuam;* quasi dicat : Dominus te custodiet ut non solum ne cadas, sed etiam ne fatigeris in via æstu solis per diem, aut lunæ lumine per noctem.

6. *Neque luna per noctem.* Uret te, id est, cruciabit, vexabit, lædet : sic Genes, 31, 40 : *Æstu urebar et gelu.* Vide ibi dicta. * Etiam frigoris vis urere dicitur. Tacit., Annal., lib. 13 : *Ambusti*, inquit, *multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt.*

7. *Animam tuam.* Vitam tuam.

8. *Introitum tuum et exitum tuum.* Custodiat te Dominus domi et foris, in negotiis domesticis et externis. Vide III. Reg. 3, 7; et II. Paralip. 1, 10.

PSAUME CXXI (CXXII).

Cantique de joie et d'amour envers la cité sainte.

1. Canticum graduum.	1. Cantique des degrés.
Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : In domum Domini ibimus.	Je me suis réjoui à cause de ce qui m'a été dit, que nous irons dans la maison du Seigneur.
2. Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Jerusalem.	2. Nos pieds se trouvent dans ton enceinte, ô Jérusalem!
3. Jerusalem quæ ædificatur ut civitas : cujus participatio ejus in idipsum.	3. Jérusalem, qui est bâtie comme une ville, et dont toutes les parties sont dans une parfaite union entre elles.
4. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini; testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.	4. Car c'est là que montaient toutes les tribus, les tribus du Seigneur, selon le précepte donné à Israël, pour y célébrer les louanges du nom du Seigneur.
5. Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.	5. Car c'est là qu'ont été établis les trônes de la maison de David.
6. Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : et abundantia diligentibus te.	6. Demandez à *Dieu* tout ce qui peut contribuer à la paix de Jérusalem : et que ceux qui t'aiment, *ô ville sainte!* soient dans l'abondance.
7. Fiat pax in virtute tua : et abundantia in turribus tuis.	7. Que la paix soit dans tes forteresses et l'abondance dans tes tours.

PSAL. CXXI. — 1. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.* David a peut-être composé ce Psaume au moment où il bâtissait Jérusalem et Sion et qu'il y introduisait l'arche (II. Reg., V, 6-9; VI, 1, 15-16; I. Par., XI, 7 et 8). L'Hébreu le lui attribue : D'autres disent que ce prince le composa à l'usage du peuple lorsqu'il se rendait à Jérusalem de toutes les parties de la Judée pour y célébrer les trois grandes fêtes de l'année. Il convient si bien aux Juifs, lorsqu'ils apprirent que Cyrus venait de proclamer leur délivrance, que D. Calmet, le P. de Carrières et la plupart des commentateurs croient qu'il fut composé à cette occasion. Il exprime aussi, sous forme allégorique, les sentiments des chrétiens qui soupirent comme des exilés après la céleste patrie.

3. *Cujus participatio ejus in idipsum.* Jérusalem, habitée auparavant par les Jébuséens, était formée à la façon des villes anciennes de maisons éparses, disséminées çà et là. Cette disposition favorisait le mélange des Israélites et des Chananéens. Mais David et Joab lui donnèrent, après la défaite de ces peuplades, une forme plus régulière (II. Reg., V, 6 et seq.; I. Par., XI, 7 et 8).

5. *Quia illic sederunt sedes.* Ce qui rendait Jérusalem remarquable, c'est que là était le siége de la puissance judiciaire, le centre du gouvernement, puisqu'elle renfermait le roi et la famille royale, et le centre de la religion à cause du temple. Elle n'était habitée que par des Israélites, qui étaient la plupart de la tribu de Juda.

PSAL. CXXI. — 1. *In his quæ dicta sunt mihi.* Cum invitarer et excitarer ad ascendendum in Jerusalem. *In domum Domini ibimus.* Similis adhortatio habetur Isaiæ 2, 3 : *Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob.*

2. *Stantes erant pedes nostri.* Substitimus *in atriis tuis*, vel, ut est in hebræo, *in portis tuis;* vel spectaculo pulchritudinis portarum atque murorum delectati, vel frequentia populi partim ingredientis, partim exeuntis impediti.

3. *Quæ ædificatur ut civitas.* Cum dictum sit *in atriis, Jerusalem*, videtur dicendum *quæ ædificaris;* sed est enallage personæ. Sensus versiculi est Jerusalem ædificatam esse, et quotidie magis ædificari, ut sit civitas cujus participatio, est in idipsum; id est, cujus bona simul et communiter participantur ab omnibus, quæ scilicet est civitas pacata, et in qua cives vitam socialem et amicabilem vivunt. *Participatio ejus.* Vox *ejus* redundat ex phrasi hebraica.

4. *Tribus, tribus Domini.* Omnes tribus Israelis : sic Genes. 14, 10, ubi habemus : *Vallis autem silvestris habebat puteos multos bituminis*, in hebræo est *puteos, puteos.* — *Testimonium Israel.* In locum, sive domum testimonii Israelitici populi, id est, ad ædem sanctuarii et tabernaculum. * Vel sensus est : juxta testimonium, sive legem divinam, qua ter in anno jubebantur Hebræi templo sistere se. Exod. 23, 17. — *Ad confitendum.* Ad laudandum nomen Domini.

5. *Illic.* In Jerusalem. — *Sederunt sedes in judicio.* Siti et constituti sunt throni, et tribunalia judicialia regiæ potestatis. * Magnum etiam concilium Sanedrin appellatum. — *Sedes super domum David.* In Hebr. est, *throni domus David.* Sedes regni quæ fundata erat super Davidis familiam, ex qua reges Juda longa serie prodierunt. In Ecclesia, quæ per Jerusalem significatur, fundatus est thronus Christi, qui est e semine David.

6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem.* Precamini ut Jerusalem contingant prospera, omnia, et quæ ad pacem illius faciant, et sunt illi salutaria. — *Et abundantia.* Felicitas et rerum copia sint hujus urbis civibus

7. *Fiat pax in virtute tua.* In hebræo est, *sit pax in antemurali tuo*, ut etiam habet Aquila qui vertit, *ἐν προτειχίσματί σου, in antemurali tuo;* et Symmach. qui habet, ἐν περιβόλῳ σου, *in murorum ambitu.* Sensus ergo est : longe absint bella, et in ipsis propugnaculis quæ sunt robur et virtus urbis pax insideat; ibique stationem habeat. — *Et abundantia.* Bene cum pace mentio fit abundantiæ, hæc enim fere illam sequitur. — *In turribus tuis.* Hebr. *in palatiis tuis :* græce est, ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου : sunt autem πυργοβάρεις turres munitæ, aut regia palatia in quibus regiæ gazæ conduntur.

6. Mon âme a été longtemps étrangère.	6. Multum incola fuit anima mea.
7. Je gardais un esprit de paix avec ceux qui haïssaient la paix; *mais pour eux*, dès que je leur parlais, ils s'élevaient contre moi sans sujet.	7. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

PSAUME CXX (CXXI).

Sur la confiance en Dieu.

1. Cantique des degrés.	1. Canticum graduum.
J'ai levé les yeux vers les montagnes d'où il pourra me venir du secours.	Levavi *a* oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. [a *II. Par.* 20. 17.]
2. Mon secours me doit venir du Seigneur qui a fait le ciel et la terre.	2. Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.
3. Qu'il ne permette *donc* point, *ô mon âme!* que votre pied soit ébranlé : et que celui qui vous garde ne s'endorme point.	3. Non det in commotionem pedem tuum; neque dormitet qui custodit te.
4. Assurément celui qui garde Israël ne s'assoupira point et ne s'endormira point.	4. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.
5. *C'est* le Seigneur *qui* vous garde. *Oui*, le Seigneur *qui garde Israël* est à votre droite, pour vous donner sa protection.	5. Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.
6. *Ainsi* le soleil ne vous brûlera point durant le jour, ni la lune pendant la nuit.	6. Per diem sol non uret te : neque luna per noctem.
7. *Parce que* le Seigneur vous garde de tout mal. Que le Seigneur garde votre âme.	7. Dominus custodit te ab omni malo : custodiat animam tuam Dominus.
8. Que le Seigneur protége votre entrée et votre sortie, dès maintenant et jusque dans l'éternité.	8. Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum; ex hoc nunc et usque in sæculum.

PSAL. CXX. — 1. *Levavi oculos meos in montes.* Jérusalem était bâtie sur les montagnes de Sion et de Moria, et les captifs de Babylone se tournaient du côté de Jérusalem pour prier (Dan., VI, 10; III. Reg., VIII, 45, 48). Ce cantique nous montre le peuple d'Israël destitué de tout secours et ne comptant que sur la protection de Dieu qui a promis d'être son libérateur. L'Église partage cette sécurité, parce qu'elle est sûre de trouver partout l'appui du Seigneur.

8. *Introitum tuum et exitum tuum. Exitum* peut désigner ici la sortie de captivité, et *introitum*, l'entrée du peuple dans sa patrie après l'expiration des 70 années d'exil prédites par le Prophète. D'autres veulent que l'entrée et la sortie désignent toutes les actions de la vie, dont les unes sont secrètes et les autres publiques (Cf. Deut., XXVIII, 6, 19; Act., I, 11).

Prolongatus est. Diuturnum factum est exilium meum. — *Cum habitantibus Cedar.* Cum Cedarenis, sive Saracenis. Non Cedareni sunt Arabiæ populus, a Cedar uno ex filiis Ismael, quos posterior ætas Saracenos appellavit. Habitavi cum barbaris captivus, vel exul. Quia vero Cedar nigredinem, obscuritatem et tenebras sonat, sensus sublimior esse potest : heu mihi, qui habito cum hominibus versantibus in tenebris errorum, peccatorum, miseriarum, etc.

6. *Multum incola fuit anima mea.* Scilicet cum habitantibus Cedar.

7. *Impugnabant me gratis.* Mihi sine causa adversabantur, cum illos non provocassem, nec ulla in re violassem.

PSAL. CXX. — 1. *In montes.* In cœlum, vel in locum ubi situm erat tabernaculum in monte Sion.

3. *Non det in commotionem pedem tuum.* In Hebr. est, *non dabit ad nutandum pedem tuum.* Non permittet te in adversis vacillare, aut ad casum inclinare. — *Neque dormitet qui custodit te.* Metaphora ducta a diligentibus excubitoribus. Dominus qui te et populum suum Israel custodit, vigili cura tuebitur suos, et ingruentia mala avertet.

4. *Non dormitabit.* Non modo non dormiet, sed ne dormitabit quidem. Dormitant qui somno nondum sunt correpti, sed in illum jam feruntur.

5. *Protectio tua.* In Hebr. est, *Dominus umbra tua super manum dexteram tuam;* quasi dicat : Dominus te custodiet ut non solum ne cadas, sed etiam ne fatigeris in via æstu solis per diem, aut lunæ lumine per noctem.

6. *Neque luna per noctem.* Uret te, id est, cruciabit, vexabit, lædet : sic Genes. 31, 40 : *Æstu urebar et gelu.* Vide ibi dicta. * Etiam frigoris vis urere dicitur. Tacit., Annal., lib. 13 : *Ambusti*, inquit, *multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt.*

7. *Animam tuam.* Vitam tuam.

8. *Introitum tuum et exitum tuum.* Custodiat te Dominus domi et foris, in negotiis domesticis et externis. Vide III. Reg. 3, 7; et II. Paralip. 1, 10.

PSAUME CXXI (CXXII).

Cantique de joie et d'amour envers la cité sainte.

1. Canticum graduum.	1. Cantique des degrés.
Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : In domum Domini ibimus.	Je me suis réjoui à cause de ce qui m'a été dit, que nous irons dans la maison du Seigneur.
2. Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Jerusalem.	2. Nos pieds se trouvent dans ton enceinte, ô Jérusalem!
3. Jerusalem quæ ædificatur ut civitas : cujus participatio ejus in idipsum.	3. Jérusalem, qui est bâtie comme une ville, et dont toutes les parties sont dans une parfaite union entre elles.
4. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini; testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.	4. Car c'est là que montaient toutes les tribus, les tribus du Seigneur, selon le précepte donné à Israël, pour y célébrer les louanges du nom du Seigneur.
5. Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.	5. Car c'est là qu'ont été établis les trônes de la maison de David.
6. Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : et abundantia diligentibus te.	6. Demandez à *Dieu* tout ce qui peut contribuer à la paix de Jérusalem : et que ceux qui t'aiment, *ô ville sainte!* soient dans l'abondance.
7. Fiat pax in virtute tua : et abundantia in turribus tuis.	7. Que la paix soit dans tes forteresses et l'abondance dans tes tours.

PSAL. CXXI. — 1. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.* David a peut-être composé ce Psaume au moment où il bâtissait Jérusalem et Sion et qu'il y introduisait l'arche (II. Reg., V, 6-9; VI, 1, 15-16; I. Par., XI, 7 et 8). L'Hébreu le lui attribue : D'autres disent que ce prince le composa à l'usage du peuple lorsqu'il se rendait à Jérusalem de toutes les parties de la Judée pour y célébrer les trois grandes fêtes de l'année. Il convient si bien aux Juifs, lorsqu'ils apprirent que Cyrus venait de proclamer leur délivrance, que D. Calmet, le P. de Carrières et la plupart des commentateurs croient qu'il fut composé à cette occasion. Il exprime aussi, sous forme allégorique, les sentiments des chrétiens qui soupirent comme des exilés après la céleste patrie.

3. *Cujus participatio ejus in idipsum.* Jérusalem, habitée auparavant par les Jébuséens, était formée à la façon des villes anciennes de maisons éparses, disséminées çà et là. Cette disposition favorisait le mélange des Israélites et des Chananéens. Mais David et Joab lui donnèrent, après la défaite de ces peuplades, une forme plus régulière (II. Reg., V, 6 et seq.; I. Par., XI, 7 et 8).

5. *Quia illic sederunt sedes.* Ce qui rendait Jérusalem remarquable, c'est que là était le siége de la puissance judiciaire, le centre du gouvernement, puisqu'elle renfermait le roi et la famille royale, et le centre de la religion à cause du temple. Elle n'était habitée que par des Israélites, qui étaient la plupart de la tribu de Juda.

PSAL. CXXI. — 1. *In his quæ dicta sunt mihi.* Cum invitarer et excitarer ad ascendendum in Jerusalem. *In domum Domini ibimus.* Similis adhortatio habetur Isaiæ 2, 3 : *Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob.*

2. *Stantes erant pedes nostri.* Substitimus *in atriis tuis*, vel, ut est in hebræo, *in portis tuis;* vel spectaculo pulchritudinis portarum atque murorum delectati, vel frequentia populi partim ingredientis, partim exeuntis impediti.

3. *Quæ ædificatur ut civitas.* Cum dictum sit *in atriis, Jerusalem*, videtur dicendum *quæ ædificaris;* sed est enallage personæ. Sensus versiculi est Jerusalem ædificatam esse, et quotidie magis ædificari, ut sit civitas cujus participatio, est in idipsum; id est, cujus bona simul et communiter participantur ab omnibus, qua scilicet est civitas pacata, et in qua cives vitam socialem et amicabilem vivunt. *Participatio ejus.* Vox *ejus* redundat ex phrasi hebraica.

4. *Tribus, tribus Domini.* Omnes tribus Israelis : sic Genes. 14, 10, ubi habemus : *Vallis autem silvestris habebat puteos multos bituminis*, in hebræo est *puteos, puteos.* — *Testimonium Israel.* In locum, sive domum testimonii Israelitici populi, id est, ad ædem sanctuarii et tabernaculum. * Vel sensus est : juxta testimonium, sive legem divinam, qua ter in anno jubebantur Hebræi templo sistere se. Exod. 23, 17. — *Ad confitendum.* Ad laudandum nomen Domini.

5. *Illic.* In Jerusalem. — *Sederunt sedes in judicio.* Siti et constituti sunt throni, et tribunalia judicialia regiæ potestatis. * Magnum etiam consilium Sanedrin appellatum. — *Sedes super domum David.* In Hebr. est, *throni domus David.* Sedes regni quæ fundata erat super Davidis familiam, et qua reges Juda longa serie prodierunt. In Ecclesia, quæ per Jerusalem significatur, fundatus est thronus Christi, qui est e semine David.

6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem.* Precamini ut Jerusalem contingant prospera, omnia, et quæ ad pacem illius faciant, et sunt illi salutaria. — *Et abundantia.* Felicitas et rerum copia sint hujus urbis civibus

7. *Fiat pax in virtute tua.* In hebræo est, *sit pax in antemurali tuo*, ut etiam habet Aquila qui vertit, ἐν προτειχίσματί σου, *in antemurali tuo;* et Symmach. qui habet, ἐν περιβόλῳ σου, *in murorum ambitu.* Sensus ergo est : longe absint bella, et in ipsis propugnaculis quæ sunt robur et virtus urbis pax insideat; ibique stationem habeat. — *Et abundantia.* Bene cum pace mentio fit abundantiæ, hæc enim fere illam sequitur. — *In turribus tuis.* Hebr. *in palatiis tuis* : græce est, ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου : sunt autem πυργοβάρεις turres munitæ, aut regia palatia in quibus regiæ gazæ conduntur.

8. J'ai parlé de paix *pour toi, ô Jérusalem!* à cause de mes frères et de mes proches.

9. *Et* j'ai cherché à te procurer toutes sortes de biens, à cause de la maison du Seigneur notre Dieu.

8. Propter fratres meos, et proximos meos, loquebar pacem de te :

9. Propter domum Domini Dei nostri, quæsivi bona tibi.

PSAUME CXXII (CXXIII).

Prière.

1. Cantique des degrés.

J'ai élevé mes yeux vers vous, *ô Dieu!* qui habitez dans les cieux.

2. Comme les yeux des serviteurs sont *attachés* sur les mains de leurs maîtres,

Et comme les yeux de la servante le sont sur les mains de sa maîtresse, de même nos yeux sont *fixés* vers le Seigneur notre Dieu, en attendant qu'il ait pitié de nous.

3. Ayez pitié de nous, Seigneur, ayez pitié de nous, parce que nous sommes remplis de mépris.

4. En effet notre âme est toute remplie *de confusion*, étant devenue un sujet d'opprobre aux riches, et de mépris aux superbes.

1. Canticum graduum.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.

2. Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum,

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

3. Miserere nostri, Domine, miserere nostri : quia multum repleti sumus despectione.

4. Quia multum repleta est anima nostra : opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

PSAUME CXXIII (CXXIV).

Action de grâces.

1. Cantique des degrés.

Si le Seigneur n'avait été avec nous, qu'Israël dise maintenant :

2. Si le Seigneur n'avait été avec nous,
Lorsque les hommes s'élevaient contre nous,
3. Ils auraient pu nous dévorer tout vivants.

1. Canticum graduum.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel :

2. Nisi quia Dominus erat in nobis,
Cum exsurgerent homines in nos,
3. Forte vivos deglutissent nos.

Psal. CXXII. — 1. *Ad te levavi oculos meos.* Le peuple de Dieu, accablé sous le joug des Babyloniens, implore le secours du Seigneur avec autant d'ardeur que de foi. Le Syriaque et saint Jérôme attribuent ce Psaume à David, quoique l'Hébreu et la Vulgate n'en fassent pas mention. Dans ce cas, le Roi-Prophète l'aurait composé pendant la guerre terrible qu'il eut à soutenir contre les Ammonites. C'est une belle prière qui convient à toutes les âmes méconnues et calomniées qui gémissent dans l'oppression, et qui n'ont d'autre secours contre leurs ennemis que la confiance qu'elles ont en Dieu.

Psal. CXXIII. — 1. *Nisi quia Dominus erat in nobis.* L'Hébreu attribuant ce Psaume à David, des commentateurs supposent qu'il le composa après sa victoire sur les Ammonites. Mais la plupart le considèrent comme un cantique d'action de grâces que les Juifs chantèrent à Babylone après l'édit de délivrance de Cyrus. Dans un sens spirituel, les Pères l'ont appliqué aux combats et au triomphe des martyrs. On peut y voir aussi les sentiments de reconnaissance d'une âme heureuse d'être délivrée des tentations et des persécutions qui lui ont été suscitées par l'ennemi du salut.

---

8. *Propter fratres meos.* Tibi, o Jerusalem, pacem optavi propter eos qui in te habitant fratres meos, et proximos meos qui ejusdem mecum sunt religionis et fidei.

9. *Propter domum Domini Dei nostri.* Optavi tibi bona contingere, propterea quod in te sit templum Domini et arca fœderis.

Psal. CXXII. — 1. *Qui habitas in cœlis.* Periphrasis Dei : sic Psal. 2, 4 : *Qui habitat in cœlis irridebit eos.*

2. *Sicut oculi servorum.* Sicut oculi servorum et ancillarum manus domini respiciunt et observant, a quibus largitiones, dona et victum expectant; ita nos tuæ misericordiæ manum beneficam respicimus, a qua bona omnia, nobis provenire sentimus et profitemur. * Boni etiam servi conditio est vultum et nutum domini intueri, ut id quod jusserit effectum det. Sic Terent. in Adelphis, act. 2, sc. 1 : *Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam dimoveas tuos. Ne mora sit, si innuerim.*

3. *Multum repleti sumus despectione.* Quia plus nimio satiati sumus contemptu : Sic Threnorum, 3, 30, dicitur : *saturabitur opprobriis.*

4. *Multum repleta est anima nostra.* Contemptu, despectione, opprobriis. — *Opprobrium abundantibus.* Opprobrium enim facti sumus locupletibus et potentibus, quia præ felicitate superbiunt.

Psal. CXXIII. — 1. *Nisi quia Dominus erat in nobis.* Ita sentiat et profiteatur populus Israeliticus, quod si Deus nobis non adfuisset, cum homines nomini nostro infesti surrexerunt ut perderent nos.

3. *Vivos deglutissent nos.* Perdidissent nos procul dubio; particula enim ἄρα *utique* vel *certe* significat. Devorandi metaphora utitur non semel Scriptura cum grave nocumentum ab adversario illarum significare vult : sic *Prov.* c. 1, n. 12 legimus : *Deglutiamus eum sicut infernus viventem.*

Cum irasceretur furor eorum in nos,
4. Forsitan aqua absorbuisset nos.

5. Torrentem pertransivit anima nostra; forsitan pertransisset et anima nostra aquam intolerabilem.

6. Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

7. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium :

Laqueus contritus est, et nos liberati sumus.

8. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.

Lorsque leur fureur s'est irritée contre nous,
4. Sans doute *que les* eaux nous eussent abîmés.

5. *Mais* notre âme a passé ce torrent. Assurément, notre âme eût trouvé cette inondation insurmontable.

6. Béni soit *donc* le Seigneur, qui ne nous a pas laissés en proie à leurs dents;

7. *Car* notre âme a été arrachée *de leurs mains*, comme un passereau du filet des chasseurs.

Le filet a été rompu, et nous avons été délivrés;

8. Notre secours est dans le nom du Seigneur, qui a fait le ciel et la terre.

PSAUME CXXIV (CXXV).

Confiance en Dieu.

1. Canticum graduum.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commovebitur in æternum, qui habitat

2. In Jerusalem. Montes in circuitu ejus; et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

3. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum; ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

4. Benefac, Domine, bonis, et rectis corde.

5. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem; pax super Israel.

1. Cantique des degrés.

Ceux qui mettent leur confiance dans le Seigneur sont *fermes* comme la montagne de Sion : celui qui demeure dans Jérusalem ne sera jamais ébranlé.

2. Jérusalem est environnée de montagnes, et le Seigneur est autour de son peuple, dès maintenant et pour toujours.

3. Car le Seigneur ne laissera pas toujours la race des justes assujétie à la verge des pécheurs, de peur que les justes ne tendent les mains vers l'iniquité.

4. Faites *donc* du bien, Seigneur, à ceux qui sont bons et dont le cœur est droit.

5. Mais pour ceux qui se détournent dans les voies obliques, le Seigneur les joindra à ceux qui commettent l'iniquité. Que la paix soit sur Israël.

5. *Aquam intolerabilem.* L'eau est une figure très-souvent employée dans l'Ecriture pour désigner de grandes calamités.

Psal. CXXIV. — 1. *Qui confidunt in Domino.* Il est en sûreté celui que Dieu protège. David a pu composer ce Psaume, qui est tout moral, pour soutenir la patience des justes en les assurant de la protection de Dieu au milieu des épreuves de la vie. D. Calmet et un certain nombre de commentateurs supposent qu'il a été composé après le retour de la captivité à l'occasion des persécutions que les Juifs eurent à essuyer de la part des Samaritains qui voulaient les empêcher de rebâtir leurs murailles (Cf. Esd., IV, et Neh., IV).

---

4. *Forsitan aqua absorbuisset nos.* Copia et magnitudo malorum et persecutionum. Alludit ad submersos in mari Ægyptios.

4. *Torrentem.* Maximum periculum, quod hic torrentis, ut superiori versiculo aquæ, nomine significatur. — *Pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* Nisi Deus juvisset nos, in aquas adeo profundas incidissemus, ex quibus evadere aut enatare nullo modo licuisset. — *Aquam intolerabilem.* In est græco, ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, aquam fundo carentem, quæ non tolerat humanum vestigium, quod nullibi figi potest. Simile est illud : *Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me*, Psal. 68, 3. Vide ibi dicta.

6. *In captionem.* Prædam.

7. *Sicut passer.* Sicut avicula; nam vox hebraica צפר *tsippor*, non tam passerem quam aviculam quamlibet significat. — *De laqueo venantium.* Ex hostium machinis, artibus, insidiis, quibus constricti tenebamur.

8. *Adjutorium nostrum.* Nobis auxilium est in nomine Domini cœli terræque opificis, et ideo certum et firmum. Illique soli salutem nostram acceptam referimus.

Psal. CXXIV. — 1. *Sicut mons Sion.* Firmus immotusque erit ut mons Sion, qui suo loco dimoveri non potest.

2. *Qui habitat in Jerusalem.* Id est, et qui habitat in Jerusalem non commovebitur in æternum. — *Montes in circuitu ejus.* Sicut urbs Jerusalem ab hostium incursu tuta est, quod corona montium cingatur; ita Dominus scuto protectionis suæ populum fidelem circumcingit. — *Ex hoc nunc et usque in sæculum.* Quasi dicat : Et hæc tutela non est ad tempus, sed perpetua et æterna.

3. *Non relinquet.* Non permittet Dominus pios et fideles populos suos, qui sors et hæreditas illius sunt, diu vexari flagello impiorum. — *Ut non extendant.* Ne si justi diuturno tempore se malis conflictari animadverterint, a pietate desciscant, quasi Deus parum curet suos, et impiis melius sit.

5. *Declinantes autem in obligationes.* In græco est, εἰς τὰς στραγγαλιάς. Aquila vertit, διαπλοκάς; Symmach. σκολιότητας; Theodotio, διεστραμμένα : quæ omnes versiones aliquid obliquum et contortum significant, ut etiam interpretatio nostra latina; nam obligationes et nodi funiculorum et restium aliquid constringentium obliqui sunt, et in se redeuntes. Sensus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
007352

PSAUME CXXV (CXXVI).

Les Juifs demandent au Seigneur le retour de leurs frères encore captifs.

1. Cantique des degrés.	1. Canticum graduum.
Lorsque le Seigneur a fait revenir ceux de Sion qui étaient captifs, nous avons été comblés de consolation.	In convertendo Dominus captivitatem Sion; facti sumus sicut consolati;
2. Alors notre bouche a été remplie de joie, et notre langue d'allégresse.	2. Tunc repletum est gaudio os nostrum; et lingua nostra exultatione.
Alors on dira *de nous* parmi les nations : Le Seigneur a fait de grandes choses en leur faveur.	Tunc dicent inter gentes : Magnificavit Dominus facere cum eis.
3. *En effet*, le Seigneur a fait pour nous de grandes choses; et nous en sommes remplis de joie.	3. Magnificavit Dominus facere nobiscum : facti sumus lætantes.
4. *Mais*, Seigneur, faites revenir le *reste de* nos *frères* captifs, comme un torrent, dans le pays du midi.	4. Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.
5. Ceux qui sèment dans les larmes moissonneront dans la joie.	5. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.
6. *Car*, en s'en allant *à Babylone*, ils marchaient en pleurant, et ils jetaient la semence *de leur réconciliation avec vous, Seigneur*.	6. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua.
Mais en s'en *revenant de Jérusalem*, ils marcheront avec des transports de joie, et en portant les gerbes de leur *riche* moisson.	Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

PSAUME CXXVI (CXXVII).

Action de grâces.

1. Cantique des degrés de Salomon.	1. Canticum graduum Salomonis.
Si le Seigneur ne bâtit une maison, c'est en vain que travaillent ceux qui la bâtissent.	Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.	Si le Seigneur ne garde une ville, c'est en vain que veille celui qui la garde.
2. Vanum est vobis ante lucem surgere; surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.	2. C'est en vain que vous vous levez avant le jour. Levez-vous après que vous vous serez reposés, vous qui mangez d'un pain de douleur.
Cum dederit dilectis suis somnum;	Car après le sommeil qu'il aura donné à ses bien-aimés,
3. Ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.	3. Ils verront *naître* des enfants qui seront comme un héritage du Seigneur; et *ainsi* le fruit de leurs entrailles sera la récompense de leurs travaux.
4. Sicut sagittæ in manu potentis; ita filii excussorum.	4. *Or* telles que sont les flèches dans la main d'un homme fort, tels sont les enfants de ceux qui ont été éprouvés par l'affliction.
5. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis; non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.	5. Heureux l'homme qui a accompli son désir en eux. Il ne sera point confondu lorsqu'il parlera à ses ennemis à la porte *de la ville*.

PSAUME CXXVII (CXXVIII).

Sur le bonheur du juste.

1. Canticum graduum.	1. Cantique des degrés.
Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.	Heureux tous ceux qui craignent le Seigneur, et qui marchent dans ses voies.
2. Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, et bene tibi erit.	2. Vous mangerez *en paix le fruit* des travaux de vos mains. Vous êtes heureux, et tout vous réussira.

PSAL. CXXV. — 1. *In convertendo Dominus.* Ce Psaume a été évidemment composé après la captivité. Les Juifs revenus à Jérusalem demandent au Seigneur de faire revenir leurs frères restés captifs à Babylone. Parmi les commentateurs, les uns l'attribuent aux prophètes Aggée et Zacharie, d'autres à Esdras.

2. *Tunc dicent.* D. Calmet traduit : Alors on a dit. Ceux qui voient ici une prophétie conservent le temps du futur : Alors on dira :

5. *Qui seminant in lacrymis.* Cette expression était proverbiale. L'auteur compare les actions des justes à une semence. Ils déposent cette semence dans le sein de la miséricorde et l'arrosent de leurs larmes. Elle devient ainsi féconde : et au jour de l'éternité ils recueilleront une riche moisson.

PSAL. CXXVI. — 1. *Canticum graduum Salomonis.* D'après l'Hébreu, on peut traduire : Cantique pour Salomon. C'est ce qui a fait penser à quelques interprètes qu'il avait été composé par David pour Salomon qui devait construire le temple de Jérusalem. D'autres commentateurs ont cru que ce Psaume avait été composé après le retour de la captivité sous Néhémias, lorsque les Juifs étaient occupés à rebâtir les murs de Jérusalem et à réparer le second temple. L'auteur de ce Psaume rend grâces à Dieu et reconnaît que l'homme ne peut rien sans lui. Dans un sens élevé, on peut voir dans ce cantique la doctrine de saint Paul sur la grâce. On en voit la nécessité (vers. 1 et 2), l'origine, vers. 3, et la prédication, vers. 4 et 5).

2. *Cum dederit dilectis suis somnum.* Dans le sens prophétique, ce bien-aimé est Jésus-Christ, source unique de la vraie justice, endormi sur la croix ; et pendant son sommeil, donnant naissance à l'Église, son épouse, devenue dans la suite la mère féconde de tous les fidèles.

PSAL. CXXVII. — 1. *Beati omnes.* Ce Psaume est purement moral, et l'on ne peut dire ni en quel temps, ni à quelle occasion il a été composé. Le Psalmiste y représente le bonheur de ceux qui craignent le Seigneur et qui marchent dans ses voies.

---

ergo est : qui strophas nectunt, laqueos, et tectas et implicatas fraudes, hos puniet Dominus. — *Adducet Dominus.* Eodem loco habebit ac operantes palam iniquitatem. — *Pax super Israel.* Super Israelem autem qui fidem et pietatem Jacob imitatur, pax et bonorum omnium copia requiescet.

PSAL. CXXV. — 1. *In convertendo.* Quando convertit, quando revocavit et reduxit Dominus captivitatem, valde sumus consolati. — *Sicut consolati.* In hebræo est, חלמים *cholemim*, quæ vox *somniantes* significat. Adeo consolati sumus et læti nostra restitutione, ut nobis ipsis non crederemus, sed rem quæ agebatur quasi somnium putaremus, adeo præter spem acciderat. * Sic D. Petrus cum educeretur e carcere, Act., 12, 9, putabat se visum aut somnium videre.

2. *Tunc dicent inter gentes.* Cum scilicet hæc fama reditus nostri late vulgata ad aures longe distantium populorum pervenit. — *Magnificavit Dominus facere cum eis.* Plane admiranda sunt ea quæ Dominus in populi Israelitici gratiam patravit.

3. *Magnificavit Dominus.* Sane magnis nos beneficiis affecit Dominus.

4. *Converte... captivitatem nostram.* Reduc captivitatem nostram in patriam. — *Sicut torrens in austro.* Ut simul plurimi magna velocitate revertamur in patriæ sinum, quemadmodum aquæ torrentium, austro flante et nives solvente, per alveum citissime decurrunt, et ad mare properant.

5. *Qui seminant in lacrymis.* Metaphora ab agricolis ducta; sicut qui seminant cum labore et dolore, et qui semen projicere, et quodammodo perdere videntur, postea gaudent in messe; ita mali captivitatis vexati, largam ejus consolationis et lætitiæ, quam nunc metunt, sementem fecerunt.

6. *Manipulos.* Fasciculos collectarum frugum.

PSAL. CXXVI. — 1. *Canticum graduum Salomonis.* Psalmus est Davidis, sed scribitur in persona Salomonis, qui prior ædificavit templum Domini; et convenienter; nam continet Psalmus hic adhortationem, sive documenta quibus instruantur ii qui a reditu captivitatis templum et civitatem reædificare instituerunt. — *Nisi Dominus ædificaverit.* Admonet nihil proficere homines, etiamsi urbem aut templum moliri instituant, nisi Deus illis adsit primarius ædificator.

2. *Vanum est vobis ante lucem surgere.* Inanis est omnis vestra sollicitudo et cura, et solers vigilantia. — *Surgite postquam sederitis.* Ne nimium solliciti sitis, sed tum demum surgite, et opera vestra repetite, cum corpora, quantum opus habent, curaveritis. — *Qui manducatis panem doloris.* O vos qui panem labore, et dolore, et sollicitudine quæsitum comeditis! qui scilicet cum ærumnis condimini. — *Cum dederit dilectis suis somnum.* Videtur respicere, et quasi repetere oraculum David editum, quod habemus II. Reg., 7, 11 : *Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis; prædicitque tibi Dominus quod domum faciat tibi.* Sententia autem esse videtur, cum Deus dilectis suis otium concesserit, et quieta tempora quasi somnum.

3. *Ecce hæreditas Domini, filii.* Non solum ædificare domum aut urbem custodire poterunt, verum etiam multo plura ejus dilecti consequentur; multorum enim filiorum patres evadent. Ecce aderunt filii, qui hæreditas Domini sint, sors, et peculium ejus, et ab ipso dilecti, et beneficiis ornati. — *Merces fructus ventris.* Merces pietatis, et donum a Deo profectum erunt filii, qui fructus sunt ventris. In græco vox *fructus* est genitivi casus, ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. Sensus est idem, *merces est de fructu ventris*.

4. *Sicut sagittæ.* Sententia est : filiorum multitudine malis vexatorum domus firmantur; sunt filii quasi sagittæ in parentum manibus, qui eas huc aut illuc, ut familiæ postulant necessitates, destinant. — *Excussorum.* Eorum qui malis concussi et quassati sunt. Græca quædam lectio consentaneæ interpretationi allatæ habet, τῶν πεδητῶν, *compeditorum*. Symmachus tamen vertit, τῆς νεότητος, *juventutis*; filii autem in juventute geniti robustiores esse solent.

5. *Qui implevit desiderium suum ex ipsis.* Qui bonos filios, et ad votum suum nactus fuerit. In Hebr. pro *desiderium suum* est, *pharetram suam*, id est, domum; pergit enim in allegoria sagittarum. — *Non confundetur.* Non pudefiet cum contigerit illum filiis comitatum contendere cum adversariis suis in porta, ubi judicia exercentur, et frequens populus confluit.

PSAL. CXXVII. — 2. *Labores manuum tuarum.* Frueris bonis labore manuum tuarum partis, tibi sufficient, nec ab aliis cogeris mendicare, aut oblandiri. — *Bene tibi erit.* Prospere et feliciter ages.

3. Votre femme sera dans le secret de votre maison comme une vigne qui porte beaucoup de fruit.

Vos enfants seront autour de votre table comme de jeunes oliviers.

4. C'est ainsi que sera béni l'homme qui craint le Seigneur.

5. *Oui*, que le Seigneur vous bénisse de Sion, afin que vous contempliez les biens de Jérusalem tous les jours de votre vie,

6. Et que vous voyiez les enfants de vos enfants, et la paix en Israël.

3. Uxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ.

4. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.

5. Benedicat tibi Dominus ex Sion; et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

6. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

PSAUME CXXVIII (CXXIX).

Sur les ennemis d'Israël.

1. Cantique des degrés.

Qu'Israël dise *maintenant* : *Mes ennemis* m'ont souvent attaqué depuis ma jeunesse.

2. Ils m'ont souvent attaqué, mais ils n'ont pu me *détruire*.

3. Ces méchants ont frappé sur mon dos; ils ont prolongé leur iniquité.

4. *Mais* le Seigneur qui est juste a brisé la tête des pécheurs.

5. Que tous ceux qui haïssent Sion soient *maintenant* couverts de confusion, et qu'ils retournent en arrière.

6. Qu'ils deviennent comme l'herbe qui croît sur les toits, qui se sèche avant qu'on l'arrache;

7. Dont celui qui fait la moisson ne remplit

1. Canticum graduum.

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel.

2. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea; etenim non potuerunt mihi.

3. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores; prolongaverunt iniquitatem suam.

4. Dominus justus concidit cervices peccatorum;

5. Confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

6. Fiant sicut fœnum tectorum; quod priusquam evellatur, exaruit;

7. De quo non implevit manum suam

Psal. CXXVIII. — 1. *Sæpe expugnaverunt me*. A leur retour de la captivité, les Juifs furent persécutés par Sanaballat et les Samaritains. Ils se consolent au milieu de cette persécution, en se rappelant que les efforts de leurs ennemis ont toujours été vains et que la protection leur garantit la victoire. Ces sentiments sont ceux de l'Église qui a été persécutée dès le commencement et qui a toujours été victorieuse.

---

3. *Abundans*. In Hebr. est, *fructificans* : uxor tua fœcunda erit, et faciet te multæ et egregiæ prolis parentem. — *In lateribus domus*. In penetralibus : sic, Jonæ, c. 1, n. 5, ubi dicitur : *Descendit ad interiora navis*, in Hebr. est, *in latus navis*. — *Sicut novellæ olivarum*. Tanquam surculi et nova germina olivarum, quæ suo tempore fructum pollicentur. * Comparatione oleæ utitur etiam Eccli. c. 50, n. 11. — *In circuitu mensæ tuæ*. Vel assidentes mensæ, vel ministrantes, et patris familias nutum expectantes.

5. *Ex Sion*. Unde omnis salus, ex Sion ubi tabernaculum erat, vel ex cœlesti Sion, cujus terrestris erat figura. — *Videas bona Jerusalem*. Et ad privatam felicitatem adjiciat etiam publicam, ut scilicet cum jucunditate videas prosperitatem Jerusalem, et illius particeps sis. Vel certe ad cœlestem Jerusalem et illius bona admittaris.

6. *Et videas filios filiorum*. Diutissime vivas, et nepotes ex filiis tuis suscipias, et Jerusalem pacatam et prospere agentem cernas. In cœlesti patria filios spirituales quos genuimus in Christo videbimus, et ex his in alio propagatam fidem, religionem et virtutem, unde gaudium beatis accedet.

Psal. CXXVIII. — 1. *Expugnaverunt*. Oppugnaverunt. — *A juventute mea*. Ab initio : nam ab Ecclesiæ principio semper justis adversantur injusti, et illis infesti sunt. — *Dicat nunc Israel*. Merito dicere potest Israel et Ecclesia se ab initio oppugnatam ab infidelibus.

2. *Non potuerunt*. Prævalere. * — *Mihi*. Contra me.

3. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*. Imposuerunt dorso meo iniquas plagas. In Hebræo est, *araverunt aratores*. Nihil meam vicem miserati, dorsum meum quasi aratro prosciderunt et laceraverunt. — *Prolongaverunt iniquitatem suam*. In Hebræo est ejusdem metaphoræ arandi continuatio. — *In longum protraxerunt sulcum suum*. In longum tempus extenderunt iniquas suas oppugnationes.

4. *Concidit cervices*. Hostium potentiam comminuit ut nos liberet.

5. *Confundantur*. Excidant sua spe, pudefiant, et a suo conatu se abducant.

6. *Sicut fœnum tectorum*. In tectis nascens, quod propter loci ariditatem priusquam ad justam magnitudinem perveniat, aut fructum ferat, ardore solis exarescit. * Eadem similitudo habetur IV. Reg., c. 19, n. 26 : *Facti sunt velut fœnum agri, et virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem*. Sic Calidorus in Plauti Pseudolo, scena prima, dicebat :

Quasi solstitialis herba paulisper fui;
Repente exortus sum, repente concidi.

— *Evellatur*. Colligatur.

7. *De quo non implevit*. Quod adeo exile est et humile et inutile, ut nec possit manus colligentis implere, nec ullus existimet operæ pretium se facturum, si illud colligere adoriatur, et ex eo manipulos facere.

qui metit, et sinum suum qui manipulos colligit.

8. Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini super vos; benediximus vobis in nomine Domini.

point sa main; ni celui qui ramasse les gerbes, son sein;

8. Et *à laquelle* ceux qui passaient n'ont point dit : Que la bénédiction du Seigneur soit sur vous : nous vous bénissons au nom du Seigneur.

PSAUME CXXIX (CXXX).

Prière.

1. Canticum graduum.

De profundis clamavi ad te, Domine;

2. Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

3. Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?

4. Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus;

5. Speravit anima mea in Domino.

6. A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino.

7. Quia apud Dominum misericordia; et copiosa apud eum redemptio.

8. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.

1. Cantique des degrés.

Du fond de l'abîme j'ai crié vers vous, Seigneur;

2. Seigneur, écoutez ma voix.

Que vos oreilles se rendent attentives à la voix de mon ardente prière.

3. Si vous observez nos iniquités, Seigneur; Seigneur, qui subsistera *devant vous?*

4. Parce que vous êtes plein de miséricorde; j'ai espéré en vous, Seigneur, à cause de votre loi.

Mon âme s'est soutenue par la parole du Seigneur.

5. Mon âme a espéré au Seigneur.

6. Qu'Israël espère *donc aussi* au Seigneur, depuis la veille du matin jusqu'à la nuit;

7. Parce que le Seigneur est plein de miséricorde, et qu'on trouve en lui une miséricorde abondante.

8. Et lui-même rachètera Israël de toutes ses iniquités.

Psal. CXXIX. — 1. *De profundis*. Ce Psaume est un des sept Psaumes pénitentiaux. David le composa après son péché pour exprimer à Dieu son repentir. Le Prophète, effrayé de la profondeur de l'abîme dans lequel son crime l'a entraîné, confesse ses fautes et recourt à la miséricorde du Seigneur, qui est l'objet de son espérance. D. Calmet et quelques commentateurs y voient une prière que les Juifs, accablés sous le joug des Babyloniens, font au Seigneur pour obtenir leur délivrance. L'Église l'a appliquée à l'état des âmes au purgatoire soupirant après la céleste patrie.

6. *A custodia matutina*. Saint Jérôme traduit : *A vigilia matutina usque ad vigiliam matutinam*. C'est-à-dire : D'un matin à un autre, par conséquent, qu'Israël espère perpétuellement. D'après l'Hébreu : Mon âme porte son attente vers le souverain Maître avec plus d'ardeur que les sentinelles vers l'aurore.

---

8. *Et non dixerunt qui præteribant*. Est allusio ad viatores, qui prætereundo impertiri solent salutem et benedictionem messoribus, vel agris, eisque bene precari; sic Booz in agrum veniens messoribus dixit : *Dominus vobiscum*, Ruth., 2, 4. Hunc morem in fœno tectorum servari negat, cum nemo illud secet aut colligat. * Vel sensus est : si aliqui hoc fœnum secarent et colligerent, nemo diceret : Deus benedixit vobis, largam scilicet et copiosam messem vobis concedendo. — *Benedicimus vobis in nomine Domini*. Vel est repetitio ejusdem benedictionis, quasi dicat : Nemo dicet, vobis benedicimus in nomine Domini; vel priora illa verba dicere solebant prætereuntes cum ad messores accederent; posteriora, cum ab illis recederent.

Psal. CXXIX. — 1. *De profundis*. De profunditatibus calamitatum, et exiliorum, et malorum, quibus mersus sum.

2. *Intendentes*. Attentæ.

3. *Si iniquitates observaveris*. Si mea, aut hominum peccata accurate investigaveris et excusseris, vel ob oculos posueris. — *Quis sustinebit?* Quis justitiæ tuæ severitatem ferre poterit? * Jocoso more poetico dixit Ovid., lib. 2, Trist. :

Si quoties homines peccant sua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

4. *Quia apud te propitiatio est*. Quasi dicat : Verum, sat scio, non ita iniquitates nostras observas, quoniam tecum est propitiatio, et pronus es ad indulgendum.

8. *Redimet*. Liberabit, eripiet, purgabit a peccatis per Christum salvatorem et redemptorem nostrum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

PSAUME CXXX (cxxxi).

David se justifie du reproche de présomption et d'orgueil.

1. Cantique des degrés de David.	1. Canticum graduum David,
Seigneur, mon cœur ne s'est point enflé d'orgueil, et mes yeux ne se sont point élevés.	Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.
Je n'ai point marché d'une manière pompeuse et élevée au-dessus de moi.	Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.
2. Si *alors* je n'avais pas des sentiments humbles, et si j'ai élevé mon âme *vers les grandeurs du monde*,	2. Si non humiliter sentiebam; sed exaltavi animam meam.
Que mon âme soit réduite au même état que l'est un enfant lorsque sa mère l'a sevré.	Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.
3. Qu'Israël espère *aussi* au Seigneur, dès maintenant et dans tous les siècles.	3. Speret Israel in Domino, ex hoc nunc et usque in sæculum.

PSAUME CXXXI (cxxxii).

Sur les promesses faites à David.

1. Cantique des degrés.	1. Canticum graduum.
Souvenez-vous, Seigneur, de David, et de toute sa douceur.	Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus;
2. *Souvenez-vous aussi* comme il jura au Seigneur, et fit ce vœu au Dieu de Jacob.	2. Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob;
3. *Je veux, dit-il, que le Seigneur me punisse* si j'entre dans le secret de ma maison, si je monte sur le lit qui est préparé pour me coucher.	3. *a* Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei; [*a* *II. Reg.* 7. 2].
4. Si je permets à mes yeux de dormir et à mes paupières de sommeiller,	4. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem,

Psal. CXXX. — 1. *Domine non est exaltatum cor meum.* Les ennemis de David lui ayant reproché de vouloir monter sur le trône, plutôt par un sentiment de présomption et d'orgueil, que pour obéir à la volonté de Dieu, il protesta contre cette interprétation calomnieuse de sa conduite, et il jura qu'il n'a jamais écouté la voix de l'ambition et qu'il a mis exclusivement en Dieu toute son espérance. Il engage Israël à faire de même.

Psal. CXXXI. — 1. *Memento, Domine, David.* David composa ce Psaume lorsque Dieu lui eut fait connaître le lieu où il voulait qu'on lui bâtît un temple, et il le composa pour qu'on le chantât lorsqu'on y transporterait l'arche. C'est le sentiment de quelques commentateurs. Mais il nous semble plus naturel de l'attribuer à Salomon qui y loue pieusement David, son père, et qui rappelle les promesses que Dieu lui avait faites pour toute sa race. On trouve d'ailleurs les versets 1, 8 et 9 de ce Psaume dans la prière que Salomon fit au Seigneur à l'occasion de la dédicace du temple (II. Par., VI, 41).

Psal. CXXX. — 1. *Non est exaltatum cor meum.* Non superbivi. Videtur hoc membrum accipiendum de superbia interiori, quæ in animo latet. — *Neque elati sunt oculi mei.* De superbia operum et exteriori. * Superbiam oculis etiam supra tribuit Psal. 17, 28 : *Oculos superborum humiliabis.* Sic Salomon Prov., 6, 17 : *Detestatur anima ejus oculos sublimes;* et Eccli. 23, 5 : *Extollentiam oculorum ne dederis mihi.* — *Neque ambulavi in magnis.* Ambulare in magnis est gerere, tentare, aut conari res quæ vires et statum excedant. — *Neque in mirabilibus super me.* Ambulare in mirabilibus est scrutari arcana consilia Dei, vim ingenii superantia.

2. *Si non humiliter sentiebam.* Particula *si* vim habet juramenti; sensus enim est : si non humiliter sensi, sed superbus fui, miser ero et infeliciter peream. — *Sicut ablactatus est super matre sua.* Si non humiliter sentiebam, sicut infantulus nuper a lacte depulsus, qui a matre omnino dependet et regitur ab illa, cui se plane subjicit. — *Ita retributio in anima mea.* Scilicet sit. Ita animam meam ulciscatur Deus, et me malis mulctet.

3. *Ex hoc nunc.* Semper in Domino spem suam collocet.

Psal. CXXXI. — 1. *Et omnis mansuetudinis ejus.* S. Hieronymus vertit, *et omnis afflictionis ejus;* sed LXX vocem hebræam cum aliis punctis legerunt, hoc est, ענותו *hanavotho*, *mansuetudinis ejus.* Mansuetudo Davidis cum in aliis, tum in eo potissimum eluxit, quod Sauli a quo tam pertinaciter quærebatur ad necem pepercerit, cum facile illum occidere potuisset, et in spelunca, et alibi.

2. *Sicut juravit Domino.* Memento etiam quemadmodum David firmiter promiserit et juraverit Domino. — *Votum vovit.* Voti hujus mentio expressa non habetur in sacris Litteris, sed tamen colligi videtur ex lib. II. Reg., 7, 2, ubi David dicit ad Nathan propheta se constituisse ædificare templum Domino.

3. *Si introiero.* Formula jurandi, ut superiore Psalmo n. 2. Sententia est : si quievero donec reperero arcam tabernaculo Dei Jacob ædificando, peream, hoc aut illud mihi eveniat; *hæc mihi faciat Deus, et hæc addat*, ut non semel loquitur Scriptura.

5. Et requiem temporibus meis; donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.	5. Et si je donne aucun repos à mes tempes, jusqu'à ce que je trouve un lieu *propre* pour le Seigneur, et un tabernacle pour le Dieu de Jacob.
6. Ecce audivimus eam in Ephrata; invenimus eam in campis silvæ.	6. Nous avons ouï dire que ce lieu est dans Ephrata; nous l'avons trouvé dans les champs de la forêt.
7. Introibimus in tabernaculum ejus; adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.	7. *Alors* nous entrerons dans son tabernacle; nous l'adorerons dans le lieu où il a posé ses pieds.
8. *a* Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ. [*a* *II. Par.* 6, 41.]	8. Levez-vous, Seigneur, pour entrer dans *le lieu de* votre repos, vous et l'arche de votre sainteté.
9. Sacerdotes tui induantur justitiam; et sancti tui exultent.	9. Que vos prêtres soient revêtus de justice; et que vos saints tressaillent de joie.
10. Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.	10. *Levez-vous, dis-je*, en considération de David, votre serviteur; et ne rejetez pas le visage de votre christ.
11. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam; *a* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. [*a* *II. Reg.* 7. 12. *Luc.* 1. 55. *Act.* 2. 30].	11. *Car* le Seigneur a fait à David un serment très-véritable; et il ne le trompera point. J'établirai, *lui a-t-il dit*, sur votre trône le fruit de votre ventre.
12. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo eos :	12. *Et* si vos enfants gardent mon alliance et ces préceptes que je leur enseignerai,
Et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam.	Et que leurs enfants les gardent de même pour toujours, ils seront assis sur votre trône.
13. Quoniam elegit Dominus Sion; elegit eam in habitationem sibi.	13. Car le Seigneur a choisi Sion : il l'a choisie pour sa demeure.

6. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* Quelques auteurs traduisent : « Nous avons ouï dire que l'arche était autrefois à Silo, dans la tribu Ephratienne ou d'Ephraïm, et nous l'avons trouvée de notre temps à Cariathiarim dans un pays plein de bois. Mais maintenant nous entrerons, etc. Cariathiarim signifie *la ville des bois*.

---

5. *Temporibus meis.* Τοῖς κροτάφοις, capiti meo, cujus pars sunt tempora. — *Locum Domino.* Arcam locando templo. — *Tabernaculum Deo Jacob.* In quo loco tabernaculum et ædes Deo Jacob excitetur.

6. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* * In Bethlehem cum essem puer audiveram ubi asservaretur arca. Ponitur per synecdochen Ephrata, pro tribu Benjamin, ad quam Ephrata, quæ ex Gen. 35, 19, et 48, 7, est eadem cum Bethlehem, pertinebat. Nam pars Jerusalem quæ erat ad septentrionem, ad Benjamin, quæ vero ad meridiem, spectabat ad tribum Juda. Vide Josue 18, 28, et ibi dicta. Sensus ergo est : audivimus, id est, cognovimus, vel Deo nobis revelante, vel ex majorum nostrorum traditione, locum sedemque templi futuram in tribu Benjamin. Videtur autem potius a Bethlehem quam ab alia civitate tribum Benjamin denominasse, quia David erat Bethlehemites, et quia vicina admodum Jerosolymæ erat Bethlehem, sex tantum milliaribus distans, * ex Adrichomio. — *Invenimus eam in campis silvæ.* Jerosolymis in area Arounæ Jebusæi silvosa, et nemorosis arboribus consita. II. Reg. 24, 16 et deinceps.

7. *Introibimus.* Cum templum fuerit extructum. — *In loco, ubi steterunt pedes ejus.* In hebræo est, ut vertit Pagninus, *incurvabimus nos scabello pedum ejus.* Arca enim est quasi scabellum pedum Dei sedentis super alas cherubim, ut alibi etiam explicatum est. Vide II. Reg. 6, 2.

8. *Surge Domine.* Sunt verba desumpta ex oratione Mosis, Numer. 10, 35. Sententia est : surge, Domine, et nobiscum veni in eum locum, quem tibi elegisti, ut in eo præ cæteris requiesceres. — *Arca sanctificationis tuæ.* Quam tibi sanctificasti, et in qua sanctificaris et honoraris.

9. *Sacerdotes tui induantur justitiam.* Pietatem, sanctimoniam, vitamque eo gradu, in quo sunt, plane dignam. — *Et sancti tui exultent.* Videtur intelligendum de levitis, ut sensus sit : et levitæ ad ministerium tuum consecrati coram te canant ore, et psallant musicis instrumentis. Vel generatim de fidelibus quibuscumque, laudent te, tibi jubilent, et exultent fideles, populus scilicet quem tibi sanctificasti.

10. *Propter David servum tuum.* Quasi dicat Salomon, in cujus persona Psalmum conscriptum esse diximus : Quanquam ego indignus sim quem exaudias, tamen propter David servum tuum tibi charissimum ne sinas in irritum cadere preces meas. — *Non avertas faciem christi tui.* Non confundas, nec pudefacias me, qui tuo beneficio rex populi tui sum, solemni unctione inauguratus.

11. *Veritatem.* Verum et fidele juramentum, quod omnino effectum dabit. — *Non frustrabitur eam.* Non fallet fidem datam. — *De fructu ventris tui.* Filium tuum Salomonem. Habemus hanc promissionem II. Reg. 7, 12.

12. *Filii tui.* Filii, nepotes et posteri. — *Testamentum meum.* Legem meam et præcepta quæ illis tradidi et tradam. — *Sedebunt super sedem tuam.* Regni tui successores erunt.

13. *Quoniam elegit Dominus Sion.* Ipsam enim Sion, in qua regni Davidis regia et sedes est, Dominus præ aliis locis elegit sibi. — *Elegit eam in habitationem sibi.* Elegit eam non solum ut in ea esset regium solium, sed etiam præcipua religionis sedes et arca Dei, ex quo præsidio etiam regni perpetuitas colligi possit.

14. *Il a dit :* C'est là pour toujours le lieu de mon repos; c'est là que j'habiterai, parce que je l'ai choisie.

15. Je donnerai à sa veuve une bénédiction abondante; je rassasierai ses pauvres de pain.

16. Je revêtirai ses prêtres d'un *vêtement* de salut, et ses saints seront tout ravis de joie.

17. C'est là que je ferai paraître la puissance de David; *car j'ai préparé une lampe* à mon christ.

18. Je couvrirai de confusion ses ennemis : mais je ferai éclater sur lui *la gloire de* ma *propre* sanctification.

14. Hæc requies mea in sæculum sæculi : hic habitabo quoniam elegi eam.

15. Viduam ejus benedicens benedicam; pauperes ejus saturabo panibus.

16. Sacerdotes ejus induam salutari; et sancti ejus exultatione exultabunt.

17. a Illuc producam cornu David, paravi lucernam christo meo. [a *Malac.* 3. 1. *Luc.* 1. 69.]

18. Inimicos ejus induam confusione : super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

PSAUME CXXXII (CXXXIII).

Sur les avantages de l'union et de la concorde.

1. Cantique des degrés.

Ah! que c'est une chose bonne et agréable que les frères soient unis ensemble!

2. C'est comme le parfum répandu sur la tête qui descend sur toute la barbe d'Aaron;

Qui descend sur le bord de son vêtement.

3. Comme la rosée du mont Hermon qui descend sur la montagne de Sion.

Car c'est là que le Seigneur répand sa bénédiction et accorde une très-longue vie.

1. Canticum graduum David.

Ecce quam bonum, et quam jucundum, habitare fratres in unum!

2. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron;

Quod descendit in oram vestimenti ejus;

3. Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in sæculum.

Psal. CXXXII. — 1. *Ecce quam bonum.* On croit que David composa ce Cantique lorsqu'il vit la guerre civile terminée et toutes les tribus réunies sous son sceptre, ne formant qu'un seul et même royaume. On peut aussi l'entendre des Juifs qui se trouvèrent, après leur dispersion, réunis dans le temple, remplissant les devoirs que la loi leur imposait. Ce Psaume peut être également considéré comme purement moral. L'auteur, sous de brillantes comparaisons empruntées au culte et à la nature, célèbre les avantages de la fraternité.

PSAUME CXXXIII (CXXXIV).

Les prêtres et les lévites sont exhortés à louer Dieu.

1. Canticum graduum.

Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini;

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

2. In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.

3. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum et terram.

1. Cantique des degrés.

Maintenant donc bénissez le Seigneur, vous tous qui êtes les serviteurs du Seigneur.

Vous qui demeurez dans la maison du Seigneur, dans les portiques de la maison de notre Dieu.

2. Elevez vos mains durant les nuits vers le sanctuaire, et bénissez le Seigneur.

3. Que le Seigneur te bénisse de Sion, lui qui a fait le ciel et la terre.

PSAUME CXXXIV (CXXXV).

Cantique et louange d'action de grâces.

Alleluia.

1. Laudate nomen Domini, laudate, servi, Dominum.

2. Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

3. Laudate Dominum, quia bonus Dominus; psallite nomini ejus, quoniam suave.

4. Quoniam Jacob elegit sibi Dominus : Israel in possessionem sibi.

1. Alleluia.

Louez le nom du Seigneur; louez le Seigneur, vous qui êtes ses serviteurs;

2. Vous qui demeurez dans la maison du Seigneur, dans les parvis de la maison de notre Dieu.

3. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon; chantez à *la gloire de* son nom, parce qu'il est plein de douceur.

4. Car le Seigneur a choisi Jacob pour être à lui : *il a choisi les enfants* d'Israël pour être sa possession.

Psal. CXXXIII. — 1. *Ecce nunc benedicite Dominum.* Ce Psaume est le dernier des Psaumes graduels. Quelques-uns l'attribuent à David, et d'autres à Salomon. D. Calmet le rapporte au temps de la dédicace du second temple après le retour de la captivité. Il a la forme dramatique. Les premiers versets sont mis dans la bouche du chef des lévites chargés de veiller dans le temple pendant la nuit. Il les exhorte à employer le temps de leur veille à louer le Seigneur. Dans le dernier verset, ce sont les lévites qui répondent en souhaitant la bénédiction du Seigneur au chef des portiers qui étaient spécialement préposés à la garde du temple.

Psal. CXXXIV. — 1. *Laudate nomen Domini.* L'objet de ce Psaume est à peu près le même que le précédent. Le Psalmiste y exhorte les prêtres et les lévites à louer le Seigneur qui a choisi Israël pour son peuple. En preuve de cette élection, il cite toutes les merveilles que Dieu a opérées en faveur de son peuple, et il oppose à ces prodiges la vanité des idoles. Cette dernière partie est une répétition du Psaume CXIII, *In exitu Israel.*

---

14. *Hæc requies mea in sæculum sæculi.* Dixit enim Dominus : Sion est locus in quo morari volo et stabilem et fixam sedem habere.

15. *Viduam ejus.* Antiqua lectio, ut constat ex Patribus, et præsertim ex Hilario, qui etiam ante Christum fuisse affirmant, hoc est, *viduam.* In Hebr. est צידה *tsedah*, quæ vox venationem aut victum significat. In græco, ut nunc habemus, et χήραν, *viduam;* sed legendum videtur θήραν venationem aut prædam ex venatione, facileque fuit litteram unam pro alia scribere, *chi* pro *theta*. Sententia est eadem; nam utraque lectio significat abundantiam ciborum fore in civitate Dei, adeo ut etiam viduæ, quæ præ aliis penuria victus laborare solent, nihil sint desideraturæ, ut etiam cæteri pauperes. — *Panibus.* Cibis saturabo; necessarium et opportunum cibum præbebo.

16. *Induam salutari.* Sanctimonia, salutari virtute et pietate. — *Et sancti ejus.* Explicatum est hoc sup. n. 9.

17. *Illuc.* In græco est, ἐκεῖ, illic. — *Producam cornu David.* David est dativi casus τῷ Δαυΐδ. Prodire faciam ipsi David cornu, robur scilicet, regnum, decus et regiam Christi majestatem. — *Paravi lucernam christo meo.* Paravi uncto meo Davidi posteritatem quæ sua claritate et gloria, quasi lampas late fulgens, ipsum etiam Davidis nomen illustrabit.

18. *Inimicos ejus.* Davidis inimicos confusione, pudore et infamia perfundam. — *Super ipsum autem.* In capite autem illius erit cum summa claritate regia corona, qua eum a me præ aliis consecratum et sanctificatum declarabo. In Hebr. est, *super ipsum florebit corona ejus.*

Psal. CXXXII. — * 1. *Quam bonum, et quam jucundum!* Huic dicto plane geminum illud Menandri. Ὡς ἡδὺς ἐν ἀδελφοῖς ὁμονοίας ἔρως, *quam dulcis est res fratrum concordans amor!* — *Habitare fratres in unum.* Concordiam inter se colere.

2. *Sicut unguentum.* Similis est hujusmodi fratrum concordia oleo ex pluribus rebus odoratis confecto. Alludit ad oleum unctionis, sive oleum sanctum cujus mentio Exod., 30, 23. — *In capite.* Quod capiti infusum defluit per barbam summi sacerdotis. Vide Levit., c. 8, v. 12. — *Quod descendit in oram vestimenti ejus.* Ora vestimenti non est inferior pars quæ pavimentum tangit, sed vestis orificium quod est circa collum, hoc est, ea apertura per quam caput in vestem inseritur. Vis similitudinis in eo videtur consistere, quod quemadmodum oleum illud pretiosum ex diversi generis aromatibus artificiose compositum suavitate odoris sui eos omnes recreabat coram quibus sparsum fuisset; ita familia, aut quilibet hominum cœtus, quorum diversa sunt ingenia et mores, miram boni exempli suaveolentiam exhalat, si inter illos charitate nectente bene conveniat et concorditer vivant.

3. *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Mons Hermon est in tribu Issachar, et quatuor fere leucis contra mare Galilææ extenditur, ea parte qua Jordanis ex illo mari egreditur. Quomodo ros montis Hermon, qui longe distat a Sion, in hunc montem descendat, alii aliter explicant. Videtur propheta more poetico locutus, quasi ex monte Hermon celsiore in montem Sion humiliorem magna roris vis effunderetur, quod nimirum Hermon perpetua nive conspersus, ex qua plurimi vapores existunt, roris materiam subministraret. Porro similitudo in hoc sita est, quasi dicat David : Concordia fratrum rori similis est, nam ut ros æstivis mensibus hominibus et agris gratissimus est, præsertim montanis, qui humorem magis desiderant quam campestres et plani, utilissimus etiam, et iis fœcundandis aptissimus; ita animorum consensio, præter voluptatem, multas in familias utilitates infert. * Simplicius cum Genebrardo sensus versiculi erit : sicut ros Hermon, et sicut ros qui descendit in montem Sion. — *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.* In locum concordiæ destinat Dominus bonorum omnium abundantiam, felicitatem, copiam et vitam sempiternam.

Psal. CXXXIII. — 1. *Servi Domini.* Levitæ, unde eorum sequitur paraphrasis, *qui statis, etc.* — *Qui statis in domo Domini.* Qui in templo versamini, rei divinæ et sacrificiorum causa. — *In atriis.* Qui statis in atriis : hoc etiam ad laicos pertinere potest, qui dum res divina fiebat a sacerdotibus, in atriis quæ erant circa templum versabantur.

2. *In noctibus.* Non solum interdiu Deum colite et orate, sed etiam nocturno tempore cum populus se ad quietem composuit, precibus insistite. * Mos fuit Hebræis pernoctare aliquando in templo preces continuando. Sic Psal. 91, 3, dicitur : *Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.* Et de Anna prophetissa, Luc., 2, 37 : *Non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die.* — *In sancta.* Versus eam templi partem quæ *sancta* dicitur : versus arcam et propitiatorium. Vel in cœlum manus et mentem attollite.

3. *Benedicat.* Videtur esse mimesis verborum levitarum, quasi dicat : O levitæ, dicite populo : Benedictione et favore prosequatur te Dominus cœli terræque conditor, etc. Vel sunt verba David bene precantis iis qui suo consilio paruerunt, quasi dicat : Si sic Deo benedixeris, o levita, tibi etiam Deus de Sion ubi habitat benedicat.

Psal. CXXXIV. — 1. *Servi.* Servi Domini, levitæ.

2. *Qui statis.* Vide dicta superiori Psalmo, n. 1, ex quo hæc repetuntur.

3. *Quoniam suave.* Psallere scilicet nomini Domini.

4. *Jacob.* Familiam Jacob, Israelitas. — *Elegit.* In populum et hæreditatem suam peculiarem, quam foveret et peculiaribus beneficiis prosequeretur.

5. Car j'ai reconnu que le Seigneur est grand, et que notre Dieu est élevé au-dessus de tous les dieux.

6. Le Seigneur a fait tout ce qu'il a voulu dans le ciel et dans la terre, dans la mer et dans tous les abîmes.

7. Il fait venir les nuées de l'extrémité de la terre. Il change les foudres en pluies.

Il fait sortir les vents de ses trésors.

8. Il a frappé les premiers-nés de l'Egypte, depuis l'homme jusqu'à la bête.

9. Et il a fait éclater des signes et des prodiges au milieu de toi, ô Egypte! contre Pharaon, et contre tous ses serviteurs.

10. Il a frappé plusieurs nations; et il a tué des rois puissants.

11. Séhon, roi des Amorrhéens, et Og, roi de Basan. Il a détruit tous les hommes de Chanaan.

12. Et il a donné leur terre en héritage à Israël : pour être l'héritage de son peuple.

13. Seigneur, votre nom subsistera éternellement, et le souvenir de votre gloire s'étendra sur toutes les races.

14. Parce que le Seigneur jugera son peuple, et qu'il se laissera fléchir aux prières de ses serviteurs.

15. Les idoles des nations sont de l'argent et de l'or, et les ouvrages des mains des hommes.

16. Elles ont une bouche, et elles ne parleront point; elles ont des yeux, et elles ne verront point;

17. Elles ont des oreilles, et elles n'entendront point : car il n'y a point d'esprit dans leur bouche.

18. Que ceux qui les font leur deviennent semblables; et tous ceux aussi qui se confient en elles.

19. Maison d'Israël, bénissez le Seigneur. Maison d'Aaron, bénissez le Seigneur.

20. Maison de Lévi, bénissez le Seigneur. Vous tous qui craignez le Seigneur, bénissez le Seigneur.

21. Que le Seigneur soit béni de Sion, lui qui habite dans Jérusalem.

5. Quia ego cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster præ omnibus diis.

6. Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cœlo, et in terra, in mari, et in omnibus abyssis.

7. a Educens nubes ab extremo terræ : fulgura in pluviam fecit. [a *Jerem.* 10. 13.]

Qui producit ventos de thesauris suis;

8. a Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus. [a *Exod.* 12. 29.]

9. Et misit signa et prodigia in medio tui, Ægypte : in Pharaonem, et in omnes servos ejus.

10. a Qui percussit gentes multas : et occidit reges fortes : [a *Jos.* 12. 1. 7.]

11. a Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan, et omnia regna Chanaan. [a *Num.* 21. 24. 35.]

12. Et dedit terram eorum hæreditatem; hæreditatem Israel populo suo.

13. Domine, nomen tuum in æternum : Domine, memoriale tuum in generationem et generationem.

14. Quia judicabit Dominus populum suum et in servis suis deprecabitur.

15. a Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. [a *Supr.* 113. 4.]

16. a Os habent, et non loquentur : oculos habent, et non videbunt. [a *Sap.* 15. 15.]

17. Aures habent, et non audient : neque enim est spiritus in ore ipsorum.

18. Similes illis fiant qui faciunt ea : et omnes qui confidunt in eis.

19. Domus Israel, benedicite Domino : domus Aaron, benedicite Domino.

20. Domus Levi, benedicite Domino : qui timetis Dominum, benedicite Domino.

21. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jerusalem.

---

5. *Quia ego cognovi.* Ad hæc vos ego invito, quia scio Deum nostrum omnium deorum esse maximum.

6. *In omnibus abyssis.* In omnibus aquarum profunditatibus. Abyssus enim locus est fundo carens.

7. *Educens nubes.* Ab ultimis terrarum oris vapores sublevans, et in nubes cogens. — *Fulgura in pluviam fecit.* In signum proximæ pluviæ, vel qui ignes fulgurum et fulminum aquis pluviarum miscet et sociat. — *De thesauris suis.* De locis absconditis et homini ignotis, de locis et causis occultis. De receptaculis, et quasi de abscondito receptaculo suo, ubi eos reclusos servat.

8. *Percussit primogenita Ægypti.* Historiam habes Exod., 12, 29. — *Ab homine usque ad pecus.* Tam hominum quam jumentorum.

9. *Et misit signa.* Edidit, patravit signa et prodigia, plagis in Pharaonem et in Ægyptum immissis. — *In medio tui.* Per te, o Ægypte; intra te. — *Servos ejus.* Subditos ejus.

10. *Gentes multas.* Gentes intelligit et reges transitum per deserta et in Chanaan prohibentes. — *Fortes.* Potentes.

11. *Sehon regem Amorrhæorum.* Historiam habes Num., 21, 24 et 35.

12. *Hæreditatem.* Populo scilicet Israelitico, ut statim subjungitur.

13. *Nomen tuum in æternum.* Nomen et famam inclytæ potentiæ tuæ nulla obliterabit oblivio. — *Memoriale tuum.* Memoria, recordatio tui. Est repetitio præcedentis hemistichii.

14. *Judicabit Dominus populum suum.* Ulciscetur, vindicabit. Italice diceremus : *Farà giustizia o ragione al suo popolo.* — *In servis suis deprecabitur.* A servis suis exorabitur, reconciliabitur, placabitur servis suis, si quando in illum peccaverint.

15. *Simulacra gentium.* Repetuntur hæc ex Psalmo 113, n. 4 et deinceps.

20. *Domus Levi.* Levitæ. — *Benedicite Domino.* Dicendo quæ sequuntur.

21. *Benedictus Dominus ex Sion.* Dominus qui habitat in Sion omni laude et prædicatione dignus est.

PSAUME CXXXV (CXXXVI).

Sur les merveilles opérées par Dieu en faveur d'Israël.

1. Alleluia.

Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in æternum misericordia ejus.

2. Confitemini Deo deorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

3. Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus.

4. Qui facit mirabilia magna solus : quoniam in æternum misericordia ejus.

5. a Qui fecit cœlos in intellectu : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Gen.* 1. 1.]

6. Qui firmavit terram super aquas : quoniam in æternum misericordia ejus.

7. Qui fecit luminaria magna : quoniam in æternum misericordia ejus.

8. Solem in potestatem diei : quoniam in æternum misericordia ejus.

9. Lunam et stellas in potestatem noctis : quoniam in æternum misericordia ejus.

10. a Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Exod.* 12. 29.]

11. a Qui eduxit Israel de medio eorum : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Exod.* 13. 17.]

12. In manu potenti, et brachio excelso : quoniam in æternum misericordia ejus.

13. Qui divisit mare Rubrum in divisiones : quoniam in æternum misericordia ejus.

1. Alleluia.

Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle.

2. Louez le Dieu des dieux, parce que sa miséricorde est éternelle.

3. Louez le Seigneur des seigneurs, parce que sa miséricorde est éternelle.

4. C'est lui qui fait seul de grands prodiges, parce que sa miséricorde est éternelle;

5. Qui a fait les cieux avec intelligence, parce que sa miséricorde est éternelle;

6. Qui a affermi la terre sur les eaux, parce que sa miséricorde est éternelle;

7. Qui a fait de grands luminaires, parce que sa miséricorde est éternelle :

8. Le soleil pour présider au jour, parce que sa miséricorde est éternelle;

9. La lune et les étoiles, pour présider à la nuit, parce que sa miséricorde est éternelle;

10. Qui a frappé l'Egypte avec ses premiers-nés, parce que sa miséricorde est éternelle;

11. Qui a fait sortir Israël du milieu d'eux, parce que sa miséricorde est éternelle;

12. Avec une main puissante et un bras élevé, parce que sa miséricorde est éternelle;

13. Qui a divisé en deux la mer Rouge, parce que sa miséricorde est éternelle;

Psal. CXXXV. — 1. *Confitemini Domino.* Ce Psaume est une énumération de toutes les merveilles que Dieu a opérées en faveur d'Israël. A chacun des faits rappelés par l'auteur, le peuple, en signe d'assentiment répète : Que la miséricorde de Dieu est éternelle. David est l'auteur de ce Psaume, et on le chanta d'abord devant l'arche (I. Par., XVI, 41). Salomon le fit chanter aussi à la dédicace du premier temple pour louer le Seigneur dont la miséricorde est éternelle (II. Par., VI, 5). On fit la même chose au retour de la captivité, à la dédicace du second temple (I. Esd., III, 10 et 11), ainsi que sous les Machabées après une insigne victoire qu'ils remportèrent (I. Machab., IV, 24).

Psal. CXXXV. — 1. *Confitemini Domino.* Laudate Dominum. — *Bonus.* Misericors, beneficus. — *Quoniam in æternum.* Quia in perpetuum duratura est misericordia ejus. Est versus intercalaris more poetico, qui in hoc Psalmo ad singulos versus repetitur. Porro versus hic intercalaris cantabatur et repetebatur a populo, ut fit in nostris litaniis, vel a levitis et sacerdotibus.

2. *Deo deorum.* Divorum, angelorum, cœlitum. Vel Deo qui eorum, qui dii appellantur, Deus est.

3. *Domino dominorum.* Deus enim est Rex regum et Dominus dominantium.

4. *Solus.* Nemo enim mirabilia ut Deus patrare potest, quia solus est omnipotens.

5. *In intellectu.* Intelligenter et sapienter.

6. *Firmavit.* Expandit, extendit, exporrexit; hoc enim significat vox hebraica רוקע *roqah* — *Super aquas.* Terram superiorem aquis constituit, dum eam supra aquas late et ample apparere et eminere voluit.

7. *Luminaria magna.* Solem et lunam.

8. *In potestatem diei.* Ut præesset diei, non tantum eum efficiendo, verum etiam motu, lumine, influxu, calore, commodum et salutarem animantibus et rebus naturalibus reddendo.

9. *In potestatem noctis.* Ut præsint nocti, illam illuminent, et in hæc etiam inferiora agant et influant.

10. *Percussit Ægyptum.* Vide Exod., 12, 29.

11. *Eduxit Israel.* Vide Exod., 13, 17.

12. *In manu potenti.* Magna plagarum et signorum vi, miranda potentia et efficacitate.

13. *In divisiones.* In duas sectiones, aquis hinc et inde stantibus, Deo illas continente ne transeuntes obruerent. ' Asseruerunt Hebræi sic mare populo transeunti cessisse, ut non unus cunctis tribubus ingressus in mare patuerit, sed divisus sit in duodecim partes, ita ut unicuique tribui sua semita ad progrediendum aperta sit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

14. Qui a fait passer Israël par le milieu, parce que sa miséricorde est éternelle;

15. Qui a renversé Pharaon et son armée dans la mer Rouge, parce que sa miséricorde est éternelle;

16. Qui a conduit son peuple dans le désert, parce que sa miséricorde est éternelle;

17. Qui a frappé de grands rois, parce que sa miséricorde est éternelle;

18. Qui a fait mourir des rois puissants, parce que sa miséricorde est éternelle;

19. Séhon, roi des Amorrhéens, parce que sa miséricorde est éternelle;

20. Et Og, roi de Basan, parce que sa miséricorde est éternelle;

21. Qui a donné leur terre en héritage à *son peuple*, parce que sa miséricorde est éternelle;

22. En héritage à Israël, son serviteur, parce que sa miséricorde est éternelle.

23. Car il s'est souvenu de nous dans notre affliction, parce que sa miséricorde est éternelle.

24. Et il nous a délivrés de nos ennemis, parce que sa miséricorde est éternelle.

25. C'est lui qui donne la nourriture à toute chair, parce que sa miséricorde est éternelle.

26. Louez le Dieu du ciel, parce que sa miséricorde est éternelle.

Louez le Seigneur des seigneurs, parce que sa miséricorde est éternelle.

14. Et eduxit Israel per medium ejus : quoniam in æternum misericordia ejus.

15. a Et excussit Pharaonem, et virtutem ejus in mari Rubro : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Exod.* 14. 28.]

16. Qui traduxit populum suum per desertum : quoniam in æternum misericordia ejus.

17. Qui percussit reges magnos; quoniam in æternum misericordia ejus.

18. a Et occidit reges fortes : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Num.* 21. 24.]

19. Sehon regem Amorrhæorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

20. a Et Og regem Basan : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Num.* 21. 33.]

21. a Et dedit terram eorum hæreditatem : quoniam in æternum misericordia ejus. [a *Jos.* 13. 7.]

22. Hæreditatem Israel servo suo : quoniam in æternum misericordia ejus.

23. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : quoniam in æternum misericordia ejus.

24. Et redemit nos ab inimicis nostris : quoniam in æternum misericordia ejus.

25. Qui dat escam omni carni : quoniam in æternum misericordia ejus.

26. Confitemini Deo cœli : quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Domino dominorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

PSAUME CXXXVI (CXXXVII).

Sentiments des Juifs captifs à Babylone.

1. Psaume de David, pour Jérémie.

Nous nous sommes assis sur le bord des fleuves de Babylone, et là, nous avons pleuré en nous souvenant de Sion.

1. Psalmus David, Jeremiæ.

Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.

Psal. CXXXVI. — 1. *Super flumina Babylonis.* Ce Psaume exprime les pieux sentiments des Juifs durant la captivité. Ils gémissaient au milieu des nations étrangères dont ils subissaient le joug, et ils n'avaient d'autre consolation que de penser à la ville sainte qu'ils espéraient voir un jour. Cette situation est l'image de l'état des vrais chrétiens qui considèrent cette terre comme un exil et qui soupirent constamment après la cité permanente dont parle saint Paul (Heb. XI, 10, XIII, 14).

14. *Per medium ejus.* Per medium maris alveum, donec in oppositum littus evaderent.

15. *Excussit.* Pharaonem, e curru excussum præcipitavit et submersit in mari. — *Virtutem.* Exercitum.

16. *Traduxit.* Deduxit. Hebr., *ambulare fecit.*

18. *Reges fortes.* Vide Psalmo superiori, v. 10 et deinceps, ubi hæc explicata sunt.

23. *In humilitate nostra.* Afflictione et miserabili conditione, cum scilicet magnis calamitatibus pressi jacuerimus.

24. *Redemit.* Eripuit.

25. *Escam.* Cibum; ea quæ ad victum sunt necessaria aut opportuna.

26. *Deo cœli.* Qui cœlum condidit et inhabitat.

Psal. CXXXVI. — *Jeremiæ.* Non significatur Jeremiam Babylone fuisse, sed Psalmum a Davide compositum prævidente et præcinente captivitatem Babylonicam, quam postea imminentem Jeremias prædicavit, et præsentem deploravit.

* 1. *Flumina.* Euphrates, Tigris et Eulæus Babylonium regnum interfluunt. Euphrates autem mediam civitatem Babylonicam dividit. — *Babylonis.* Terræ Chaldææ et Babyloniæ; Babylon enim hic non urbem hujus nominis, sed regionem significat. — *Illic.* In Babylone exules a patria, et captivi. — *Sedimus.* Qui habitus est mœrentium et lugentium. * Sic II. Esdræ, c. 1, 4 : *Sedi, et flevi, et luxi.*

---

2. In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra.

3. Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum :

Et qui abduxerunt nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

5. Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.

6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui :

Si non proposuero Jerusalem, in principio lætitiæ meæ.

7. Memor esto, Domine, filiorum Edom, in die Jerusalem :

Qui dicunt : Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.

8. Filia Babylonis misera; beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.

9. Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.

2. Nous avons suspendu nos instruments de musique aux saules qui sont au milieu de cette contrée.

3. Car ceux qui nous avaient emmenés captifs nous demandaient que nous chantassions des cantiques;

Et ceux qui nous avaient enlevés *nous disaient* : Chantez-nous de ces cantiques de *joie que vous chantiez dans* Sion.

4. Comment chanterons-nous un cantique du Seigneur dans une terre étrangère?

5. *Oui*, si je t'oublie, ô Jérusalem! que ma main droite oublie *tout ce qu'elle fait.*

6. Que ma langue soit attachée à mon gosier, si je ne me souviens point de toi!

Si je ne me propose pas Jérusalem comme le principal sujet de ma joie.

7. Souvenez-vous, Seigneur, des enfants d'Edom, au jour de *la prise* de Jérusalem,

Lorsqu'ils disaient : Exterminez *cette ville*, et abattez jusqu'à ses fondements.

8. Malheur à toi, fille de Babylone. Heureux qui te rendra tous les maux que tu nous as fait souffrir.

9. Heureux celui qui prendra tes petits enfants et qui les brisera contre la pierre.

PSAUME CXXXVII (CXXXVIII).

Sur la miséricorde et la bonté de Dieu.

1. Ipsi David.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; quoniam audisti verba oris mei.

1. Pour David.

Je vous louerai, Seigneur, *et* vous rendrai grâces de tout mon cœur, parce que vous avez écouté les paroles de ma bouche.

---

9. *Beatus qui tenebit.* Ces paroles se rapportent à Cyrus qui fut le ministre des vengeances du Seigneur contre Babylone et dont le règne fut glorieux et prospère.

Psal. CXXXVII. — 1. *Confitebor tibi.* Ce Psaume est de David. Il le composa lorsqu'après

2. *In salicibus.* Ad salices juxta marginem ripæ suspendimus citharas nostras silentes. — *In medio ejus.* Babylonicæ regionis.

3. *Interrogaverunt nos.* Partim serio et curiose, partim ironice postulaverunt a nobis. — *Verba cantionum.* Ut musicis instrumentis sociaremus aliquam ex sacris cantionibus nostris. — *Qui abduxerunt nos.* In captivitatem. — *Hymnum.* Vox hebræa שמחה *simcha*, significat *lætitiam*, lætum carmen, quale canere solebatis in Sion.

4. *Quomodo cantabimus.* Responsio captivorum canere recusantium, et dicentium non posse se lætum carmen modulari, cum captivi sint et in ærumnis versentur. * *Musica in luctu importuna narratio.* Eccli., 26, 6.

5. *Si oblitus fuero tui Jerusalem.* Quasi dicant : Susceptum hunc a nobis luctum ob memoriam tui, o Sion, nullo unquam exilii hujus tempore deponemus. — *Oblivioni detur dextera mea.* Si tui oblitus, Jerusalem, vacare cœpero lætis cantibus et musicis instrumentis ludere, faxit Deus ut dextera mea, qua tentavero pulsare fides, protinus obstupescat, inhabilis atque impotens pulsandi.

6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis.* Elinguis fiam, ne possim canere vel loqui. — *Si non meminero tui.* Si sanctæ civitatis oblitus, lætitiæ et cantibus indulsero. — *Si non proposuero.* Si non proposuero Jerusalem summæ lætitiæ; si non statuero Jerusalem præcipuum caput et argumentum esse lætitiæ meæ. In Hebr., est, *si non ascendere fecero Jerusalem super caput lætitiæ meæ.* * Si non pluris fecero recordationem urbis nostræ eversæ, quam summa quæ mihi in exilio contingere possint gaudia.

7. *Memor esto.* Precatur, aut prædicit exitium Idumæis, qui Babylonios contra se incitaverant. — *Filiorum Edom.* Idumæorum, qui sic appellati sunt ab Edom, hoc est, ab Esau, qui etiam Edom dictus est. — *In die Jerusalem.* Vel sensus est : recordare eorum, secundum ea quæ fecerunt adversus nos in die vastationis Jerusalem, quid eo scelere meriti sint, etc. Vel memento Idumæorum, qui quo die hostiliter vastabatur Jerusalem, clamabant : Exinanite, etc. — *Exinanite.* Eam funditus evertite, e fundamentis ipsis eam convellite et eruite. — *In ea.* Ejus.

8. *Filia Babylonis.* Babylon, vel Babylonii; nam civium et habitantium multitudo eam rationem habet ad civitatem, vel gentem, quam filia ad matrem. — *Misera.* Hebr., *devastata*, id est, quæ est devastanda. — *Beatus.* Bene illi sit, aut erit. — *Retribuet.* Qui digna tuis factis tibi rependet. — *Quam retribuisti nobis.* Talia regerens tibi, qualia nobis mala intulisti.

9. *Tenebit.* Apprehendet, corripiet. — *Allidet.* Qui tuos infantulos saxis illisos pari sævitia occidet.

Psal. CXXXVII. — 1. *Confitebor tibi.* Laudabo te. — *In conspectu angelorum.* Hebr., *coram divis*, coram angelis. Aliqui de cherubinis propitiatorii intelligunt.

Je célébrerai votre gloire à la vue des anges;

2. J'adorerai dans votre saint temple, et je publierai les louanges de votre nom,

Sur le sujet de votre miséricorde et de votre vérité, car vous avez élevé au-dessus de tout votre saint nom.

3. En quelque jour que je vous invoque, exaucez-moi, vous augmenterez ainsi la force de mon âme.

4. Que tous les rois de la terre vous louent, Seigneur, parce qu'ils ont entendu toutes les paroles de votre bouche,

5. Et qu'ils chantent les voies du Seigneur, parce que la gloire du Seigneur est grande.

6. Car le Seigneur est très-élevé; et il a regardé les choses basses; et ne voit que de loin les choses hautes.

7. Aussi quand je marcherais *à présent* au milieu des plus grandes afflictions, *j'espérerai toujours que* vous me sauverez la vie. Et, vous avez étendu la main contre la fureur de mes ennemis, et votre droite m'a sauvé.

8. Le Seigneur prendra ma défense. *Oui*, Seigneur, votre miséricorde est éternelle. Ne méprisez *donc* pas les ouvrages de vos mains.

In conspectu angelorum psallam tibi;

2. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo,

Super misericordia tua, et veritate tua; quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

3. In quacumque die invocavero te, exaudi me; multiplicabis in anima mea virtutem.

4. Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ; quia audierunt omnia verba oris tui.

5. Et cantent in viis Domini; quoniam magna est gloria Domini.

6. Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit; et alta a longe cognoscit.

7. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me; et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

8. Dominus retribuet pro me; Domine, misericordia tua in sæculum, opera manuum tuarum ne despicias.

PSAUME CXXXVIII (CXXXIX).

Sur la science infinie de Dieu.

1. Pour la fin, Psaume de David.

Seigneur, vous m'avez éprouvé, et vous m'avez connu;

2. Vous m'avez connu, soit que je fusse assis, ou que je fusse levé.

1. In finem, Psalmus David.

Domine, probasti me, et cognovisti me;

2. Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

la guerre de Syrie, il se vit délivré tant à l'intérieur qu'à l'extérieur de tous ses ennemis. Il renvoie à Dieu la gloire de ses succès, et il reconnaît qu'ils sont le fruit des prières qu'il lui a adressées. Il invite tous les rois de la terre à louer le Seigneur comme il le fait. Le Seigneur a tenu envers lui ses promesses, et il espère qu'il lui accordera toujours la même protection. C'est ce qui le remplit de confiance pour l'avenir.

5. *Et cantent in viis.* On peut aussi entendre ces voies des chemins qui conduisaient au temple, et traduire : Qu'ils aillent à Jérusalem, qu'ils prient le Seigneur dans son temple et qu'ils le comblent de leurs dons, parce que, etc.

Psal. CXXXVIII. — 1. *Domine, probasti me.* Dans ce Psaume, David nous peint la science infinie de Dieu qui embrasse tous les lieux et qui pénètre jusque dans les pensées les plus secrètes de l'homme. La pensée qu'il avait de cette connaissance lui a été d'un grand secours pour comprimer ses passions. Ses ennemis ayant élevé différentes accusations contre lui, il invoque comme témoin de son innocence le Seigneur qui sait tout, et il jure en sa présence n'avoir jamais haï que les méchants.

---

2. *Ad templum sanctum tuum.* In templo, vel versus templum. — *Confitebor nomini tuo.* Nomen tuum laudabo. — *Super misericordia tua.* Misericordiam tuam laudabo, celebrabo te propter misericordiam tuam. — *Veritate tua.* Fidelitate promissorum tuorum. — *Magnificasti.* Celebre et inclytum fecisti nomen tuum. — *Super omne.* Super omnem rem, super omnia.

3. *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Vires et animos mihi addes.

4. *Confiteantur tibi.* Laudent te. — *Audierunt.* Cum audierint te oris tui promissa ad unguem implesse.

5. *In viis Domini.* Cantet vias Domini, facta et consilia ejus mirabilia.

6. *Excelsus Dominus.* Qui licet sublimi solio in cœlo resideat, non tamen respicere dedignatur humiles, et illis prospicere. — *Alta a longe cognoscit.* Superbos quasi e longinquo despicit, non se ad illos demittit, ut cum illis familiariter agat, sed potius se ab illis abducit.

7. *Vivificabis me.* In vita me conservabis. — *Et super iram.* Et contra furentem hostium impetum tutum servabis et incolumem, protensa in auxilium meum dextera tua.

8. *Dominus retribuet pro me.* Me ulciscetur, rependet vicem hostibus pro me. — *Domine misericordia tua in sæculum.* Nam misericordia tua non est instabilis, aut momentanea. — *Opera manuum tuarum.* Me qui sum opus manuum tuarum non negliges, sed mihi aderis, et e malis eripies. In Hebr. est, *facta manuum tuarum non dimittas;* quasi dicat : quod a te inchoatum et imperfectum ne relinquas.

Psal. CXXXVIII. — 1. *Probasti me.* Probatum, exploratum et perspectum habes.

2. *Sessionem meam.* Tu me sedentis otia, tu stationes meas incessusque meos perspexisti. Nec solum habitus corporis, sed quæ his significantur, scilicet quandonam, cur et quomodo vexandus essem et premendus, et rursus excitandus, erigendus, et feliciori statui restituendus.

3. Intellexisti cogitationes meas de longe; semitam meam, et funiculum meum investigasti.

4. Et omnes vias meas prævidisti; quia non est sermo in lingua mea.

5. Ecce Domine, tu cognovisti omnia, novissima et antiqua; tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

6. Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, et non potero ad eam.

7. Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam?

8. [a] Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. [a *Amos.* 9. 2.]

9. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris;

10. Etenim illuc manus tua deducet me; et tenebit me dextera tua.

11. Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me; et nox illuminatio mea in deliciis meis.

12. Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur; sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.

3. Vous avez découvert de loin mes pensées; vous avez remarqué le sentier par lequel je marche, et toute la suite de ma vie.

4. Vous avez prévu toutes mes voies; et avant même que ma langue ait proféré quelque parole, *vous la savez.*

5. Oui, Seigneur, tout vous est connu, l'avenir et le passé. C'est vous qui m'avez formé, et qui avez mis la main sur moi pour me créer.

6. Vous pénétrez tout ce qui est en moi, d'une manière admirable; *et* votre science est si élevée que je ne pourrai jamais la concevoir.

7. Où irai-je pour me dérober à votre esprit, et où fuirai-je pour me cacher à *la lumière de* votre visage?

8. Si je monte dans le ciel, vous y faites votre demeure; si je descends dans l'enfer, vous y êtes présent.

9. Si je prends dès le matin les ailes *de l'aurore*, et que j'aille demeurer aux extrémités de la mer,

10. Votre main même m'y conduira, et ce sera votre droite qui me soutiendra.

11. J'ai dit : Peut-être que les ténèbres me cacheront. Mais la nuit même devient toute lumineuse, pour me découvrir à vous dans mes plaisirs *les plus secrets.*

12. Car les ténèbres n'ont aucune obscurité pour vous; et la nuit est *devant vous* aussi claire que le jour; *car* les ténèbres de la nuit sont à votre égard comme la lumière du jour.

3. *Funiculum meum investigasti.* Le mot *funiculus*, corde, se prend ici pour la mesure et la durée de la vie. Les Égyptiens évaluaient les distances par cordes, comme nous par toises ou par mètres; de là cette expression employée par les Septante.

---

3. *De longe.* Multo antequam illos concipiam; ab æterno. — *Semitam meam.* Viam meam actiones meas. — *Funiculum meum.* Involutas, ut in glomo, variis spiris actiones meas clare nosti. * Pro funiculo Græci habent τὴν σχοῖνον, quæ vox *juncum* significat, vel funem ex junco plexum. Est etiam σχοῖνος mensura certi itineris Ægyptiaca, et de qua Plin., l. 22, c. 14; quare funiculus et semita idem fortasse hic sunt, ita ut sit usitata, in Psalmis præsertim ejusdem rei repetitio.

4. *Non est sermo in lingua mea.* Omnia verba mea tibi cognita sunt.

5. *Novissima et antiqua.* Nova et vetera. * In Hebræo est, *retro et ante tu me formasti.* Simile illud Job : *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu*, cap. 10, 8. — *Tu formasti me.* Quasi dicat : Mirum non est si omnia mea nosti, cum tu ipse me formaveris. — *Posuisti super me manum tuam.* Admovisti mihi manus, ut me quasi lutum fingeres : est enim metaphora sumpta a figulis.

6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Tui cognitio, quæ ex me et mei productione et opificio gignitur, est mirabilis. Me ipsum noscens, excellentiam tuæ sapientiæ et eximiam tuam potentiam agnosco. — *Confortata est.* Hebræus habet, *elevata est*, sublimis admodum est scientia illa tui, ut ad illam aspirare et pervenire non possim. Agnosco te sapientissimum esse et potentissimum; sed sapientiæ istius rationes plane assequi non possum. — *Non potero ad eam.* Pervenire.

8. *Quo ibo a spiritu tuo!* Si mihi iratus fueris, quo me recipiam! Spiritus hic, ut alibi iram significat : sic Isaiæ 30, 28 : *Spiritus ejus velut torrens inundans.* — *A facie tua.* Irata.

9. *Si sumpsero pennas meas diluculo.* In hebræo est, *si sumpsero pennas diluculi*, sive auroræ. Aurora enim, solis prænuntia, momento totum hemisphærium pervadit. Si pennas velocissimas sumam, quales auroræ. Nostræ versionis Vulgatæ sententia est : Si dentur mihi pennæ et alas mihi aptare possim, et mane surgens velocissime fugiam ab oriente, et habitem in extremis maris, id est, in ultimo occidente, non tamen te potero effugere.

10. *Illuc manus tua deducet me.* Nam sine Dei auxilio moveri non possumus, et quocumque imus, Deo nos portante imus; nam *in ipso... vivimus, movemur, et sumus*, Act. 17, 28. — *Tenebit me.* Quasi captivum, ut effugere nequeam. Vel tenebit me illuc delatum.

11. *Et dixi.* Quod si dixero. — *Tenebræ conculcabunt me.* Densa caligo me involvet, et oculis tuis subducet. Quod in terra pedibus calcatur, ab oculis subtrahitur. S. Hieron. vertit, *operient me.* — *Et nox illuminatio mea.* In hebræo est, *et nox lux est circa me.* Adeo non me tegent tenebræ, ut potius me sint proditura oculis tuis, quibus omnia patent et lucida sunt. — *In deliciis meis.* In hebræo est, בעדני *bahadenni : circa me.* Sed LXX deduxerunt hanc vocem ab עדן *Aeden*, quod significat voluntatem, et bene verterunt *in deliciis meis*, scilicet versantem, quasi dicat : Si tenebras captavero, et voluptati indulsero, oculos tuos non fugiam.

12. *Non obscurabuntur a te.* Tibi obscuræ non erunt. — *Sicut tenebræ ejus.* Deo perinde est sive dies sit, sive nox; nam æque omnia semper videt.

13. Parce que mes reins vous appartiennent, *puisque c'est* vous *qui* m'avez formé dès le ventre de ma mère.

14. Je vous louerai, parce que votre grandeur a éclaté d'une manière étonnante. Vos œuvres sont admirables : et mon âme en est toute pénétrée.

15. Aucun de mes os ne vous est caché, à vous qui les avez faits dans un lieu obscur, et ma substance dans les parties les plus basses de la terre.

16. Vos yeux m'ont vu lorsque j'étais encore tout informe : et tous *les hommes* sont *de même* écrits dans votre livre. Ils se forment chaque jour : et aucun ne manque *d'y être écrit*.

17. Mais, je vois, mon Dieu, que vous avez honoré d'une façon toute particulière vos amis; car leur empire s'est affermi *et augmenté* extraordinairement.

18. Si j'entreprends de les compter, je trouverai que leur nombre surpasse celui des grains de sable *de la mer*; et quand je me lève, je me trouve encore devant vous.

19. Si *donc* vous tuez, ô Dieu! les pécheurs, *ne me perdez pas avec eux*. Hommes sanguinaires, éloignez-vous de moi,

13. Quia tu possedisti renes meos; suscepisti me de utero matris meæ.

14. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es; mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

15. Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto; et substantia mea in inferioribus terræ.

16. Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur; dies formabuntur, et nemo in eis.

17. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.

18. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur; exsurrexi, et adhuc sum tecum.

19. Si occideris, Deus, peccatores; viri sanguinum declinate a me;

15. *Non est occultatum.* D'après l'Hébreu : Mon corps ne vous a point été caché lorsque j'ai été formé dans le secret, dans le sein de ma mère, et ma substance ne vous sera point inconnue lorsque je serai descendu dans les parties les plus basses de la terre. Dans l'Écriture, cette expression, *inferiora terræ*, signifie souvent le tombeau ou l'enfer (Ps. LXII, 9 et *passim*).

16. *Dies formabuntur.* D'après l'Hébreu : Tous mes jours ont été écrits dans votre livre, ils seront formés et ils se succéderont par ordre sans qu'il en manque un seul.

17. *Mihi autem nimis honorificati sunt.* Voici, d'après l'Hébreu, la dernière partie de ce Psaume : Que vos amis, ô mon Dieu, me sont chers et précieux! que ceux qui en sont les chefs et les princes sont élevés en puissance et en honneur! Si j'entreprends de les compter, je trouverai que leur multitude surpasse le sable de la mer. Voici que je m'éveille et je suis encore auprès de vous. (Les Pères expliquent ceci de la résurrection de Jésus-Christ, et ce sont les paroles que l'Église a choisies pour l'introït de Pâques.) Certainement, ô Dieu, vous tuerez l'impie, et ces hommes sanguinaires s'éloigneront de moi : ces hommes qui vous irritent par leurs crimes et qui s'élèvent avec tant d'orgueil contre vous. Seigneur, ne hais-je pas ceux qui vous haïssent! Et ne séché-je pas de zèle contre ceux qui s'élèvent contre vous! Je les hais d'une haine parfaite et entière; ils sont devenus mes ennemis. O Dieu puissant, examinez-moi et prenez connaissance de mon cœur; sondez-moi et prenez connaissance de mes pensées. Voyez s'il y a en moi quelque voie digne de la douleur et de l'affliction que j'éprouve, et conduisez-moi dans la voie de l'éternité (Bible de Vence).

---

13. *Possedisti renes meos.* Omnia intima mea fecisti, et nosti affectus meos, studia, consilia. In hebræo est, קָנִיתָ *quanitha*, quod significat producere, et titulo productionis possidere ut rem suam. — *Suscepisti me de utero.* Adjuvisti, protexisti a primo mei origine. In hebræo est, *texisti me in utero matris meæ.*

14. *Confitebor tibi.* Laudabo te. — *Terribiliter magnificatus.* Magnus et admirabilis apparuisti in meo opificio. — *Anima mea cognoscit nimis.* Mirabilia sane opera tua sunt, quod probe cognosco. Italice diceremus : *Lo veggo, l'intendo, pur troppo.*

15. *Non est occultatum os meum a te.* Ossium meorum numerum nosti. Nullum os meum te latet. — *Fecisti in occulto.* Elaborasti in intimis visceribus matris meæ. — *Et substantia mea.* Non est occultata a te. In hebræo est, רֻקַּמְתִּי *ruquamthi*, *variegatus sum*, varietate membrorum et potentiarum ornatus. — *In inferioribus terræ.* In visceribus materni uteri, quasi in antro abdito terræ.

16. *Imperfectum meum.* Corpus meum nondum perfectum, nec suis organis formatum. — *In libro tuo.* In tua notitia et memoria. — *Dies formabuntur, et nemo in eis.* Dies diebus succedent, et novi existent, et nullus in tua notitia et tuo libro deerit; omnes ibi erunt distincte descripti.

17. *Mihi autem.* Est altera pars Psalmi, qua docet præsertim apud Dei amicos, divinam vigere providentiam. — *Mihi.* Apud me; ut ego quidem sentio. — *Nimis.* Valde. — *Principatus eorum.* Excellentia et dignitas eorum.

18. *Dinumerabo eos.* Si amicos tuos dinumerare aggrediar, perinde fecerim ac si arenæ numerum inire coner. — *Exsurrexi, et adhuc sum tecum.* Quasi dicat : Videns tam multos esse amicos tuos, et me in illis censendum speravi; itaque excitavi me, et tecum persistere statui, uni tibi vivere et placere studens.

19. *Si occideris Deus peccatores.* Si occidere volueris peccatores, et eos perdere, ut sane voles : quandoquidem perdere voles peccatores, idcirco impii a me facessite, ne eodem vobiscum exitio involvar. — *Viri sanguinum.* Homicidiæ. Homicidarum potius meminit, quam alterius generis improborum, et quia homicidium est scelus gravissimum; et quia descripserat fabricationem hominis admirabilem.

20. Quia dicitis in cogitatione : Accipient in vanitate civitates tuas.

21. Nonne qui oderunt te, Domine, oderam; et super inimicos tuos tabescebam?

22. Perfecto odio oderam illos; et inimici facti sunt mihi.

23. Proba me, Deus, et scito cor meum, interroga me, et cognosce semitas meas.

24. Et vide, si via iniquitatis in me est; et deduc me in via æterna.

20. Parce que vous dites *au Seigneur*, dans votre pensée : C'est en vain que vos *Israélites* deviendront maîtres de vos villes.

21. Seigneur, n'ai-je pas haï ceux qui vous haïssaient? et ne séchais-je pas de douleur à cause de vos ennemis?

22. Je les haïssais d'une haine parfaite, et ils sont devenus mes ennemis.

23. *Cependant*, ô Dieu! éprouvez-moi, et sondez mon cœur. Interrogez-moi, et connaissez les sentiers par lesquels je marche.

24. Voyez si la voie de l'iniquité *ne se trouve point* en moi, et conduisez-moi dans la voie éternelle.

PSAUME CXXXIX (CXL).

Quel sera le sort des méchants.

1. In finem, Psalmus David.

2. Eripe me, Domine, ab homine malo; a viro iniquo eripe me.

3. Qui cogitaverunt iniquitates in corde; tota die constituebant prælia.

4. a Acuerunt linguas suas sicut serpentis; venenum aspidum sub labiis eorum. [a *Supr.* 5. 11. *Rom.* 3. 13.]

5. Custodi me, Domine, de manu peccatoris; et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos;

6. Absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum; juxta iter scandalum posuerunt mihi.

7. Dixi Domino : Deus meus es tu; exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.

1. Pour la fin, Psaume de David.

2. Délivrez-moi, Seigneur, de l'homme méchant; délivrez-moi de l'homme injuste.

3. Ceux qui ne pensent dans leur cœur qu'à commettre des injustices me livraient tous les jours des combats.

4. Ils ont aiguisé leurs langues comme celle du serpent : le venin des aspics est sous leurs lèvres.

5. Seigneur, préservez-moi de la main du pécheur; et délivrez-moi des hommes injustes,

Qui ne pensent qu'à me faire tomber;

6. *Les superbes* m'ont dressé des piéges en secret.

Ils ont tendu des filets, pour me surprendre; et ils ont mis près du chemin de quoi me faire tomber.

7. *Mais* j'ai dit au Seigneur : Vous êtes mon Dieu : exaucez, Seigneur, la voix de mon humble supplication.

PSAL. CXXXIX. — 2. *Eripe me, Domine.* Le méchant dont David demande ici à être délivré est Achitophel qui, après avoir été comblé de ses bienfaits, l'avait trahi et l'avait attaqué par les armes et la calomnie (II. Reg., XV, XVII). David ayant été la figure de Jésus-Christ, on peut appliquer ce Psaume au Messie. Le Roi-Prophète encourage ici tous les hommes au bien en leur montrant que les méchants finissent toujours par être punis, tandis que les justes triomphent.

---

20. *Quia dicitis in cogitatione.* Quia cogitatis intra vos, et dicitis. — *Accipient in vanitate civitates tuas.* Frustra accipient civitates tuas. Nihil proderit justis quod intra civitates tuas, in medio populi tui habitent; nam eos inde exturbabimus, eosque perdemus.

21. *Nonne qui oderunt te.* Tu mihi testis es, Domine, qui optime nosti me odisse eos qui te adversantur et oderunt, tantamque esse vim odii et zeli, ut tabescam et deficiam. — *Super inimicos tuos.* Inimicorum tuorum causa. Dolens honorem tuum ab inimicis tuis violari.

22. *Perfecto odio.* Plane oderam; magno, capitali et consummato odio prosequebar. — *Inimici facti sunt mihi.* Et quia inimici tui erant, volui etiam ego illis esse inimicus.

23. *Proba me Deus.* Cognosce, explora cor meum, an ita sit, ut ego profiteor. — *Semitas meas.* In Hebr. est, *ramos meos;* sic enim appellat cogitationes et sensa animi, quæ e mente fluunt ut rami ex arbore.

24. *Via iniquitatis.* Via iniqua, si mentior, et res aliter se habet quam dico. — *Et deduc me in via æterna.* Et cum me ita comparatum esse inveneris, auxilio tuo mihi adsis, ut viam quæ ad æternitatem ducit, tua ope adjutus insistere valeam.

PSAL. CXXXIX. — 3. *Cogitaverunt iniquitates.* Machinati sunt inique me perdere. — *Tota die constituebant prælia.* Assidue parabant prælia contra justos, nihil aliud meditantes quam quomodo justos oppugnare et expugnare possent.

4. *Acuerunt linguas suas.* Exeruerunt, expediverunt acutas et serpentinas linguas suas contra me. — *Venenum aspidum.* Quod est maxime mortiferum.

5. *Custodi me.* Eripe me, vel tutum præsta a petitionibus peccatorum. — *Supplantare gressus meos.* In terram me dejicere, affligere, proterere et perdere.

6. *Absconderunt... laqueum.* Tendiculas et insidias occulte instruxerunt. — *Extenderunt in laqueum.* Funes disposuerunt et extenderunt in modum laquei. — *Scandalum.* Offendicula, in quæ impingerem et ruerem.

8. Seigneur, Seigneur, qui êtes toute la force d'où dépend mon salut, vous avez mis ma tête à couvert au jour du combat.

9. Seigneur, ne me livrez pas au pécheur, selon le désir qu'il a de me perdre. Toutes leurs pensées sont contre moi. Ne m'abandonnez pas, de peur qu'ils ne s'enflent d'orgueil.

10. Toute la malignité de leurs détours et tout le mal que leurs lèvres s'efforcent de me faire les accablera eux-mêmes.

11. Des charbons tomberont sur eux. Vous les précipiterez dans un feu *qui ne s'éteindra jamais* : et ils ne pourront subsister dans les malheurs *où ils se trouveront plongés*.

12. *Car* l'homme qui se laisse emporter par sa langue, ne prospérera point sur la terre : l'homme injuste se trouvera accablé de maux à la mort.

13. *Car* je sais que le Seigneur fera *alors* justice à celui qui est affligé, et qu'il vengera les pauvres.

14. Et ainsi les justes loueront votre nom, *Seigneur*; et ceux qui ont le cœur droit demeureront *toujours* en votre présence.

8. Domine, Domine, virtus salutis meæ; obumbrasti super caput meum in die belli;

9. Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori; cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

10. Caput circuitus eorum; labor labiorum ipsorum operiet eos.

11. Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos; in miseriis non subsistent.

12. Vir linguosus non dirigetur in terra; virum injustum mala capient in interitu.

13. Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, et vindictam pauperum.

14. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo; et habitabunt recti cum vultu tuo.

PSAUME CXL (CXLI).

David implore le secours de Dieu contre les perfides attaques de leurs ennemis.

1. Psaume de David.

Seigneur, j'ai crié vers vous, exaucez-moi; écoutez ma voix, lorsque je pousserai mes cris vers vous.

2. Que ma prière s'élève vers vous, comme la fumée de l'encens : que l'élévation de mes mains *vous soit agréable* comme le sacrifice du soir.

3. Mettez, Seigneur, une garde à ma bouche et une porte à mes lèvres, qui les ferme exactement.

4. Ne souffrez point que mon cœur se laisse aller à des paroles de malice *qui ne tendent qu'à* chercher des excuses à mes péchés,

Comme font les hommes qui commettent l'iniquité; et *ne permettez pas que* je prenne aucune part à ce qu'ils trouvent de plus délicieux.

5. Que le juste me reprenne et me corrige avec charité; mais que l'huile du pécheur *ne parfume* et n'engraisse point ma tête.

J'opposerai ma prière à toutes les choses qui flattent leur cupidité :

6. *De peur qu'il ne m'arrive comme* à leurs juges, qui ont été précipités et brisés contre la pierre.

Ces châtiments, qui ont été l'effet de ma prière, pourront servir à mes ennemis qui en ont été témoins; et peut-être qu'enfin ils écouteront mes paroles, parce qu'ils *voient qu'*elles sont puissantes *et efficaces auprès de vous, ô mon Dieu!*

7. *Car* comme une terre dure et serrée, étant rompue *avec le soc*, est renversée sur une *autre* terre;

1. Psalmus David.

Domine, clamavi ad te, exaudi me; intende voci meæ, cum clamavero ad te.

2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

3. Pone, Domine, custodiam ori meo; et ostium circumstantiæ labiis meis.

4. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem, et non communicabo cum electis eorum.

5. Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum;

6. Absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt;

7. Sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

PSAL. CXL. — 1. *Domine, clamavi ad te.* Le P. de Carrières dit que David a composé ce Psaume après la révolte d'Absalom et la mort d'Achitophel. Ce saint roi se souvenant alors de l'avantage qu'il avait tiré des avis du prophète Nathan, de la docilité avec laquelle il les avait reçus, de l'humilité avec laquelle il avait confessé son crime, prie Dieu de ne jamais souffrir qu'il se laisse aller à des paroles de malice pour excuser ses péchés; de ne point permettre que les méchants le corrompent par leurs flatteries, mais de faire toujours que le juste le reprenne et le corrige avec charité.

2. *Dirigatur oratio mea.* Dans son commentaire, le P. de Carrières ajoute : « Comme la fumée de l'encens qu'on vous offre le matin. » Mais rien n'oblige d'entendre ceci du matin, puisqu'on offrait de l'encens deux fois par jour, le matin et le soir (Exod., XXX, 7 et 8). On offrait chaque jour, en holocauste, deux agneaux, l'un à neuf heures du matin et l'autre à trois heures du soir. Ces holocaustes étaient accompagnés d'une oblation de farine et d'une effusion de vin; c'est cette oblation qu'on désignait sous le nom d'offrande (Ex., XXIX, 38-42).

---

8. *Virtus salutis meæ.* Robur salutis meæ, in quo spem salutis meæ constituto. — *Obumbrasti super caput...* Quasi protenso brachio tegens me clypeo.

9. *A desiderio meo peccatori.* In Hebræo est, *ne tradas, Domine, desideria impii.* Ne concedas impio id quod optat, ne me tradas peccatoris libidini et potestati. Vulgatæ nostræ sensus esse potest : ne tradas me a desiderio meo, id est, postquam te desideravi, appetivi, amavi, invocavi. * Vel contra quam opto. — *Cogitaverunt contra me.* Malum machinati sunt. — *Ne forte exaltentur.* Ne superbia erigantur et sibi placeant, quod me everterint et oppresserint.

10. *Caput circuitus eorum.* Id quod est caput et summa insidiarum suarum, quibus me circumdare et circumvenire student, nempe afflictio illa et pernicies quam labiis suis mihi afferre parant, eos involvet, obruet et perdet. * Vox Hebræa ראש et venenum significat et caput. Itaque sensus esse potest : venenum circumvenientium me, opus labiorum ipsorum, ipsos operiat. Id est, in ipsos recidant calumniæ quibus exitium mihi struunt.

11. *Carbones.* Ultrices flammæ. Alludit ad ignem, quo Pentapolis conflagravit. — *In miseriis non subsistent.* Miseriis gravissimis quas sustinere non poterunt, afficientur.

12. *Linguosus.* Maledicus, mendax, calumniator. — *Non dirigetur.* Non prosperabitur. — *Mala capient.* In græco est, θηρεύσει, *venabuntur*, quasi venatu capient. — *In interitu.* Quando interibit, vel usque ad interitum. Mala apprehendent et perdent virum injustum.

13. *Cognovi.* Multis experimentis comperi Deum causam inopum tutari. — *Vindictam pauperum.* Et ulcisci injurias pauperibus et humilibus illatas.

14. *Verumtamen.* Est antithesis. Iniqui peribunt, at vero justi laudabunt nomen tuum. — *Habitabunt recti cum vultu tuo.* Semper habitabunt in conspectu tuo; tuo favore et gratia perfruentur in hac vita, in cœlo autem beati erunt visione majestatis et gloriæ faciei tuæ.

PSAL., CXL. — 2. *Dirigatur... sicut incensum.* Recta tendat ad te, et jucunda tibi accidat, ut odoratus thuris aut thymiamatis suffitus. — *Elevatio manuum mearum.* Ad orandum : sic supra, Psal. 133, 2 : *In noctibus extollite manus vestras in sancta, etc.* — *Sacrificium vespertinum.* Sit velut sacrificium incensi, quod ad vesperam offertur. Vel grata sit ut vespertinum agni holocaustum. At cur potius vult esse similem sacrificio vespertino quam matutino, cum tam mane quam vesperi et thymiama offerretur et agnus? Ratio est, vel quia Psalmum hunc concinit ad vesperam, vel quia sacrificium vespertinum nobilius erat, quia figura erat sacrificii crucis, quod ad vesperam factum est, * et eucharistiæ vesperi institutæ.

3. *Pone custodiam ori meo.* Ne quid temere egrediatur ex ore meo per impatientiam aut desperationem. — *Ostium circumstantiæ labiis meis.* Ostium quod circumstet, circumdet et muniat labia mea. * Metaphoram exprimunt Græci in dictione ἀθυρόγλωσσος, quæ eum significat cujus linguam nulla janua coercet. Eadem usus Theognis, cum ait :

> Πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσης θύραι οὐκ ἐπίκεινται
> Ἁρμόδιαι.....
> *Multis hominibus linguæ ostia non adjacent*
> *Congrua....*

4. *Non declines cor meum.* Ne permittas cor meum inclinare, aut labi in verba inconsulta, aut mala. — *Ad excusandas excusationes.* Ut peccata mea excusare velim aut minuere. Fecit hoc David qui reprehendentem Nathan audivit, nec culpæ suæ excusationem prætexuit, sed ingenue se peccasse professus est, cum ait : Peccavi Domino, II. Reg. 12, 13. — *Cum hominibus operantibus iniquitatem.* Ut impii faciunt, qui cum peccaverint se excusare tamen et purgare nituntur. — *Non communicabo cum electis eorum.* Quemadmodum oravi te, Domine, ne me in lingua labi permittas; ita etiam rogo, ut non permittas me esse participem, aut gaudere iis quæ ipsi eligunt et probant.

5. *Corripiet me justus.* Quasi dicat : Lubens hoc feram, ut me justus misericorditer et humaniter corripiat cum peccavero. — *Oleum autem peccatoris.* Blanditiæ autem peccatoris non demulceant me. Malo corripi a justo quam a peccatore laudari et demulceri. Est allusio ad veterum ritum, qui amicos, quos convivio excipiebant, perfundebant odoratis unguentis. Sic Christus pharisæi a quo convivio fuerat exceptus inofficiosam rusticitatem sugillavit, Luc. 7, 46 : *Oleo caput meum non unxisti.* — *Adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* Non solum non communicabo cum impiis, sed adhuc oratio mea ad Deum est in beneplacitis eorum, id est, adversus eorum vitia et scelera in quibus ipsi sibi placent. Vel sensus est : oratio mea instat et perseverat adversus eorum malitiam in qua sibi placent, ut tuo auxilio eorum vexationes amoliri queam.

6. *Absorpti sunt.* Hausti sunt fluctibus, submersi in illis perierunt. — *Juncti petræ.* Ad scopulos allisi. — *Judices eorum.* Principes eorum, præcipui inter ipsos. — *Audient verba mea, quoniam potuerunt.* In hebræo est, *quoniam dulcia fuerunt.* Cui consentit græcus contextus ὅτι ἡδύνθησαν, *quoniam suavia facta sunt.* Noster interpres videtur legisse ἠδυνήθησαν, *potuerunt*, a verbo δύναμαι, non autem ἡδύνθησαν, a verbo ἡδύνομαι. Sensus eodem tendit; nam verba dulcia et suavia potentia sunt ad animos movendos. Audiant verba mea, quoniam ad leniendos et percellendos etiam animos efficacia sunt.

7. *Sicut crassitudo terræ.* In hebræo est, *sicut scindens aut findens in terra*, et sensus esse videtur : ut solet agricola findendo et proscindendo terram glebas dissipare; ita isti ossa et vires nostras infregerunt, nosque in eas angustias adegerunt, ut morti jam simus proximi. Bellarminus nectit cum præcedentibus hoc modo : mea verba potuerunt, prævaluerunt, et efficacia fuerunt ad conterenda corda eorum, sicut crassitudo et durities terræ vi ligonis aut aratri violenter impacti frangitur et perrumpitur. Alii ita explicant : nimia impiorum sævitia eo redacti sumus, ut ossa nostra circa sepulcri fauces disjecta jaceant, haud secus atque secandis manu lignatoris arboribus, fragmina huc illuc per terram circumspersa jacent. * S. August. putat alludi ad ossa martyrum dispersa ab impiis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM UANL ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De même nos os ont été brisés *et renversés par la fureur de nos ennemis qui nous ont réduits* jusqu'à nous voir aux approches du tombeau.

8. *Mais* parce que mes yeux se sont élevés vers vous, Seigneur; *parce que* j'ai espéré en vous, Seigneur, ne m'ôtez pas la vie.

9. *Mais* gardez-moi du piége qu'ils m'ont dressé et des embûches de ceux qui commettent l'iniquité.

10. Les pécheurs tomberont dans leur *propre* filet, pour moi, *qui suis seul, je demeurerai ferme dans l'état où vous m'avez mis* jusqu'à ce que je passe *de cette vie à la bienheureuse éternité.*

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum;

8. Quia ad te, Domine, Domine, oculi mei; in te speravi, non auferas animam meam.

9. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi; et a scandalis operantium iniquitatem.

10. Cadent in retiaculo ejus peccatores; singulariter sum ego, donec transeam.

PSAUME CXLI (CXLII).

Prière pour obtenir le secours de Dieu dans un puissant danger.

1. Intelligence à David lorsqu'il était dans la caverne; prière.

2. J'ai élevé ma voix pour crier vers le Seigneur; j'ai élevé ma voix pour prier le Seigneur.

3. Je répands ma prière en sa présence, et j'expose devant lui mon extrême affliction.

4. Lorsque mon âme est tout près de me quitter, je dis à Dieu : Vous *seul* connaissez mes voies.

Ils m'ont tendu un piége en secret, dans cette voie où je marchais.

5. Je considérais à ma droite, et je regardais : et il n'y avait personne qui me connût.

De sorte qu'il ne me reste aucun moyen de fuir, et nul ne cherche à sauver ma vie.

6. J'ai crié vers vous, Seigneur, *et* j'ai dit : Vous êtes mon *unique* espérance, et le *seul* bien qui me reste dans la terre des vivants.

1. Intellectus David, cum esset in spelunca, oratio. [*I. Reg.* 24.]

2. a Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Dominum deprecatus sum; [a *Supr.* 76. 2.]

3. Effundo in conspectu ejus orationem meam, et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

4. In deficiendo ex me spiritum meum, et tu cognovisti semitas meas.

In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

5. Considerabam ad dexteram, et videbam; et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam.

6. Clamavi ad te, Domine, dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Psal. CXLI. — 1. *Voce mea ad Dominum clamavi.* David composa ce Psaume lorsqu'il était caché dans la caverne d'Engaddi et qu'il se voyait cerné de toutes parts par l'armée de Saül (I. Reg., XXIV). Dans le péril extrême où il se voyait réduit, David a recours à Dieu. Ses sentiments sont ceux que nous devons avoir lorsque de grands dangers viennent à nous assaillir. On peut aussi appliquer ce Psaume à l'Église qui est si vivement attaquée, qu'on la croit toujours à la veille de périr, bien qu'elle ne périsse jamais.

6. *Portio mea in terra viventium.* Littéralement, cette terre des vivants est la vie présente, mais les Pères ont pris ces mots dans le sens spirituel et les ont entendus de la vie future.

---

8. *Quia ad te, Domine, Domine oculi mei.* Verum, Domine Deus mi, quoniam in te assidue intenti sunt oculi mei, auxilium a te expectantes, ne permittas hostes meos eripere mihi vitam, qui insidiantur.

9. *A laqueo.* Ab insidiis. — *Statuerunt.* Tetenderunt, instruxerunt. *Scandalis.* — Tendiculis, insidiis.

10. *Cadent in retiaculo ejus.* Suis ipsi laqueis implicabuntur et constringentur. — *Singulariter sum ego.* In græco est, καταμόνας *solitarie*, solus, ab impiorum cœtu remotus. Vel solus sum et ab omnibus destitutus, et solo tuo præsidio fretus. — *Donec transeam.* Illorum retia et insidias evadam. S. Joan Chrysostom. de transitu mortis interpretatur, quasi dicat : Solitarius et reductus ero ab eorum studiis et consuetudine, donec ad meliorem vitam transeam.

Psal. CXLI. — 1. *Intellectus David.* Quid significet intellectus dixi in inscriptione Psalmi 31. — *Cum esset in spelunca.* Historia repetenda est ex I. Reg. c. 24.

2. *Clamavi.* Affectu et voce cordis; nam in spelunca periculo mortis proximus clamare non potuit, ne sua voce Sauli proderetur.

4. *In deficiendo ex me spiritum meum.* Clamavi cum præ mœrore et desperatione hostes evadendi jam ferme deficerem. — *Et tu cognovisti semitas meas.* Clamavi orans ad te, et in conspectu tuo calamitatem meam constituens, quæ tamen tibi, ut omnia mea, notissima erat. — *In via hac qua ambulabam.* Nam in via etiam hac, per quam ambulabam in saltibus, montibus et desertis locis, insidiari mihi non prætermiserunt.

5. *Considerabam.* Circumspiciebam. — *Ad dexteram.* An mihi dexter aliquis, benevolus, fautor et auxiliator adveniret. — *Non erat qui cognosceret me.* Omnes abducebant se a me, ne in offensionem Saulis inciderent, et periculum sibi crearent. — *Periit fuga a me.* Intercepta est et interclusa fuga, nullum mihi patet effugium. — *Non est qui requirat animam meam.* Nemo est qui quærat servare vitam meam.

6. *Portio mea in terra viventium.* Te volo esse sortem meam hæreditariam quamdiu vivo, imo in terra viventium veram vitam.

7. Intende ad deprecationem meam; quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me; quia confortati sunt super me.

8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo; me expectant justi, donec retribuas mihi.

7. Soyez attentif à ma prière; car je suis humilié jusqu'à l'excès.

Délivrez-moi de ceux qui me persécutent; car ils sont devenus beaucoup plus forts que moi.

8. Tirez mon âme de cette prison, afin que je bénisse votre nom. Les justes sont dans l'attente de la justice que vous me rendrez.

PSAUME CXLII (CXLIII).

Le dernier des Psaumes de la pénitence.

1. Psalmus David, quando persequebatur eum Absalom filius ejus. [a *II. Reg.* 17.]

Domine, exaudi orationem meam; auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; exaudi me in tua justitia.

2. Et non intres in judicium cum servo tuo; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

3. Quia persecutus est inimicus animam meam; humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi;

4. Et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

5. Memor fui dierum antiquorum; meditatus sum in omnibus operibus tuis; in factis manuum tuarum meditabar.

1. Psaume de David lorsque son fils Absalom le poursuivait.

Seigneur, exaucez ma prière : rendez vos oreilles attentives à mon humble supplication, selon la vérité *de vos promesses :* exaucez-moi selon votre justice.

2. Et n'entrez pas en jugement avec votre serviteur, parce que nul homme vivant ne sera trouvé juste devant vous.

3. Car l'ennemi a poursuivi mon âme. Il a humilié ma vie jusqu'en terre.

Il m'a réduit dans des lieux obscurs, comme ceux qui sont morts depuis plusieurs siècles :

4. *De sorte* que mon âme a été toute remplie d'angoisses; mon cœur a été tout troublé au dedans de moi.

5. *Mais* je me suis souvenu des jours anciens : j'ai médité sur toutes vos œuvres; je me suis appliqué à considérer les ouvrages de vos mains.

Psal. CXLII. — 1. *Domine, exaudi orationem meam.* D'après le titre qui est dans la Vulgate, David composa ce Psaume lorsque son fils Absalom le poursuivait. Ce titre n'est pas dans l'Hébreu, et anciennement on ne le trouvait que dans quelques exemplaires des Septante. Cependant rien n'empêche d'admettre qu'il fut inspiré à David dans les circonstances difficiles où il se trouvait alors. Dans sa détresse, il se rappela que la révolte d'Absalom était la punition de son crime. Il s'humilie, appelle Dieu à son secours et prend confiance à la pensée que ses ennemis sont vaincus. Ces sentiments sont ceux d'une âme contrite et humiliée qui ne se repose pas sur ses mérites, mais uniquement sur la grâce de Dieu.

3. *Collocavit me in obscuris.* Allusion à la retraite de David dans la caverne dont il est parlé dans le Psaume précédent.

---

7. *Humiliatus.* In hebræo est, *attenuatus;* admodum malis vexatus et afflictus. — *Confortati sunt super me.* Quia sunt me fortiores et potentiores.

8. *De custodia.* De carcere. ' Ita appellat speluncam in qua latebat. — *Ad confitendum nomini tuo.* Ut laudem nomen tuum pro tanto beneficio, et tam præsenti discrimine ereptus munere tuo. — *Me expectant justi.* Expectant justi, et cupiunt me sibi reddi. In græco est, ὑπομενοῦσι, *expectabunt;* sed latinus interpres, retracto in antepenultimam accentu, legit ὑπομένουσι, *expectant.* — *Donec retribuas mihi.* Donec benefacias, donec beneficio liberationis me afficias.

Psal. CXLII. — 1. *Quando persequebatur eum.* Historia habetur II. Reg., 17. — *In veritate tua.* Pro tua fide, secundum veritatem promissionum tuarum. — *In tua justitia.* Per tuam justitiam, secundum æquitatem justitiæ tuæ, quæ postulat ut fidem præstes.

2. *Non intres in judicium.* Ne velis summo jure mecum agere. ' Hoc est jus illud quod Aristoteles vocat ἀκριβοδίκαιον, *jus exactius et durius.* — *Quia non justificabitur.* Quia hac ratione nullus justus reperietur; nemo enim est qui non peccet, et misericordia tua non indigeat.

3. *Quia persecutus est.* Hæc sunt nectenda cum primo versiculo, exaudi orationem meam, et mihi opem feras, quia persecutus est, etc. — *Inimicus.* Absalom, et qui illum sequuntur. — *Humiliavit.* Abjecit, depressit vitam meam, ut jam me periturum existimem. — *Collocavit me in obscuris.* Coegit me latebras quærere, et habitare in speluncis et obscuris locis : vel per metaphoram intelligit tenebras calamitatum. — *Sicut mortuos sæculi.* Coegit me diu in tenebris hærere, ut similis mortuis sim, qui ante aliquot sæcula conditi sunt in sepulcris.

4. *Anxiatus est super me spiritus meus.* Anxiatus est de vita mea spiritus meus : anxie et sollicite cogito quomodo evadere possim imminens discrimen. — *Turbatum est.* Præ nimio timore.

5. *Memor fui dierum antiquorum.* Revocavi in memoriam opera tua eximia, quæ priscis temporibus patrasti, ut e periculis patres nostros liberares. Me consolabar et ad spem erigebam veterum exemplis, qui in te, nec frustra, speraverunt.

6. J'ai étendu mes mains vers vous; *j'ai exposé* mon âme en votre présence, comme une terre sans eau; *et je vous ai dit :*

7. Hâtez-vous de m'exaucer ; mon âme est tombée dans la défaillance.

Ne détournez pas de moi votre visage, de peur que je ne sois semblable à ceux qui descendent dans la fosse.

8. *Mais* faites-moi sentir promptement votre miséricorde, parce que j'ai espéré en vous.

Faites-moi connaître la voie par laquelle je dois marcher, parce que j'ai élevé mon âme vers vous.

9. Délivrez-moi de mes ennemis, Seigneur, parce que c'est à vous *seul* que j'ai eu recours :

10. *Et surtout* enseignez-moi à faire votre volonté, parce que vous êtes mon Dieu.

Alors votre esprit, qui est *souverainement* bon, me conduira dans une terre droite *et sûre.*

11. Vous me ferez vivre, Seigneur, pour *la gloire de* votre nom, selon l'équité de votre justice.

Vous ferez sortir mon âme de l'affliction qui la presse;

12. Vous détruirez mes ennemis, par un effet de votre miséricorde,

Et vous perdrez tous ceux qui troublent mon âme, parce que je suis votre serviteur.

6. Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aqua tibi;

7. Velociter exaudi me, Domine; defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me; et similis ero descendentibus in lacum.

8. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam; quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem; quia ad te levavi animam meam.

9. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi :

10. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam :

11. Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam;

12. Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam; quoniam ego servus tuus sum.

PSAUME CXLIII (CXLIV).

Action de grâces après une victoire.

1. Psaume de David contre Goliath.

Que le Seigneur mon Dieu soit béni, lui qui apprend à mes mains à combattre, et à mes doigts à faire la guerre.

2. Il est tout rempli de miséricorde pour moi. Il est mon refuge, mon défenseur et mon libérateur.

Il est mon protecteur, et j'ai espéré en lui. C'est lui qui assujétit mon peuple sous moi.

1. Psalmus David, adversus Goliath.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum.

2. Misericordia mea, et refugium meum : susceptor meus et liberator meus;

Protector meus, et in ipso speravi; qui subdit populum meum sub me.

7. *Descendentibus in lacum.* Ce lac ou cette fosse, c'est le tombeau.

Psal. CXLIII. — 1. *Benedictus Dominus.* Après quelle victoire David a-t-il composé ce cantique d'action de grâces? Des commentateurs, s'appuyant sur l'inscription de la Vulgate, ont cru que c'était après sa victoire sur Goliath. Mais cette inscription prise des Septante ne se trouve pas dans les meilleures éditions de ces savants interprètes. Le sens du Psaume nous paraît d'ailleurs plus étendu. Nous croyons, avec le P. de Carrières, que David le composa après qu'il eût vaincu pour la seconde fois les Philistins et qu'il se vit triomphant de tous ses ennemis. Il remercie Dieu des victoires qu'il lui a fait remporter et estime qu'il n'y a de bonheur que pour ceux dont le Seigneur est le Dieu.

---

6. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Scilicet suspirat, vel quid simile. Ut terra arida pluviam, sic anima mea malis vexata auxilium tuum desiderat.

7. *Defecit spiritus meus.* Perit nisi opem feras. Italice dicimus : *Sono spedito, sono spacciato.* — *Non avertas faciem tuam.* Quasi repulsus et aversatus orationem meam. — *Et similis ero.* Nam si avertas, ero iis similis qui in lacum mortis et inferi descendunt. — *Lacum.* In Hebræo est בור *bor*, quæ vox *foveam* significat, cisternam, carcerem, aut locum profundum.

8. *Auditam fac mihi.* Fac ut audiam. — *Mane.* Mature, tempestive, celeriter. — *In qua ambulem.* In qua ambulare debeam, ut pericula evadam.

10. *Spiritus tuus bonus.* Benigne spiritus tuus, inspiratio tua bona. — *Deducet me in terram rectam.* In viam rectam, per solum planum, ut non impingam.

11. *Propter nomen tuum, Domine.* Non merito meo, sed ad gloriam nominis tui. — *Vivificabis me.* In vita conservabis. — *In æquitate tua.* Propter justitiam et fidelitatem tuam.

Psal. CXLIII. — 1. *Et digitos.* Manus; est repetitio.

2. *Misericordia mea.* Deus, qui es misericordia et refugium meum. — *Susceptor meus.* In Hebr. est, *arx mea.* Auxiliator meus, qui me sublevas, et ad te confugientem suscipis. — *Qui subdit populum meum sub me.* Qui subditos dicto audientes facis.

3. Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

4. Homo vanitati similis factus est; dies ejus sicut umbra prætereunt. [a *Job.* 8. 9. et 14. 2.]

5. Domine, inclina cœlos tuos, et descende; tange montes, et fumigabunt.

6. Fulgura coruscationem, et dissipabis eos; emitte sagittas tuas et conturbabis eos.

7. Emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis; de manu filiorum alienorum.

8. Quorum os locutum est vanitatem : et dextera eorum, dextera iniquitatis.

9. Deus canticum novum cantabo tibi; in psalterio decachordo psallam tibi.

10. Qui das salutem regibus ; qui redemisti David servum tuum de gladio maligno;

11. Eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; et dextera eorum, dextera iniquitatis :

12. Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua.

Filiæ eorum compositæ; circumornatæ ut similitudo templi.

13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

3. Seigneur, qu'est-ce que l'homme, pour vous être manifesté à lui? ou qu'est-ce que le fils de l'homme, pour qui vous faites paraître tant d'estime?

4. L'homme est devenu semblable au néant; ses jours passent comme l'ombre.

5. Seigneur, abaissez vos cieux, et descendez. Frappez *de vos foudres* les montagnes, et elles se réduiront en fumée.

6. Faites briller vos éclairs *contre mes ennemis*, et vous les dissiperez : envoyez vos flèches, et vous les remplirez de trouble.

7. Etendez du haut du ciel votre main, et délivrez-moi; sauvez-moi de l'inondation des eaux; *arrachez-moi* de la main des enfants des étrangers,

8. *Eux* dont la bouche a proféré des paroles de vanité, et dont la droite est toute pleine d'iniquité.

9. *Alors*, ô mon Dieu! je vous chanterai un cantique nouveau, et je célébrerai votre gloire sur l'instrument à dix cordes.

10. O vous qui procurez le salut aux rois! qui avez sauvé David, votre serviteur, de l'épée meurtrière,

11. Délivrez-moi,

Et retirez-moi d'entre les mains des enfants des étrangers, dont la bouche a proféré des paroles de vanité, et dont la droite est une droite *pleine* d'iniquité.

12. Leurs fils sont comme de nouvelles plantes dans leur jeunesse.

Leurs filles sont parées et ornées comme des temples.

13. Leurs celliers sont si remplis qu'ils regorgent les uns dans les autres.

7. *De manu filiorum alienorum.* Les uns croient que ces enfants étrangers sont les Philistins, d'autres que ce sont les Ammonites. D. Calmet, qui suppose que ce Psaume fut composé après la défaite d'Absalom et la ruine de son parti, veut que ce soient les Israélites eux-mêmes, considérés dans le temps de leur rébellion. David les appelle des enfants étrangers, parce qu'ils avaient agi à son égard comme des étrangers (*Cf. Ps.* XVII, v. 46).

---

3. *Quia innotuisti ei.* Et te revelasti ac notum fecisti per te ipsum, per angelos, prophetas, etc. — *Reputas.* Magni facis, Rationem illius habes.

4. *Homo vanitati similis factus est.* Inanitati, umbræ, nihilo. — *Sicut umbra.* Quæ facillime mutatur, et nullum sui vestigium relinquit post se.

5. *Inclina cœlos tuos.* Similis precatio Psalm. 17, 10 : *Inclinavit cœlos, etc.* Inclinari cœli videntur cum apparent nubes terræ viciniores. Deus autem poetice fingitur vehi curru ex nubibus. — *Descende.* Ut mihi opem feras. — *Tange montes.* Percute, feri fulmine. — *Fumigabunt.* Igne concepto.

6. *Fulgura coruscationem.* Emitte coruscationes. — *Dissipabis eos.* Inimicos scilicet meos. — *Conturbabis.* Terrefacies.

7. *Emitte manum tuam de alto.* Porrige manum tuam et opem tuam. — *De aquis multis.* Ex periculis quibus mergor. Vel ex confluxu hostium plurimorum. — *Filiorum alienorum.* In Hebræo est, *filiorum alieni*, barbarorum filiorum alieni populi.

8. *Quorum os locutum est vanitatem.* Quorum sermones mali sunt, mendaces et noxii; opera etiam pessima et iniqua.

9. *Canticum novum.* Nactus salutem tuo novo beneficio, novum canticum canam. — *Decachordo.* Decem chordis instructo : ita etiam Ps. 32, 2; et 91, 4.

10. *Das salutem regibus.* Qui reges salvas, et a periculis tutos præstas. — *Maligno.* Noxio, ut Saulis et Goliath.

11. *De manu filiorum alienorum.* Repetit dicta n. 7 et 8.

12. *Quorum filii, sicut novellæ plantationes.* Quorum filii elegantes sunt et feliciter adolescunt, ut arbusculæ teneriores. — *Compositæ.* Ornatæ vestibus et monilibus, bene comptæ. — *Circumornatæ, ut similitudo templi.* Ita ornatæ ut ornari solet similitudo, id est, simulacrum præcipuum templi, ejus scilicet numinis imago et simulacrum, cui templum dicatum est.

13. *Promptuaria.* Cellæ penuariæ. — *Eructantia ex hoc in illud.* Redundantia effusa ex hoc promptuario in illud; cum enim unum promptuarium sive penu ea capere non possit quæ in eo recondita sunt in aliud a dominis transferuntur. — *Fœtosæ.* Fecundæ, multiparæ. — *Abundantes in egressibus suis.* Multæ et copiosæ cum e caulis suis prodeunt.

6. J'ai étendu mes mains vers vous; *j'ai exposé* mon âme en votre présence, comme une terre sans eau; *et je vous ai dit :*

7. Hâtez-vous de m'exaucer ; mon âme est tombée dans la défaillance.

Ne détournez pas de moi votre visage, de peur que je ne sois semblable à ceux qui descendent dans la fosse.

8. *Mais* faites-moi sentir promptement votre miséricorde, parce que j'ai espéré en vous.

Faites-moi connaître la voie par laquelle je dois marcher, parce que j'ai élevé mon âme vers vous.

9. Délivrez-moi de mes ennemis, Seigneur, parce que c'est à vous *seul* que j'ai eu recours :

10. *Et surtout* enseignez-moi à faire votre volonté, parce que vous êtes mon Dieu.

Alors votre esprit, qui est *souverainement* bon, me conduira dans une terre droite *et unie*.

11. Vous me ferez vivre, Seigneur, *pour la gloire de* votre nom, selon l'équité de votre justice.

Vous ferez sortir mon âme de l'affliction qui la presse;

12. Vous détruirez mes ennemis, par un effet de votre miséricorde,

Et vous perdrez tous ceux qui troublent mon âme, parce que je suis votre serviteur.

6. Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aqua tibi;

7. Velociter exaudi me, Domine; defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me; et similis ero descendentibus in lacum.

8. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam; quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem; quia ad te levavi animam meam.

9. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi :

10. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam :

11. Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam;

12. Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam; quoniam ego servus tuus sum.

PSAUME CXLIII (CXLIV).

Action de grâces après une victoire.

1. Psaume de David contre Goliath.

Que le Seigneur mon Dieu soit béni, lui qui apprend à mes mains à combattre, et à mes doigts à faire la guerre.

2. Il est tout rempli de miséricorde pour moi. Il est mon refuge, mon défenseur et mon libérateur.

Il est mon protecteur, et j'ai espéré en lui. C'est lui qui assujétit mon peuple sous moi.

1. Psalmus David, adversus Goliath.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum.

2. Misericordia mea, et refugium meum : susceptor meus et liberator meus;

Protector meus, et in ipso speravi; qui subdit populum meum sub me.

7. *Descendentibus in lacum*. Ce lac ou cette fosse, c'est le tombeau.

Psal. CXLIII. — 1. *Benedictus Dominus*. Après quelle victoire David a-t-il composé ce cantique d'action de grâces? Des commentateurs, s'appuyant sur l'inscription de la Vulgate, ont cru que c'était après sa victoire sur Goliath. Mais cette inscription prise des Septante ne se trouve pas dans les meilleures éditions de ces savants interprètes. Le sens du Psaume nous paraît d'ailleurs plus étendu. Nous croyons, avec le P. de Carrières, que David le composa après qu'il eut vaincu pour la seconde fois les Philistins et qu'il se vit triomphant de tous ses ennemis. Il remercie Dieu des victoires qu'il lui a fait remporter et estime qu'il n'y a de bonheur que pour ceux dont le Seigneur est le Dieu.

---

6. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi*. Scilicet suspirat, vel quid simile. Ut terra arida pluviam, sic anima mea malis vexata auxilium tuum desiderat.

7. *Defecit spiritus meus*. Perii nisi opem feras. Italice dicimus : *Sono spedito, sono spacciato*. — *Non avertas faciem tuam*. Quasi repulsum et aversatus orationem meam. — *Et similis ero*. Nam si avertas, ero iis similis qui in lacum mortis et inferi descendunt. — *Lacum*. In Hebræo est בור *bor*, quæ vox *foveam* significat, cisternam, carcerem, aut locum profundum.

8. *Auditam fac mihi*. Fac ut audiam. — *Mane*. Mature, tempestive, celeriter. — *In qua ambulem*. In qua ambulare debeam, ut pericula evadam.

10. *Spiritus tuus bonus*. Benigne spiritus tuus, inspiratio tua bona. — *Deducet me in terram rectam*. In viam rectam, per solum planum, ut non impingam.

11. *Propter nomen tuum, Domine*. Non merito meo, sed ad gloriam nominis tui. — *Vivificabis me*. In vita conservabis. — *In æquitate tua*. Propter justitiam et fidelitatem tuam.

Psal. CXLIII. — 1. *Et digitos*. Manus; est repetitio.

2. *Misericordia mea*. Deus, qui es misericordia et refugium meum. — *Susceptor meus*. In Hebr. est, *arx mea*. Auxiliator meus, qui me sublevas, et ad te confugientem suscipis. — *Qui subdit populum meum sub me*. Qui subditos dicto audientes facis.

3. Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

4. Homo vanitati similis factus est : dies ejus sicut umbra prætereunt. [a *Job*. 8. 9. et 14. 2.]

5. Domine, inclina cœlos tuos, et descende; tange montes, et fumigabunt.

6. Fulgura coruscationem, et dissipabis eos; emitte sagittas tuas et conturbabis eos.

7. Emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis; de manu filiorum alienorum.

8. Quorum os locutum est vanitatem : et dextera eorum, dextera iniquitatis.

9. Deus canticum novum cantabo tibi; in psalterio decachordo psallam tibi.

10. Qui das salutem regibus ; qui redemisti David servum tuum de gladio maligno;

11. Eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; et dextera eorum, dextera iniquitatis :

12. Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua.

Filiæ eorum compositæ; circumornatæ ut similitudo templi.

13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

3. Seigneur, qu'est-ce que l'homme, pour vous être manifesté à lui? ou qu'est-ce que le fils de l'homme, pour qui vous faites paraître tant d'estime?

4. L'homme est devenu semblable au néant; ses jours passent comme l'ombre.

5. Seigneur, abaissez vos cieux, et descendez. Frappez *de vos foudres* les montagnes, et elles se réduiront en fumée.

6. Faites briller vos éclairs *contre mes ennemis*, et vous les dissiperez : envoyez vos flèches, et vous les remplirez de trouble.

7. Etendez du haut du ciel votre main, et délivrez-moi; sauvez-moi de l'inondation des eaux; *arrachez-moi* de la main des enfants des étrangers,

8. *Eux* dont la bouche a proféré des paroles de vanité, et dont la droite est toute pleine d'iniquité.

9. *Alors*, ô mon Dieu! je vous chanterai un cantique nouveau, et je célébrerai votre gloire sur l'instrument à dix cordes.

10. O vous qui procurez le salut aux rois! qui avez sauvé David, votre serviteur, de l'épée meurtrière,

11. Délivrez-moi,

Et retirez-moi d'entre les mains des enfants des étrangers, dont la bouche a proféré des paroles de vanité, et dont la droite est une droite *pleine* d'iniquité.

12. Leurs fils sont comme de nouvelles plantes dans leur jeunesse.

Leurs filles sont parées et ornées comme des temples.

13. Leurs celliers sont si remplis qu'ils regorgent les uns dans les autres.

7. *De manu filiorum alienorum*. Les uns croient que ces enfants étrangers sont les Philistins, d'autres que ce sont les Ammonites. D. Calmet, qui suppose que ce Psaume fut composé après la défaite d'Absalom et la ruine de son parti, veut que ce soient les Israélites eux-mêmes, considérés dans le temps de leur rébellion. David les appelle des enfants étrangers, parce qu'ils avaient agi à son égard comme des étrangers (*Cf. Ps.* XVII, v. 46).

---

3. *Quia innotuisti ei*. Ut te revelasti ac notum fecisti per te ipsum, per angelos, prophetas, etc. — *Reputas*. Magni facis, Rationem illius habes.

4. *Homo vanitati similis factus est*. Inanitati, umbræ, nihilo. — *Sicut umbra*. Quæ facillime mutatur, et nullum sui vestigium relinquit post se.

5. *Inclina cœlos tuos*. Similis precatio Psalm. 17, 10 : *Inclinavit cœlos, etc.* Inclinari cœli videntur cum apparent nubes terræ viciniores. Deus autem poetice fingitur vehi curru ex nubibus. — *Descende*. Ut mihi opem feras. — *Tange montes*. Percute, feri fulmine. — *Fumigabunt*. Igne concepto.

6. *Fulgura coruscationem*. Emitte coruscationes. — *Dissipabis eos*. Inimicos scilicet meos. — *Conturbabis*. Terrefacies.

7. *Emitte manum tuam de alto*. Porrige manum tuam et opem tuam. — *De aquis multis*. Ex periculis quibus mergor. Vel ex confluxu hostium plurimorum. — *Filiorum alienorum*. In Hebræo est, *filiorum alieni*, barbarorum filiorum alieni populi.

8. *Quorum os locutum est vanitatem*. Quorum sermones mali sunt, mendaces et noxii; opera etiam pessima et iniqua.

9. *Canticum novum*. Nactus salutem tuo novo beneficio, novum canticum canam. — *Decachordo*. Decem chordis instructo : ita etiam Ps. 32, 2; et 91, 4.

10. *Das salutem regibus*. Qui reges salvas, et a periculis tutos præstas. — *Maligno*. Noxio, ut Saulis et Goliath.

11. *De manu filiorum alienorum*. Repetit dicta n. 7 et 8.

12. *Quorum filii, sicut novellæ plantationes*. Quorum filii elegantes sunt et feliciter adolescunt, ut arbusculæ teneriores. — *Compositæ*. Ornatæ vestibus et monilibus, bene comptæ. — *Circumornatæ, ut similitudo templi*. Ita ornatæ ut ornari solet similitudo, id est, simulacrum præcipuum templi, ejus scilicet numinis imago et simulacrum, cui templum dicatum est.

13. *Promptuaria*. Cellæ penuariæ. — *Eructantia ex hoc in illud*. Redundantia effusa ex hoc promptuario in illud; cum enim unum promptuarium sive penu ea capere non possit quæ in eo recondita sunt in aliud a dominis transferuntur. — *Fœtosæ*. Fœcundæ, multiparæ. — *Abundantes in egressibus suis*. Multæ et copiosæ cum e caulis suis prodeunt.

Leurs brebis sont fécondes, et leur multitude se fait remarquer quand elles sortent *de leur bergerie*.

14. Leurs vaches sont grasses et puissantes.

Il n'y a point de brèches dans leurs murailles, ni d'ouverture par laquelle on puisse passer. On n'entend point de cris dans leurs places publiques.

15. Ils ont appelé heureux le peuple qui possède tous ces biens. *Mais plutôt* heureux est le peuple qui a le Seigneur pour son Dieu.

Oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis :

14. Boves eorum crassæ.

Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

15. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt : beatus populus : cujus Dominus Deus ejus.

PSAUME CXLIV (CXLV).

Louanges à Dieu.

1. Louange pour David.

Je célébrerai votre gloire, ô Dieu! qui êtes mon roi, et je bénirai votre nom dans le siècle présent, et dans tous les siècles.

2. Je vous bénirai chaque jour et je louerai votre nom dans le siècle présent, et dans les siècles des siècles.

3. Le Seigneur est grand, et digne d'être loué infiniment, et sa grandeur n'a point de bornes.

4. Toutes les races loueront vos œuvres et publieront votre puissance.

5. Elles parleront de la magnificence de votre gloire et de votre sainteté, et elles raconteront vos merveilles.

6. Elles diront quelle est la vertu de vos œuvres, qui sont si terribles; et elles feront entendre quelle est votre grandeur.

7. Elles attesteront avec force quelle est l'abondance de votre douceur, et elles tressailleront de joie en chantant votre justice.

8. Le Seigneur est clément et miséricordieux; il est patient et rempli de miséricorde.

9. Le Seigneur est bon envers tous, et ses miséricordes s'étendent sur toutes ses œuvres.

10. Que toutes vos œuvres vous louent, Seigneur, et que vos saints vous bénissent.

1. Laudatio ipsi David.

Exaltabo te, Deus meus rex, et benedicam nomini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi.

2. Per singulos dies benedicam tibi, et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

3. Magnus Dominus et laudabilis nimis; et magnitudinis ejus non est finis.

4. Generatio et generatio laudabit opera tua; et potentiam tuam pronuntiabunt.

5. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur; et mirabilia tua narrabunt.

6. Et virtutem terribilium tuorum dicent; et magnitudinem tuam narrabunt.

7. Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt; et justitia tua exultabunt.

8. Miserator et misericors Dominus; patiens, et multum misericors.

9. Suavis Dominus universis; et miserationes ejus super omnia opera ejus.

10. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua; et sancti tui benedicant tibi.

PSAL. CXLIV. — 1. *Exaltabo te.* Ce Psaume est acrostiche ou alphabétique, c'est-à-dire qu'il se compose de 22 versets qui commencent par une des vingt-deux lettres de l'alphabet selon leur ordre. Le verset de la lettre *noun* manque dans l'Hébreu, mais il se trouve dans la Vulgate et les Septante. David, dans ce Psaume, exalte les attributs de Dieu, sa grandeur, sa puissance, sa magnificence, sa justice et sa bonté. Les six Psaumes qui suivent sont d'ailleurs tous remplis comme celui-ci des louanges de Dieu. Ils forment en quelque sorte l'épilogue de ce livre.

---

14. *Ruina maceriæ.* Maceriæ circa vineas non sunt dissipatæ. — *Neque transitus.* Per vineas aut agros eorum, itaque non diripiuntur fructus. — *Neque clamor in plateis eorum.* Ejulatio, ululatus, querimonia, sive ob morbum, sive ob hostium irruptionem, sive ob alias res adversas.

15. *Beatum dixerunt populum.* Quasi dicat : Impii censent et pronuntiant beatum populum quocum sic agitur, ex fluxarum harum rerum abundantia metientes felicitatem, sed falluntur; nam vera beatitudo sita est in Dei cultu, notitia, veneratione, etc.

PSAL. CXLIV. — 4. *Generatio et generatio.* Singulæ generationes et ætates. — *Potentiam tuam pronuntiabunt.* Omnipotentiam tuam, quæ in operibus tuis elucet, celebrabunt.

5. *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ.* Gloriosam majestatem sanctitatis tuæ.

6. *Virtutem.* Potentiam, fortitudinem. — *Terribilium tuorum.* Rerum tuarum admirandarum quæ merito stuporem, et quasi quemdam terrorem incutiunt.

7. *Memoriam... eructabunt.* Mentionem facient, commemorabunt, celebrabunt. — *Abundantiæ suavitatis tuæ.* Abundantis et copiosæ bonitatis tuæ. *Justitia tua.* De tua justitia.

9. *Suavis.* Benignus, beneficus. — *Super omnia opera ejus.* Miserationes ejus sunt majores omnibus ejus operibus quoad effectus; nam alioqui omnia Dei attributa sunt æqualiter magna. * Vel *super omnia opera*, idem est ac *in omnia opera*. Sensus erit : nullum opus tuum est in quo misericordia tua non elucet; nam etiam cum punis citra condignum pœnas infligis.

10. *Confiteantur.* Laudent te omnes creaturæ. — *Sancti tui.* Fideles.

11. Gloriam regni tui dicent; et potentiam tuam loquentur :

12. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam; et gloriam magnificentiæ regni tui.

13. Regnum tuum regnum omnium sæculorum; et dominatio tua in omni generatione et generationem.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis; et sanctus in omnibus operibus suis.

14. Allevat Dominus omnes, qui corruunt; et erigit omnes elisos.

15. Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno.

16. Aperis tu manum tuam; et imples omne animal benedictione.

17. Justus Dominus in omnibus viis suis; et sanctus in omnibus operibus suis.

18. Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.

19. Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet : et salvos faciet eos.

20. Custodit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet.

21. Laudationes Domini loquetur os meum; et benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum, et in sæculum sæculi.

11. Ils publieront la gloire de votre règne, et ils célébreront votre puissance,

12. Pour faire connaître aux hommes votre pouvoir et la gloire si magnifique de votre règne.

13. *Car* votre règne est un règne qui s'étend dans tous les siècles; et votre empire passe de race en race dans toutes les générations.

Le Seigneur est fidèle dans toutes ses paroles et saint dans toutes ses œuvres.

14. Le Seigneur soutient tous ceux qui sont près de tomber, et il relève tous ceux qui se sont brisés.

15. Seigneur, tous ont les yeux tournés vers vous, et ils attendent de vous que vous leur donniez leur nourriture dans le temps propre.

16. Vous ouvrez votre main, et vous remplissez tous les animaux des effets de votre bonté.

17. Le Seigneur est juste dans toutes ses voies, et saint dans toutes ses œuvres.

18. *Car* le Seigneur est proche de tous ceux qui l'invoquent, de tous ceux qui l'invoquent en vérité.

19. Il accomplira la volonté de ceux qui le craignent : il exaucera leurs prières; et il les sauvera.

20. *Car* le Seigneur garde tous ceux qui l'aiment; et il perdra tous les pécheurs.

21. *Aussi*, ma bouche publiera les louanges du Seigneur. Que toute chair bénisse son saint nom, dans le siècle présent et dans la suite de tous les siècles.

PSAUME CXLV (CXLVI).

On doit mettre son espérance dans le Seigneur.

1. Alleluia, Aggæi, et Zachariæ.

2. Lauda, anima mea, Dominum, lau-

1. Alleluia, par Aggée et Zacharie.

2. O mon âme! louez le Seigneur. Je louerai

13. *Fidelis Dominus.* C'est ce verset qui ne se trouve point dans l'Hébreu, mais il se trouve dans les Septante et le Syriaque. Il y a eu dans l'Hébreu une omission, puisque ce verset est nécessaire pour remplir la suite des vingt-deux lettres qui commencent les versets de ce Psaume.

15. *Tu das escam illorum.* Les premiers fidèles appliquaient ces paroles à l'Eucharistie, et ceux qui étaient initiés aux mystères les avaient perpétuellement à la bouche.

PSAL. CXLV. — 2. *Lauda anima mea.* Ce Psaume est purement moral. Le Psalmiste exhorte

---

11. *Regni tui.* Gubernationis, providentiæ et potentiæ tuæ.

12. *Gloriam magnificentiæ.* Gloriam magnificam vel gloriosam majestatem, ut versu 5.

13. *Regnum omnium sæculorum.* Nullis sæculis comprehensum et finitum, sed æternum. — *Fidelis.* Verax et constans in servandis promissis. — *Sanctus.* Nihil enim facit quod merito reprehendi possit.

14. *Qui corruunt.* Miseros, afflictos. — *Elisos.* In Hebr. est, *incurvatos*, id est, pondere malorum pressos : in græco est, κατεῤῥαγμένους, *confractos*, *elisos*.

15. *Oculi omnium in te sperant, Domine.* Oculos habent intentos in te, a quo victum expectant. *Omnium* est neutrius generis; non enim solum hominibus, sed brutis etiam animantibus victum suppeditat Dominus.

16. *Aperis... manum tuam.* Beneficam et liberalem. — *Imples benedictione.* Tuis beneficiis satias.

17. *In omnibus viis suis.* In omnibus actionibus suis. — *Sanctus.* Vide dicta n. 13.

18. *Prope est.* Adest auxilium laturus. — *In veritate.* Serio et ex corde.

19. *Voluntatem.* Id quod volunt, quod optant. In hebræo est, *beneplacitum*.

21. *Omnis caro.* Omnes homines.

PSAL. CXLV. — 1. *Aggæi, et Zachariæ.* Horum prophetarum nomina non sunt in textu hebræo, et videntur addita quoniam illi prædixerunt instaurationem Jerusalem, ad quam verba aliqua hujus Psalmi accommodari possunt, ut illud : *Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus, Sion, etc.* Vel quod hujus Psalmi argumentum et materiam auxerint et illustrarint, non quod carmen condiderint. * Vel quod hunc Psalmum cecinerint cum reverterentur e Babylone.

2. *Quamdiu fuero.* Quamdiu vixero. — *Confidere.* Omnem spem vestram locare, neglecto Deo. * Sic dixerat supra, Psal. 117, 8 : *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.*

le Seigneur pendant ma vie : je célébrerai la gloire de mon Dieu tant que je vivrai.

Gardez-vous bien de mettre votre confiance dans les princes,

3. Ni dans les enfants des hommes, d'où ne peut venir le salut.

4. *Car* leur âme étant sortie *de leur corps*, ils retournent dans la terre d'où ils ont été tirés. En ce jour-là même toutes leurs pensées périront.

5. Heureux *au contraire* est celui de qui le Dieu de Jacob se déclare le protecteur, et dont l'espérance est dans le Seigneur son Dieu,

6. Qui a fait le ciel et la terre, la mer et toutes les choses qui y sont *contenues*.

Qui garde toujours la vérité *de ses promesses* :

7. Qui fait justice à ceux qui souffrent injure; qui donne la nourriture à ceux qui ont faim.

Car le Seigneur délie ceux qui sont enchaînés :

8. Le Seigneur éclaire ceux qui sont aveugles.

Le Seigneur relève ceux qui sont brisés : le Seigneur aime ceux qui sont justes.

9. *Mais* le Seigneur défend *aussi* les étrangers. Il prendra en sa protection l'orphelin et la veuve, et il détruira *partout* les voies des pécheurs.

10. *Enfin* le Seigneur régnera dans tous les siècles. *Oui*, ton Dieu, ô Sion ! *régnera* dans la suite de toute les races.

dabo Dominum in vita mea; psallam Deo meo quamdiu fuero. [a *Ps.* 144. 2.]

Nolite confidere in principibus;

3. In filiis hominum, in quibus non est salus.

4. Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

5. Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius :

6. *a* Qui fecit cœlum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt. [a *Act.* 14. 14. *Apoc.* 14. 7.]

7. Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus; dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos :

8. Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos; Dominus diligit justos.

9. Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet et vias peccatorum disperdet.

10. Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus, Sion in generationem et generationem.

PSAUME CXLVI (CXLVII).

Cantique d'action de grâces.

1. Alleluia.

Louez le Seigneur, parce qu'il est bon de le louer. Que la louange que l'on donne à notre Dieu lui soit agréable et qu'elle soit digne de lui.

Alleluia.

1. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus : Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

les enfants d'Israël à ne point mettre leur confiance dans les hommes, mais dans le Seigneur dont il exalte la puissance, la fidélité, la bonté, la justice et le règne éternel. Cette vérité est de tous les temps et rien n'indique à quelle époque, ni à quelle occasion ce Psaume a été composé. Aggée et Zacharie l'ont fait chanter avec les cinq suivants à la cérémonie de la dédicace des murs de Jérusalem. C'est sans doute ce qui a motivé le titre de la Vulgate, que l'on ne trouve pas d'ailleurs dans l'Hébreu.

4. *Et revertetur in terram.* Au verset précédent, l'Hébreu porte : *Ne confidatis in principibus, in filio hominum*, et dans ce verset, *revertetur* ne se rapporte pas à *spiritus*, mais à *filius hominis*. La différence des genres rend toute équivoque impossible. La pensée revient à celle-ci de l'*Ecclésiaste*, XII, 7 : *Revertatur pulvis in terram suam, et spiritus redeat ad Deum*. C'est ce que l'auteur du poème de *la Religion* a exprimé dans ces deux beaux vers :

> Le corps formé de terre à la terre est rendu,
> L'esprit retourne au ciel dont il est descendu.

Psal. CXLVI. — 1. *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.* Sous Néhémias, la Judée fut frappée d'une grande stérilité, parce que les Juifs ne s'occupant que de leur habitation, ne songeaient pas à reconstruire le temple (Néh., V, Agg., I). Après cette horrible famine, le temple ayant été reconstruit, les champs redevinrent fertiles et les Israélites se trouvèrent dans l'abondance. Le Psalmiste en remercie Dieu dont il relève la grandeur, la puissance, la sagesse, la justice et la bonté.

---

3. *In quibus non est salus.* Qui salutem afferre non possunt.

4. *Exibit spiritus ejus.* Migrabit e corpore anima principis. — *Revertetur in terram suam.* Homo quoad corpus in terram solvetur. * Psal. 103, 29 : *Aufere spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur.* — *In illa die.* Tempore mortis. — *Cogitationes.* Consilia, conatus, studia omnia evanescent.

7. *Custodit veritatem.* Fidem servat in promissis. — *In sæculum.* In ævum, semper. — *Facit judicium.* Reddit jus. Italice dicimus : *Fa ragione, fa giustizia.* — *Compeditos.* Vinctos compedibus et carcere detentos.

8. *Elisos.* Afflictos. Vide Psalm. superiore, n. 14.

9. *Suscipiet.* Juvabit, defendet. — *Vias.* Consilia, actiones.

10. *In sæcula.* In æternum. — *Deus tuus, Sion.* Scilicet regnabit in sæcula et in perpetuas generationes.

Psal. CXLVI. — 1. *Bonus est psalmus Deo nostro.* Ad verbum ex hebræo, *bonum est psallere Deo nostro.* — *Jucunda.* Grata, accepta Deo, suavis etiam et læta. — *Decoraque.* Ut laudandus est hilariter Deus, sic etiam decenter et modeste.

2. *Ædificans Jerusalem Dominus : dispersiones Israelis congregabit.

3. Qui sanat contritos corde; et alligat contritiones eorum.

4. Qui numerat multitudinem stellarum : et omnibus eis nomina vocat.

5. Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; et sapientiæ ejus non est numerus.

6. Suscipiens mansuetos Dominus; humilians autem peccatores usque ad terram.

7. Præcinite Domino in confessione : psallite Deo nostro in cithara.

8. Qui operit cœlum nubibus; et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum, et herbam servituti hominum.

9. Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.

10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit; nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

11. Beneplacitum est Domino super timentes eum; et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

2. C'est le Seigneur qui bâtit Jérusalem : *c'est lui* qui doit rassembler tous les enfants d'Israël qui sont dispersés.

3. *C'est lui* qui guérit ceux dont le cœur est brisé, qui lie et qui bande leurs plaies.

4. *C'est lui* qui sait le nombre si prodigieux des étoiles, et qui les connaît toutes par leur nom.

5. Notre Seigneur est grand. Sa puissance est infinie, et sa sagesse n'a point de bornes.

6. Le Seigneur prend en sa protection ceux qui sont doux; mais il humilie les pécheurs *jusqu'*en terre.

7. Chantez les louanges du Seigneur par de saints cantiques, et publiez avec la harpe la gloire de notre Dieu.

8. C'est lui qui couvre le ciel de nuées et qui prépare la pluie pour la terre.

C'est lui qui produit le foin sur les montagnes et *qui fait croître* l'herbe pour l'usage des hommes;

9. Qui donne aux bêtes la nourriture qui leur est propre, et qui nourrit les petits des corbeaux, lorsqu'ils l'invoquent.

10. Il n'aime point qu'on se fie à la force du cheval; et il ne se plaît point à *voir* que l'homme s'assure sur *la force de* ses jambes.

11. *Mais* le Seigneur met son plaisir en ceux qui le craignent et en ceux qui espèrent en sa miséricorde.

2. *Ædificans Jerusalem.* Allusion aux travaux que les Juifs exécutèrent avec autant de difficulté que de succès, lorsqu'après le retour de la captivité ils reconstruisirent les murs de Jérusalem, *in angustia temporum.*

8. *Qui operit cœlum nubibus.* Allusion à cette pluie féconde qui fit succéder tout à coup l'abondance à la disette, après la reconstruction du temple (Agg., II, 15 et seq.).

10. *Nec in tibiis viri.* Ni celui qui se fie dans la force du corps et dans l'agilité des jambes, mais seulement dans la miséricorde de Dieu.

---

2. *Ædificans Jerusalem Dominus.* Dominus ædificat, instaurat et confirmat Jerusalem. — *Dispersiones.* Dispersos, exules, patria carentes, captivos.

3. *Sanat contritos corde.* Consolatur eos qui afflicto et mœrenti sunt animo, et juxta sensum sublimiorem, a peccatis absolvit eos quos peccasse pœnitet ex corde. — *Alligat contritiones.* Instar amantis chirurgi medicamenta vulneribus applicat, et fasciis obvolvit ut coalescant.

4. *Numerat multitudinem stellarum.* Qui perspectum habet stellarum numerum. * Job ait c. 9, n. 7 : *Stellas claudit quasi sub signaculo.* — *Nomina vocat.* Nomen imponit ex ipsarum natura, virtute et efficacitate.

5. *Virtus.* Potentia. — *Numerus.* Mensura, modus.

6. *Suscipiens.* Adjuvans, erigens, sublevans. — *Humilians.* Deprimens usque ad terram.

7. *Præcinite Domino.* In græco est ἐξάρξατε, canite præite. Italice dicimus, *intonare*; hoc enim est ἐξάρχειν; nam repetere, vel prosequi ea quæ præcentor inchoavit dicitur [illegible]. — *In confessione.* Domino confitentes; laudantes Dominum. — *Psallite... cithara.* Cantui addite sonitum citharæ.

8. *Operit.* Obducit, velat, abscondit. — *Herbam servituti hominum.* Ut sint alimenta bestiis homini inservientibus. Repetitum est ex Psal. 103, n. 14. Vide ibi aliam explicationem.

9. *Pullis corvorum.* Destitutis parentum suorum ope. Nam pulli corvorum, quoniam dum nascuntur candidi sunt, sive quia implumes, sive quia plumas habent albicantes, negliguntur a matribus et patribus quasi spurii, vel degeneres; clamantibus autem præ fame Deus immittit muscas, quæ eos sese in fauces insinuando alant; ita rabbini a Job., 38, 41. Vide ibi dicta. — *Invocantibus eum.* Suo modo Deum invocant, quasi nutritorem, dum attollunt vocem et caput in cœlum, ut bestiæ agri, Joelis I, 20.

10. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit.* In salvandis et beneficio afficiendis hominibus non attendit ad potentiam equorum quos habent. — *Voluntatem habebit.* Symmachus vertit, εὐδοκήσει, quod italice diceremus : *Non si compiacerà di forte cavalleria.* — *Nec in tibiis viri.* Nec in velocibus cursoribus. — *Beneplacitum erit ei.* Idem significat quod *voluntatem habebit.*

11. *Super timentes eum.* Gaudet Deus et delectatur iis qui ipsum timent, et spem suam in ejus misericordia constituunt.

PSAUME CXLVII.

Même sujet.

Alleluia.	Alleluia.
12. Jérusalem, loue le Seigneur : Sion, loue ton Dieu.	12. Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda, Deum tuum, Sion.
13. Parce qu'il a fortifié les serrures de tes portes, et qu'il a béni les enfants que tu renfermes dans ton enceinte.	13. Quoniam confortavit seras portarum tuarum; benedixit filiis tuis in te.
14. Il a établi la paix jusqu'aux confins de tes Etats, et il te rassasie du meilleur froment.	14. Qui posuit fines tuos pacem; et adipe frumenti satiat te.
15. *Car* il envoie sa parole à la terre ; et cette parole court avec vitesse.	15. Qui emittit eloquium suum terræ; velociter currit sermo ejus.
16. Il fait tomber la neige, *comme des flocons de laine*. Il y répand les bruines, comme de la cendre.	16. Qui dat nivem sicut lanam; nebulam sicut cinerem spargit.
17. Il envoie sa glace *divisée* comme des morceaux de pain. Qui pourra soutenir la rigueur de son froid ?	17. Mittit crystallum suum sicut buccellas; ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
18. *Cependant* au moment qu'il aura donné ses ordres, il fera fondre toutes ces glaces : son vent *du midi* soufflera ; et les eaux couleront.	18. Emittet verbum suum, et liquefaciet ea; flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.
19. *C'est ce Dieu* qui annonce sa parole à Jacob, *et fait connaître* ses jugements et ses ordonnances à Israël.	19. Qui annuntiat verbum suum Jacob; justitias, et judicia sua Israel.
20. Il n'a point traité de la sorte toutes les autres nations, et il ne leur a point manifesté ses préceptes *comme il a fait à Israël*.	20. Non fecit taliter omni nationi; et judicia sua non manifestavit eis.

Psal. CXLVII. — 12. *Lauda Jerusalem.* Dans l'Hébreu, ce Psaume ne fait qu'un avec le précédent. Le Psalmiste y exhorte les Israélites à louer Dieu du rétablissement de leur ville et de toutes les grâces dont il les a comblés. On a continué à numéroter les versets comme s'ils étaient la suite du Psaume précédent.

Psal. CXLVIII. — 13. *Confortavit seras portarum tuarum.* Robustas fecit seras et vectes (quam in græco est μοχλούς), ne in civitatem possint hostes irrumpere. — *Benedixit.* Benefecit civibus tuis qui te incolunt.

14. *Posuit fines tuos pacem.* Fines tuos pacavit, ne ullus hostis infestus sit. — *Adipe frumenti.* Tritici polline et farina puriore. Pacem sequitur agrorum cultus, tunc enim evenit quod dicitur Psalm. 121, 7 : *Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.*

15. *Qui emittit eloquium suum.* Quasi dicat : Non solum propter beneficia memorata laudandus est, sed etiam propter admirabilem suam potentiam, nam cum eloquitur, et aliquid fieri jubet in terra, statim illud effectum datur. — *Velociter currit sermo ejus.* Parent ei statim omnia in usum et commodum nostrum.

16. *Sicut lanam.* Lanæ similem in candore et levitate. Nives enim diutius sedere in campis utile est, quia exhalationes terræ includunt et comprimunt, et retroagunt in vires frugum, et liquorem etiam sensim instillant. — *Nebulam.* In hebræo est כפור *cephor*, quæ vox proprie pruinam significat. LXX verterunt ὁμίχλην, *nebulam* : hæc duo affinia sunt, et alterum ex altero gignitur, pruina scilicet ex nebula frigida et humida. Porro pruina cinerem in colore refert, et ut cinis arefaciendi vim habet : quare pruinam a perurendo dictam volunt grammatici.

17. *Crystallum.* Grandinem intelligit, quæ similis est buccellis, hoc est, bolis : descendit enim in globos compacta magnitudinis fere boli unius. Græcis κρύσταλλος et glaciem significat, et lapidem crystallum. In hebræo est קרח *querah*, quæ vox proprie glaciem significat. Sed convenit etiam hoc vocabulum grandini, quia omnis grando quædam glacies est. — *Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?* Quis ferre possit vim frigoris ejus; adeo enim frigida est grando, ut qui multa illius grana manibus collegerit, frigus ejus ferre non possit.

18. *Emittet verbum suum.* Solo suo jussu solvet grandinem et pruinam. — *Flabit spiritus ejus.* Ventus calidus, cujusmodi est auster. — *Fluent aquæ.* Solventur in aquas, vel pluviæ aderunt, et omnia fluent aquis.

19. *Qui annuntiat.* Transit ad beneficia spiritualia. Annuntiare verbum, justitias et judicia, est legem divinam docere. — *Jacob... Israel.* Sunt dativi casus.

20. *Non fecit taliter omni nationi.* Ut scilicet tantis afficeret beneficiis. — *Judicia sua.* Legem suam, qua Deum noscent, et cultum ejus docerentur, et ad omne virtutis genus instituerentur.

PSAUME CXLVIII.

Que toutes les créatures louent Dieu.

1. Alleluia.	1. Alleluia.
Laudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelsis.	Louez le Seigneur, ô vous qui êtes dans les cieux ! louez-le dans les plus hauts lieux.
2. Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus.	2. Louez-le, vous tous qui êtes ses anges, louez-le, vous tous qui êtes ses puissances.
3. Laudate eum, sol et luna; laudate eum, omnes stellæ, et lumen.	3. Soleil et lune, louez-le : étoiles et lumières, louez-le toutes ensemble.
4. a Laudate, eum cœli cœlorum; et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, [a *Dan.* 3. 59. 60.]	4. Louez-le, cieux des cieux : et que toutes les eaux qui sont au-dessus des cieux
5. Laudent nomen Domini.	5. Louent le nom du Seigneur;
Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt.	Parce qu'il a parlé, *et toutes ces choses* ont été faites : il a commandé, et elles ont *été* créées.
6. Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi; præceptum posuit, et non præteribit.	6. Il les a établies pour subsister éternellement, et dans tous les siècles : il leur a prescrit ses ordres, qui ne manqueront point de s'accomplir.
7. Laudate Dominum de terra, dracones, et omnes abyssi.	7. Louez le Seigneur, ô vous qui êtes sur la terre ! vous, dragons, et vous tous abîmes.
8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.	8. Feu, grêle, neige, glace, vents qui excitez les tempêtes, *et* vous qui exécutez sa parole;
9. Montes, et omnes colles; ligna fructifera, et omnes cedri.	9. Vous, montagnes, avec toutes les collines; arbres qui portez du fruit avec tous les cèdres;
10. Bestiæ et universa pecora; serpentes, et volucres pennatæ.	10. Vous, bêtes sauvages, avec tous les autres animaux; vous, serpents, et vous oiseaux, qui avez des ailes.
11. Reges terræ, et omnes populi; principes et omnes judices terræ.	11. Que les rois de la terre et tous les peuples, que les princes et tous les juges de la terre;
12. Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini;	12. Que les jeunes hommes et les jeunes filles, les vieillards et les enfants louent le nom du Seigneur,
13. Quia exaltatum est nomen ejus solius.	13. Parce qu'il n'y a que lui dont le nom soit grand et élevé.

Psal. CXLVIII. — 1. *Laudate Dominum.* Ce Psaume est purement moral. L'auteur, tout brûlant de l'amour de Dieu et tout pénétré de ses infinies perfections, excite toutes les créatures à le louer, parce qu'elles ont reçu de lui l'être et tout ce qu'elles possèdent. Dans cette énumération, il suit une marche descendante, c'est-à-dire qu'il commence par les créatures les plus élevées et qu'il descend successivement à celles qui sont les plus près de nous. Il termine par les enfants d'Israël, par le peuple qui a le droit et le devoir de louer Dieu aussi bien que les rois et les grands de la terre.

4. *Aquæ omnes quæ super cœlos sunt.* Ces paroles désignent les nuages, c'est pour cela que, dans l'énumération qui suit du vent, de la neige et de la glace, les nuées ne figurent plus (Cf. Ps. CIII, 3).

6. *Et non præteribit.* Dans l'Évangile : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt* (Matth., XXIV, 35).

Psal. CXLVIII. — 1. *De cœlis.* O vos qui estis de cœlis : o cœlites, vel o cœlestia omnia. — *In excelsis.* O vos qui estis in excelsis. Vel, o cœlestia, ut præcedente hemistichio.

2. *Virtutes.* Exercitus cœlestium spirituum.

4. *Cœli cœlorum.* Cœli præstantissimi, quale et empyreum clarissimum et beatorum sedes. — *Aquæ omnes.* Aquæ veræ et naturales, quæ sunt proxime sub cœlo empyreo : ut docent Patres, Gen., 1, 6.

5. *Dixit.* Jussit.

6. *Statuit ea in æternum.* Angelos scilicet, solem, lunam, stellas, cœlos et aquas cœlestes statuit in perpetuum, et voluit esse æterna. — *Præceptum posuit.* Legem statam et ratam de motibus, influxibus, etc., quam cœlestia constanter servant.

7. *De terra.* Terrestria, quæ in terra versamini. — *Dracones.* Immanes pisces, ceti. — *Abyssi.* Ingentes aquarum profunditates.

8. *Spiritus procellarum.* Venti procellas excitantes, turbines. — *Quæ faciunt.* Quæ omnia divinis jussis obtemperant, et illius nutu et voluntate reguntur.

10. *Bestiæ.* Feræ, nam חיה *cheia*, de illis proprie usurpatur. — *Pecora.* Bestiæ domesticæ, cicures, hoc enim significat בהמה *behema*.

13. *Exaltatum est nomen ejus solius.* Solus enim ipse super omnia exaltatus est et magnificatus per grandia et admiranda sua opera.

14. Sa louange et sa gloire s'élèvent au-dessus du ciel et de la terre : et c'est lui qui a élevé la puissance de son peuple.

Qu'il soit loué par tous les saints, par les enfants d'Israël, par ce peuple qui est si proche de lui. Alleluia.

14. Confessio ejus super cœlum et terram; et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sancti ejus; filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Alleluia.

PSAUME CXLIX.

Qu'Israël loue le Seigneur du repos dont il jouit sous sa protection.

1. Alleluia.

Chantez au Seigneur un nouveau cantique. Que sa louange retentisse dans l'assemblée des saints.

2. Qu'Israël se réjouisse en celui qui l'a créé; que les enfants de Sion tressaillent de joie en celui qui est leur roi.

3. Qu'ils louent son nom par de saints concerts; qu'ils célèbrent ses louanges avec le tambour et l'instrument à dix cordes;

4. Parce que le Seigneur a mis son plaisir dans son peuple, et qu'il élèvera ceux qui sont doux, et les sauvera.

5. Les saints seront dans la joie, se voyant comblés de gloire : ils se réjouiront dans *le repos de* leurs lits.

6. Les louanges de Dieu seront dans leur bouche; et ils auront dans leurs mains des épées à deux tranchants,

1. Alleluia.

Cantate Domino canticum novum; laus ejus in ecclesia sanctorum.

2. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum; et filii Sion exultent in rege suo.

3. Laudent nomen ejus in choro; in tympano et psalterio psallant ei;

4. Quia beneplacitum est Domino in populo suo; et exaltabit mansuetos in salutem.

5. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

6. Exaltationes Dei in gutture eorum; et gladii ancipites in manibus eorum;

Psal. CXLIX. — 1. *Cantate Domino.* Ce Psaume est un cantique d'action de grâces qui fut composé après une grande victoire, comme l'indiquent les versets 7 et 8. Quelle est cette victoire? Les uns veulent qu'il s'agisse des victoires de David, d'autres du retour de la captivité, et quelques-uns des victoires des Machabées. Mais, ajoute la Bible de Vence, on peut dire que ce Psaume convient parfaitement à la fin du monde, lorsque toutes les créatures s'armeront contre les insensés, et que les saints, revêtus de la puissance de Dieu, se vengeront de leurs ennemis et jugeront les anges mêmes. Alors ils seront dans la joie en se voyant comblés de gloire; ils chanteront à Dieu un cantique nouveau et éternel, et ils goûteront un repos et un bonheur qui ne finiront jamais, ne laissant jamais tarir la source de leur reconnaissance.

6. *Et gladii ancipites.* Ces glaives à deux tranchants sont le symbole de la puissance que les saints recevront du Seigneur au dernier jour pour juger, conjointement avec Jésus-Christ, les nations et les princes qui les ont persécutés, pour les reprendre et les convaincre publiquement de leur injustice, et les condamner à un châtiment éternel.

---

14. *Confessio ejus.* Laus ejus. — *Super cœlum et terram.* Ubique Dei gloria relucet, et ubique sive in cœlo, sive in terris laudandus est. — *Exaltavit cornu populi sui.* Laudandus etiam, quia populum suum multis auxit beneficiis, eumque sublimem et contra hostes potentem fecit. — *Hymnus omnibus sanctis ejus.* Æquum est ut omnis populus Israeliticus Deo carus, et illi sanctificatus, Deum suum laudet, illique hymnum dicat. — *Populo appropinquanti sibi.* Convenit hymnus Israelitis qui sunt populus Deo propinquans per fidem et religionem.

Psal. CXLIX. — 1. *Canticum novum.* Recens et insolitum, novi argumenti et materiæ ob nova beneficia. — *Laus ejus.* Subintellige *sit*, vel *audiatur.* — *In ecclesia sanctorum.* In cœtu.

2. *In eo qui fecit eum.* In Hebræo est, *in factoribus suis;* qui loquendi modus indicare videtur personarum divinarum Trinitatem. — *Filii Sion.* Filii ecclesiæ. — *In rege suo.* Christo.

3. *In choro.* Consensione simul cantantium in publico concentu. In Heb. est, מחול *machol*, quæ vox nunc cœtum gaudentium, cantantium et saltantium ad tibiam designat, ut Exod., 32, 19; nunc tibiam ipsam, vel tibiæ et instrumenti musici genus quo utebantur in choris, ut Exod., 15, 20. — *Tympano.* In Hebræo est, תף *topè*. Videtur a sono ficta vox per onomatopœiam. Instrumentum et utrinque membrana clausum, quod bacillis percussum resonat. Itali appellant *tamburino.* — *Psalterio.* Psalterium musicum erat instrumentum decem cordis instructum, ut non semel supra dictum est. Vocem hebraicam כנור *cinnor*, aliqui vertunt psalterium, alii citharam, alii lyram.

4. *Beneplacitum est Domino.* Bene vult populo suo; multa benignitate populum suum dignatur. Italice diceremus : *A gusto e si compiace del suo popolo.* — *Exaltabit... in salutem.* A statu humili et afflicto erexit ad salutem. In Hebr. est, *glorificabit in salute*, donabit et ornabit in salute. — *Mansuetos.* Mites, humiles.

5. *Exultabunt sancti in gloria.* Populus fidelis gloriam adeptus, gaudio exultabit. — *In cubilibus.* In lectis, id est, locis maximæ quietis, qualis est cœlestis patria.

6. *Exaltationes Dei in gutture eorum.* Ora ipsorum divinas celebrabunt laudes. — *Et gladii ancipites.* Simul Deum laudabunt, et hostes suos ulciscentur; itaque gladios utraque ex parte secantes stringent contra impios.

7. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

8. Ad alligandos reges eorum in compedibus; et nobiles eorum in manicis ferreis.

9. Ut faciant in eis judicium conscriptum; gloria hæc est omnibus sanctis ejus. Alleluia.

7. Pour se venger des nations, et pour châtier les peuples.

8. Pour lier leurs rois en leur enchaînant les pieds, et les grands d'entre eux en leur mettant les fers aux mains,

9. Et pour exercer ainsi contre eux le jugement qui est prescrit *par la justice de Dieu.* Telle est la gloire qui est *réservée* à tous ses saints. Alleluia.

PSAUME CL.

Quidquid sonat, Deum sonet.

1. Alleluia.

Laudate Dominum in sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.

2. Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

3. Laudate eum in sono tubæ; laudate eum in psalterio, et cithara.

4. Laudate eum in tympano, et choro; laudate eum in chordis, et organo.

5. Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis :

6. Omnis spiritus laudet Dominum. Alleluia.

1. Alleluia.

Louez le Seigneur dans son sanctuaire : louez-le sur le trône inébranlable de sa puissance.

2. Louez-le dans les effets de sa vertu : louez-le dans sa grandeur qui est infinie.

3. Louez-le au son de la trompette; louez-le avec l'instrument à dix cordes, et avec la harpe.

4. Louez-le avec le tambour et la flûte; louez-le sur la viole et sur l'orgue.

5. Louez-le avec les timbales d'un son éclatant : louez-le avec des timbales d'un son gai et agréable.

6. Que tout ce qui respire loue le Seigneur avec allégresse. Alleluia.

Psal. CL. — 1. *Laudate Dominum.* Ce Psaume est la conclusion de tout le Psautier, et, à ce titre, il invite tout ce qui respire à louer le Seigneur. On peut aussi le considérer comme une conclusion et une suite des deux Psaumes précédents. Dans le Psaume CXLVIII, le Psalmiste invite toutes les créatures à louer le Seigneur; dans le Psaume CXLIX, il s'adresse principalement aux Israélites; dans celui-ci, il s'adresse particulièrement aux prêtres et aux autres ministres du Seigneur, parce qu'il appartenait aux prêtres et aux lévites de jouer des instruments de musique dans les assemblées religieuses.

---

7. *Ad faciendam vindictam in nationibus.* Ut in die judicii vindictam sumant de hostibus. — *Increpationes in populis.* Ut eos increpent et illis exprobrent iniquitates eorum.

8. *Ad alligandos.* Cum scilicet principes infideles et Ecclesiæ persecutores, ligatis manibus et pedibus, jubebit Dominus projici in tenebras exteriores. Matth. 22. 13.

9. *Ut faciant in eis judicium conscriptum.* Jam olim conscriptum decretum, quod mutari, aut infringi non potest. — *Gloria hæc est.* Hæc erit gloria quam sancti habebunt, ut judiciariam potestatem in damnatos exerceant.

Psal. CL. — 1. *In sanctis ejus. In sancto*, sive *sanctuario ejus*, ut est in hebræo. Itaque *in sanctis* est generis neutrius. In cœlo, ubi præcipue sedem suam habet Dominus. — *In firmamento.* Hebr. *in expansione*, in expanso et firmiter a se constituto cœlo. In fortissimo palatio suo. — *Virtutis ejus.* Fortitudinis ejus, in quo divina ejus virtus et fortitudo elucet.

2. *In virtutibus ejus.* In græco est, ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ, *super potestatibus ejus.* Ob fortissima ejus facta, quia omnipotens. — *Secundum multitudinem magnitudinis ejus.* Ut requirit eximia ejus magnitudo et excellentia, et quamvis meritum ejus æquare non possitis, quantum tamen licet conamini.

3. *In psalterio.* Vide dicta Psalmo superiori, n. 3. — *Cithara.* Vide ibidem; est enim in hebræo כנור *cinnor.*

4. *Tympano.* Quid sit diximus Psalmo superiori, n. 3. *Choro.* De hoc etiam ibidem dictum est. — *Chordis.* Musicis instrumentis quæ fidibus sunt instructa. — *Organo.* Organis, musicis instrumentis generatim. In hebræo est, עגב *ougab*, quod putant esse fistulam, vel musicum instrumentum fistulis constans : sic dicebat ille :

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula...

5. *Cymbalis.* Sunt instrumenta quædam musica ærea, concava, tinnula, quæ pulsata tinnitum edunt. — *Cymbalis jubilationis.* Cymbalis jubilantibus, vel ad jubilandum excitantibus.

6. *Omnis spiritus laudet Dominum.* Quidquid uspiam spirat, Dominum laudet. Vel certe instrumenta spiritualia et pneumatica intelligit, quæ ore inflantur et spiritu sonum edunt, quasi tædio prolixioris enumerationis omnia simul musica instrumenta comprehendens.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

PRÉFACE SUR LE LIVRE DES PROVERBES.

Ce livre, que la Vulgate intitule les Proverbes de Salomon, *Proverbia Salomonis*, est appelé par les Septante Παροιμίαι Σαλομῶντος, c'est-à-dire les Similitudes ou Paraboles de Salomon. Les anciens Pères de l'Eglise le désignent souvent sous le nom de Πανάρετος, *Panarète* ou Recueil et précis de règles de morale. Méliton de Sardes dit que l'on appelle aussi les Proverbes de Salomon Σοφία, la Sagesse.

Toutes ces dénominations se justifient d'ailleurs d'après le caractère de l'ouvrage lui-même. Il renferme des maximes exprimées d'une façon laconique et incisive, comme nos proverbes; des comparaisons et des figures qui sont de véritables paraboles, des exhortations et des expositions de principes qui reviennent au genre panarétique, et la doctrine qu'il contient est tout à la fois si instructive et si solide, qu'on ne peut mieux la caractériser qu'en lui donnant le nom de Sagesse.

Ce livre, tel que nous l'avons, se compose de trente et un chapitres qui se divisent en trois parties.

La première embrasse les neuf premiers chapitres. C'est une exhortation morale qui a pour but de nous inspirer l'amour de la sagesse et de nous porter à la rechercher, en nous faisant connaître les récompenses magnifiques qu'elle nous assure, et les maux affreux qui sont la suite inévitable de la folie. Cette première partie est une sorte d'introduction ou de préface que l'auteur du livre a mise en tête de son ouvrage, pour recommander l'étude des maximes et des sentences qui suivent. « Elle est variée, dit Lowth, élégante, sublime et vraiment poétique; l'ordre y règne; les parties en sont liées avec art; elle est parée de tous les ornements de la poésie; et pour le mérite de la beauté, elle ne le cède à aucun autre monument de la poésie sacrée. »

La seconde partie, qui s'étend jusqu'au chapitre xxiv inclusivement, a un caractère tout différent. C'est la partie fondamentale de l'ouvrage qui mérite spécialement le nom de Proverbes. Elle ne se compose que de sentences détachées, indépendantes les unes des autres, et qu'on chercherait vainement à lier entre elles. Ces sentences sont à peu près au nombre de 500.

Elles sont habituellement contenues dans un seul verset qui se compose de deux membres, consistant chacun en trois ou quatre mots. Ces deux membres sont presque toujours opposés l'un à l'autre, et cette opposition se reproduit dans chaque terme. Parfois le premier membre est repris dans le second, ou bien l'un des membres est expliqué dans l'autre par une comparaison.

Les anciens sages ont éprouvé tous le besoin d'exprimer en peu de mots, sous une forme sententieuse, les vérités morales les plus essentielles à l'homme et à la société, parce qu'ils ont reconnu que c'était le moyen de les graver plus profondément dans l'esprit et le cœur des peuples.

Les Grecs ont eu, au début de leur civilisation, leurs poésies gnomiques qui n'étaient que des sentences mises en vers par des philosophes ou des législateurs, pour être plus facilement apprises et retenues par le vulgaire. Elles étaient courtes comme les Proverbes de Salomon, pour ne point trop surcharger la mémoire, et elles étaient exprimées avec sensibilité et concision pour frapper l'imagination plus fortement. Nous avons des fragments de ces sortes de poésies composées par Solon, Théognis de Mégare, Xénophane de Colophon, Pythagore et ses disciples. Mais elles sont bien inférieures aux Proverbes de nos livres saints, non-seulement pour le fond de la doctrine, mais encore pour la précision, l'élégance et l'exactitude de l'expression.

La troisième partie, qui va du chapitre xxv à la fin de l'ouvrage, se subdivise en deux parties. La première, qui comprend les chapitres xxv et suivants jusqu'au chapitre xxx, est un nouveau recueil de sentences détachées fait sous Ezéchias. Ce recueil a beaucoup d'analogie avec le précédent. Il n'y a ni plan, ni méthode, et il est, pour ce motif, impossible à analyser. Les maximes qu'il renferme sont moins laconiques que celles du premier recueil; elles ne sont ni aussi simples, ni aussi faciles à comprendre; elles ont parfois une forme énigmatique qui leur donne un air plus travaillé.

La seconde subdivision de cette troisième partie se compose des chapitres xxx et xxxi. Le premier de ces chapitres renferme des maximes que l'inscription attribue à Agur, fils de Jaké, et le dernier, contient les avis que le roi Lamuel reçut de sa mère (xxxi, 4-9), et un chant acrostiche qui est l'éloge ou le portrait de la femme forte (xxxi, 10-31).

Quel est l'auteur du livre des Proverbes? Il est certain qu'il n'a point été rédigé par Salomon tel que nous l'avons. Nous savons, par les livres des Rois (iii. Reg., iv, 33) que ce prince avait laissé trois mille paraboles. Ces paraboles étaient sans doute des sentences ou des maximes comme celles dont se compose le livre des Proverbes. Elles restèrent dans la mémoire du peuple jusqu'à ce que l'on en eut fait un choix sous l'inspiration de l'Esprit-Saint.

Ce choix semble avoir été fait à différentes époques et par divers auteurs. Car l'inscription du chapitre xxv nous en prévient, en nous disant que les sentences qui suivent ont été recueillies sous Esdras. Ce second recueil suppose l'existence du premier, et comme on trouve dans l'un et l'autre les mêmes proverbes répétés jusqu'à quatre fois, on est forcé de reconnaître là l'œuvre de plusieurs personnes. Le même compilateur ne serait pas tombé assurément dans de pareilles redites.

Nous croyons que la plupart des sentences comprises dans ces deux recueils sont de Salomon, et que le livre lui a été pour ce motif attribué. Mais il ne fut pas le seul à rédiger des paraboles et des proverbes, et dans le nombre il peut s'en trouver qui soient l'œuvre d'autres sages dont la science a été célèbre dans Israël. C'est ce que semble indiquer l'inscription qu'on lit au chapitre xxiv, vers. 23.

L'auteur des deux derniers chapitres est plus difficile à déterminer. Les titres attribuant l'un à Agur (xxx), et l'autre à Lamuel (xxxi), il s'est trouvé des critiques qui ont cru qu'ils n'étaient pas de Salomon. Mais l'opinion contraire nous semble beaucoup plus probable, et nous expliquerons, dans nos notes, ces deux titres, pour montrer qu'ils confirment notre sentiment au lieu de le combattre.

On ne peut douter que ce livre ne soit tout entier, pour le fond et la substance, l'œuvre de Salomon. Il a toujours figuré dans le canon des Juifs et des chrétiens, et Théodore de Mopsueste, ayant contesté son inspiration et son authenticité, fut anathématisé par le cinquième concile œcuménique de Constantinople, l'an 553.

Ce livre, comme l'a dit saint Jérôme, renferme un riche trésor de connaissances utiles. On y trouve des préceptes de morale propres à conduire l'homme dans les différents états et les diverses circonstances de la vie. C'est une école où peuvent également s'instruire les grands et les petits, les pauvres et les riches, les maîtres et les domestiques, les femmes et leurs maris, les parents et les enfants.

Cette morale nous fait pressentir, par son élévation et sa pureté, la morale évangélique, et elle découle d'une doctrine qui est comme l'aurore des enseignements sublimes que le Christ devait apporter au monde. Car avant de nous donner ses maximes, Salomon nous en montre le principe dans la Sagesse divine qui est, pour lui comme pour nous, le Verbe de Dieu, le Fils éternel du Père, la Lumière éternelle qui éclaire tout homme venant en ce monde. C'est à cette hauteur qu'il se place pour nous dicter ces vérités qui sont de tous les temps et de tous les lieux et qui doivent servir de base à toutes les sociétés humaines.

Chaque fois qu'il interrompt ses maximes, c'est pour nous exciter à l'étude de cette divine Sagesse devant laquelle la sagesse humaine n'est que mensonge et incertitude. Et il termine son livre par le portrait de la femme forte et de la femme modèle, qui n'est pas autre que la femme chrétienne telle que l'Evangile nous la représente.

Quand on considère l'importance de ce livre, on est porté à craindre que l'étude n'en soit trop négligée. Dans ses *Maximes tirées de l'Ecriture sainte*, Rollin y a fait de nombreux emprunts, parce qu'il aurait voulu voir ces principes gravés dans le cœur de tous les jeunes gens. Il serait à désirer que les prédicateurs les rappelassent plus souvent à leurs auditeurs. Car la vérité, présentée ainsi sous forme de sentences ou de proverbes, impressionne vivement le peuple, et ces aphorismes, quand ils sont entrés dans ses mœurs, sont des règles qu'il se rappelle fréquemment et dont il ne s'écarte pas volontiers.

LE LIVRE DES PROVERBES.

CHAPITRE PREMIER.

De l'utilité des Proverbes. Il faut écouter la sagesse.

1. Les paraboles de Salomon, fils de David *et* roi d'Israël,	1. Parabolæ Salomonis, filii David, regis Israel.
2. *Qu'il a écrites* pour *faire* connaître *aux hommes* la sagesse, et *leur apprendre* la discipline ;	2. Ad sciendam sapientiam, et disciplinam.
3. Pour *leur faire* comprendre les paroles de la prudence, et pour *les porter à* recevoir les instructions de la doctrine, *qui sont* la justice, le jugement et l'équité ;	3. Ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam, et judicium, et æquitatem :
4. Pour donner *du discernement* aux simples, de la science et de l'intelligence aux jeunes hommes.	4. Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia, et intellectus.
5. Le sage les écoutera, et il en deviendra plus sage ; et celui qui aura de l'intelligence y acquerra l'art de gouverner les autres.	5. Audiens sapiens, sapientior erit ; et intelligens, gubernacula possidebit.
6. Il pénétrera *toutes* les paraboles et leurs sens mystérieux ; *il comprendra* les paroles des sages et leurs énigmes.	6. Animadvertet parabolam, et interpretationem, verba sapientum, et ænigmata eorum.

CAP. I. — 1. *Parabolæ Salomonis.* Ce chapitre peut se diviser en trois parties : 1° sous forme d'introduction, Salomon parle de l'utilité des Proverbes (1-8) ; 2° après cette espèce d'exorde, il exhorte les jeunes gens à suivre les conseils des anciens, à écouter leurs parents et à fuir la société des méchants (8-19) ; 3° il fait ensuite l'éloge de la sagesse qui fait le bonheur de ceux qui l'écoutent, et qui accable de maux ceux qui le méprisent (19, *ad fin.*).

3. *Justitiam, et judicium, et æquitatem.* Ces trois mots ne sont pas synonymes comme Ménochius le prétend. La justice consiste à conformer nos actions à la règle de nos devoirs ou à la loi en général ; le jugement à discerner le bien et le mal, ce qui est convenable de ce qui ne l'est pas dans nos rapports avec le prochain ; et l'équité à rendre, comme dit l'Évangile, à César ce qui est à César, et à Dieu ce qui est à Dieu.

CAP. I. — 1. *Parabolæ.* In hebræo est, משלי *misle*, quæ vox sententias graves et utiles significat, axiomata et documenta præcipua, quæ aliis præstent et quasi dominentur ; nam radix משל *mascal*, ex qua factum est משלי *misle*, dominari significat, sive principatum tenere. Vox vero græca παραβολὴ, *parabola*, quanquam comparationem proprie significat, tamen (quod de hebraica voce diximus) latius sumitur, ut sententias et gnomas sapientes significet, sive adjunctam habeant comparationem aut allegoriam aliquam, sive non habeant.

2. *Disciplinam.* In græco est, παιδείαν, et hebraice מוסר *musar*, quæ voces eruditionem, correptionem, castigationem significant. Videtur ergo significari hoc libro tradi castigationem et correctionem morum. Porro inter sapientiam et disciplinam hoc discrimen statuere fortasse possimus, quod sapientia ad eos pertineat qui in hac doctrina provectiores sunt et absolutiores ; disciplina vero ad eos qui rudes sunt, et adhuc ab ejus consummatione longe absunt, ut significetur utrosque ex hac sapientiæ institutione posse proficere.

3. *Ad intelligenda verba prudentiæ.* Ad acquirendam prudentiam. In hebræo est, *ad intelligenda verba intelligentiæ* ; id est, ad intelligendum ea quæ intelligentem et prudentem hominem faciunt. — *Et suscipiendam eruditionem doctrinæ.* Si velimus hæc distinguere, dicere possimus verba prudentiæ, sive intelligentiæ, pertinere ad eam quam *sapientiam* appellavit, eruditionem vero doctrinæ ad eam quam dixit *disciplinam*. *Justitiam... judicium... æquitatem.* Videntur hæc omnia nomina congervata ad idem melius significandum, et ad rei quam tradis perfectionem indicandam, quæ unico vocabulo explicari non possit.

4. *Parvulis.* Simplicibus, ut ostendit vox græca ἄκακοις ; parvulis non tam ætate quam sensu. — *Astutia.* Astutia, ut etiam πανουργία, in bonum accipitur, scilicet pro circumspectione. — *Adolescenti.* Est repetitio aliis verbis præcedentis scientiæ. Adolescentes fere incauti sunt, ideoque erudiendi ut dolos sentiant, et a periculis se abducant.

5. *Audiens.* Si audiat sapiens hæc documenta, sapientior fiet. — *Gubernacula possidebit.* In Hebr. est, תחבלות *thachbuloth*, quæ vox significat *consilia solertia*, quibus bene se gubernare possit ; ad quem sensum etiam LXX verterunt, κυβέρνησιν, *gubernationem*, sive gubernandi rationem.

6. *Animadvertet parabolam, et interpretationem.* Quasi dicat : Non solum ad ea quæ diximus utilis erit hic liber, verum etiam ad intelligendam quamcumque parabolam et ænigmaticum sermonem in simili argumento versantem lucem afferet. — *Ænigmata eorum.* Sapientiam quam ænigmatibus, symbolis, parabolis velant sapientes, ne, si obvia sit et patens omnibus, vilescat.

7. *a* Timor Domini, principium sapientiæ. Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt. [*a Ps.* 110. 10. *Eccli.* 1. 16.]	7. *Or*, la crainte du Seigneur est *le commencement*, le principe de la sagesse ; les insensés méprisent la sagesse et la doctrine.
8. Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ :	8. *Vous* écoutez, mon fils, les instructions de votre père, et n'abandonnez point la loi de votre mère ;
9. Ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.	9. Et elles seront un ornement à votre tête, et *comme* de riches colliers à votre cou.
10. Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.	10. Mon fils, si les pécheurs vous attirent par leurs caresses, ne vous laissez point aller à eux.
11. Si dixerint : Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra :	11. S'ils disent : Venez avec nous ; dressons des embûches pour répandre le sang, tendons en secret des piéges à l'innocent qui ne nous a fait aucun mal ;
12. Deglutiamus eum sicut infernus viventem et integrum quasi descendentem in lacum.	12. Dévorons-le tout vivant, comme l'enfer, et *dévorons-le* tout entier, *afin qu'il soit* comme celui qui descend dans la fosse.
13. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.	13. Nous trouverons *dans sa ruine* toutes sortes de biens et de choses précieuses ; nous remplirons nos maisons de dépouilles.
14. Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum.	14. Entrez en société avec nous ; n'ayons tous qu'une même bourse.
15. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum.	15. Mon fils, n'allez point avec eux ; gardez-vous bien de marcher dans leurs sentiers :
16. *a* Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem. [*a Isa.* 59. 7.]	16. Car leurs pieds courent au mal, et ils se hâtent de répandre le sang.

8. *Audi, fili mi, disciplinam patris tui.* Cette science du père est l'enseignement traditionnel sur lequel reposent le culte et la religion. Les fils n'ont toujours qu'à écouter et à imiter leurs pères qui ont reçu les divins enseignements de la foi, suivant cette parole de Moïse : *Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi* (Deut., XXXII, 7). Et au livre des *Proverbes* plus loin : *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui* (Prov., XXII, 28).

---

7. *Timor Domini.* Eadem sententia habetur, Psal. 110, 10 ; et Eccli. 1, 16. In Hebr. est, ראשית *reschith*, et græce, ἀρχή, quæ voces et principium et principatum significant, et sensus esse potest : timor Domini initium est et primitiæ sapientiæ. Vel timor Dei atque religio, etc., in virtutibus moralibus principatum tenet. Vel timor Domini primus sapientiæ effectus est. — *Stulti.* LXX habent, *impii*. Aquila, Symmachus et Theodotio, ἄφρονες, imprudentes.

8. *Audi.* Hactenus proœmium : nunc primum tradit præceptum de audiendis parentibus. — *Disciplinam patris.* Sententia est : admitte ad aures et ad animum documenta, eruditionem præcepta patris et matris tuæ. Quamvis enim de patre dicat : *Audi disciplinam patris* ; de matre autem : *Ne dimittas legem matris* : utrumque tamen ad utrumque parentem, ut explicavimus, referendum est.

9. *Ut addatur gratia.* Significat per obedientiam parentibus exhibitam filios consecuturos apud homines gratiam et favorem ; ita ut eos omnes libenter aspiciant, et complectantur, et magni faciant, veluti torque et corona ornato.

10. *Si te lactaverint.* Si te seducere voluerint. Lactare non est lacte potare, sed pellicere, seducere, blandis verbis allicere ; estque frequentativum verbi *lacio*, ex quo composita *allicio*, *pellicio*.

11. *Insidiemur sanguini.* LXX verterunt, *particeps esto sanguinis*, id est, occisionis, quæ patratur fuso sanguine. — *Tendiculas.* Insidias. — *Insontem.* Innocentem, qui neminem læsit. — *Frustra.* Vox hebræa חנם *chinnam* significat *gratis*, id est, etiamsi in nullo violati simus.

12. *Deglutiamus.* Non infrequens metaphora devorandi et deglutiendi in hunc sensum ; sic Psal. 13, 4 : *Qui devorant plebem meam sicut escam panis* ; et hoc libro Proverb., cap. 30, 14 : *Generatio quæ pro dentibus gladios habet, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus.* Ex his patet quid sit devorare et deglutire. — *Sicut infernus viventem.* Subito illum et facile, nullo resistente, perdamus. Italice diceremus : *Se lo mangieremo bello e vivo.* Videtur allusum ad historiam Dathan et Abiron, qui vivi absorpti sunt a terra dehiscente subito, et summa cum facilitate in lacum, hoc est, in foveam inferni recepti sunt. — *Lacum.* Hebr. בור *bor*, quæ vox foveam, cisternam, etc., significat.

13. *Omnem pretiosam substantiam reperiemus.* Prædam multam capiemus et pretiosam, qua ditabimur.

14. *Sortem mitte nobiscum.* Vel sententia est : habeamus bona omnia communia ; quod nostrum est, tuum sit, et quod tuum, nostrum. Ea quæ sors tua sunt, quæ tibi hæreditate paterna, aut alio jure obvenerunt, nobiscum communica. Vel sensus est : committe te nobiscum fortunæ, experiamur communem fortunæ, aleam, ut unum sit omnium nostrum marsupium, hoc est, commune sit lucrum quod aliena diripiendo consequemur.

15. *Semitis.* Studiis, et agendi ratione quam illi sequuntur.

16. *Effundant sanguinem.* Per scelus homicidii.

17. Mais c'est en vain qu'on jette le filet devant les yeux de ceux qui ont des ailes.
18. Ils dressent eux-mêmes des embûches à leur propre sang, et ils tendent des piéges pour perdre leurs propres âmes.
19. Telles sont les voies de tous les avares; elles surprennent les âmes de ceux qui sont engagés dans cette passion.
20. La sagesse enseigne au dehors, elle fait entendre sa voix dans les places publiques;
21. Elle crie à la tête des assemblées du peuple; elle fait retentir ses paroles aux portes de la ville, et elle dit à tous les hommes :
22. O enfants! jusqu'à quand aimerez-vous l'enfance? jusqu'à quand les insensés désireront-ils ce qui leur est pernicieux, et les imprudents haïront-ils la science?
23. Convertissez-vous par les remontrances que je vous fais. Je vais répandre sur vous mon esprit, et je vous ferai entendre mes paroles.
24. *Mais* parce que je vous ai appelés, et que vous n'avez point voulu m'écouter; que j'ai tendu ma main, et qu'il ne s'est trouvé personne qui m'ait regardé;
25. Que vous avez méprisé tous mes conseils, que vous avez négligé mes réprimandes;
26. Je rirai aussi à votre mort, et je vous insulterai, lorsque ce que vous craignez vous sera arrivé;

17. Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.
18. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas.
19. Sic semitæ omnis avari, animas possidentium rapiunt.
20. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam.
21. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens :
22. Usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, et imprudentes odibunt scientiam?
23. Convertimini ad correptionem meam : en proferam vobis spiritum meum, et ostendam vobis verba mea.
24. [a] Quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. [a *Isa.* 62. 12. et 66. 4. *Jerem.* 13. 7.]
25. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.
26. Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit.

20. *Sapientia foris prædicat.* Pour engager à acquérir la sagesse, Salomon montre que rien n'est plus facile. Le Juif n'avait qu'à écouter la Synagogue pour en recueillir les enseignements, le chrétien n'a qu'à écouter l'Eglise. Sa doctrine est connue de tout le monde, on la trouve non-seulement dans les temples, au milieu de toutes les assemblées religieuses, mais partout ailleurs sur les places publiques, à l'entrée de toutes les villes et de tous les villages, dans les lieux les plus fréquentés et les plus accessibles.

---

17. *Frustra... jacitur rete.* Quasi dicat : Tu meis monitis eruditus, retia, laqueos et insidias, quas tibi pravi sodales struunt dum in sui societatem allicere student, facile vitabis; nam tibi retexi eorum technas, et rete ostendi, quod frustra expanditur et explicatur inutiliter, cum illud vident aviculæ; nam ut ait ille :

Quæ nimis apparent retia, vitat avis.

* Aliqui id exponunt de stolidis avibus et hominibus fatuis, qui licet rete videant et sentiant, patiuntur tamen se inescari et capi.

18. *Ipsi quoque.* Quasi dicat : Propterea etiam debes te ab eorum societate abducere, quia dum aliis insidias parant, sibi ipsis perniciem creant; nam ut est Psal. 7, 16 : *Incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.*

19. *Semitæ.* Viæ et rationes agendi. — *Animas possidentium rapiunt.* Ipsorum avarorum divitias quærentium per fas et nefas, et inique possidentium, animas perdunt. * Sicut aves ad escam advolantes perdit cibi cupiditas, ita avarum amor pecuniæ.

20. *Sapientia.* Docuit non audiendas voces perditorum hominum ad scelus invitantium; nunc autem excitat ad audiendam sapientiam, quæ ad recta studia et ad virtutem invitat, eamque per prosopopœiam loquentem inducit. — *Foris prædicat.* Sapientia divina clamat palam per documenta et dictamina legis naturalis et legis scriptæ, per virtutum et vitiorum exempla quæ passim in oculos incurrunt, per monita sapientium, etc.

21. *In capite turbarum.* In frequentibus turbis. — *In foribus portarum urbis.* Ibi enim maxima est hominum cujuslibet ordinis frequentia; quod propterea dicitur a sapiente, ut ostendat nullum non audire sapientiæ voces.

22. *Parvuli.* Vide dicta supra, n. 4. — *Infantiam.* In Hebr. est, *simplicitatem*, id est, ignorantiam et imperitiam. Similis increpatio, Psal. 4. 3 : *Filii hominum, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium!*

23. *Convertimini.* Aures et animum advertite ad excipiendam doctrinam meam, qua mores et vitam vestram corrigam et instruam. — *Proferam vobis spiritum meum.* Aperiam vobis quæ mente concepta habeo. — *Et ostendam vobis.* Est repetitio præcedentis sententiæ.

24. *Vocavi.* Invitavi vos ut me audiretis. — *Extendi manum meam.* Innuens ut accederetis, vel auxiliarem vobis dexteram porrigens ut ex ignorantia et periculis emergeretis. — *Non fuit qui aspiceret.* Sed neglexistis me, et renuistis accedere.

25. *Increpationes.* Admonitiones.

26. *In interitu vestro ridebo.* Sic Psal., 2, 4, dicitur : *Qui habitat in cœlis irridebit eos: et Dominus subsannabit eos.* Risuram se dicit sapientia, non quod vere quamquam rideat aut subsannet, sed quod facto ita se gerat ac si rideret, dum in impiorum interitu non solum eos negligit, et nulla erga illos movetur misericordia; sed eos et actiones eorum damnando, ostendit esse ridendos qui æterna temporalibus posthabuerunt. — *Id quod timebatis.* Cum mors advenerit; hanc enim solam impii timent, de futura vita parum aut nihil solliciti; vel *id quod timebatis*, significat calamitatem repentinam de qua statim subdit : eam enim saltem generatim timuerunt, qui malum in genere timuerunt.

27. Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit; quando venerit super vos tribulatio, et angustia;
28. Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me :
29. Eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint,
30. Nec acquieverint consilio meo, et detraxerint universæ correptioni meæ.
31. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.
*
32. Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.
33. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

27. Lorsque le malheur vous viendra tout d'un coup, et que la mort fondra sur vous comme une tempête; lorsque vous vous trouverez surpris par l'affliction et par les maux les plus pressants :
28. Alors ils m'invoqueront, *ces impies*, et je ne les écouterai point; ils se lèveront dès le matin *pour me chercher*, et ils ne me trouveront point.
29. *Je me cacherai à eux*, parce qu'ils ont haï les instructions *que je leur ai données*, qu'ils n'ont point embrassé la crainte du Seigneur;
30. Qu'ils ne se sont point soumis à mes conseils, et qu'ils n'ont eu que du mépris pour toutes mes remontrances.
31. Ainsi ils mangeront le fruit de leur voie; et ils seront rassasiés de leur conseils *pleins de folie*.
32. L'égarement des enfants *des hommes* les tuera, et la prospérité des insensés les perdra.
33. Mais celui qui m'écoute reposera en assurance, et il jouira d'une abondance de biens, sans craindre aucun mal.

CHAPITRE II.

Des avantages de la sagesse.

1. Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te,
2. Ut audiat sapientiam auris tua; inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.
3. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ.

1. *Vous les aurez ces biens*, mon fils, si vous recevez mes paroles, et si vous tenez mes préceptes cachés dans le fond de votre cœur,
2. En sorte que votre oreille se rende attentive à la sagesse. Abaissez *donc* votre cœur pour connaître la prudence.
3. Car si vous invoquez la sagesse et que vous soumettiez votre cœur à la prudence;

Cap. II. — 1. *Fili mi, si susceperis sermones meos.* Les avantages que la sagesse procure sont de deux sortes : 1° elle donne à l'homme toute sorte de biens, en lui inspirant la pratique des vertus les plus fondamentales (1-10) ; 2° elle fait éviter les plus grands maux à ceux qui la cultivent et qui la possèdent (10-22).

---

27. *Cum irruerit repentina calamitas.* Nimirum mors et imminentes pœnæ inferorum æternæ. — *Quasi tempestas.* Impii enim ex hac vita abripiuntur inviti, et cum de morte minus cogitant. — *Angustia.* Mortis, damnationis æternæ.

28. *Tunc.* Proxima jam morte. *Invocabunt me, et non exaudiam.* Etiamsi invocent, et mane surgant, hoc est, sollicite postulent, aut quærant salutem, illam non consequuntur, quia non detestantur peccata ut oportet; sed dolent et aversantur imminens malum ob solum suum incommodum et miseriam. Talis Antiochus, de quo II. Machab., 9, 13 : *Orabat autem hic scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus.*

29. *Disciplinam Sapientiam*, ut habent LXX. — *Susceperint.* Conceperint, admiserint.

30. *Detraxerint..... correptioni meæ.* Admonitiones sapientiæ, et hominum sana consilia suggerentium non audiverint, sed rejecerint tanquam graves et importunas, et de iis male locuti fuerint.

31. *Comedent... fructus viæ suæ. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet*, Galat., 6, 8. — *Suisque consiliis saturabuntur.* Saturari suis consiliis est abunde et usque ad nauseam fructibus, hoc est, affectibus saturari, quos illis prava sua consilia pepererunt.

32. *Aversio parvulorum.* Aversio a sapientia et a salutaribus admonitionibus perdit insipientes. Ex hebræo verti posset, *prosperitas simplicium interficiet*; quæ interpretatio cum sequenti hemistichio bene cohæret, in quo de more eadem repetitur sententia. * Aliqui putant *aversionem* eam esse quam Græci vocant ἀπροσεξίαν, id est, *negligentiam*, *segnitiem*, cum animus ad ea quæ oportet non intenditur. — *Prosperitas stultorum perdet illos.* Exemplo sit Sodoma, de qua dicitur Ezechielis 16, 49 : *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius, et filiarum ejus.*

33. *Absque terrore requiescet.* Quæ hoc versiculo promittuntur potissimum locum habent in iis qui ad æternam felicitatem pervenerunt, quanquam etiam in hac vita horum bonorum per pacatam conscientiam et aliis modis participes sunt.

Cap. II. — 1. *Si susceperis sermones meos.* Si statuisti suscipere, si volueris admittere sermones meos. — *Et mandata mea absconderis.* Et mandata mea quasi thesaurum apud te recondere.

2. *Inclina cor tuum.* In primis et ante omnia requiritur ut inclines cor tuum ad cognoscendam prudentiam, ad hoc ut attente et cum fructu auris tua audiat sapientiam.

3. *Sapientiam invocaveris.* Precibus eam a Domino postulaveris.

4. Si vous la recherchez comme on fait l'argent, et que vous creusiez bien avant pour la trouver, comme font ceux qui déterrent les trésors,

5. Alors vous comprendrez la crainte du Seigneur, et vous trouverez la science *et la sagesse qui viennent de Dieu ;*

6. Car c'est le Seigneur qui donne la sagesse, et c'est de sa bouche que sortent la prudence et la science :

7. *Mais* il réserve le salut comme un trésor pour ceux qui ont le cœur droit : et il protégera ceux qui marchent dans la simplicité,

8. *Les* conservant dans les sentiers de la justice, et les gardant, *afin qu'ils ne s'écartent point de* la voie des saints.

9. Alors vous connaîtrez la justice, le jugement et l'équité, et tous les sentiers qui sont droits.

10. *Et* si la sagesse entre dans votre cœur; et que la science *de Dieu* plaise à votre âme,

11. Le bon conseil vous gardera, et la prudence vous conservera *en tout temps;*

12. Afin que vous soyez délivré de la mauvaise voie et *de la compagnie* des hommes qui tiennent des discours corrompus;

13. Qui abandonnent le chemin droit, et qui marchent par des voies ténébreuses ;

14. Qui se réjouissent lorsqu'ils ont fait le mal, et qui triomphent dans les choses les plus criminelles;

15. Dont les voies sont toutes corrompues, et dont les démarches sont infâmes.

16. *Cette même prudence vous gardera*, afin que vous soyez délivré de la femme étrangère, de l'étrangère dont le langage est doux et flatteur;

17. Qui abandonne celui qu'elle a épousé en sa jeunesse,

18. Et qui oublie *ainsi* l'alliance qu'elle avait

4. Si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam.

5. Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies;

6. Quia Dominus dat sapientiam; et ex ore ejus prudentia, et scientia.

7. Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter.

8. Servans semitas justitiæ, et vias sanctorum custodiens.

9. Tunc intelliges justitiam, et judicium, et æquitatem, et omnem semitam bonam.

10. Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit :

11. Consilium custodiet te, et prudentia servabit te.

12. Ut eruaris a via mala, et ab homine qui perversa loquitur;

13. Qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas;

14. Qui lætantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis;

15. Quorum viæ perversæ sunt, et infames gressus eorum.

16. Ut eruaris a muliere aliena, et ab extranea, quæ mollit sermones suos.

17. Et relinquit ducem pubertatis suæ,

18. Et pacti Dei sui oblita est; incli-

9. *Tunc intelliges justitiam.* Ce verset peut être considéré comme parallèle au verset 5 et comme une suite des quatre premiers versets de ce chapitre.

16. *Ut eruaris a muliere aliena.* Ce même sujet se trouve traité plus loin, cap. V, VI, VII, IX, XXIII, 27, 28.

---

4. *Quasi pecuniam.* Ut avari pecuniam quærunt, sollicite, diligenter et sæpius lucri occasiones captando, et oblatas persequendo.

5. *Timorem Domini, et scientiam Dei.* Veram sapientiam, quæ in cognitione veri Dei et illius sincero cultu consistit.

6. *Ex ore ejus.* Vera enim sapientia et prudentia provenit nobis ex Scripturis sacris in quibus divina oracula continentur, et ex inspiratione divina, qua docemur quid fugiendum, quid petendum sit.

7. *Custodiet rectorum salutem.* Custodiet et apud se diligenter asservabit salutem justorum et rectorum, illam repositam habens eorum in bonum, et cum opus fuerit depromturus. LXX habent : *thesaurizabit rectis salutem.*

8. *Servans semitas justitiæ.* Custodiens et tutas reddens semitas justitiæ, ne, dum pii illas tenent et insistunt, impingant, aut incommodo aliquo afficiantur.

9. *Tunc intelliges.* Cum scilicet sapientiam postulaveris et quæsieris; vel cum Deus dederit tibi sapientiam; vel etiam ad sequentia referri potest hoc sensu. *Si intraverit, sapientia cor tuum, tunc intelliges, etc.* — *Judicium, et æquitatem.* Non sunt hæc inter se curiose distinguenda; nam est synonymorum coacervatio, ut superiori capite, n. 3.

11. *Consilium.* Prudentia, sapientia.

15. *Infames.* Conciliantes infamiam et dedecus.

16. *Muliere aliena.* Quæ alii viro nupsit, quæ uxor tua non est. — *Mollit sermones suos.* Mollibus et blandis verbis utitur, et ad decipiendum idoneis.

17. *Ducem pubertatis.* Maritum suum qui eam virginem duxit, cum adhuc esset puella annis pubertatis. Jerem., 3, 4, dicitur *dux virginitatis*. * Hunc maritum Græci κουρίδιον πόσιν vocant cum Homero, ut Iliad., lib. 5, vers. 414 :

> Κουρίδιον ποθέουσα πόσιν τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν.
> *Maritum cui, cum virgo esset, nupserat, desiderans optimum Achivorum.*

18. *Pacti Dei.* Intelligit divinam legem adulteria vetantem. Vel fœdus nuptiale, cujus auctor est Deus. — *Inclinata est... ad mortem domus ejus.* Quasi dicat : Qui ad domum ejus accedit, ambulat per viam declivem, quæ ad mortem et ad inferos ducit.

nata est enim ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius :

19. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ.

20. Ut ambules in via bona; et calles justorum custodias.

21. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, et simplices permanebunt in ea.

22. *a* Impii vero de terra perdentur; et qui inique agunt, auferentur ex ea. [*a* *Job.* 18. 17.]

faite avec son Dieu, *car on peut dire de la femme adultère que* sa maison penche vers la mort, et *que* ses sentiers mènent aux enfers.

19. *Aussi* quiconque s'engage avec elle, n'en reviendra point, et ne rentrera point dans les sentiers de la vie.

20. Marchez dans la bonne voie, et ne quittez point les sentiers des justes ;

21. Car ceux qui ont le cœur droit habiteront sur la terre, et les simples y seront fermement établis ;

22. Mais les impies seront retranchés de dessus la terre; et ceux qui commettent l'injustice en seront exterminés.

CHAPITRE III.

Enumération des biens que procure la sagesse.

1. Fili mi, ne obliviscaris legis meæ, et præcepta mea cor tuum custodiat;

2. Longitudinem enim dierum, et annos vitæ, et pacem apponent tibi.

3. Misericordia et veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui.

4. Et invenies gratiam, et disciplinam bonam, coram Deo et hominibus.

5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.

6. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.

7. *a* Ne sis sapiens apud temetipsum; time Deum, et recede a malo. [*a* *Rom.* 12. 16.]

1. Mon fils, n'oubliez point ma loi, et que votre cœur garde mes préceptes ;

2. Car vous y trouverez la longueur des jours, la multiplication des années de votre vie, et la paix.

3. Que la miséricorde et la vérité ne vous abandonnent point; mettez-les comme un collier autour de votre cou, et gravez-les sur les tables de votre cœur ;

4. Et vous trouverez grâce devant Dieu et devant les hommes, *comme ayant* une conduite sage.

5. Ayez confiance en Dieu de tout votre cœur, et ne vous appuyez point sur votre prudence.

6. Pensez à lui dans toutes vos voies; et il conduira lui-même vos pas.

7. Ne soyez point sage à vos propres yeux, craignez Dieu, et éloignez-vous du mal.

19. *Non revertentur.* Comme ceux qui tombent dans une caverne de bêtes féroces; une fois nourri par les mauvaises passions et plongé dans l'abîme de la volupté, l'homme ne revient plus à lui-même.

Cap. III. — 1. *Fili mi, ne obliviscaris legis meæ.* Pour engager à suivre les inspirations de la sagesse, Salomon en donne ici une triple raison : 1º il énumère tous les biens qu'elle procure, à savoir, une longue vie dans le sens de ces paroles de Moïse : *Honora patrem tuum... ut longo vivas tempore* (Deut., V, 16), la santé, l'abondance en toutes choses conformément à la loi qui promettait aux Juifs fidèles des récompenses temporelles (1-17) ; 2º la considération ou l'estime publique (17-21); 3º la sécurité et la paix du juste (21-27). Il recommande la bienfaisance (27-28), et il y exhorte, en nous montrant Dieu faisant le bonheur des justes et le malheur des impies (29, *ad fin.*).

7. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Saint Paul a dit : *Nolite esse prudentes apud vos metipsos* (Rom., XII, 16). *Perdam sapientiam sapientium* (I. Cor., I, 19). *Christus factus est nobis sapientia a Deo* (I. Cor., I, 30, 31).

---

19. *Non revertentur.* Persistit in mortis allegoria; qui enim ad mortem perveniunt, de qua hic est sermo, non revertuntur, id est, non redeunt vivi, sed morti spirituali obnoxii. Verum etiam est non reverti, quia vix excutitur hic morbus, et hæc mors. Adde etiam multos non reverti, a maritis aut rivalibus occisos.

20. *Custodias.* Teneas, sequaris.

21. *Habitabunt in terra.* Habitare in terra est non solum vivere super terram, sed etiam feliciter agere. Symmachus vertit, *hæreditabunt terram*, id est possidebunt. — *Simplices.* Hebr. et Chald. *Immaculati*; LXX, *sancti*. — *permanebunt*. Deo nimirum protegente.

Cap. III. — 2. *Longitudinem... dierum.* Vitam diuturnam; *longitudinem ætatis*, ut habent LXX. — *Pacem.* Prosperitatem et felicitatem, quæ Hebræis nomine pacis significatur.

3. *Misericordia et veritas.* Hæ duæ virtutes sæpe junguntur in Scripturis, ut Psal. 88, 15 : *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Hisce enim duabus virtutibus omnes aliæ videntur comprehendi. Per misericordiam enim impenduntur ex benignitate proximis officia gratuita; per veritatem, hoc est, justitiam et æquitatem, impenduntur Deo et hominibus officia debita. — *Te non deserant.* Constanter exerce earum officia. — *Circumda eas gutturi tuo.* Id est, firmiter et omni ex parte tibi adsint, semperque tibi sint præ oculis ad eum modum quo semper præ oculis habemus quæ ex collo nostro dependent, ut etiam ab iisdem circumdemur.

4. *Disciplinam.* Intellectum, intelligentiam bonam, vel bonam institutionem.

7. *Apud temetipsum.* In Hebræo est, *in oculis tuis*, tua opinione et judicio, ita ut tibi placeas, et te sapientem existimes.

8. Ainsi votre chair sera saine, et l'arrosement *d'un suc salutaire* pénétrera jusque dans vos os.

9. Honorez de votre bien le Seigneur, et donnez-lui les prémices de tous vos fruits.

10. Et alors vos greniers seront remplis de blé, et vos pressoirs regorgeront de vin.

11. Mon fils, ne rejetez point la correction du Seigneur, et ne vous abattez point lorsqu'il vous châtie;

12. Car le Seigneur châtie celui qu'il aime, et il trouve en lui son plaisir, comme un père dans son fils.

13. Heureux celui qui a trouvé la sagesse, et qui est riche en prudence;

14. *Car* le trafic de la sagesse vaut mieux que celui de l'argent; et le fruit qu'on en retire est plus excellent que l'or le plus fin et le plus pur.

15. Son prix passe toutes les richesses, et tout ce qu'on désire le plus *sur la terre* ne mérite pas de lui être comparé.

16. Elle a la longueur des jours dans sa *main* droite; et dans sa gauche les richesses et la gloire.

17. Ses voies sont belles, et tous ses sentiers sont pleins de paix.

8. Sanitas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio ossium tuorum.

9. *a* Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da ei : [*a* *Tob.* 4. 7. *Luc.* 14. 13.]

10. Et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia tua redundabunt.

11. *a* Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias; nec deficias cum ab eo corriperis; [*a* *Heb.* 12. 5. *Apoc.* 3. 19.]

12. Quem enim diligit Dominus, corripit; et quasi pater in filio complacet sibi.

13. Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia;

14. Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus;

15. Pretiosior est cunctis opibus; et omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.

16. Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria.

17. Viæ ejus viæ pulchræ, et omnes semitæ illius pacificæ.

19. *Dominus sapientia fundavit.* Cet éloge de la sagesse éternelle revient au chap. VIII, 22 et seq., où Salomon développe tout particulièrement les œuvres qui la distinguent.

---

8. *Sanitas... erit umbilico tuo.* LXX verterunt, *erit sanitas corpori tuo.* Sanitatem tribuit umbilico, qui in medio ventris est et totius humani corporis; quasi dicat : Sanitas erit ventri tuo et toti corpori tuo. Bene etiam umbilico sanitas tribuitur, quia per umbilicum prima hominis nutritio fit in matris ventre, et quia umbilici dissolutio lethalis est. Verum quia modus loquendi est allegoricus, per sanitatem umbilici bona et firma animæ constitutio significatur. Crediderim tamen peculiariter innuere sapientem eum qui servat præcepta hactenus tradita, et potissimum ea quæ sunt de muliere aliena, sanitatem habiturum umbilici, hoc est, temperantiam circa voluptates sexus, et corpus bene valens et succulentum, quod irrigatione ossium significatur. Hoc enim passim videmus accidere ut qui veneri intemperanter indulgent parum valeant, et corpore exsucco sint et exhausto. — *Irrigatio ossium.* Irrigatio ossium medullarum pinguedinem significat; quare Symmachus vertit, πιότης, *pinguedo.*

9. *Honora.* Oblationibus et primitiis offerendis. — *Substantia.* Divitiis tuis.

10. *Saturitate.* Id est, frugum abundantia, quibus te et tuos saturare possis.

11. *Disciplinam Domini.* Correptionem, castigationem, sive verbo fiat sive flagellis ac malis a Deo immissis. — *Nec deficias.* LXX habent, *nec fatigeris.* Hebr. et chaldæus, *ne tædio afficiaris.* Italice diceremus : *Non ti rincresca.* Idem præceptum legimus in libro Job., c. 5, 17 : *Increpationem ergo Domini ne reprobes.*

12. *Quasi pater in filio complacet sibi.* D. Paulus ad Hebr., 12, 6, citat hunc locum juxta versionem LXX qui habent : *flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Interpretationum diversitas orta est ex hebræa voce כאב quæ si legatur cum *scheva* et *cametz* כְּאָב *cheab*, significabit *quasi pater*; si vero legatur cum *chirec* et *tsere*, כִּאֵב *chieb*, in conjugatione *piel*, significabit dolore facit, affligit, flagellat. Ita legunt LXX, et ex iis D. Paulus : sensus ergo est, Dominum sibi tanquam patrem in eo quem arguit complacere, quia illum suo beneplacito elegit ad vitam æternam, ad quam eum promovet salutari sua castigatione.

14. *Acquisitio.* Hebr. et Chal. *negotiatio.* — *Negotiatione argenti.* Qua scilicet argentum acquiritur. — *Auri primi.* In Hebr. est חרוץ *charuts*, * quod significat aurum et id quod in hominis divitiis pretiosum est. Aliqui vocem hebræam *sollicitus* significare volunt, sive *sollicitudinem*, quod auro et rebus pretiosis bene convenit, quæ sollicite custodiuntur. Aurum primum est aurum purissimum. — *Fructus ejus.* Ut sensus bene percipiatur, ita ordinanda sunt verba : melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et negotiatione auri primi et purissimi melior est fructus ejus.

* 15. *Opibus.* Aliqui putant vocem hebræam פנינים *peninim*, quæ hic subest, margaritas aut gemmas significare rubei coloris. Sic quod Thren. 5, 7, dicitur : *Rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores*, in versione Pagnini ab Aria Montano recognita habetur *rubuere præ margaritis*, præ פנינים.

16. *Longitudo dierum.* Sententia versiculi est : in manibus ejus sunt longitudo vitæ, divitiæ et gloria. Quod si placeat vim facere in distinctione dexteræ et sinistræ, dicemus sensum esse : dat vitam, quam homines omnibus rebus præferunt, et quod secundo loco optant, opes et gloriam.

17. *Viæ ejus viæ pulchræ.* Carentes nimirum omni labe erroris aut vitiorum. — *Pacificæ.* Prosperitatem et felicitatem afferentes.

18. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam; et qui tenuerit eam, beatus.

19. Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit cœlos prudentia.

20. Sapientia illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt.

21. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis : Custodi legem atque consilium :

22. Et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis.

23. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget;

24. Si dormieris, non timebis; quiesces, et suavis erit somnus tuus;

25. Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum.

26. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris.

27. Noli prohibere benefacere eum qui potest; si vales, et ipse benefac.

28. Ne dicas amico tuo : Vade, et revertere : cras dabo tibi : cum statim possis dare.

29. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

30. Ne contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.

31. *a* Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus : [*a* *Ps.* 36. 1.]

32. Quia abominatio Domini est omnis illusor et cum simplicibus sermocinatio ejus.

33. Egestas a Domino in domo impii, habitacula autem justorum benedicentur.

18. Elle est un arbre de vie pour ceux qui l'embrassent : et heureux celui qui se tient fortement uni à elle.

19. *Car* le Seigneur a fondé la terre par la sagesse, il a établi les cieux par la prudence.

20. C'est par la sagesse que les eaux des abîmes se sont débordées, et que les nuées, en s'épaississant, forment la rosée.

21. Mon fils, ne cessez point d'avoir ces choses devant vos yeux : gardez la loi et le conseil

22. Et ils seront la vie de votre âme, et comme un *riche* ornement à votre cou.

23. Vous marcherez alors avec confiance dans votre voie, et votre pied ne se heurtera point.

24. Si vous dormez, vous ne craindrez point; vous reposerez *en paix*, et votre sommeil sera tranquille.

25. Vous ne serez point saisi d'une frayeur soudaine, et vous ne craindrez point que la puissance des impies vienne vous accabler :

26. Car le Seigneur sera à votre côté; et il gardera vos pieds, afin que vous ne soyez point pris dans le piége.

27. N'empêchez point de bien faire celui qui le peut; faites bien vous-même, si vous le pouvez.

28. Ne dites point à votre ami : Allez et revenez; je vous le donnerai demain, lorsque vous pouvez le lui donner à l'heure même.

29. Ne cherchez point à faire du mal à votre ami qui a confiance en vous.

30. Ne faites point de procès à un homme sans sujet, et lorsqu'il ne vous fait aucun tort.

31. Ne portez point envie à l'injuste, et n'imitez point ses voies,

32. Parce que tous les trompeurs sont en abomination au Seigneur, et qu'il communique ses secrets aux simples.

33. Le Seigneur frappera d'indigence la maison de l'impie; mais il bénira les maisons des justes.

---

18. *Lignum vitæ.* Est nobis causa vitæ, ut fructus ligni vitæ quod in paradiso situm erat. Affert vitam immortalem et jucundissimam.

19. *Sapientia.* Divina. Ab humana sapientia transit ad divinam; nam secundum analogiam una est et eadem sapientia : divina, per quam Deus omnia creavit, et humana, qua Deum homines recte cognoscunt et pie colunt, quia hæc est illius participatio quædam ab illa deducta juxta hominis capacitatem. Unde Sap. 7, 25, dicitur : *Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio est quædam claritatis omnipotentis Dei sincera.* — *Prudentia.* Hebr. *intelligentia.* Idem quoad sensum est cum *sapientia.*

20. *Eruperunt abyssi.* Aquæ maris. Hoc est, quod dicitur Job 38, 8 : *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens? — Nubes rore concrescunt.* Ex vapore roscido concrescunt in pluviam. In hebræo est, *stillabunt rorem*, et LXX, νέφη δὲ ἐῤῥύησαν δρόσους, *nubes fluxerunt rore.*

21. *Consilium.* Quod tibi suggerit sapientia.

22. *Gratia faucibus tuis. Gutturi tuo*, ut est in hebræo, quia quasi torque ornabitur collum tuum, si tibi accesserit decus sapientiæ.

23. *Fiducialiter.* Expers timoris anxii, sapientiæ non errantis ductum secutus.

25. *Ne paveas.* Verti potuit, *non pavebis*; ita Pagninus.

26. *Ne capiaris.* Laqueis et tendiculis contra te ab inimicis instructis.

* 28. *Vade, et revertere.* Nam, ut est in adagiali versiculo, ἡ χάρις ἡ βραδύπους ἄχαρις χάρις : *Gratia quæ tardo venit pede, ingrata est gratia.* Antigonus rex, ut tradit Plutarchus dictus est δώσων quod se daturum profiteretur, nec tamen daret δώσων idem est ac *daturus.*

30. *Frustra.* Id est, sine causa.

31. *Ne æmuleris.* Ne imiteris.

32. *Abominatio Domini.* Abominatur et adversatur Dominus. — *Illusor. Perversus*, ut est in hebræo. Malus, scelestus, injustus, qui aliis illudit, et suis fratribus fucum facit. — *Simplicibus.* Rectis, justis, sinceris. — *Sermocinatio ejus.* Familiariter cum iis agit, et tanquam amicis secreta sua communicat.

33. *Egestas a Domino.* Scilicet immittitur, vel existit. — *Benedicentur.* Benedictione, hoc est, omni bonorum genere replebuntur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

34. Il se moquera des moqueurs; et il donnera sa grâce à ceux qui sont doux.
35. Les *hommes* sages posséderont la gloire; mais l'élévation des insensés sera leur confusion.

34. Ipse deludet illusores, et mansuetis dabit gratiam.
35. Gloriam sapientes possidebunt; stultorum exaltatio, ignominia.

CHAPITRE IV.

Exhortation à suivre les enseignements de la sagesse.

1. C'est pourquoi écoutez, mes enfants, les instructions de votre père; rendez-vous attentifs pour connaître la prudence;
2. *Et* je vous ferai un excellent don; n'abandonnez pas ma loi.
3. Car étant moi-même fils d'un bon père, et d'une mère qui m'a aimé tendrement, comme si j'eusse été son fils unique,
4. Il m'instruisait et me disait : Que votre cœur reçoive mes paroles; gardez mes préceptes, et vous vivrez.
5. Travaillez à acquérir la sagesse, à acquérir la prudence : n'oubliez point les paroles de ma bouche et ne vous en détournez point.
6. N'abandonnez point la sagesse, et elle vous gardera; aimez-la, et elle vous conservera.
7. Or le commencement de la sagesse est de travailler à l'acquérir. Travaillez *donc* à acquérir la prudence aux dépens de tout ce que vous pouvez posséder.
8. Faites effort pour atteindre jusqu'à elle, et elle vous élèvera; elle deviendra votre gloire, lorsque vous l'aurez embrassée.

1. Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam.
2. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.
3. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea;
4. Et docebat me, atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.
5. Posside sapientiam, posside prudentiam; ne obliviscaris, neque declines a verbis oris mei.
6. Ne dimittas eam, et custodiet te; dilige eam, et conservabit te.
7. Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tua, acquire prudentiam :
8. Arripe illam, et exaltabit te; glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus;

CAP. IV. — 1. *Audite, filii.* Salomon rappelle les instructions pleines de sagesse que son père lui a données, et il exhorte tous les hommes à les suivre avec docilité comme il les a suivies lui-même (1-8). Il énumère les avantages qui résulteront de cette docilité (8-13), et il expose en quoi consistaient principalement ces instructions. C'était 1° d'avoir en horreur la conduite des méchants et de fuir leur compagnie (14-19); 2° de garder son cœur avec soin (20-24); 3° de veiller sur ses discours (24); 4° d'être circonspect dans ses démarches et de suivre la bonne voie (24 *ad fin.*).

---

34. *Deludet illusores.* Astutos et dolis grassantes capiet in sua astutia, et technas eorum irritas reddet. — *Mansuetis.* Humilibus.

35. *Gloriam... possidebunt.* Gloriosi erunt et inclyti, et in hac et in futura vita. — *Stultorum exaltatio, ignominia.* Opes et dignitates, quibus stulti superbiunt et erigunt se in hac vita, æternum illis dedecus pariunt. Posset etiam esse sensus, exaltationem stulti parere illi ignominiam, quia e sublimi dignitatis fastigio, magis conspicua sunt ejus dedecora et vitia. Pagninus vertit, *stultos exaltat quod est ignominiosum*, stulti enim de rebus perverse judicant. Quod in Vulgata habemus *exaltatio*, in hebræo est, מרים *merim*, quod verti potest, *tollentes*, id est, sibi eligentes.

CAP. IV. — 1. *Disciplinam patris.* Eruditionem qua ego vos paterno affectu instituo.

2. *Donum bonum.* Doctrinam. — *Tribuam.* In hebræo est, *tribui;* sed noster secutus est LXX qui verterunt, δωροῦμαι, *dono.*

3. *Tenellus.* Significat se a teneris annis a parente Davide ad pietatem et sapientiam fuisse institutum. — *Unigenitus coram matre mea.* Adeo a matre dilectus ac si illi fuissem unicus, quod LXX virorum interpretatio indicat, qui habent ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρὸς, *dilectus in facie matris*, hoc est, *coram matre.* Constat Davidem et Bethsabea plures suscepisse filios, ex I. Paral. 3. Vide quæ ibi notavimus n. 9.

4. *Docebat me.* David pater, * ut patet ex verbo hebræo masculini generis. — *Vives.* Bene tibi erit.

5. *Posside sapientiam.* Para tibi sapientiam; nam in hebræo est קנה *quenech*, significat autem קנה *quanach*, acquirere, possidere, emere.

6. *Custodiet te.* Servabit te, et a periculis tutum præstabit.

7. *Principium sapientiæ, posside sapientiam.* Quasi dicat : Principium sapientiæ est ipsius sapienti pretium nosse, et ad illam parandam oculos et animam adjicere. * Ex hebræo verti potest, *possidere.* — *In omni possessione tua.* Inter reliquas possessiones tuas cura in primis et præcipue ut etiam habeas prudentiam, sine qua reliquæ possessiones adeo utiles esse non possunt; ut potius futuræ sint noxiæ. Vel sensus est, prudentiam comparandam esse quocumque dato pretio, etiamsi omnis possessio pro illa acquirenda foret eroganda. Sic negotiator evangelicus, *inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam.* Math., 13, 46.

9. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.
10. Audi, fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ.
11. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis :
12. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.
13. Tene disciplinam, ne dimittas eam; custodi illam, quia ipsa est vita tua.
14. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.
15. Fuge ab ea, nec transeas per illam; declina et desere eam.
16. Non enim dormiunt nisi malefecerint; et rapitur somnus ab eis nisi supplantaverint :
17. Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt.
18. Justorum autem semita, quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem.
19. Via impiorum tenebrosa; nesciunt ubi corruant.
20. Fili mi, ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam;
21. Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui;
22. Vita enim sunt invenientibus ea, et universæ carni sanitas.
23. Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.
24. Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te.

9. Elle mettra sur votre tête un accroissement de grâce, et elle vous couvrira d'une éclatante couronne.
10. Ecoutez-moi, mon fils; recevez mes paroles, afin que les années de votre vie se multiplient :
11. *Car* je vous montrerai la voie de la sagesse; je vous conduirai par les sentiers de l'équité :
12. Et lorsque vous y serez entré, vos pas ne s'y trouveront plus resserrés, et vous courrez sans que rien vous fasse tomber.
13. Tenez-vous donc attaché à la discipline, et ne la quittez point : gardez-la, parce que c'est votre vie.
14. Ne regardez point avec plaisir les sentiers des impies, et que la voie des méchants ne vous agrée point.
15. Fuyez-la, n'y passez point; détournez-vous-en, et ne vous y arrêtez point;
16. Car *ils sont si méchants* qu'ils ne peuvent dormir, s'ils n'ont fait du mal; et ils perdent le sommeil, s'ils n'ont fait tomber quelqu'un dans leurs piéges.
17. Ils se nourrissent du pain de l'impiété; ils boivent le vin de l'iniquité;
18. Mais le sentier des justes est comme une lumière brillante qui s'avance et qui croît jusqu'au jour parfait *de l'éternité.*
19. *Au contraire*, la voie des méchants est pleine de ténèbres; et ils ne savent où ils tombent *à leur mort.*
20. *Pour vous*, mon fils, écoutez mes discours; prêtez l'oreille à mes paroles;
21. Qu'elles ne partent point de devant vos yeux : conservez-les au milieu de votre cœur;
22. Car elles sont la vie de ceux qui les trouvent et la santé de toute chair.
23. Appliquez-vous avec tout le soin possible à la garde de votre cœur; parce qu'il est la source de la vie.
24. Rejetez de vous la bouche maligne; et que les lèvres médisantes soient bien loin de vous;

---

9. *Augmenta gratiarum.* Id est, reddet te gratiosissimum. In Hebr. est *copulam gratiæ.* LXX verterunt, *coronam gratiarum.* — *Corona inclyta proteget te.* Verti potest ex hebræo cum Pagnino et Vatablo, *coronam decoris tradet tibi.* Hactenus putant auctores Salomonem verba parentis sui Davidis retulisse, licet nihil certi statui possit.

10. *Multiplicentur tibi anni vitæ.* Ut scilicet hic diu vivas, et postea, æternam vitam nanciscaris.

11. *Æquitatis.* In hebræo est, *rectitudinis*, per vias rectas et complanatas.

12. *Arctabuntur.* Coguntur in angustum, impedientur.

16. *Non... dormiunt nisi malefecerint.* Quietem capere non possunt, donec malum, quod animo conceperunt, perpetraverint. * Tale ingenium illius, de quo apud Virg., Eclog. 3 :

Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

— *Rapitur somnus ab eis.* Est repetitio ejus quod dixit, *non enim dormiunt.* — *Supplantaverint.* Dejecerint, aut circumvenerint simplices et sincere agentes. Hebr. habet, *impingere fecerint;* Chal., *posuerunt scandalum.*

17. *Comedunt panem impietatis.* Id est, impie et inique partum. Vel sensus est : ipsa impietate et iniquitate, ut cibo et potu delectantur.

18. *Justorum autem semita.* Vita justorum et proborum hominum semper in virtutibus capit incrementum, quorum exemplis fulgent, similis luci diurnæ quæ semper quidem splendet, sed maxime in meridie.

19. *Tenebrosa.* Quia plena erroribus et ignorantia; quare frequenter peccata in quæ incidunt non agnoscunt; hoc enim est quod subditur; *nesciunt ubi corruant;* quod etiam de repentino et non præviso interitu accipi potest.

22. *Universæ carni.* Omnibus hominibus. — *Sanitas.* In Hebræo est מרפא *marpe, medela.* Omnibus hominibus medelam afferunt, ut curent morbos in quos jam inciderunt, et ab imminentibus præserventur.

23. *Omni custodia.* Summa cura et vigilantia. — *Ex ipso vita procedit. De corde enim exeunt cogitationes malæ*, Matth., 15, 16; et ut cor et mens hominis fons est omnium malorum, ita omnium bonorum erit origo, si caute custodiatur.

24. *Os pravum.* Ne cujusquam famæ detrahas, ut patet ex seq. hemistichio. Potest etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

25. Que vos yeux regardent droit *devant vous*, et que vos paupières précèdent vos pas.

26. Dressez le sentier où vous mettez votre pied; et toutes vos démarches seront fermes.

27. Ne détournez ni à droite ni à gauche; *mais* retirez *toujours* votre pied du mal; car le Seigneur connaît les voies qui sont à droite, mais celles qui sont à gauche sont des voies de perdition, ce sera lui-même *aussi* qui redressera votre course, et qui vous conduira en paix dans votre chemin.

25. Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.

26. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur.

27. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram; averte pedem tuum a malo; vias enim, quæ a dextris sunt, novit Dominus: perversæ vero sunt quæ a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CHAPITRE V.

Sur l'adultère.

1. Mon fils, rendez-vous attentif à la sagesse que je vous enseigne; prêtez l'oreille à la prudence que je vous montre,

2. Afin que vous veilliez à la garde de vos pensées, et que vos lèvres conservent une *exacte* discipline. Ne vous laissez point aller aux artifices de la femme:

3. Car les lèvres de la prostituée sont comme le rayon d'où coule le miel, et son gosier est plus doux que l'huile;

4. Mais la fin en est amère comme l'absinthe, et perçante comme une épée à deux tranchants.

5. Ses pieds descendent dans la mort, ses pas s'enfoncent jusqu'aux enfers;

1. Fili mi, attende ad sapientiam meam; et prudentiæ meæ inclina aurem tuam,

2. Ut custodias cogitationes, et disciplinam labia tua conservent. Ne attendas fallaciæ mulieris;

3. Favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus;

4. Novissima autem illius amara quasi absynthium, et acuta quasi gladius biceps.

5. Pedes ejus descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant.

Cap. V. — 1. *Fili mi.* Pour être disciple de la sagesse, il faut fuir les femmes de mauvaise vie. Salomon expose tous les moyens qu'elles emploient pour séduire, et en même temps les maux que ces femmes abominables attirent sur ceux qu'elles subjuguent (2-14). Il fait l'éloge de la femme honnête, et il veut que l'homme de bien n'en connaisse pas d'autres que son épouse légitime (15-20). Il revient sur les suites funestes de l'adultère qui font le malheur de l'homme en ce monde et en l'autre (20 *ad fin.*).

---

accipi de ore alterius, ut sit sensus: Remove a te eos qui pravo ore loquuntur, et qui detrahunt labiis sint procul a te, juxta illud Psalm. 100, 5: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* Prior explicatio videtur esse verior.

25. *Oculi tui recta videant.* Quemadmodum oportet incedentem non passim vagari oculis, sed recta intueri in id ad quod tendit; ita oculos mentis in id quod propositum habemus, et in vitæ nostræ institutum defixos nos habere convenit, ne aberremus, aut ne impingamus. — *Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Est repetitio ejusdem præcepti, ne huc illuc conversus oculos, ne aberres, aut pedibus offendas.

26. *Dirige semitam pedibus tuis.* Fac pedibus tuis recta semitas; recta via justitiæ et virtutis incedas. — *Omnes viæ tuæ.* Omnes tuæ actiones. — *Stabilientur.* Firmæ et stabiles erunt, non vagæ, et in vitiorum varietate errantes.

27. *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.* Rectam viam tene, et eam, quæ media est, et ab extremis recedit, in quibus vitium est. Non vetat ne incedat per viam quæ est dextera, de qua statim, sed est formula loquendi Hebræis familiaris, idem significans ac *recta via incede.* Via autem recta est quæ a dextris, quam monet ut sequatur. — *Vias enim.* Id est, vias vero; quasi dicat: Duæ sunt viæ, altera ad dexteram, quæ bona est; altera ad sinistram, quæ mala: hanc fuge, illam tene. — *Novit Dominus.* Ut bonas et rectas probat. — *Rectos faciet cursus.* Dabit tibi ut recte et prospere per illam viam incedas. — *In pace producet.* Tranquille et feliciter dabit tibi ut in via bona progrediaris.

Cap. V. — 1. *Sapientiam meam.* Quam te doceo.

2. *Ut custodias cogitationes.* Scilicet ne quid mali cogitatione concipias, aut proponas. * Vel potius intellige cogitationes ipsius Sapientiæ et Salomonis. — *Et disciplinam labia tua conservent.* Ita ut labia tua aliter quam decet non loquantur. * LXX habent, *sensus autem labiorum meorum mandat tibi.* Alii tamen legunt, *mando tibi*, mea scilicet consilia, meas cogitationes.

3. *Favus... distillans.* Dulcia scilicet et blanda sunt verba illius. — *Nitidius oleo guttur ejus.* Et verba illius molliora sunt, leviora, et magis lubrica quam oleum. In Hebræo est, *lene præ oleo palatum ejus.*

4. *Amara.* Quod dulci favo opponitur. — *Acuta.* Quod opponitur oleo leni. — *Quasi gladius biceps.* Atque ideo apta ad nocendum.

5. *Pedes ejus descendunt in mortem.* Actiones ejus ad mortem ducunt; * nam caro constat adulterium, quod frequenter morte emitur, ut ait Menander:

> Οὐκ ἔστι μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον.
> Θανάτου γὰρ ἔστιν ὤνιον.
> *Adulterio nulla est merx pretiosior; nam morte emitur.*

6. Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus ejus, et investigabiles.

7. Nunc ergo, fili mi, audi me; et ne recedas a verbis oris mei.

8. Longe fac ab ea viam tuam; et ne appropinques foribus domus ejus.

9. Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli.

10. Ne forte impleantur extranei viribus, et labores tui sint in domo aliena,

11. Et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum, et dicas:

12. Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum?

13. Nec audivi vocem docentium me, et magistris non inclinavi aurem meam?

14. Pene fui in omni malo, in medio ecclesiæ et synagogæ.

15. Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui;

16. Deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.

17. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.

18. Sit vena tua benedicta, et lætare cum muliere adolescentiæ tuæ;

19. Cerva charissima, et gratissimus hinnulus; ubera ejus inebrient te in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter.

6. Ils ne vont point par le sentier de la vie; ses démarches sont vagabondes et impénétrables.

7. Maintenant donc, ô mon fils! écoutez-moi, et ne vous détournez point des paroles de ma bouche.

8. Éloignez d'elle votre voie, et n'approchez point de la porte de sa maison.

9. Ne prostituez point votre honneur à des étrangers, ni vos années à un cruel *tyran;*

10. De peur que ces étrangers ne s'enrichissent de vos biens; et que vos travaux ne passent en la maison d'un autre;

11. Et que vous ne soupiriez enfin quand vous aurez consumé votre vigueur et votre corps, en disant:

12. Pourquoi ai-je détesté la discipline? pourquoi mon cœur ne s'est-il point rendu aux remontrances qu'on m'a faites?

13. Pourquoi n'ai-je point écouté la voix de ceux qui m'enseignaient, ni prêté l'oreille à mes maîtres?

14. J'ai été presque plongé dans toutes sortes de maux, au milieu de l'église et de l'assemblée *des justes.*

15. Buvez l'eau de votre citerne et des ruisseaux de votre fontaine;

16. Que les ruisseaux de votre fontaine coulent dehors; et répandez vos eaux dans les rues.

17. Possédez-les seuls, *et que les étrangers n'y aient point de part.*

18. Que votre source soit bénie. Vivez dans la joie avec la femme que vous avez prise dans votre jeunesse.

19. Qu'elle vous soit *comme* une biche très-chère, *comme* un faon très-agréable: que ses mamelles vous enivrent en tout temps, et que son amour soit toujours votre joie *unique.*

---

6. *Vagi... et investigabiles.* Cum enim per rectam viam non ambulet, huc illucque vagatur modo hujus, modo illius amoribus intemperanter et instabiliter implicata, ut difficile admodum sit affectus illius vestigare et agnoscere. Vaga etiam, et per urbem discurrens, ut de ea dicitur infra, c. 7, n. 10.

9. *Alienis.* Meretricibus, vel adulteris: sic supra, c. 2, 16. — *Honorem tuum.* Seipsum enim dehonestat, qui impudicarum mulierum consuetudine trahitur, ut de illo dici possit quod habemus in Psalm. 48, 21: *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* — *Annos tuos.* Tempus vitæ tuæ. Vel etiam significat vitæ tempus minui intemperantia coitus. — *Crudeli.* Crudelis appellatur meretrix, vel quia amasios suos crudeles facit, quandoquidem uxorem filiosque negligunt ut scortum pascant. Vel dicitur crudelis, quia blanditiis insipientes dementat, pecuniis spoliat, et malas conciliat valetudines, quibus toto vitæ tempore malesani amatores conflictentur.

10. *Impleantur extranei viribus tuis.* Vel hoc accipiendum est de congressu cum mulieribus, qui vires corporis exhaurit; vel de pecuniis et re familiari, quæ phrasi Scripturæ frequenter robur appellatur. Osee, 7, 9; Isa., 3, 2; Job., 31, 24. — *Labores tui.* Divitiæ labore partæ.

11. *Consumpseris.* Scilicet per libidinem.

14. *Pene fui in omni malo.* Id est, propemodum incidi in omne vitiorum genus, vel omne calamitatum genus incurrit in me. — *In medio ecclesiæ et synagogæ.* Vel intelligi potest de malorum cœtu, quem David *ecclesiam malignantium* appellat, Psal. 25, 5. Vel de congregatione bonorum, quasi dicat: Omni bonorum cœtu vidente, adeo depuduerat. Vel, cum tamen viverem inter fideles et justos.

15. *Bibe aquam de cisterna tua.* Hac metaphora quæ monet ut uxore sua contentus sit.

16. *Deriventur fontes tui foras.* Hic est honesti conjugii finis et fructus, ut suscipiatur proles, quæ in plateis conspicitur, civitati ornamentum et præsidium, et parentibus decus et voluptas.

17. *Eas.* Aquas, id est, uxorem. Caste uxorem custodiendo, et adulteros et corruptores procul habendo.

18. *Vena.* Aquæ vena, uxor: persistit enim in eadem allegoria. — *Cum muliere adolescentiæ tuæ.* Quam adolescens adolescentem duxisti. Vide dicta c. 2, n. 17.

19. *Cerva charissima, et gratissimus hinnulus.* Est enim hoc animantis genus hominibus in deliciis, amabile et elegans. Hinnulus, sive hinnuleus est cervus juvencus. — *Ubera ejus.* Verti potest, *amores ejus*, cui concinit quod in sequenti hemistichio repetitur, *in amore ejus*, etc.

20. Mon fils, pourquoi vous laisserez-vous séduire par une étrangère? et pourquoi vous reposerez-vous dans le sein d'une autre?

21. *Le* Seigneur regarde attentivement les voies de l'homme et il considère toutes ses démarches;

22. *De sorte que* le méchant se trouve pris dans son iniquité, et *qu'il* est lié par les chaînes de ses péchés.

23. *Ainsi* il mourra *dans son crime*, parce qu'il n'a point reçu la correction; et il sera trompé par l'excès de sa folie.

20. Quare seduceris, fili mi, ab aliena et foveris in sinu alterius?

21. a Respicit Dominus vias hominis, et omnes gressus ejus considerat, [a *Job.* 14. 16. 31. 4. et 34. 2.]

22. Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur.

23. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiæ decipietur.

CHAPITRE VI.

La caution. La paresse. L'apostasie. Les six choses que Dieu déteste. L'adultère.

1. Mon fils, si vous avez répondu pour votre ami, et que vous ayez engagé votre main à un étranger,

2. Vous vous êtes mis dans le filet par votre propre bouche, et vous vous trouverez pris par vos propres paroles.

3. Faites donc ce que je vous dis, mon fils : et délivrez-vous vous-même *de cet engagement*, parce que vous êtes tombé entre les mains de votre prochain. *C'est pourquoi* courez de tous côtés; hâtez-vous, et réveillez votre ami.

4. Ne laissez point vous-même aller vos yeux au sommeil, et que vos paupières ne s'assoupissent point.

5. *Mais* sauvez-vous *de cet engagement* comme un daim qui échappe de la main *du chasseur*, et comme un oiseau qui fuit d'entre les mains de l'oiseleur.

6. Allez à la fourmi, paresseux que vous êtes : considérez sa conduite, et apprenez *d'elle* à devenir sage.

7. *Car* n'ayant ni chef, ni maître, ni prince,

1. Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam,

2. Illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.

3. Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera; quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum;

4. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.

5. Eruere quasi damula de manu, et quasi avis de manu aucupis.

6. Vade ad formicam, o piger! et considera vias ejus, et disce sapientiam;

7. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,

Cap. VI. — 1. *Fili mi, si spoponderis.* S'engager pour un autre est presque toujours une imprudence. Le Sage nous en détourne, mais il veut que l'engagement que l'on a pris soit observé (1-6). Il recommande ensuite d'éviter la paresse, proposant au paresseux l'exemple de la fourmi (7-12). Il flétrit l'apostasie et désigne six choses spécialement odieuses au Seigneur : la fierté, le mensonge, l'homicide, les mauvais desseins, l'attrait pour le mal et le faux témoignage (12-20). Il revient sur l'adultère dont il s'efforce de démontrer l'énorme gravité. La loi punissait de mort ce crime, et le Sage justifie la sévérité de la loi (20 *ad fin.*). — *Defixisti... manum.* C'est une coutume très-ancienne parmi les Orientaux, de confirmer leurs promesses et leurs engagements en se donnant mutuellement la main (Cf. *infra*, chap. XXII, 26).

---

20. *Aliena.* Muliere.

22. *Capiunt impium.* Sunt enim peccata vincula et compedes quibus peccator tenetur, et reus efficitur coram Domino, non solvendus nisi pœnas luerit usque ad minimum quadrantem.

23. *Morietur.* Consonat Baruch., cap. 3, 27 : *Neque viam,* inquit, *disciplinæ invenerunt : propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam;* et quod habemus libro Job., cap. 36, n. 12 : *Si autem non audierint, transibunt per gladium, et consumentur in stultitia.*

Cap. VI. — 1. *Spoponderis.* Fidejusseris. Non omnes fidejussiones damnat sapiens, sed leves tantum et inconsultas. — *Defixisti... manum.* Videtur indicare ritum dandæ fidei creditori tacta dextera.

2. *Illaqueatus.* Obligationem contraxisti, quæ in tuum cedet incommodum, ut vinculum hoc laquei instar habeat, quo pernicies aut magnum illo capitis periculum creatur.

3 *Incidisti in manum proximi tui.* Obnoxius factus es creditori, qui jam adeptus est jus debitum a te repetendi. — *Suscita amicum tuum.* Amicum pro quo fidejussisti excita, stimula, urge, officii sui admone, ut scilicet ipse satisfaciat creditori, ne tu cogaris debitam pecuniæ summam de tuo repræsentare.

5. *Quasi damula.* Dixerat, *illaqueatus es, etc.;* itaque pergit in eadem allegoria laqueorum et tendicularum, quibus feræ capiuntur a venatoribus, vel aviculæ ab aucupibus.

6. *Vade ad formicam.* Exemplo formicæ disce quid te facere oporteat. — *Vias ejus.* Rationem qua sibi consulit.

7. *Cum non habeat ducem.* Cum nullum habeat magistrum a quo doceatur præter naturalem inclinationem, cujus instinctum secuta sibi prospicit. Sicut in apibus, quæ regem habent, monarchiæ imaginem molita est natura, sic in formicis democratiæ.

8. Parat in æstate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat.

9. Usquequo, piger, dormies? quando consurges e somno tuo?

10. a Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias; [a *Infr.* 24. 33.]

11. Et veniet tibi quasi viator, egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te.

12. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso.

13. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur.

14. Pravo corde machinatur malum, et omni tempore jurgia seminat;

15. Huic extemplo veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

16. Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus;

17. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem,

18. Cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum,

19. Proferentem mendacia testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

20. Conserva, fili mi, præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.

21. Liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo.

8. Elle fait *néanmoins* sa provision durant l'été, et elle amasse pendant la moisson de quoi se nourrir *durant l'hiver.*

9. *Vous donc*, jusqu'à quand dormirez-vous? paresseux, quand vous réveillerez-vous de votre sommeil?

10. Vous dormirez un peu, *dites-vous*; vous sommeillerez un peu, vous mettrez un peu les mains l'une dans l'autre pour vous reposer :

11. *Et pendant ce temps-là* l'indigence vous viendra surprendre, comme un homme qui marche à grands pas; et la pauvreté se saisira de vous, comme *ferait* un homme armé. Que si, *au contraire*, vous êtes diligent, votre maison sera comme un source abondante, et l'indigence fuira loin de vous.

12. L'homme apostat est un homme inutile à tout. Ses actions démentent sa bouche.

13. Il fait des signes des yeux *contre vous*, il frappe du pied, il parle avec les doigts.

14. Il médite le mal dans la corruption de son cœur, et il sème des querelles en tout temps.

15. *Aussi* sa ruine viendra fondre sur lui en un moment; il sera brisé tout d'un coup, et sa perte sera sans ressource.

16. *Car* il y a six choses que le Seigneur hait; et son âme déteste la septième :

17. Les yeux altiers, la langue amie du mensonge, les mains qui répandent le sang innocent,

18. Le cœur qui forme de noirs desseins, les pieds *prompts* et légers pour courir au mal,

19. Le témoin trompeur qui assure des mensonges, et celui qui sème des dissensions entre les frères.

20. Observez, mon fils, les préceptes de votre père, et n'abandonnez point la loi de votre mère.

21. Tenez-les sans cesse liés à votre cœur, et attachez-les à votre cou.

---

11. *Quasi viator.* In hebræo est vox מהלך *mehallech, viator,* sive *grassator,* a radice הלך *halac,* quod aliquando est grassari, et videtur significare grassatorem, aut latronem ex eorum genere qui obsident itinera, et repente occurrunt in peregrinos, et eos spoliant, et male etiam mulctant et vexant, quasi dicat : Aderit inopinata paupertas, quæ te grassatoris more spoliet. Favent huic interpretationi LXX viri, qui habent, ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος, *veluti malus viator.* Videtur autem ille appellari malus viator qui se peregrinis comitem adjungit, amicum simulans, et pravum consilium tegens, sed data opportunitate eos spoliat, aut etiam occidit. — *Quasi vir armatus.* Repetitio ejusdem sententiæ.

12. *Homo apostata.* In hebræo est, *vir Belial,* vir scelestus; italice, *uomo del diavolo.* Vide dicta Deuter. 13, 13, ubi de etymologia hujus vocis *Belial.* Apostata desertorem significat qui scilicet Deum et ejus legem deserit. — *Vir inutilis.* Est liptote, sive miosis; plus enim significatur quam dicitur, sensus enim est, hujusmodi hominem esse maxime noxium et perniciosum. — *Graditur.* Agit, versatur cum hominibus. Italice diceremus, *procede.* — *Ore perverso.* Loquens benigno et amice, sed interim mala cogitans et moliens.

13. *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur.* Significatur impium qui verbis amicitiam simulat, aliis corporis partibus contrarium significare suis complicibus in perniciem ejus quem decipere conatur. Simile est quod habemus Psal. 34, 19 : *Qui oderunt me gratis, et annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, etc.*

15. *Perditio.* Exitium. — *Nec habebit ultra medicinam.* Hoc est, non poterit curari, sed æterno involvetur exitio, a quo nulla ratione poterit liberari.

16. *Sex sunt.* Modus loquendi satis frequens in sacris Litteris, quo tamen non semper significatur id quod ultimo loco proponitur deterius esse præcedentibus, sed sensus est : sunt sex sive septem, quæ odit et detestatur Dominus.

17. *Oculos sublimes.* Superbos; nam elatio oculorum arrogantiæ signum est; sic Psalmo 130, 1, dicitur : *Neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.*

21. *Liga ea in corde tuo.* Alte impressa sint in corde tuo. Alludit ad ea quæ habentur Deut., c. 6, 6, et 11, 18. — *Circumda gutturi tuo.* Præ oculis semper habe, quemadmodum quod de collo appensum gestamus semper versatur ob oculos. Vel sint tibi chara quasi monilia pretiosa circa collum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS UANL

22. Lorsque vous marchez, qu'ils vous accompagnent : lorsque vous dormez, qu'ils vous gardent ; et en vous réveillant, entretenez-vous avec eux.

23. Parce que le commandement *de votre père* est une lampe ; la loi *de votre mère* est une lumière ; et la réprimande qui retient *les jeunes gens* dans la discipline est *pour eux* la source de la vie.

24. *Conservez* ces préceptes, afin qu'il vous défendent *des artifices* de la femme corrompue et de la langue flatteuse de l'étrangère.

25. Que votre cœur ne conçoive point de passion pour sa beauté, et ne vous laissez pas surprendre à ses regards.

26. Car le prix de la courtisane est à peine d'un seul pain ; mais la femme *corrompue* captive l'âme de l'homme, laquelle n'a point de prix.

27. Un homme peut-il cacher le feu dans son sein sans que ses vêtements en soient consumés ;

28. Ou peut-il marcher sur les charbons, sans se brûler la plante des pieds ?

29. Ainsi celui qui s'approche de la femme de son prochain ne sera pas pur lorsqu'il l'aura touchée.

30. *Car* ce n'est pas une grande faute qu'un homme dérobe pour avoir de quoi manger, lorsqu'il est pressé de la faim.

31. S'il est pris, il rendra sept fois autant, et il donnera tout ce qu'il a dans sa maison.

32. Mais celui qui est adultère perdra son âme par la folie de son cœur.

33. Il s'attire de plus en plus l'opprobre et l'ignominie, et son opprobre ne s'effacera jamais.

34. Car la jalousie et la fureur du mari *déshonoré* ne lui pardonnera point au jour la vengeance.

22. Cum ambulaveris, gradiantur tecum ; cum dormieris, custodiant te, et evigilans, loquere cum eis ;

23. Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ ;

24. Ut custodiant te a muliere mala, et a blanda lingua extraneæ.

25. Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.

26. Pretium enim scorti vix est unius panis ; mulier autem viri pretiosam animam capit.

27. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ?

28. Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus ?

29. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.

30. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit ; furatur enim ut esurientem impleat animam ;

31. Deprehensus quoque reddet septuplum, et omnem substantiam domus suæ tradet.

32. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam ;

33. Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur ;

34. Quia zelus et furor viri non parcet in die vindictæ.

---

31. *Reddet septuplum.* Le nombre sept est pris ici pour un nombre indéterminé, comme cela arrive ordinairement dans l'Hébreu. Car la loi condamne le voleur à rendre le double, le quadruple et au plus le quintuple de la chose volée, mais jamais le sextuple (*Cf.* chap. XXII, 1, 4, 7, 9).

---

22. *Gradiantur tecum.* Semper habeas præ oculis hæc præcepta, et cum domi hæres, et cum foras progrederis, et cum vigilas, et cum te componis ad quietem capiendam, semper de illis servandis cogita, nunquam illa negligas. — *Loquere cum eis.* Quasi consilium capiens ex lege et præceptis divinis quomodo regendæ sint actiones tuæ.

23. *Lucerna.* Qua dirigaris in tenebris hujus vitæ. — *Via vitæ.* Via ducens ad vitam. — *Increpatio disciplinæ.* Increpatio erudiens et redarguens hominum corruptos mores, et ad rectam disciplinam instituens et formans.

24. *Extraneæ.* Alienæ uxoris, vel meretricis, quæ tua non est conjux.

26. *Pretium enim scorti vix est unius panis.* In hebræo est, *quia propter mulierem meretricem usque ad frustum panis*, id est, mendicabit homo usque ad frustum panis, quomodo hunc locum vertit Pagninus, et consentit Vatabl., qui habet : *Veniet homo usque ad frustum panis.* Noster interpres Hebr., sic intellexit, quasi diceret : Vile est pretium scorti, ut non plus sit dandum quam frustum panis et tamen cum adeo abjecta res sit meretrix, viri pretiosam animam capit. Cum vulgato nostro interprete consentiunt LXX qui habent : *Pretium enim scorti quantum et unius panis.* — *Viri... animam capit.* Id est, decipit et illaqueat. * Aliqui vocem *viri* nectunt cum *mulier*, ut sensus sit, *mulier viri*, id est, viro nupta ; sæpe enim adulteri vitam propter flagitium suum amittunt.

27. *Numquid potest homo.* Sententia est : quemadmodum ita ignis in sinu circumferri non potest, ut vestes non amburantur, nec ita calcari prunæ ardentes, ut pedum vestigia non comburantur ; ita nec quis sine labe peccati versari poterit cum adultera.

30. *Non grandis est culpa.* Scilicet adulterii comparatione. — *Ut esurientem impleat animam.* Itaque necessitas culpam minuit ; eo enim adigitur, ut sedet urgentem famem.

31. *Reddet septuplum.* Quasi dicat : Compensari potest damnum etiam ultra æquitatem, ita ut pro uno septuplum reddat, aut etiam omnia quæ habet. Vide legem de restitutione pro damno furti, Exod., 22, 1.

32. *Propter cordis inopiam.* Propter vecordiam et stultitiam suam. — *Perdet animam suam.* Vitam amittet, occisus ab adulteræ marito.

33. *Turpitudinem.* Quasi dicat : Nam præter dedecus indelebile etiam sibi mortem accersit.

34. *Viri.* Mariti adulteræ. — *In die vindictæ.* Cum sese vindicandi occasionem nactus fuerit.

35. Nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

35. *Alors* il ne se rendra aux prières de personne, et il ne recevra point pour satisfaction tous les présents qu'on lui pourra faire.

CHAPITRE VII.

Des artifices de la femme adultère.

1. Fili mi, custodi sermones meos, et præcepta mea reconde tibi.

2. Fili, serva mandata mea, et vives ; et legem meam quasi pupillam oculi tui ;

3. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.

4. Dic Sapientiæ, soror mea es, et Prudentiam voca amicam tuam,

5. Ut custodiat te a muliere extranea, et ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.

6. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi,

7. Et video parvulos, considero vecordem juvenem,

8. Qui transit per plateam juxta angulum, et prope viam domus illius, graditur,

9. In obscuro, advesperascente die, in noctis tenebris, et caligine.

10. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas ; garrula, et vaga,

11. Quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis,

12. Nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians.

13. Apprehensumque deosculatur juvenem, et procaci vultu blanditur, dicens :

14. Victimas pro salute vovi, hodie reddidi vota mea.

1. Mon fils, gardez mes paroles, et faites-vous dans votre cœur un trésor de mes préceptes.

2. Observez, mon fils, mes commandements, et vous vivrez : gardez ma loi comme la prunelle de votre œil.

3. Tenez-la liée à vos doigts, et écrivez-la sur les tables de votre cœur.

4. Dites à la Sagesse : Vous êtes ma sœur, et appelez la Prudence votre amie,

5. Afin qu'elle vous défende de la femme étrangère, de l'étrangère qui se sert d'un langage doux *et flatteur*.

6. Car étant à la fenêtre de ma maison, et regardant par les barreaux,

7. J'aperçois des insensés, et je considère *parmi eux* un jeune homme insensé,

8. Qui passe dans une rue, au coin de la maison de cette femme, et qui marche dans le chemin qui y conduit,

9. Sur le soir, à la fin du jour, lorsque la nuit devient noire et obscure.

10. Et je vois venir au devant de lui cette femme parée comme une courtisane, adroite à surprendre les âmes, causeuse et coureuse,

11. Inquiète, dont les pieds n'ont point d'arrêt, et qui ne peut demeurer dans sa maison ;

12. Mais qui tend ses piéges au dehors, ou dans les places publiques, ou dans un coin de rue.

13. Elle prend donc ce jeune homme, elle le baise, et le caressant avec un visage effronté, elle lui dit :

14. Je m'étais obligée à offrir des victimes pour me rendre le ciel favorable, et je me suis acquittée aujourd'hui de mes vœux :

CAP. VII. — 1. *Fili mi, custodi sermones.* Salomon exhorte de nouveau le jeune homme à la Sagesse. Il veut qu'il vive dans sa société, qu'il l'appelle sa sœur, et qu'il donne à la Prudence le nom d'amie, pour qu'elle le détourne des piéges de la femme adultère (1-5). Il décrit, dans le reste du chapitre, les artifices de cette femme, et expose le malheur de ceux qui s'y laissent surprendre.

14. *Victimas pro salute vovi.* Lorsque les particuliers offraient au temple des sacrifices pa-

---

35. *Pro redemptione.* Id est, liberatione ; id est, ne acceptam injuriam ulciscatur, sed deprehensum adulterum dimittat.

CAP. VII. — 1. *Reconde tibi.* Quasi thesaurum.

2. *Quasi pupillam oculi.* Solertissima custodia : sic orabat propheta, Psal. 16, 8 : *Custodi me, Domine, ut pupillam oculi.*

3. *Liga... in digitis tuis.* Respicit monitum Mosis, Deut. 6, 8 : *Et ligabis ea quasi signum in manibus tuis.* Quo metaphorice significantur semper habenda ante oculos, ut ea quæ habentur in manibus.

4. *Dic sapientiæ, Soror mea es.* Videtur nomine sororis sponsa significari, quæ soror eadem et amica appellari solet, ut patet ex lib. Cantic. Suadet hoc similis alius locus Sap. 8, 2. *Hanc amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius.* Loquitur de sapientia. Suadet etiam quod Salomon juvenem ab amore mulierum abstrahere studet, et transferre ad sapientiam, quasi dicat : Illas aspernare et aversare, hanc tibi opta sponsam contingere, hujus nuptias ambi.

5. *Extranea.* Aliena uxore, vel meretrice.

7. *Parvulos.* Simplices. In hebræo est פתאים *petaïm*, quæ vox eum significat qui facilis est ad decipiendum. Parvulum non ætate, sed sensu.

8. *Transit per plateam.* Otiosus, adeoque ideo magis opportunus ut impuro amore capiatur. — *Juxta angulum.* Ubi domus meretricis, loco scilicet obvio et ad capiendos transeuntes juvenes accommodato.

10. *Garrula et vaga, quietis impatiens.* Notæ sunt mulieris impudicæ ; nam quæ castæ sunt parum et considerate loquuntur, et domi se continent.

12. *Insidians.* Incautis juvenibus.

14. *Victimas pro salute vovi.* Hæc dicit ut ostendat se valde illum amare, et de salute illius

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS UANL ®

15. C'est pourquoi je suis venue au devant de vous, désirant vous voir. Je vous ai rencontré. *Venez donc promptement.*
16. J'ai tendu mon lit, et je l'ai couvert de courtes-pointes d'Egypte en broderie.
17. Je l'ai parfumé de myrrhe, d'aloès et de cinnamome.
18. Venez, *dis-je*, enivrons-nous de délices, et jouissons de ce que nous avons désiré, jusqu'à ce qu'il fasse jour.
19. Car mon mari n'est point à la maison; il est allé faire un voyage qui sera très-long.
20. Il a emporté avec lui un sac d'argent, et il ne doit revenir à sa maison qu'à la pleine lune.

21. Elle le prend ainsi au filet par de longs discours, et elle l'entraîne par les caresses de ses paroles.
22. Il la suit aussitôt, comme un bœuf qu'on mène pour servir de victime, et comme un agneau qui va à la mort en bondissant; et, insensé qu'il est, il ne comprend pas qu'on l'entraîne pour le lier.
23. Jusqu'à ce qu'elle lui ait percé le cœur d'une flèche *mortelle*; comme à un oiseau qui courrait à grande hâte dans le filet, ne sachant pas qu'il y va de la vie pour lui.
24. Ecoutez-moi donc maintenant, mon fils; rendez-vous attentif aux paroles de ma bouche.
25. Que votre esprit ne se laisse point entraîner dans les voies de cette femme, et ne vous égarez point dans ses sentiers;
26. Car elle en a blessé et renversé plusieurs, et elle a fait perdre la vie aux plus forts.
27. Sa maison est le chemin de l'enfer; qui pénètre jusque dans la profondeur de la mort.

15. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et reperi.
16. Intexi funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto;
17. Aspersi cubile meum myrrha, et aloe, et cinnamomo.
18. Veni, inebriemur uberibus, et fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies;
19. Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima;
20. Sacculum pecuniæ secum tulit; in die plenæ lunæ reversurus est in domum suam.
21. Irretivit eum multis sermonibus, et blanditiis labiorum protraxit illum.

22. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, et quasi agnus lasciviens, et ignorans quod ad vincula stultus trahatur,
23. Donec transfigat sagitta jecur ejus; velut si avis festinet ad laqueum, et nescit quod de periculo animæ illius agitur.
24. Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei.
25. Ne abstrahatur in viis illius mens tua; neque decipiaris semitis ejus;

26. Multos enim vulneratos dejecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.
27. Viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.

cifiques, la plus grande partie de l'hostie leur restait; on l'emportait chez soi si on voulait, et on faisait un festin auquel on pouvait inviter tous ceux qui n'avaient pas contracté d'impureté légale.

20. *Sacculum pecuniæ.* C'était une preuve qu'il avait entrepris un long voyage. Le mot que la Vulgate traduit par *plenæ lunæ*, d'autres le traduisent par *au jour caché*, ce qui signifierait qu'il est absent pour si longtemps, qu'on ne peut dire quand il reviendra. D. Calmet l'entend de la fête des Tabernacles, parce que, dans cette fête, les Hébreux restaient à couvert sous des tentes de verdure.

---

valde esse sollicitam, quod ut bene illi esset sacrificia obtulerit pacifica. — *Hodie reddidi vota.* Videtur etiam his verbis significare se lautum convivium domi paratum habere; nam ex pacificis sacrificiis magnam carnium partem offerentes domum reportabant, quam cedebant in epulum.

16. *Intexui funibus lectulum meum.* LXX vertunt, *institis intexui lectum meum.* Puto intelligendum de institis, sive fasciis, sive funibus, quibus culcitræ vel lecti superimponuntur, quæque asserum vicem implent et mollius cubent qui in lectis illis se ad quietem dant.

17. *Myrrha, et aloe, et cinnamomo.* Aromatibus omnis generis, ut cubile sit odoratum.

18. *Inebriemur uberibus.* Verti potest, *amoribus.* Impudicus amor est ebrietas quædam et temulentia de mentis statu dejiciens.

19. *Vir.* Maritus.

20. *Sacculum pecuniæ secum tulit.* In sumptus longæ peregrinationis; quare nullum est periculum ab illo qui abest, et diu abfuturus est. — *In die plenæ lunæ reversurus.* Vel eum terminum sibi statuerat vir cum discessit, vel ita conjectabat adultera ex quantitate pecuniæ quam secum tulerat.

22. *Quasi bos ductus ad victimam.* Lasciviens et exultans; nam boves non noverunt quando ducantur ad præsepe, et quando ut mactentur more victimarum; et sæpe cum putant se duci ad præsepe, trahuntur ad macellum.

23. *Donec transfigat sagitta jecur.* Non sentit se trahi ad mortem. Sentiet cum transfiget sagitta jecur ejus, cum scilicet in hac et in futura vita luet pœnas adulterii. Cum conscientiæ stimuli fodient pectus illius. — *Velut si avis.* Aviculæ escam vident, non autem laqueum quo capiuntur et pereunt. — *Animæ.* Vitæ.

25. *Viis illius.* Viæ et semitæ mores significant, et agendi rationem quam quis sequitur.

26. *Vulneratos dejecit.* Meretrix multos amore suo vulneravit et perdidit. — *Fortissimi quique.* Nam blandimenta carnis etiam sapientes dementant aliquando, ut patet in Salomone. — *Interfecti.* Repetit quod dixerat, *vulneratos dejecit.*

27. *Viæ inferi domus ejus.* Domum ejus adire, et cum illa versari, est ad mortem æternam tendere. — *Penetrantes in interiora mortis.* Profundam, gravem et æternam pœnam conciliantes.

CHAPITRE VIII.

Excellence de la sagesse.

1. Numquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam?
2. In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans,

3. Juxta portas civitatis in ipsis foribus loquitur, dicens:
4. O viri! ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum.
5. Intelligite, parvuli, astutiam, et insipientes animadvertite.

6. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum; et aperientur labia mea, ut recta prædicent.
7. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.
8. Justi sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, neque perversum;
9. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.

10. Accipite disciplinam meam, et non pecuniam; doctrinam magis quam aurum eligite.
11. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis; et omne desiderabile ei non potest comparari.
12. Ego Sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.

1. Mais la sagesse ne crie-t-elle pas, et la prudence ne fait-elle pas entendre sa voix?
2. *Oui, sans doute*, elle se tient le long du chemin, sur les lieux les plus hauts et les plus élevés; elle se met au milieu des sentiers,
3. Près des portes, à l'entrée de la ville, et elle parle en ces termes:
4. C'est à vous, hommes, que je crie, et c'est aux enfants des hommes que ma voix s'adresse.
5. Vous, imprudents, apprenez ce que c'est que la sagesse; et vous, insensés, rentrez en vous-mêmes.
6. Ecoutez-moi; car je vais vous dire de grandes choses, et mes lèvres s'ouvriront pour annoncer la justice.
7. Ma bouche publiera la vérité; mes lèvres détesteront l'impiété.
8. Tous mes discours sont justes, ils n'ont rien de mauvais ni de corrompu;

9. Ils sont pleins de droiture pour ceux qui sont intelligents, et ils sont équitables pour ceux qui ont trouvé la science.
10. Recevez donc les instructions que je vous donne, avec plus de joie que si c'était de l'argent, et préférez ma doctrine à l'or le plus pur.
11. Car la sagesse est plus estimable que ce qu'il y a de plus précieux, et tout ce qu'on désire le plus ne peut lui être comparé.
12. Moi qui suis la Sagesse, j'habite dans le conseil *de Dieu même*, et je me trouve présente parmi les pensées judicieuses *des hommes*.

CAP. VIII. — 1. *Numquid non sapientia clamitat.* La Sagesse divine dont il est ici question n'est pas autre chose que le Verbe éternel de Dieu, l'intelligence incréée par laquelle tout a été créé. C'est cette lumière qui éclaire tout homme venant dans ce monde et qui réside au fond de nos consciences pour nous faire connaître à tous nos devoirs. C'est elle qui forme au sein de la société ces principes généraux et immuables qui sont les bases de tous les empires, et par conséquent, c'est par elle que les rois règnent, et c'est par elle que tous les hommes se conduisent.

8. *Justi sunt omnes sermones mei.* La loi nouvelle est le fondement et le principe de toutes les autres lois. Elle est promulguée au sein de notre conscience, et c'est d'après ses prescriptions, que nous serons jugés. Malheur à celui qui va contre cette lumière, il sera sans excuse.

CAP. VIII. — 1. *Sapientia clamitat.* Sapientiam hic accipit in genere, ut scilicet et Deo competit, et per Dei donum hominibus, ut dictum est c. 3, 19. Per prosopopœiam autem de sapientia sic in genere accepta loquitur, tribuens nunc ea quæ in hominibus, nunc ea quæ cum Deo operantur et ipsa divinitate, sic verba de illa faciens, quasi persona aliqua esset, et res a Deo et hominibus distincta. — *Et prudentia.* Est repetitio præcedentis semiversiculi; prudentia est rerum agendarum intelligentia.

2. *In summis.* Quasi dicat: Ubique clamat, et mortales officii admonet, ut nemo ignorantiam excusare possit.

5. *Astutiam.* Astutia in bonum capitur pro prudentia, circumspectione et sapientia, ut supra, c. 1, n. 4.

6. *Recta.* Ea quæ pertinent ad rectitudinem veritatis et vitæ.

7. *Veritatem.* Tum fidei, tum vitæ. — *Meditabitur guttur.* Eloquetur lingua mea.

8. *Non est in eis pravum.* Nam, ut est in Psalmo 11, 7, *eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, etc.* Doctrinæ et libri philosophorum, ut habeant multa vera et salutaria, tamen plurimis scatent erroribus et noxiis doctrinis.

9. *Intelligentibus.* Nam qui male sunt dispositi nec recte judicant, nec sensum penetrant eorum quæ dicuntur, sacræ sapientiæ doctrinam non magnifaciunt. — *Æqui.* Repetitio præcedentis sententiæ. Sermones mei sunt recti, justi, æqui; nihil a recta ratione exorbitant, aut pravum continent. — *Invenientibus scientiam.* Iis qui quærunt eorum intelligentiam, et sedulo quærendo assequuntur illam.

10. *Accipite disciplinam meam, et non pecuniam.* Non vobis offero pecuniam, sed disciplinam et doctrinam salutarem quam pecunia pluris facere debetis.

12. *Habito in consilio.* Ubi sana et recta consilia ineuntur et quæruntur, illic ego sum, et consilia illa excito, promoveo et adjuvo. — *Eruditis intersum cogitationibus.* Quibus prudenter aliquid gerendum cogitatur, et quid faciendum sit aut fugiendum suggero.

13. La crainte du Seigneur hait le mal; je déteste *aussi* l'insolence et l'orgueil, la voie corrompue et la langue double.

14. C'est de moi que vient le conseil et l'équité : c'est de moi que vient la prudence et la force.

15. Les rois règnent par moi; et c'est par moi que les législateurs ordonnent ce qui est juste.

16. Les princes commandent par moi; et c'est par moi que ceux qui sont puissants rendent la justice.

17. J'aime ceux qui m'aiment : et ceux qui veillent dès le matin pour me chercher me trouveront;

18. Les richesses et la gloire sont avec moi, ainsi que la magnificence et la justice.

19. Ainsi les fruits que je porte sont plus estimables que l'or et les pierres précieuses, et ce qui vient de moi vaut mieux que l'argent le plus pur.

20. Je marche dans les voies de la justice, au milieu des sentiers de la prudence,

21. Pour enrichir ceux qui m'aiment, et pour remplir leurs trésors.

22. *Car* le Seigneur m'a possédée au commencement de ses voies ; avant qu'il créât aucune chose j'étais dès lors.

23. J'ai été établie dès l'éternité et dès le commencement, avant que la terre fût créée.

24. Les abîmes n'étaient pas encore lorsque j'étais déjà conçue. Les fontaines n'étaient pas encore sorties de la terre,

25. La pesante masse des montagnes n'était pas encore formée. J'étais enfantée avant les collines.

26. Il n'avait point encore créé la terre, ni les fleuves, ni affermi le monde sur ses pôles *que j'étais déjà conçue.*

13. Timor Domini odit malum; arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor.

14. Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.

15. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt;

16. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.

17. Ego diligentes me diligo; et qui mane vigilant ad me, invenient me.

18. Mecum sunt divitiæ, et gloria, opes superbæ, et justitia.

19. Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso, et genimina mea argento electo.

20. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii,

21. Ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.

22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.

23. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret.

24. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram; necdum fontes aquarum eruperant;

25. Necdum montes gravi mole constiterant; ante colles ego parturiebar :

26. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ.

22. *Dominus possedit me.* Ce qui précède, peut s'appliquer à Jésus-Christ, la Sagesse incarnée; mais ici Salomon s'élève à la Sagesse incréée, au Verbe éternel dont saint Jean a dit : *In principio erat Verbum*, et plus loin, *Omnia per ipsum facta sunt* (Joan., I, 1-3), et qu'il appelle ailleurs *Principium creaturæ Dei* (Apoc., III, 14).

---

14. *Æquitas.* LXX habent, *securitas.*

15. *Per me reges regnant.* Quia et per me ad regnum legitime perveniunt, et per me illud recte gubernant.

16. *Decernunt justitiam.* Tum in legibus condendis, tum in sententiis ferendis.

17. *Diligentes me diligo.* Me illis communicando. — *Mane vigilant ad me.* Id est, me sollicite quærunt.

18. *Mecum sunt.* Me sequuntur, me comitantur. — *Opes superbæ.* Excelsæ scilicet et eminentes.

19. *Melior est enim fructus meus auro.* Præcipuus sapientiæ fructus est justitia et sanctitas, quæ tandem perducit ad regnum et gloriam opesque cœlestes. — *Genimina mea.* Fructus mei quos ego produco.

20. *In viis justitiæ ambulo.* Justitiam habeo comitem, et ab ea ne tantillum quidem recedo. — *In medio semitarum judicii.* Repetitio usitata ejusdem sententiæ. Ut opes nanciscar, quas tribuam diligentibus me, non opus habeo aliena rapere et justitiam violare, sed propriis abundo divitiis quibus alumnos meos ditare facile possum.

21. *Thesauros eorum.* Arcas eorum, et loca ubi divitiæ et supellex pretiosa reponitur.

22. *Possedit me.* Apud se habuit. — *In initio viarum suarum.* Operationum suarum quibus mundum fabricatus est. — *A principio.* Ab æterno.

23. *Ordinata sum.* Id est, ab æterno sum constituta, hoc est, fui apud Deum et in Deo. LXX habent, ἐθεμελίωσέ με, *fundavit me.* — *Ex antiquis.* Ab æterno.

24. *Abyssi.* Mare. — *Concepta eram.* Sic paulo post, *parturiebar*, pro quibus duobus verbis, *concepta eram* et *parturiebar*, utrobique in textu hebræo eadem est vox חוללתי *cholalti*, quod etiam verti potest, *formata* vel *genita*; jam ab æternitate Deo aderam.

26. *Cardines orbis terræ.* Vel intelliguntur duo poli circa quos cœli rotantur, vel præcipuæ orbis terræ partes, oriens, occidens, meridies et septentrio, quibus quasi cardinibus et columnis mundus continetur.

27. Quando præparabat cœlos aderam : quando certa lege, et gyro vallabat abyssos;

28. Quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum.

29. Quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta terræ.

30. Cum eo eram cuncta componens; et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore;

31. Ludens in orbe terrarum; et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

32. Nunc ergo, filii, audite me : Beati qui custodiunt vias meas.

33. Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abjicere eam.

34. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei.

35. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

36. Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

27. *Ainsi* lorsqu'il préparait les cieux j'étais présente; lorsqu'il environnait les abîmes de leurs bornes, et qu'il leur prescrivait une loi inviolable;

28. Lorsqu'il affermissait l'air au-dessus de la terre, et qu'il dispensait dans leur équilibre les eaux des fontaines;

29. Lorsqu'il renfermait la mer dans ses limites, et qu'il imposait une loi aux eaux, afin qu'elles ne passassent point leurs bornes; lorsqu'il posait les fondements de la terre.

30. J'étais avec lui, et je réglais toutes choses *avec lui.* J'étais chaque jour dans les délices, me jouant sans cesse devant lui,

31. Me jouant dans le monde *en le créant*, et trouvant mes délices à être avec les enfants des hommes.

32. Ecoutez-moi donc maintenant, mes enfants. Heureux ceux qui gardent mes voies.

33. Ecoutez mes instructions, soyez sages, et ne les rejetez point.

34. Heureux celui qui m'écoute, qui veille tous les jours à l'entrée de ma maison, et qui se tient à ma porte :

35. *Car* celui qui m'aura trouvée trouvera la vie, et il puisera le salut *dans la bonté* du Seigneur.

36. Mais celui qui péchera contre moi blessera son âme. *Ainsi* tous ceux qui me haïssent aiment la mort.

31. *Ludens in orbe.* Ces expressions désignent la facilité, la variété et l'agrément avec lesquels elle a produit ses œuvres. La fin du verset s'applique parfaitement à Jésus-Christ dont le Prophète a dit (Bar., III, 38) : *Post hæc in terris visus est et cum hominibus conversatus est.*

---

27. *Præparabat cœlos.* Fabricabatur, expandebat cœlos. — *Lege, et gyro vallabat abyssos.* In hebræo est, *cum describeret circulum super faciem voraginis*, quod videtur ostendere per abyssos intelligendam esse vastitatem illam et immensitatem spatii profundissimi, quod est inter cœlum et terram, de quo dicitur Genes., I, 2 : *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Vel simplicius de littoribus intellige quorum gyro vastitas maris circumscribitur.

28. *Æthera firmabat sursum.* Intelligit elementum ignis, vel superiorem aeris regionem. LXX habent τὰ ἄνω νέφη, id est, *supernas nebulas.* — *Et librabat fontes aquarum.* In hebræo est, *in fortificando fontes voraginis*, quod non de fontibus qui in terra sunt accipiendum est; sed potius de fontibus cœlestibus, qui scilicet de nubibus aquas profundunt in terras. Quod ergo dicit, *librabat*, significat Deum quasi in libra suspendisse in sublimi loco, id est, in nubibus aquas, juxta illud Job., 26, 8 : *Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.*

29. *Appendebat fundamenta terræ.* In hebræo est, *quando statuit fundamenta terræ.* Sunt autem fundamenta terræ ipsa illius stabilitas, in qua velut in fundamento conquiescit, juxta illud Psal., 103, 5 : *Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* Noster interpres usus est verbo *appendebat*, ut ostenderet Deum sua manu continere et quasi ponderare terram. Sic Isa., 40, 12 : *Quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes et colles in statera?* Et Job, 26, 7 : *Qui... appendit terram super nihilum.*

30. *Componens.* Constituens et ordinans, LXX, ἁρμόζουσα, *aptans, ordinans.* — *Delectabar per singulos dies.* Significat Deum in rerum creatione voluptatem cepisse, et suo opere delectatum, juxta illud Genes., I, 31 : *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona.*

31. *Ludens in orbe terrarum.* Cum voluptate operans et facilitate, ut qui ludunt. — *Et deliciæ meæ.* Cum ostenderit sapientia se omnibus rebus creatis delectari, significat tamen se peculiariter gaudere in omnibus, qui divina imagine et similitudine sunt consignati.

32. *Custodiunt vias meas.* Qui sapienter ambulant et operantur.

34. *Vigilat ad fores meas quotidie.* Ut admitti possit in adyta sapientiæ. — *Observat.* Est repetitio præcedentis hemistichii.

35. *Inveniet vitam.* Gratiæ in præsenti, et gloriæ in futuro sæculo. — *Hauriet salutem.* Salutem consequetur.

36. *Qui me oderunt.* Monita salutaria sapientiæ respuentes. — *Diligunt mortem.* Quia iis cupide inhærent, quæ mortem afferunt.

CHAPITRE IX.

Des attraits de la sagesse opposés aux attraits du mal.

1. La sagesse s'est bâti une maison; elle a taillé sept colonnes *pour la soutenir.*	1. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem.
2. Elle a immolé ses victimes; elle a préparé le vin et disposé sa table.	2. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.
3. *Et* elle a envoyé ses servantes pour appeler *les conviés; et elle les a envoyées* à la forteresse et aux murailles de la ville;	3. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis :
4. Quiconque est simple, qu'il vienne à moi. Et elle a dit aux insensés :	4. Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est :
5. Venez, mangez le pain que je vous donne, et buvez le vin que je vous ai préparé.	5. Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.
6. Quittez l'enfance, et vivez *avec sagesse*, et marchez par les voies de la prudence.	6. Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiæ.
7. Celui qui instruit le moqueur se fait injure, et celui qui reprend l'impie se déshonore lui-même.	7. Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit; et qui arguit impium, sibi maculam generat.
8. Ne reprenez *donc* point le moqueur, de peur qu'il ne vous haïsse : *mais* reprenez le sage, et il vous aimera.	8. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, et diliget te.
9. Donnez au sage une occasion *d'apprendre*, et il deviendra encore plus sage; enseignez le juste, et il recevra l'instruction avec empressement.	9. Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.
10. *Apprenez-lui que* la crainte du Seigneur est le principe de la sagesse, et *que* la science des saints est la *vraie* prudence.	10. a Principium sapientiæ, timor Domini; et scientia sanctorum, prudentia [a *Ps.* 110, 10. *Supr.* 1. 7. *Eccli.* 1. 16.]

CAP. IX. — 1. *Sapientia ædificavit sibi domum.* Dans ce chapitre, Salomon établit une antithèse entre la sagesse divine dont il vient de décrire l'origine et la sagesse humaine qu'il représente sous l'image d'une femme de mauvaise vie. Les Pères et la plupart des interprètes ont vu dans la maison que la Sagesse incarnée, ou Jésus-Christ, s'est bâtie, l'Eglise ; les sept colonnes qui l'appuient sont les sept dons de l'Esprit-Saint; sa victime est le corps du Christ, son vin est son sang, sa table est le banquet eucharistique, et ses servantes les ministres de l'Evangile.

8. *Noli arguere derisorem.* Ce moqueur est l'impie qui, de parti pris, résiste à la vérité. Au lieu de chercher à s'instruire et à s'éclairer au moyen d'une discussion sérieuse, il plaisante de tout et tourne en ridicule les vérités les plus graves, les mystères les plus profonds.

CAP. IX. — 1. *Sapientia.* Ut sapientia c. superiori ad suam doctrinam audiendam invitavit alumnos suos, ita nunc eadem convivium instruens describitur. — *Columnas septem.* Columnas multas; numerus definitus pro indefinito. Solent satis frequenter in Scripturis septem poni pro multis; vide Gen., 4, 24.

2. *Immolavit victimas.* Verbum טבח *tabach*, est mactare, occidere, jugulare, immolare; et usurpatur etiam cum animalia non mactantur occasione sacrificii, ut patet multis exemplis apud Pagninum in Thesauro. Sensus ergo est animalia occidi ad convivium instruendum. — *Miscuit vinum.* Infudit vas; hoc enim *miscere* significat Latinis, ut Græcis κεραννύναι.

3. *Ad arcem.* In qua, ut honestissimo et maxime sublimi loco, domicilium habere fingitur. — *Ad mœnia civitatis.* Quomodo hoc intelligendum sit patet ex hebræo, in quo habemus, ad summitates excelsorum civitatis. Porro quid sub allegoria domus, et columnarum, et convivii spiritualis et præcipue intento sensu significari voluerit Spiritus sanctus, non est facile divinare. Crediderim domum esse Ecclesiam, columnas viros sanctitate et doctrina primarios, convivium doctrinam sacram, aut venerabile Eucharistiæ sacramentum, etc.

4. *Parvulus.* Quid parvuli nomine significetur non semel dictum est. Vide supra, c. 7, n. 7. — *Insipientibus.* Idem est quod *parvulis*.

6. *Infantiam.* Id est, imperitiam. LXX, *insipientiam.* — *Et vivite.* Abjecta insipientia, quæ mortem conciliat.

7. *Derisorem.* Hominem petulantem, qui monita sapientum contemnit et ridet. — *Ipse injuriam sibi facit.* Derisorem, a quo contumeliis proscinditur, contra se provocat. Tenuit hoc S. Joannes, qui epistola canonica 3, n. 9 : *Scripsissem,* inquit, *forsitan Ecclesiæ : sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos... verbis malignis garriens in nos.* Injuriam etiam sibi aliquo modo facit qui bonam suam existimationem minuit, tunc adhibens admonitionem cum proficua esse non potest. Non repugnat sapiens D. Paulo ad Timotheum scribenti : *Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant,* 1. Tim., 5, 20; nam Salomon loquitur de privata correptione, quæ tunc omittenda est, cum nulla spes emendationis apparet.

9. *Da sapienti occasionem.* Scilicet discendi. — *Accipere.* Admittere sapientiam et doctrinam traditam.

10. *Principium sapientiæ.* Repetit sententiam initio propositam c. 1, n. 7. — *Scientia sanctorum, prudentia.* Scientia et cognitio rerum sanctarum, quales Scriptura sacra tradit, et qualem scientiam habent homines sancti omnem aliam scientiam superat, ut sola vera prudentia, in intelligentia et sapientia vocari possit.

---

11. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitæ.	11. Car c'est moi qui augmenterai le nombre de vos jours, et qui ajouterai de nouvelles années à votre vie.
12. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris; si autem illusor, solus portabis malum.	12. Si vous êtes sage, vous le serez pour vous-même, et si vous êtes un moqueur, vous en porterez la peine vous seul.
13. Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens,	13. La femme insensée et querelleuse, pleine d'attraits *trompeurs*, et qui ne sait rien du tout,
14. Sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso urbis loco,	14. S'est assise à la porte de sa maison, sur un siége, en un lieu élevé de la ville,
15. Ut vocaret transeuntes per viam, et pergentes itinere suo;	15. Pour appeler ceux qui passaient et qui allaient leur chemin, *en disant* :
16. Qui est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est :	16. Que celui qui est simple se détourne et s'en vienne à moi. Et elle a dit à l'insensé :
17. Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.	17. Les eaux dérobées sont *les* plus douces, et le pain pris en cachette est le plus agréable.
18. Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivæ ejus.	18. Mais il ignore que les géants sont avec elle, et que ceux qui mangent à sa table sont *près de tomber* dans le plus profond de l'enfer.

CHAPITRE X.

De la différence qu'il y a entre le fils sage et l'insensé, l'homme juste et l'impie, le diligent et le paresseux, l'homme charitable et l'homme haineux, la bonne et la mauvaise langue.

PARABOLÆ SALOMONIS.

1. Filius sapiens lætificat patrem; filius vero stultus mœstitia est matris suæ.	1. Le fils qui est sage est la joie de son père : le fils insensé est la tristesse de sa mère.
2. a Nil proderunt thesauri impietatis; justitia vero liberabit a morte. [a *Infr.* 11. 4.]	2. Les trésors de l'iniquité, ne serviront de rien : mais la justice délivrera de la mort.

13. *Mulier stulta.* Cette femme insensée et querelleuse est l'image de la sagesse humaine qui est comme elle vaniteuse, mais qui ne sait rien et qui conduit à leur perdition ceux qui l'écoutent.

18. *Quod ibi sint gigantes.* Littéralement, que les géants sont là, c'est-à-dire que sa maison est comme la porte de l'enfer où sont enfermés les géants, ou, en d'autres termes, qu'elle conduit à la mort (Cf. plus haut, chap. II, 18, et chap. VII, 27).

CAP. X. — 1. *Filius sapiens.* Les chapitres précédents sont une exhortation que l'on peut considérer comme une introduction au livre des Proverbes. C'est ici que commencent les Proverbes proprement dits, et c'est ce qui a motivé ce titre de *Parabolæ Salomonis*, qui ne se lit point dans les éditions des Septante, ni dans la Vulgate de l'édition de Sixte V, mais qui est dans l'Hébreu et dans les exemplaires imprimés et manuscrits de la version de saint Jérôme.

---

11. *Per me.* Per veram sapientiam. — *Multiplicabuntur dies tui.* Vitam longam, imo etiam æternam consequeris.

12. *Tibimetipsi.* Ad tui utilitatem et commodum. Italice diceremus : *Sarà bene per te.* — *Illusor.* Si malus fueris et perditis moribus; hoc enim sæpe significat in Scripturis vox *illusor.* — *Portabis malum.* Pœnas lues.

13. *Clamosa.* Chald. *vaga.* LXX, *audax.* Italice, *donna sfacciata.* Sermo redit de muliere libidinosa, de qua multa supra dicta sunt. — *Nihil omnino sciens.* Chaldæus, *nesciens bonum.* LXX, *nesciens verecundiam.*

15. *Ut vocaret transeuntes.* Vide supra, c. 7, n. 10.

16. *Qui est parvulus.* Vocat et hæc ad imitationem sapientiæ parvulos et insipientes, quia sicut sapientia valde malos, derisores scilicet et impios, vocandos non censuit numero 7, ita nec procax hæc mulier viros constantes, et quorum confirmata est sapientia.

17. *Aquæ furtivæ.* Significat allegoria congressum cum non sua. Res furto ablatæ dulciores videntur, quia illud flagrantius optant homines a quo prohibentur, et major voluptas in iis potiundis est, quæ quis diutius optavit. — *Panis absconditus.* Cibus furto sublatus, et repositus et absconditus, ne deprehendatur furtum. Vel clam comestus.

18. *Ignoravit.* Parvulus scilicet et insipiens; nam ad mulierem non posse referri hebræa docent, cum sit verbum masculinum. — *Quod ibi sint gigantes.* In hebræo est, רפאים *rephaim*, quæ vox gigantes aut dæmones significat; quo docentur parvuli ab illa domo abstinendum non secus atque abstinerent ab ea in qua dæmones, aut immani feritate gigantes in ingredientium perniciem armatos latere scirent. LXX qui habent : *Ipsa autem ignorat quod terrigenæ apud ipsam pereunt*, alium sensum exhibent, hoc est, etiam gigantes, viros scilicet sapientia fortes, victos voluptate in æternam mortem incidisse. — *Et in profundis inferni convivæ ejus.* Et convivæ meretricis certissimæ morti obnoxii sunt, et victimæ inferni.

CAP. X. — 1. *Lætificat patrem.* Lætificat parentes; non enim diversa sunt quæ prima parte versiculi dicuntur ab iis quæ habentur in secunda; sed adhibetur varietas vocabulorum, ita exigente phrasi Hebræorum et carminis elegantia.

2. *Nil proderunt.* Apud Deum. — *Thesauri impietatis.* Iniquæ partæ divitiæ. — *A morte.* Æterna.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS UANL ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Le Seigneur n'affligera point par la famine l'âme du juste : et *au contraire* il détruira les mauvais desseins des méchants.

4. La main relâchée *et paresseuse* produit l'indigence : la main des forts acquiert les richesses.

Celui qui s'appuie sur des mensonges se repaît de vents; et le même *est* encore *semblable à celui qui* court après des oiseaux qui volent.

5. Celui qui amasse pendant la moisson est sage : mais celui qui dort pendant l'été est un enfant *qui sera couvert* de confusion.

6. La bénédiction du Seigneur est sur la tête du juste : mais l'iniquité des méchants leur couvrira le visage.

7. La mémoire du juste sera accompagnée de louanges; mais le nom des méchants pourrira.

8. L'homme sage, qui est tel dans le cœur, reçoit *avec joie* les avis qu'on lui donne; l'insensé est frappé par les lèvres *qui l'instruisent.*

9. Celui qui marche simplement marche en assurance : mais celui qui pervertit ses voies sera découvert.

10. L'œil flatteur et doux causera de la douleur : et l'insensé sera blessé par les lèvres.

11. La bouche du juste est une source de vie : la bouche des méchants cache l'iniquité.

12. La haine excite les querelles; *mais* la charité couvre toutes les fautes.

13. La sagesse se trouve sur les lèvres du sage, et la verge sur le dos de celui qui n'a point de sens.

3. Non affliget Dominus fame animam justi, et insidias impiorum subvertet.

4. Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium divitias parat.

Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes.

5. Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius confusionis.

6. Benedictio Domini super caput justi; os autem impiorum operit iniquitas.

7. Memoria justi cum laudibus; et nomen impiorum putrescet.

8. Sapiens corde præcepta suscipit; stultus cæditur labiis.

9. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter; qui autem depravat vias suas, manifestus erit.

10. a Qui annuit oculo, dabit dolorem; et stultus labiis verberabitur. [a *Eccli.* 27. 25.]

11. Vena vitæ, os justi; et os impiorum operit iniquitatem.

12. Odium suscitat rixas; a et universa delicta operit charitas. [a *I. Cor.* 13. 4. *I. Petr.* 4. 8.]

13. In labiis sapientis invenitur sapientia; et virga in dorso ejus qui indiget corde.

---

3. *Non affliget... fame.* Hoc est quod habemus in Psalmo 36, 25 : *Junior fui, etenim senui ; et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* — *Insidias impiorum.* Quibus scilicet parare divitias student, per injustitiam prementes innocentes.

4. *Egestatem.* Sententia est negligentiæ et remissioni adjunctam esse comitem egestatem, ut opes sedulitati et strenuitati. — *Pascit ventos.* Non est hic versiculus in hebræo aut græco LXX, licet sit in aliquibus aliis græcis textibus, in quibus vox *pascit* est ποιμαίνει, quæ activam habet significationem; et sensus est : perinde facit ac si quis ventos quasi oves se posse ad pascua educere existimaret. Quamquam vero ita se res habet, nihilominus nostra vulgata interpretatio ita accipi posse videtur, ut significet mendaces vento pasci. Sic Osee 12, 1, dicitur : *Ephraim pascit ventum*, ubi apud LXX est idem verbum ποιμαίνει; et tamen multi, inter quos Pagninus, idem putant esse ac *ventos pascitur*, quod nimirum verbum רעה *raha*, utramque significationem activam et passivam sortiatur. Sic etiam Jerem., 22, 22, dicitur eodem sensu, *omnes pastores tuos pascet ventus.* Qui ergo nititur mendaciis dicitur pascere ventos, quia non assequitur quod vult, cum in firmo et fallaci nitatur fundamento; nam mendacia nihil habent solidi, et faciem subinde mutant, et cum reteguntur, auctoribus suis adeo non prosunt, ut plurimum illis incommodent. — *Sequitur aves volantes.* Id est frustra laborat.

5. *Filius sapiens est.* Est phrasis hebraica, pro homo sapiens. — *Filius confusionis.* Homo dignus confusione. Sic dicitur filius mortis, homo dignus morte.

6. *Benedictio Domini super caput justi.* Id est, Dominus justis benefacit. — *Os... impiorum operit iniquitas.* Ut in caput justi Dominus congerit benedictiones, ita os et caput impii iniquitas maledictionibus et infortuniis involvit.

7. *Putrescet.* Marcescet, extinguetur.

8. *Cæditur labiis.* Cum monetur, ægre fert ac si cæderetur et vapularet.

9. *Simpliciter.* In Hebr. est, בתום *battom*, in integritate, perfecte. Qui innocenter vivit, et sincere agit. — *Ambulat confidenter.* Secure et tuto; neque enim necesse habet fraudes tegere, a quibus abhorret. — *Depravat vias suas.* Qui pravas sectatur vias et actiones, qui dolis grassatur. — *Manifestus erit.* Ut multum laboret, fraudes ejus patescent.

10. *Qui annuit oculo.* Qui oculorum nutibus amicitiam simulat et dolum struit. — *Dabit dolorem.* Aliis molestiam inferet et negotium facesset, ut similis sit hæc sententia dicto Ecclesiastici 27, 25 : *Annuens oculo fabricat iniqua.* Vel sensus est, dabit pœnas, punietur. — *Stultus labiis.* Qui imprudenter et inconsulte loquitur, etiam ipse dabit pœnas.

11. *Vena vitæ.* Fons vitæ, ex eo enim ut ex fonte procedunt verba vitæ. — *Operit iniquitatem.* Chald. *injurias tegit*, id est, celat : idem est ac si diceretur : Est fons iniquitatis, habet in se iniquitatem.

12. *Odium suscitat rixas.* Cum eo enim quem quis odio prosequitur facile contendit, jurgatur et rixatur. — *Universa delicta.* Amor vero facile condonat amici errata, imo nec illa cognoscit. * Hoc est quod dicitur I. Petr., 4, 8 : *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

13. *In labiis.* Sententia est : sapientes sapienter loquuntur. *Et virga.* Qui vero sunt vecordes et stulti cæduntur et incommodis afficiuntur, pœnas stultitiæ suæ dantes. In græco LXX est, ὃς ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν, ῥάβδῳ τύπτει ἄνδρα ἀκάρδιον : *qui ex labiis profert sapientiam, virga percutit virum vecordem.* Juxta ergo hanc interpretationem sensus nostræ Vulgatæ esset, in labiis sapientis esse sapientiam, et hanc eamdem sapientiam virgam esse et flagellum quo cædantur vecordes.

14. Sapientes abscondunt scientiam; os autem stulti confusioni proximum est.

15. Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus; pavor pauperum, egestas eorum.

16. Opus justi ad vitam; fructus autem impii ad peccatum.

17. Via vitæ, custodienti disciplinam; qui autem increpationes relinquit, errat.

18. Abscondunt odium labia mendacia; qui profert contumeliam, insipiens est.

19. In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.

20. Argentum electum, lingua justi; cor autem impiorum pro nihilo.

21. Labia justi erudiunt plurimos; qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.

22. Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio.

23. Quasi per risum stultus operatur scelus; sapientia autem est viro prudentia.

24. Quod timet impius, veniet super eum; desiderium suum justis dabitur.

25. Quasi tempestas transiens non erit impius; justus autem quasi fundamentum sempiternum.

26. Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum.

14. Les sages cachent leur science; la bouche de l'insensé est toujours près de s'attirer la confusion.

15. Les richesses du riche sont *comme* sa ville forte : l'indigence des pauvres les tient dans la crainte.

16. L'œuvre du juste conduit à la vie; le fruit du méchant tend au péché.

17. Celui qui garde la discipline est dans le chemin de la vie; mais celui qui néglige les réprimandes s'égare.

18. Les lèvres menteuses cachent la haine; celui qui outrage ouvertement est un insensé.

19. Les longs discours ne seront point exempts de péché : mais celui qui est modéré dans ses paroles est très-prudent.

20. La langue du juste est un argent épuré, mais le cœur des méchants est de nul prix.

21. Les lèvres du juste en instruisent plusieurs : mais les ignorants mourront dans l'indigence de leur *propre* cœur.

22. La bénédiction du Seigneur fait les hommes riches : et l'affliction ne se trouvera point avec eux.

23. L'insensé commet le crime comme en se jouant : mais la sagesse est la prudence de l'homme.

24. Ce que craint le méchant lui arrivera ; *mais* les justes obtiendront ce qu'ils désirent.

25. Le méchant disparaîtra comme une tempête qui passe; mais le juste sera comme un fondement éternel.

26. Ce qu'est le vinaigre aux dents et la fumée aux yeux, tel est le paresseux à l'égard de ceux qui l'ont envoyé.

---

14. *Abscondunt scientiam.* Ut tempore opportuno eam proferant. — *Confusioni proximum est.* Nam inscite locutus, sibi parat ignominiam.

15. *Urbs fortitudinis.* Significat divites suis fidere divitiis, et in eis suas spes locare, ac si esset arx munitissima quam nulli paupertatis incursus expugnare possint. — *Pavor pauperum.* Semper enim timent ne egestas secum multa trahat incommoda.

16. *Opus justi.* Sententia est : justus operatur et laborat, non ut habeat ad luxuriandum et satisfaciat pravis desideriis, quod peccatores faciunt, sed ut vivat.

17. *Via vitæ.* Via ad vitam.

18. *Abscondunt odium.* Amicitia simulatione. — *Insipiens est.* Sic infra, c. 12, 16 : *Fatuus statim indicat iram suam : qui autem dissimulat injuriam, callidus est.*

19. *Non deerit peccatum.* Ipsa loquacitas peccatum est : præterquam quod qui multum loquuntur parum considerate aliqua effutire solent, quæ non satis ad examen rationis vocant.

20. *Argentum electum, lingua justi.* Quasi dicat : Res est pretiosa. — *Cor autem impiorum.* Cogitationes autem et sensa impiorum, inutilia et nullius momenti sunt.

21. *Qui autem indocti sunt.* Qui vero se a justis doceri non patiuntur, sed in sua hærent ignoratione, cum illa, quam excutere nolunt, morientur.

22. *Benedictio Domini.* Id est, favor divinus, et Domini beneficentia in suos. — *Nec sociabitur eis afflictio.* Et afflictiones, incommoda et ærumnas removet.

23. *Quasi per risum.* Non satis intelligens gravitatem et atrocitatem scelerum. — *Sapientia... est viro prudentia.* Pro *prudentia* verti etiam potest, *intelligentia*, et sensus erit : sapientia affert homini intelligentiam, ut cognoscat quam grave sit et execrabile operari scelus. Vel sensus est : sapientia hominem dirigit, ut ea quæ cogitat prudenter exequatur.

24. *Quod timet impius, veniet super eum.* Licet ante peccatum impii non timeant, sed operentur scelus quasi per risum, tamen post admissum peccatum fodiuntur, conscientiæ stimulis, et timent damna et mala quæ peccantes comitantur, quæ non effugient. — *Desiderium suum.* Id quod desiderat.

25. *Quasi tempestas transiens.* Impius est hominibus terribilis ad breve tempus, ut tempestates et procellæ, quæ non multo postquam excitatæ sunt solvuntur in nihilum. — *Quasi fundamentum sempiternum.* Quia felicitas ejus bene fundata diu durat in hac vita, et sempiterna est in futura.

26. *Acetum dentibus.* Quos ob acredinem obstupefacit, et ad mandendos cibos parum idoneos reddit. — *Fumus oculis.* Quos hebetat et pungit, lacrymas etiam eliciens. — *Sic piger.* Molestiam affert et dolorem male et oscitanter negotia commissa procurans.

27. La crainte du Seigneur prolonge les jours; et les années des méchants seront abrégées.
28. L'attente des justes, c'est la joie; mais l'espérance des méchants périra;
29. La voie du Seigneur est la force du simple; mais ceux qui font le mal sont dans l'effroi.
30. Le juste ne sera jamais ébranlé : mais les méchants n'habiteront point sur la terre;
31. La bouche du juste enfantera la sagesse : la langue des *hommes* corrompus périra.
32. Les lèvres du juste considèrent ce qui peut plaire *à Dieu et aux hommes*; et la bouche des méchants se répand en paroles malignes.

27. Timor Domini apponet dies; et anni impiorum breviabuntur.
28. Expectatio justorum lætitia; spes autem impiorum peribit.
29. Fortitudo simplicis via Domini; et pavor his qui operantur malum.
30. Justus in æternum non commovebitur; impii autem non habitabunt super terram.
31. Os justi parturiet sapientiam; lingua pravorum peribit.
32. Labia justi considerant placita; et os impiorum perversa.

CHAPITRE XI.

Des avantages de la vertu et des suites funestes du vice.

1. La balance trompeuse est en abomination devant le Seigneur; le poids juste est selon sa volonté.
2. Où sera l'orgueil, là sera aussi la confusion : mais où est l'humilité, là est pareillement la sagesse.
3. La simplicité des justes les conduira heureusement : les tromperies des méchants seront leur ruine.
4. Les richesses ne serviront de rien au jour de la vengeance; mais la justice délivrera de la mort.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum; et pondus æquum, voluntas ejus.
2. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi et sapientia.
3. Simplicitas justorum diriget eos; et supplantatio perversorum vastabit illos.
4. a Non proderunt divitiæ in die ultionis : justitia autem liberabit a morte. [a *Supr.* 10. 2.]

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Les vertus que Salomon recommande, sont la justice, l'humilité et la simplicité (1-4). Il montre l'inutilité des richesses comparativement à ces vertus (5-10), et fait ressortir les suites funestes de la fausse amitié. Il rappelle les avantages de la discrétion et des bons conseils, et le danger que l'on court en répondant pour autrui (11-16). Il fait enfin l'éloge de la femme modeste, de l'homme charitable qui fait l'aumône avec bonheur (16-28), et il oppose à ce caractère celui du dissipateur qui jette le trouble dans sa maison par des dépenses excessives.

---

27. *Apponet dies.* Diuturnam vitam conciliat. Quamvis longæ vitæ promissiones ad litteram maxime veteri fœderi terrenas promissiones continenti congruant, tamen a novo Testamento non abhorrent, *promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ.* I. ad Tim., 4. 8.

28. *Expectatio justorum lætitia.* Expectationem justorum lætitia sequitur, quia quod expectant et optant consequuntur.

29. *Fortitudo simplicis via Domini.* Hominis recti, integri et sinceri spes collocata est in lege Domini, quia per illius custodiam forti est animo et confidenti. — *Pavor his, qui operantur malum.* Propria illos terrente conscientia.

30. *Justus in æternum non commovebitur.* Sic Psal., 14, 5 : *Qui facit hæc, non movebitur in æternum* : nunquam felici statu excidet. Quod potissimum verum est postquam futuræ felicitatis possessionem adepti fuerint. — *Non habitabunt super terram.* Deo illos eradente de terra viventium.

31. *Parturiet.* Hebr., *germinabit,* vel *fructificabit.* — *Peribit.* Hebr., *excidetur.*

32. *Considerant placita.* Hebr., habet, *cognoscunt.* Labia justi proferre sciunt quæ placita sunt Deo. Eleganter LXX, χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας, *labia virorum justorum distillant gratias.* — *Perversa.* Scilicet loquitur.

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Alludit ad illud Deuter., 25. 13 : « Non habebis in sacculo » diversa pondera, majus et minus; nec erit in domo tua modius major et minor. Pondus habebis justum et verum, et modius æqualis et verus erit tibi; ut multo vivas tempore super » terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dominus Deus tuus eum » qui facit hæc, etc. » His consentanea habentur Levit., 19, 35. * In una specie omne genus injustitiæ vocatur, nam omnis injustitia est inæqualitas. — *Voluntas ejus* LXX, στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ *pondus justum acceptum illi.*

2. *Ubi fuerit superbia.* In Hebr. est, *venit superbia, et venit ignominia, et cum humilibus sapientia.* Sensus ergo est, vel superbos ignominia et contumelia alios afficere, quia alios despiciunt; vel ipsos affici ignominia, quia superbi Deo et hominibus sunt execrabiles. — *Ubi... humilitas, ibi et sapientia.* Magna enim est sapientia altum non sapere, et seipsum et miserias suas nosse.

3. *Simplicitas.* Rectitudo, integritas et sincera agendi ratio. — *Diriget eos.* Deducet, ut in suis conatibus prosperum habeant successum. — *Supplantatio perversorum.* Impiorum perversitas, qua alios supplantare conantur. — *Vastabit illos.* Perdet eos, nam in caput ipsorum recidet.

4. *In die ultionis.* Punitionis Dei. — *Liberabit a morte.* Æterna.

5. Justitia simplicis diriget viam ejus; et in impietate sua corruet impius.
6. Justitia rectorum liberabit eos; et in insidiis suis capientur iniqui.
7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et expectatio sollicitorum peribit.
8. Justus de angustia liberatus est; et tradetur impius pro eo.
9. Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.
10. In bonis justorum exultabit civitas; et in perditione impiorum erit laudatio.
11. Benedictione justorum exaltabitur civitas; et ore impiorum subvertetur.
12. Qui despicit amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacebit.
13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.
14. Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem, ubi multa consilia.
15. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos, securus erit.
16. Mulier gratiosa inveniet gloriam; et robusti habebunt divitias.
17. Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.

5. La justice du simple rendra sa voie heureuse; et la malice de l'impie lui fera faire de funestes chutes.
6. La justice des justes les délivrera; mais les méchants seront pris dans leurs propres pièges.
7. A la mort du méchant il ne restera plus d'espérance; et l'attente des ambitieux périra.
8. Le juste a été délivré des maux qui le pressaient; le méchant sera livré au lieu de lui.
9. Le faux ami séduit son ami par ses paroles : les justes seront délivrés par la science.
10. Le bonheur des justes comblera de joie toute la ville, et on louera Dieu à la ruine des méchants.
11. La ville sera élevée en gloire par la bénédiction des justes; et elle sera renversée par la bouche des méchants.
12. Celui qui n'a point de sens méprise son ami : mais l'homme prudent gardera le silence.
13. Le trompeur révèlera les secrets : mais celui qui a la fidélité dans le cœur garde avec soin ce qui lui a été confié.
14. Où il n'y a personne pour gouverner, le peuple périt : où il y a beaucoup de *bons* conseils, là est le salut.
15. Celui qui répond pour un étranger tombera dans le malheur; celui qui évite les pièges sera en sûreté.
16. La femme modeste sera élevée en gloire; et les *hommes* forts acquerront les richesses.
17. L'homme charitable fait du bien à son âme; celui qui est cruel rejette ses proches mêmes.

---

5. *Justitia simplicis.* Hæc sententia repetitur ex n. 3.

6. *Justitia rectorum.* Ejusdem sententiæ repetitio et inculcatio.

7. *Nulla erit ultra spes.* Quia in inferno nulla est redemptio. — *Expectatio sollicitorum peribit.* Peribit spes eorum qui in hac vita de augendis divitiis et honoribus comparandis solliciti fuerunt, ac propterea divinam legem violarunt.

8. *Tradetur impius pro eo.* Ut videmus in exemplis Mardochæi et Aman, David et Saulis, Danielis et eorum a quibus fuerat accusatus. Vel generatim sensus est, esse in hoc mundo vices, ut nimirum justi post angustias felicitatem, impii post felicitatem angustias nanciscuntur.

9. *Decipit amicum suum.* Decipere conatur. — *Liberabuntur scientia.* Quia illius simulationem et fraudem quantumvis tectam deprehendent.

10. *In bonis justorum.* Cum viderint bona justis contingere, et bene illis esse. — *Erit laudatio.* Justitiæ et providentiæ Dei.

11. *Benedictione justorum.* Bonis consiliis et monitis justorum, utili oratione et sermone justorum florebit civitas. LXX habent, *in bonis justorum,* ita ut *benedictio* sit idem quod prosperitas.

12. *Qui despicit amicum suum.* Cum in aliquem errorem aut peccatum labitur. — *Indigens cordis.* Insipiens. — *Vir... prudens tacebit.* Non damnabit, non ridebit alios, etiamsi peccarint, suæ memor imbecillitatis, et se etiam lapsui obnoxium sciens.

13. *Ambulat fraudulenter.* Ficte tantum amicus, et non ex corde. — *Commissum.* Arcanum sibi ab amico creditum.

15. *Qui fidem facit.* Qui fidejubet. — *Pro extraneo.* Idem est ac si dixisset *pro alio,* ut patet ex c. 6. 1, ubi habemus : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam etc.* Vide ibi dicta. — *Cavet laqueos.* Cavet obligationes fidejussionum.

16. *Mulier gratiosa* Mulier gratæ venustatis et probitatis. — *Inveniet gloriam.* Celebris erit et inclyta in civitate. Sic de Judith dicitur c. 8, 7 : *Erat autem eleganti aspectu nimis,* et paulo post : *Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde.* — *Et robusti habebunt divitias.* Ut mulier gratiosa decus et gloriam, ita fortes viri divitias consequentur.

17. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Indulget sibi vir liberalis debitum ac commodum rerum necessarium usum. — *Crudelis.* Avarus, qui ut parcat pecuniæ sibi non parcit, et suis aut aliorum incommodis et malis non commovetur ut illos sublevet. — *Etiam propinquos abjicit.* Adeo pauperibus quibuscumque non benefacit, ut etiam sibi propinquitate conjunctos abjiciat.

27. La crainte du Seigneur prolonge les jours; et les années des méchants seront abrégées.
28. L'attente des justes, c'est la joie; mais l'espérance des méchants périra;
29. La voie du Seigneur est la force du simple; mais ceux qui font le mal sont dans l'effroi.
30. Le juste ne sera jamais ébranlé : mais les méchants n'habiteront point sur la terre;
31. La bouche du juste enfantera la sagesse : la langue des *hommes* corrompus périra.
32. Les lèvres du juste considèrent ce qui peut plaire *à Dieu et aux hommes*; et la bouche des méchants se répand en paroles malignes.

27. Timor Domini apponet dies; et anni impiorum breviabuntur.
28. Expectatio justorum lætitia; spes autem impiorum peribit.
29. Fortitudo simplicis via Domini; et pavor his qui operantur malum.
30. Justus in æternum non commovebitur; impii autem non habitabunt super terram.
31. Os justi parturiet sapientiam; lingua pravorum peribit.
32. Labia justi considerant placita; et os impiorum perversa.

CHAPITRE XI.

Des avantages de la vertu et des suites funestes du vice.

1. La balance trompeuse est en abomination devant le Seigneur; le poids juste est selon sa volonté.
2. Où sera l'orgueil, là sera aussi la confusion : mais où est l'humilité, là est pareillement la sagesse.
3. La simplicité des justes les conduira heureusement : les tromperies des méchants seront leur ruine.
4. Les richesses ne serviront de rien au jour de la vengeance; mais la justice délivrera de la mort.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum; et pondus æquum, voluntas ejus.
2. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi et sapientia.
3. Simplicitas justorum diriget eos; et supplantatio perversorum vastabit illos.
4. a Non proderunt divitiæ in die ultionis : justitia autem liberabit a morte. [a *Supr.* 10. 2.]

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Les vertus que Salomon recommande, sont la justice, l'humilité et la simplicité (1-4). Il montre l'inutilité des richesses comparativement à ces vertus (5-10), et fait ressortir les suites funestes de la fausse amitié. Il rappelle les avantages de la discrétion et des bons conseils, et le danger que l'on court en répondant pour autrui (11-16). Il fait enfin l'éloge de la femme modeste, de l'homme charitable qui fait l'aumône avec bonheur (16-23), et il oppose à ce caractère celui du dissipateur qui jette le trouble dans sa maison par des dépenses excessives.

---

27. *Apponet dies.* Diuturnam vitam conciliat. Quamvis longæ vitæ promissiones ad litteram maxime veteri fœderi terrenas promissiones continenti congruant, tamen a novo Testamento non abhorrent, *promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ.* I. ad Tim., 4. 8.

28. *Expectatio justorum lætitia.* Expectationem justorum lætitia sequitur, quia quod expectant et optant consequuntur.

29. *Fortitudo simplicis via Domini.* Hominis recti, integri et sinceri spes collocata est in lege Domini, quia per illius custodiam forti est animo et confidenti. — *Pavor his, qui operantur malum.* Propria illos terrente conscientia.

30. *Justus in æternum non commovebitur.* Sic Psal., 14, 5 : *Qui facit hæc, non movebitur in æternum* : nunquam felici statu excidet. Quod potissimum verum est postquam futuræ felicitatis possessionem adepti fuerint. — *Non habitabunt super terram.* Deo illos eradente de terra viventium.

31. *Parturiet.* Hebr., *germinabit,* vel *fructificabit.* — *Peribit.* Hebr., *excidetur.*

32. *Considerant placita.* Hebr., habet, *cognoscunt.* Labia justi proferre sciunt quæ placita sunt Deo. Eleganter LXX, χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας, *labia virorum justorum distillant gratias.* — *Perversa.* Scilicet loquitur.

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Alludit ad illud Deuter., 25, 13 : « Non habebis in sacculo » diversa pondera, majus et minus; nec erit in domo tua modius major et minor. Pondus habebis justum et verum, et modius æqualis et verus erit tibi; ut multo vivas tempore super » terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dominus Deus tuus eum » qui facit hæc, etc. » His consentanea habentur Levit., 19, 35. * In una specie omne genus injustitiæ vocatur, nam omnis injustitia est inæqualitas. — *Voluntas ejus* LXX, στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ *pondus justum acceptum illi.*

2. *Ubi fuerit superbia.* In Hebr. est, *venit superbia, et venit ignominia, et cum humilibus sapientia.* Sensus ergo est, vel superbos ignominia et contumelia alios afficere, quia alios despiciunt; vel ipsos affici ignominia, quia superbi Deo et hominibus sunt execrabiles. — *Ubi... humilitas, ibi et sapientia.* Magna enim est sapientia altum non sapere, et seipsum et miserias suas nosse.

3. *Simplicitas.* Rectitudo, integritas et sincera agendi ratio. — *Diriget eos.* Deducet, ut in suis conatibus prosperum habeant successum. — *Supplantatio perversorum.* Impiorum perversitas, qua alios supplantare conantur. — *Vastabit illos.* Perdet eos, nam in caput ipsorum recidet.

4. *In die ultionis.* Punitionis Dei. — *Liberabit a morte.* Æterna.

5. Justitia simplicis diriget viam ejus; et in impietate sua corruet impius.
6. Justitia rectorum liberabit eos; et in insidiis suis capientur iniqui.
7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et expectatio sollicitorum peribit.
8. Justus de angustia liberatus est; et traditur impius pro eo.
9. Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.
10. In bonis justorum exultabit civitas; et in perditione impiorum erit laudatio.
11. Benedictione justorum exaltabitur civitas; et ore impiorum subvertetur.
12. Qui despicit amicum suum, indigens cordis est; vir autem prudens tacebit.
13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.
14. Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem, ubi multa consilia.
15. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos, securus erit.
16. Mulier gratiosa inveniet gloriam; et robusti habebunt divitias.
17. Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.

5. La justice du simple rendra sa voie heureuse; et la malice de l'impie lui fera faire de funestes chutes.
6. La justice des justes les délivrera; mais les méchants seront pris dans leurs propres piéges.
7. A la mort du méchant il ne restera plus d'espérance; et l'attente des ambitieux périra.
8. Le juste a été délivré des maux qui le pressaient; le méchant sera livré au lieu de lui.
9. Le faux ami séduit son ami par ses paroles : les justes seront délivrés par la science.
10. Le bonheur des justes comblera de joie toute la ville, et on louera Dieu à la ruine des méchants.
11. La ville sera élevée en gloire par la bénédiction des justes; et elle sera renversée par la bouche des méchants.
12. Celui qui n'a point de sens méprise son ami : mais l'homme prudent gardera le silence.
13. Le trompeur révèlera les secrets : mais celui qui a la fidélité dans le cœur garde avec soin ce qui lui a été confié.
14. Où il n'y a personne pour gouverner, le peuple périt : où il y a beaucoup de *bons* conseils, là est le salut.
15. Celui qui répond pour un étranger tombera dans le malheur; celui qui évite les piéges sera en sûreté.
16. La femme modeste sera élevée en gloire; et les *hommes* forts acquerront les richesses.
17. L'homme charitable fait du bien à son âme; celui qui est cruel rejette ses proches mêmes.

---

5. *Justitia simplicis.* Hæc sententia repetitur ex n. 3.
6. *Justitia rectorum.* Ejusdem sententiæ repetitio et inculcatio.
7. *Nulla erit ultra spes.* Quia in inferno nulla est redemptio. — *Expectatio sollicitorum peribit.* Peribit spes eorum qui in hac vita de augendis divitiis et honoribus comparandis solliciti fuerunt, ac propterea divinam legem violarunt.
8. *Traditur impius pro eo.* Ut videmus in exemplis Mardochæi et Aman, David et Saulis, Danielis et eorum a quibus fuerat accusatus. Vel generatim sensus est, esse in hoc mundo vices, ut nimirum justi post angustias felicitatem, impii post felicitatem angustias nanciscantur.

9. *Decipit amicum suum.* Decipere conatur. — *Liberabuntur scientia.* Quia illius simulationem et fraudem quantumvis tectam deprehendent.

10. *In bonis justorum.* Cum viderint bona justis contingere, et bene illis esse. — *Erit laudatio.* Justitiæ et providentiæ Dei.

11. *Benedictione justorum.* Bonis consiliis et monitis justorum, utili oratione et sermone justorum florebit civitas. LXX habent, *in bonis justorum,* ita ut *benedictio* sit idem quod prosperitas.

12. *Qui despicit amicum suum.* Cum in aliquem errorem aut peccatum labitur. — *Indigens cordis.* Insipiens. — *Vir... prudens tacebit.* Non damnabit, non ridebit alios, etiamsi peccaverint, suæ memor imbecillitatis, et se etiam lapsui obnoxium sciens.

13. *Ambulat fraudulenter.* Fictus tantum amicus, et non ex corde. — *Commissum.* Arcanum sibi ab amico creditum.

15. *Qui fidem facit.* Qui fidejubet. — *Pro extraneo.* Idem est ac si dixisset *pro alio,* ut patet ex c. 6. 1, ubi habemus : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam etc.* Vide ibi dicta. — *Cavet laqueos.* Cavet obligationes fidejussionum.

16. *Mulier gratiosa.* Mulier gratæ venustatis et probitatis. — *Inveniet gloriam.* Celebris erit et inclyta in civitate. Sic de Judith dicitur c. 8, 7 : *Erat autem eleganti aspectu nimis,* et paulo post : *Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde.* — *Et robusti habebunt divitias.* Ut mulier gratiosa decus et gloriam, ita fortes viri divitias consequentur.

17. *Beneficit animæ suæ vir misericors.* Indulget sibi vir liberalis debitum ac commodum rerum necessariarum usum. — *Crudelis.* Avarus, qui ut parcat pecuniæ sibi non parcit, et suis aut aliorum incommodis et malis non commovetur ut illos sublevet. — *Etiam propinquos abjicit.* Adeo pauperibus quibuscumque non benefacit, ut etiam sibi propinquitate conjunctos abjiciat.

18. L'ouvrage du méchant ne sera point stable : mais la récompense est assurée à celui qui sème la justice.

19. La clémence ouvre le chemin à la vie ; et la recherche du mal conduit à la mort.

20. Le Seigneur a en abomination le cœur corrompu ; et il met son affection en ceux qui marchent simplement.

21. Le méchant ne sera point innocent, lors même qu'il aura les mains l'une dans l'autre : mais la race des justes sera sauvée.

22. La femme belle et insensée est comme un anneau d'or au museau d'une truie.

23. Le désir des justes se porte à tout bien ; l'attente des méchants est la fureur.

24. Les uns donnent ce qui est à eux, et sont toujours riches ; les autres ravissent le bien d'autrui, et sont toujours pauvres.

25. Celui qui donne abondamment sera engraissé lui-même ; et celui qui *les* enivre sera lui-même enivré.

26. Celui qui cache le blé sera maudit des peuples ; et la bénédiction viendra sur la tête de ceux qui le vendent.

27. Celui qui cherche à *faire* le bien est heureux de se lever dès le point du jour, mais celui qui cherche à *faire* le mal en sera accablé.

28. Celui qui se fie en ses richesses tombera : mais les justes germeront comme l'arbre dont la feuille est toujours verte.

29. Celui qui met le trouble dans sa maison ne possédera que du vent ; et l'insensé sera assujéti au sage.

18. Impius facit opus instabile ; seminanti autem justitiam merces fidelis.

19. Clementia præparat vitam, et sectatio malorum mortem.

20. Abominabile Domino cor pravum ; et voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulant.

21. Manus in manu non erit innocens malus ; semen autem justorum salvabitur.

22. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.

23. Desiderium justorum omne bonum est ; præstolatio impiorum furor.

24. Alii dividunt propria, et ditiores fiunt ; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.

25. Anima quæ benedicit, impinguabitur ; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.

26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis ; benedictio autem super caput vendentium.

27. Bene consurgit diluculo qui quærit bona ; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.

28. Qui confidit in divitiis suis, corruet : justi autem quasi virens folium germinabunt.

29. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos ; et qui stultus est, serviet sapienti.

---

18. *Opus instabile.* Quod evanescet, nec solidum aliquem fructum feret. Videtur hæc sententia cohærere cum superiori, ut sensus sit, avarum qui nemini benefacit, nec eleemosynam tribuit, sed tantum conservandis pecuniis insistit, facere opus instabile, quia peribunt divitiæ quas secum ferre non potest. — *Seminanti autem justitiam.* Eleemosynam largienti. — *Merces fidelis.* Merces stabilis et non peritura.

19. *Clementia.* Videtur intelligere liberalitatem in erogandis pecuniis in indigentes. — *Præparat vitam.* Æternam, et etiam temporariam, quia conciliat civium benevolentiam qua paratur securitas ab insidiis. — *Sectatio malorum.* Sordida et illiberalis avaritia, quæ multa mala suadet.

20. *Voluntas ejus.* Beneplacitum ejus. Italice diceremus : *Si compiace.*

21. *Manus in manu.* In Hebræo est, יד ליד *jad le jad*, *manus ad manum*. Pagninus in Thesauro putat sensum esse, cito, statim, ut respondent italicæ phrasi, *à mano à mano*, id est statim. Alii de conspirationibus intelligunt ; nam *injecta junguntur fœdera dextra*, ut ait ille. — *Non erit innocens.* Id est, impunitus. — *Semen autem justorum.* Justi, vel ii qui se a pravis abducunt conspirationibus ; ut sit inter duo sententiæ membra oppositio, si sequamur secundam interpretationem.

22. *Circulus aureus in naribus suis.* LXX, *sicut inauris aurea in naribus suis.* Vox hebraica נזם *nezem*, non tantum inaures significat, sed illa etiam ornamenta quæ in fronte super nasum suspendere solebant antiqui, ut indicat etiam Is., cap. 3, 21, ubi inter cætera muliebria ornamenta numerat etiam *gemmas in fronte pendentes*. Hebr. *monilia nasi*. Sententia ergo est : quemadmodum pessimo loco sita esset gemma aut aureum monile in fronte suis, fœdi animalis et sese in lutum abjicientis et in eo volutantis ; ita pulchritudinis decus et ornamentum mulierem levem et fatuam, quæ illo abutatur, minime decet.

23. *Desiderium justorum.* Sententia est : quidquid desiderant justi bonum est. — *Præstolatio impiorum furor.* Id autem quod præstolari possunt et debent, et quod eveniet impiis, est furor, indignatio et ultio divina.

24. *Dividunt propria.* Largientes, eleemosynas dantes.

25. *Quæ benedicit.* Quæ benefacit ; est enim hæc sententia superiori cohærens, et idem significans. — *Qui inebriat.* Largitur liberaliter bonis suis, alios satiando et quasi inebriando.

26. *Abscondit frumenta.* In aliud tempus reservans, ut carius vendat. — *Vendentium.* Cum populus postulat et indiget, cupiditati suæ modum imponens.

27. *Bene consurgit.* Quasi dicat : Bene facit, vel successum habebit. Videtur respondere italicæ phrasi qua dicimus : *Si leva in buon ora.* — *Quærit bona.* Qui sectatur bona. Qui bonis insistit operibus. — *Investigator malorum.* Sectator malarum rerum, cupiens cognoscere rationes male agendi. — *Ab eis.* Quæ sectatus est.

29. *Qui conturbat domum suam.* Qui bona sua dilapidat atque ideo domum suam conturbat multis molestiis afficiens domesticos. Vel qui domi ferox est et præfractus, de quo vitio Eccli. 4, 35, dicitur : *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.* — *Possidebit ventos.* Inanem faciet domum, et se pauperem deprehendet. Italice diceremus : *Si troverà con le mani piene di vento.*

30. Fructus justi lignum vitæ ; et qui suscipit animas, sapiens est.

31. *a* Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator ! [*a* *1. Pet.* 4. 18.]

30. Le fruit *de la bouche* du juste est un arbre de vie ; et celui qui assiste les âmes est sage.

31. Si le juste est puni sur la terre, combien plus le sera le méchant et le pécheur !

CHAPITRE XII.

De l'utilité de la correction et de la piété. De l'impie et du juste. Du fainéant et du laborieux. Du sage et de l'insensé. Des biens et des maux que cause la langue.

1. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam ; qui autem odit increpationes, insipiens est.

2. Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino : qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.

3. Non roborabitur homo ex impietate : et radix justorum non commovebitur.

4. Mulier diligens, corona est viro suo : et putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.

5. Cogitationes justorum judicia : et consilia impiorum fraudulenta.

6. Verba impiorum insidiantur sanguini : os justorum liberabit eos.

7. Verte impios, et non erunt ; domus autem justorum permanebit.

1. Celui qui aime la correction aime la science : mais celui qui hait les réprimandes est un insensé.

2. Celui qui est bon puisera la grâce du Seigneur, mais celui qui met sa confiance en ses propres pensées agit en impie.

3. L'homme ne s'affermira point par l'impiété : mais la racine des justes sera inébranlable.

4. La femme vigilante est la couronne de son mari : mais celle qui fait des choses dignes de confusion fera sécher le sien jusqu'au fond des os.

5. Les pensées des justes sont pleines de droiture et de justice ; les pensées des méchants sont pleines de malice.

6. Les paroles des méchants dressent des embûches pour verser le sang : *mais* la bouche des justes les délivrera.

7. Au moindre changement les méchants tombent, et ne sont plus : mais la maison des justes demeurera ferme.

---

30. *Fructus justi.* Opera justi, ac peculiariter misericordia in indigentes. — *Lignum vitæ.* Cum ligno vitæ frequenter a Salomone comparatur id quod suave est et salutare : sensus ergo est, opera justi, ac præsertim misericordiam in pauperes salutarem esse, gratam et jucundam, et omnem boni rationem habentem. — *Qui suscipit animas.* Qui fovet, juvat, necessitatesque eorum sublevat. Vel etiam *suscipere animas* est sibi eorum quibus benefacit voluntates et studia adjungere. Italice dicimus : *Guadagnarsi le volontà.*

31. *Si justus in terra recipit.* Quasi dicat : Ecce frequenter justus recipit in terra, hoc est in hac vita justitiæ suæ præmia ; multo ergo magis impius et peccator etiam ante mortem commeritam pœnam recipiet. Vel sensus est : ecce Deus in hac vita frequenter reddit justis pœnam quam ob suas leves culpas merentur ; quanto ergo magis impiis et peccatoribus. Secunda explicatio magis est genuina, et non multum diversa ab interpretatione LXX quam secutus est D. Petrus ep. 1, cap. 4, 18 : *Si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt !* Sententia est : si justi non sine multis tribulationibus nituntur ad cœlum, sane etiam peccatores omni scelerum genere coopertos gravis ultio manebit.

Cap. XII. — 1. *Disciplinam.* Castigationem, correptionem. — *Scientiam.* Notitiam certam agendorum, ad quam pervenitur frequenti correptione facta a sapientioribus.

2. *Bonus.* Sincerus, integer, et abhorrens a fraudibus. — *Hauriet gratiam a Domino.* In Hebr. est, *bonus educet beneplacitum a Domino* ; id est, divinum favorem et benevolentiam consequetur. — *Qui autem confidit in cogitationibus suis.* In Hebr. est, *virum autem cogitationum, vel machinationum peraget reum.* Ille igitur dicitur vir cogitationum, qui sperat posse se suis machinationibus et dolis alios circumvenire. — *Impie agit.* Verbum רשע *rasah*, in *hiphil*, ut est hoc loco ירשיע *jarsiah*, significat impium declarare, condemnare, reum peragere ; sed tamen, ut tradit Pagninus in Thesauro, significat etiam *impie agere*, quod noster interpres secutus est, sensu commodo, qui potest esse hujusmodi : qui bonus est, gratiam a Domino postulabit, et consequetur, qua semper proficiat in melius ; qui autem confidit in cogitationibus suis, nec putat sibi ambiendum Domini favorem et gratiam, ille aget impie, et subinde ruet in pejus.

3. *Non roborabitur.* Id est, homo per impietatem non sic roborabitur ut diuturno tempore subsistere possit, contra quam accidit justis, qui stabiles sunt, nullis incursibus adversantium aut tentationum commovendi.

4. *Mulier diligens.* In hebræo est חיל *chail*, virtutis. *Mulier fortis*, ut verti cap. ultimo hujus libri. Italice dicimus : *Donna di valore.* — *Corona est viro suo.* Decus affert viro suo. — *Putredo.* Quæ vero improba, impudica est, aut fatua, tabescere facit maritum suum, mœstitiam qua exedatur illi concilians.

5. *Judicia.* Id est, justa sunt.

6. *Insidiantur sanguini.* Sermones quos impii miscent sunt de rebus malis et injustis, v. g., de homicidiis et de insidiis struendis, ut quis evertatur et de medio tollatur. — *Eos.* Quibus impii insidiantur.

7. *Verte impios.* Quasi dicat : O Deus, subverte, vel si subvertis. Sic Psal. 103, 35 : *Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint.* LXX habent : *Quocumque se verterit impius, delebitur.*

8. L'homme sera connu par sa doctrine; mais celui qui est vain et qui n'a point de sens tombera dans le mépris.

9. Le pauvre qui se suffit à lui-même, vaut mieux qu'un homme glorieux qui n'a point de pain.

10. Le juste se met en peine de la vie des bêtes qui sont à lui : mais les entrailles des méchants sont cruelles.

11. Celui qui laboure sa terre sera rassasié de pain; mais celui qui aime à ne rien faire est très-insensé.

Celui qui passe le temps à boire du vin avec plaisir laissera des marques de sa honte dans ses places fortes.

12. Le désir des impies est de s'appuyer de la force des plus méchants; mais la racine des justes germera de plus en plus.

13. Le méchant attire sa ruine par les péchés de ses lèvres : mais le juste sera délivré des maux *les plus* pressants.

14. L'homme sera rempli de biens selon le fruit de sa bouche, et il lui sera rendu selon les œuvres de ses mains.

15. La voie de l'insensé est droite à ses yeux : mais celui qui est sage *écoute volontiers* les conseils.

16. L'insensé découvre d'abord sa colère; mais celui qui est habile dissimule l'injure.

17. Celui qui assure ce qu'il sait bien rend un témoignage juste; mais celui qui ment est un témoin trompeur.

18. Tel promet qui est percé ensuite, comme

8. Doctrina sua noscetur vir : qui autem vanus et excors est, patebit contemptui.

9. *a* Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane. [*a* *Eccli.* 10. 30.]

10. Novit justus jumentorum suorum animas viscera autem impiorum crudelia.

11. *a* Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem sectatur otium, stultissimus est. [*a* *Eccli.* 20. 30.]

Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.

12. Desiderium impii munimentum est pessimorum; radix autem justorum proficiet.

13. Propter peccata labiorum ruina proximat malo : effugiet autem justus de angustia.

14. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, et juxta opera manuum suarum retribuetur ei.

15. Via stulti recta in oculis ejus : qui autem sapiens est, audit consilia.

16. Fatuus statim indicat iram suam : qui autem dissimulat injuriam, callidus est.

17. Qui quod novit loquitur, index justitiæ est : qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

18. Est qui promittit, et quasi gladio

CAP. XII. — 9. *Melior est pauper.* L'Hébreu peut littéralement se traduire : Un homme méprisé, d'une basse condition, mais qui travaille pour soi, qui sait vivre de son travail, vaut mieux qu'un homme de condition élevée qui n'a point de pain, et qui se croirait déshonoré s'il travaillait pour en gagner.

18. *Est qui promittit.* D'après l'Hébreu : Il y a des gens dont les paroles qu'ils profèrent sont comme des coups d'épée; mais la langue des sages porte la santé.

---

8. *Doctrina sua.* Ex doctis sermonibus. — *Vanus et excors.* Rudis et imperitus, qui cordatus non est, aut sapiens.

9. *Sufficiens sibi.* Qui sibi et tenui familiæ suæ laboribus suis sufficienter prospicere potest. — *Gloriosus.* Quales sunt multi nobiles, qui ære alieno ita premuntur, ut quomodo emergant non habeant, * nec quomodo se aut suos pascant. Huic plane gemina sententia habetur apud Ecclesiasticum, c. 10, 30.

10. *Novit... jumentorum suorum animas.* Attendit ad sua jumenta, et illorum habet rationem, sollicitus ne plus æquo fatigentur, et ne quid necessarium eis desit. LXX habent : *Justus miseretur animas jumentorum suorum.*

11. *Satiabitur panibus.* Abundabit. — *Qui suavis est in vini demorationibus:* LXX, *qui est jucundus in vini conversationibus*, hoc est, qui libenter moratur, versatur et delectatur potibus et vini intemperantia. Οἴνων διατριβὰς, *vini demorationes*, interpretari possumus tabernas, in quibus otiosi et intemperantes totos desident dies. — *In suis munitionibus.* In græco est, ὀχυρώμασι. Videtur hoc monitum potissimum milites perstringere qui arces custodiunt, qui metu soluti, vino et alea tempus fallunt. Hi autem contumeliam in munitionibus relinquunt, quia aliquando vino madidis, et nihil tale cogitantibus, hostis superveniens, intemperantiæ et socordiæ negligentiæ notam inurit.

12. *Desiderium impii munimentum est pessimorum.* Impius desiderat ut pessimis quibusque bene sit, muniti sint, et a malis securi, prævalentes justis : sed quod optat non consequitur; nam justi, quos eversos cupit, semper in melius proficiunt.

13. *Malo.* Scilicet homini.

14. *De fructu oris sui.* Id est, ex fructuosis utilibusque sermonibus non tantum illi pascuntur qui docentur quibusque bene consulitur, sed et ipsemet qui loquitur pascitur, imo saturatur bono, et quia ipsa verba docentis ejus pascunt affectum, et quia ingens a Deo præmium sui laboris reportat.

15. *Via.* Ratio agendi, consilia. — *Recta in oculis ejus.* Ideoque neminem adhibet in consilium, confidens se non erraturum.

16. *Callidus.* Prudens seu cautus. * Sunt etiam qui dissimulant non ut sibi caveant, sed ut cum dabitur opportunitas inimicum perdant. Sic Absalom egit cum Ammone fratre, II. Reg. 13, 22.

17. *Index justitiæ.* Testis et index justus est.

18. *Est qui promittit.* Hunc versiculum sic interpretantur LXX : *sunt qui dicendo vulne-*

pungitur conscientiæ : lingua autem sapientium sanitas est.

19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum : qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.

20. Dolus in corde cogitantium mala : qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.

21. Non contristabit justum quidquid ei acciderit : impii autem replebuntur malo.

22. Abominatio est Domino labia mendacia : qui autem fideliter agunt, placent ei.

23. Homo versutus celat scientiam : et cor insipientium provocat stultitiam.

24. Manus fortium dominabitur : quæ autem remissa est, tributis serviet.

25. Mœror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono lætificabitur.

26. Qui negligit damnum propter amicum, justus est : iter autem impiorum decipiet eos.

27. Non inveniet fraudulentus lucrum; et substantia hominis erit auri pretium.

28. In semita justitiæ, vita : iter autem devium ducit ad mortem.

d'une épée, par sa conscience : mais la langue des sages est *pour eux* une source de santé.

19. La bouche véritable sera toujours ferme : mais le témoin précipité se fait avec peine une langue de mensonge.

20. Ceux qui forment de mauvais desseins ont la tromperie dans le cœur, mais ceux qui n'ont que des conseils de paix, sont dans la joie.

21. Quoi qu'il arrive au juste, il ne s'attristera point, mais les méchants auront le cœur pénétré d'affliction.

22. Les lèvres menteuses sont en abomination au Seigneur : mais ceux qui agissent sincèrement lui sont agréables.

23. L'homme habile cache sa science; le cœur de l'insensé se hâte de produire sa folie.

24. La main des *hommes* forts dominera; mais la main relâchée sera assujétie à payer le tribut.

25. La tristesse du cœur humiliera l'homme; *mais* la bonne parole le réjouira.

26. Celui qui, pour *faire plaisir à* son ami, néglige *d'éviter* une perte, est juste; mais la voie des méchants les séduira.

27. Le trompeur ne jouira point du gain qu'il cherche: mais les richesses de l'homme *juste* sont précieuses comme l'or.

28. La vie est dans le sentier de la justice; mais le chemin détourné conduit à la mort.

---

rant tanquam gladius; linguæ autem sapientum sanant. Nec aliter hebræus textus, qui habet : *Est effutiens ut confossiones gladii, et linguæ sapientium sanitas.* Verum quia verbum בּוֹטֶה *bote*, significat pronuntiare et etiam inconsulte promittere, ideo S. Hieronymus hanc significationem est secutus, et sensus est : est qui temere promittit, et postquam promisit, pœnitentia ductus conscientia promissionis pungitur quasi gladio. Contra vero linguæ sapientum sanitas est, quia quod loquuntur, nec aliis nec sibi incommodum affert, aut dolorem, sed sanitatem et lætitiam, dolorique mentis medetur.

19. *Labium veritatis.* Lingua verax. — *Firmum erit in perpetuum.* Semper sibi consentiens. — *Repentinus.* Aut interrogatus cum non putabat, aut repentine et inconsulte verba faciens, et parum cogitans quid loquatur. — *Concinnat linguam mendacii.* Mendacia consuit ut quod dixit defendat et non appareat mendax.

21. *Non contristabit justum.* Quia spem in Deo locat, et illius se submittit voluntati. Vel sensus est : non lædet justum. Sic de igne fornacis Babylonis dicitur Dan., 3, 50 : *Non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit.*

23. *Versutus.* Cautus. — *Celat scientiam.* Non ostentat nec facile profert quod scit, sed dissimulat. — *Provocat.* Hebr., *prædicat*, sive *clamat*, יִקְרָא *iiqra*: promit stultitiam suam nihil metuens.

24. *Fortium.* Hebr. *sollicitorum* seu *sedulorum*.

25. *Humiliabit illum.* Dejiciet, affliget. — *Sermone bono.* Benigno, humano consolatorio.

26. *Qui negligit damnum.* Æquum enim est, et viro bono et justo dignum ut aliqua incommoda et damna subeamus aliquando amicorum causa. — *Iter autem impiorum.* Qui suis commodis velificantur, et hoc tantum spectant ut ipsis bene sit, aliis neglectis. — *Decipiet eos.* Quia cum ipsi opus habuerint non invenient a quibus subleventur, vel quia commodum, aut utilitas quam modo percipiunt, alio, et fortasse graviore incommodo compensabitur, ita volente Domino in ejus culpæ pœnam.

27. *Non inveniet fraudulentus lucrum.* In hebræo est : *non aduret fraudulentia venationem suam.* Metaphora sumpta a venatoribus, quasi dicat : Non assequetur prædam quam captat, et ut capiat sua hac venatione non fruetur; nam antequam illam asset et igne torreat ut comedat, illi eripietur. — *Substantia hominis erit auri pretium.* In hebræo est : *substantia hominis seduli pretiosa.* Hominis seduli et diligentis, qui honesta ratione victum quærit, aut divitias parat, substantia erit auri pretium, id est, quasi aurum pretiosa, quia magna et stabilis.

28. *In semita justitiæ.* In actionibus justis. — *Vita.* Gratiæ, et postmodum gloriæ. — *Devium.* A justitia. — *Ad mortem.* Peccati, et postmodum etiam ad mortem æternam.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

CHAPITRE XIII.

De la bonne éducation. Du silence. Courte durée de l'éclat des impies. Des biens acquis trop vite. Stabilité de la fortune du juste. Châtier ses enfants. Insatiabilité des méchants.

1. Le fils qui est sage est *attentif* à la doctrine de son père; mais celui qui est un moqueur n'écoute point quand on le reprend.

2. L'homme juste sera rassasié de biens par les fruits de sa bouche; mais l'âme des violateurs de la loi *se rassasie* d'iniquité.

3. Celui qui garde sa bouche garde son âme; mais celui qui est inconsidéré dans ses paroles tombera dans beaucoup de maux.

4. Le paresseux veut et ne veut pas; mais l'âme de ceux qui travaillent s'engraissera.

5. Le juste détestera la parole de mensonge; mais le méchant confond et sera confondu lui-même.

6. La justice garde la voie de l'innocent; l'iniquité fait tomber le pécheur dans le piége.

7. Tel paraît riche, qui n'a rien; et tel paraît pauvre, qui est fort riche.

8. L'homme riche rachète sa vie par son bien: mais celui qui est pauvre n'est point menacé.

9. La lumière des justes *leur* donne une joie *solide et durable* : mais la lampe des méchants s'éteindra.

1. Filius sapiens, doctrina patris : qui autem illusor est, non audit cum arguitur.

2. De fructu oris sui homo satiabitur bonis : anima autem prævaricatorum iniqua.

3. Qui custodit os suum, custodit animam suam : qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.

4. Vult, et non vult piger : anima autem operantium impinguabitur.

5. Verbum mendax justus detestabitur : impius autem confundit, et confundetur.

6. Justitia custodit innocentis viam : impietas autem peccatorem supplantat.

7. Est quasi dives, cum nihil habeat : et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.

8. Redemptio animæ viri, divitiæ suæ : qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

9. Lux justorum lætificat : lucerna autem impiorum extinguetur.

Cap. XIII. — 4. *Vult et non vult.* Les désirs tuent le paresseux, est-il dit plus loin (ch. XXI, 25-26). Il désire beaucoup de choses, mais il ne veut rien véritablement, parce qu'il n'en a pas l'énergie. Il se laisse abuser par de vaines espérances, et toute sa vie se passe en projets, sans agir jamais.

8. *Qui autem pauper est.* Nous préférons le sens donné par Ménochius à ce verset. Le P. de Carrières a entendu *increpationem non sustinet*, comme s'il y avait *asperiora verba non sustinet*, d'après ce verset de Térence : *Propter suam inopiam semper se credunt negligi.* En faisant l'éloge des richesses, Salomon est d'accord avec l'esprit de l'Ancien Testament, qui attachait aux biens de ce monde plus d'importance que ne le fait l'Évangile. D'ailleurs, les richesses bien employées nous rachètent de nos fautes au moyen de l'aumône (Dan., IV, 24).

Cap. XIII. — 1. *Doctrinæ patris.* Id est, in eo relucet doctrina patris a quo fuit institutus. Chald. *suscipit doctrinam patris.* — *Illusor.* Qui ridet monitiones. LXX, ἀνήκοος, qui audire contemnit, inobediens.

2. *De fructu oris... homo satiabitur bonis.* Explicatus est hic semiversiculus capite superiori, n. 14. — *Anima autem prævaricatorum iniqua.* Significatur animam peccatorum cum sit iniqua, et proinde fructum bonum non referat, non comesturum bonum, nec bonis satiandam.

3. *Qui custodit os suum.* Ita ut sit tardus et consideratus in loquendo. — *Custodit animam suam.* A peccato, et a multis malis quæ linguæ adducit intemperantia.

4. *Vult et non vult piger.* Propositum mutat labore deterritus. — *Anima autem operantium impinguabitur.* Qui laborem non refugiunt, sed illum constanter subeunt, bonis abundabunt. Anima per synecdochen ponitur pro toto homine.

5. *Confundit.* Confunditur, dedecus sibi conciliat et parat, ex quo confusio. — *Et confundetur.* Dedecore afficietur; nam mendacem cordati viri omnes rejiciunt et adversantur.

6. *Justitia custodit innocentis viam.* Ipsa justitia, quam vir bonus et innocens sectatur, illum custodit et tutum præstat a malis. — *Supplantat.* Peccatorem evertit et perdit.

7. *Est quasi dives.* Id est, sunt qui se divites simulant, cum tamen sint omnium egentes; ut contra divites aliqui sunt, qui pauperes haberi volunt. * Primos Græci ἀλαζόνας vocant, secundos, εἴρωνας. Ostentatoris character describitur apud Theophrastum ad Herennium, lib. 4.

8. *Redemptio animæ viri, divitiæ suæ.* Hoc afferunt commodi possessori suo divitiæ, quod ipsum redimere et liberare possunt a malis, a captivitate, a carceribus et judicum sententiis, a morbis etiam per medicamenta pretiosa, etc. — *Increpationem non sustinet.* Adversis resistere non potest nec illis sustinere; sed illis cedit, et sub illis fatiscit et deficit.

9. *Lux justorum lætificat.* In Hebræo est, יִשְׂמָח *ismach*, *lætabitur*, aut *læta erit*, id est, justi prospere agent, et quasi clara, læta et lætificante luce felicitatis splendebunt. — *Lucerna... impiorum extinguetur.* Felicitas qua fulgent et clari sunt. Vide Job., 18, 5 : *Nonne lux impii extinguetur!*

10. Inter superbos semper jurgia sunt : qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.

11. Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur.

12. Spes quæ differtur, affligit animam : lignum vitæ desiderium veniens.

13. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat : qui autem timet præceptum, in pace versabitur.

Animæ dolosæ errant in peccatis : justi autem misericordes sunt, et miserantur.

14. Lex sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis.

15. Doctrina bona dabit gratiam : in itinere contemptorum vorago.

16. Astutus omnia agit cum consilio : qui autem fatuus est, aperit stultitiam.

17. Nuntius impii cadet in malum : legatus autem fidelis, sanitas.

18. Egestas, et ignominia ei qui deserit disciplinam : qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.

19. Desiderium si compleatur, delectat animam : detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

20. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum similis efficietur.

10. Il y a toujours des querelles entre les superbes : mais ceux qui font tout avec conseil sont conduits par la sagesse.

11. Le bien amassé à la hâte diminuera, mais celui qui se recueille à la main et peu à peu, se multipliera.

12. L'espérance différée afflige l'âme; le désir qui l'accomplit est un arbre de vie.

13. Celui qui parle avec mépris de quelque chose, s'engage pour l'avenir : mais celui qui craint le précepte *du Seigneur*, demeurera en paix.

Les âmes trompeuses se trompent dans les péchés *qu'elles commettent*, les justes au contraire sont compatissants et font miséricorde.

14. La loi du sage est une source de vie pour éviter *les filets et* la ruine de la mort.

15. La bonne doctrine attire la grâce, la voie des moqueurs mène au précipice.

16. L'homme habile fait tout avec conseil; mais l'insensé fait voir sa folie.

17. L'ambassadeur de l'impie tombera dans le mal : mais celui qui est fidèle est *une source de* santé.

18. Celui qui se retire de la discipline, tombera dans l'indigence et l'ignominie; mais celui qui reçoit de bon cœur les répréhensions sera élevé en gloire.

19. L'accomplissement du désir est la joie de l'âme; *c'est pourquoi* les insensés détestent ceux qui fuient le mal.

20. Celui qui marche avec les sages deviendra sage; l'ami des insensés leur ressemblera.

---

10. *Semper jurgia sunt.* Quia superbus superbo cedere non vult, sibique multum fidit, et aliorum consilia non admittit, sed aspernatur.

11. *Festinata.* Festinanter acquisita, et malis artibus. — *Minuetur.* Dilabetur, ut fere accidit rebus male partis. — *Manu.* Labore manuum, et bonis artibus.

12. *Spes.* Res sperata et optata. — *Lignum vitæ.* Res jucundissima et suavissima. — *Desiderium veniens.* Res desiderata tandem obtenta.

13. *Qui detrahit alicui rei.* Qui, v. g., pravum aliquem morem damnat, aut etiam bonum, ipse obligationem sibi imponit ab eo abstinendi quod damnavit. — *Qui autem timet præceptum.* Contra vero qui timet præceptum divinum, quo et detractio prohibetur et quid cuique faciendum sit decernitur, is et hic in pace conscientiæ, animique tranquillitate versabitur, et cum hominibus etiam pacem habebit, et in futuro sæculo pacem aget æternam. Salazar putat versiculi sensum esse : qui detrahit alicui rei, id est alicui præcepto, illud integre non servans, ipse se in futurum obligat ut scilicet suppleat quod defuit; qui vero reverens præceptum illud ad unguem et integre servat, is in pace conscientiæ versatur. In hebræo, ut vertit Vatablus, habemus : « Contemnens verbum peribit propter ipsum : et timenti præceptum red- » detur merces; » ut vero vertit Pagninus : « Contemnens aliquod corrumpetur propter con- » temptum ipsum; et timenti præceptum reddetur merces. » Nec multum differt LXX virorum interpretatio, quæ est hujusmodi : « Contemnens rem, contemnetur ex ea; timens autem » mandatum, hic sanus est. » Sententia autem harum versionum hæc esse videtur : eum qui legem contemnit et violat contemptui, futurum, et sui peccati pœnam luiturum; eum vero qui legem timet, servat et reveretur, bene habiturum, et amplam mercedem consecuturum. — *Animæ dolosæ.* Viri dolosi et fraudulenti, qui malis artibus divitias quærunt. — *Errant in peccatis.* Peccata sequentes decipiuntur, et spe sua excidunt. Verbum græcum πλανῶνται explicare possimus, versantur et peccatis inerrant. — *Justi autem.* Justi autem ita divinitus ditantur ut non tantum sint affectu misericordes, sed et facto misericordiam exhibeant.

14. *Lex sapientis.* Disciplina, institutio et præcepta sapientis. — *Fons vitæ.* Emanans vitam; vitam afferens iis qui institutionem illam non repudiant, et abstrahens a mortis periculis.

15. *Dabit gratiam.* Apud eum et apud homines gratiam conciliabit bona institutio et doctrina qua quis præditus est. — *Contemptorum.* Bonæ doctrinæ. — *Vorago.* Perditionis in quam ruent.

16. *Astutus.* Prudens, cautus. — *Cum consilio.* In hebræo est : *in scientia*, hoc est, prudenter et scite. — *Aperit stultitiam.* Prodit suam stultitiam, nam cum ipse per se videre non possit quid facto opus sit, nec aliorum consiliis acquiescat, sequitur ut in rebus agendis erret, et imprudentiam suam omnibus prodat.

17. *Nuntius impii.* In hebræo est, *nuntius impius;* sed idem est, nam impius princeps similem sibi legatum fere deligit. — *Sanitas.* Salutaris est quia negotia sapienter tractat.

18. *Disciplinam.* Correptionem, vel bonam institutionem.

19. *Desiderium.* Res desiderata.

21. Le mal poursuit les pécheurs, et les biens seront la récompense des justes.

22. L'homme vertueux laisse héritiers *de ses biens* ses fils et ses petits-fils; et *au contraire* le bien du pécheur est réservé pour le juste.

23. On recueille quantité de fruits dans les champs *qu'on a reçus* de ses pères; dans les autres on amasse sans jugement.

24. Celui qui épargne la verge hait son fils : mais celui qui l'aime s'applique à le corriger.

25. Le juste mange et remplit *les désirs de son* âme, mais le ventre des méchants est insatiable.

21. Peccatores persequitur malum; et justis retribuentur bona.

22. Bonus relinquit hæredes filios, et nepotes, et custoditur justo substantia peccatoris.

23. Multi cibi in novalibus patrum; et aliis congregantur absque judicio.

24. *a* Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter erudit. [*a* *Infr.* 23. 13.]

25. Justus comedit, et replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis.

CHAPITRE XIV.

Opposition entre le sage et l'insensé, le juste et le méchant. Eloge du travail, de la crainte du Seigneur, de la patience et de la compassion envers les pauvres.

1. La femme sage bâtit sa maison : mais l'insensé détruit de ses mains celle qui était déjà bâtie.

2. Celui qui marche par un chemin droit, et qui craint Dieu, est méprisé par celui qui marche dans une voie infâme.

3. La langue de l'insensé est une verge d'orgueil : mais les lèvres des sages les conservent.

4. Où il n'y a point de bœufs, la grange est vide : mais la force du bœuf paraît clairement où l'on recueille beaucoup de blé.

5. Le témoin fidèle ne ment point; mais le faux témoin publie le mensonge.

6. Le moqueur cherche la sagesse, et il ne la trouve point : l'homme prudent s'instruira sans peine.

7. Opposez-vous à l'homme insensé, il ne connaît point les paroles de prudence.

1. Sapiens mulier ædificat domum suam; insipiens extructam quoque manibus destruet.

2. Ambulans recto itinere, et timens Deum, a despicitur ab eo, qui infami graditur via. [*a* *Job.* 12. 4.]

3. In ore stulti virga superbiæ; labia autem sapientium custodiunt eos.

4. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est : ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.

5. Testis fidelis non mentitur : profert autem mendacium dolosus testis.

6. Quærit derisor sapientiam, et non invenit : doctrina prudentium facilis.

7. Vade contra virum stultum, et nescit labia prudentiæ.

25. *Justus comedit.* Le juste se contente de peu, mais le méchant n'est rassasié par rien. La faim et la soif qu'il a des choses de ce monde sont si grandes, que rien ne peut les assouvir.

CAP. XIV. — 4. *Ubi non sunt boves.* C'est une manière de dire que la récolte est *en raison directe* du travail et du soin qu'on donne à la terre.

---

22. *Relinquit hæredes filios, et nepotes.* Deus bonis viris prolem concedit, et ut ad filios et nepotes longa serie bona transmittantur, et bene agant, et rebus omnibus affluant. — *Et custoditur justo substantia peccatoris.* Servantur divitiæ peccatoris ut ad justum transeant, qui melius illis utatur.

23. *Multi cibi in novalibus patrum.* Quasi dicat : Frequenter accidit ut parentes divites sint et multa arent terræ jugera ex quibus multas colligant fruges. * Chaldæus et alii vertunt, *in novalibus pauperum*, quia pauperes exiguos agellos suos diligenter colunt, et fructus uberes ex eis colligunt. — *Et aliis congregantur absque judicio.* Sed non animadvertunt patres se hasce divitias extraneis potius congregare quam filiis suis, qui cum illarum adepti fuerint possessionem, illas prodigent et dilapidabunt. * Vel juxta allatam chaldæi interpretationem, sensus est : aliis, scilicet divitibus, fructus sine judicio congregari, quia negligenter tractatur a procuratoribus res familiaris eorum, et agrorum proventus intervertuntur, et in horrea maligne inferuntur.

25. *Replet animam suam.* Quia cupiditatibus suis modum ponit.

CAPUT XIV. — 1. *Ædificat domum.* Promovet rem domesticam. — *Manibus destruet.* Ita rei familiari nocebit ut plus nocere non possit, si dedita opera illam velit perdere.

2. *Infami graditur via.* Qui vitiis sectatur, quæ afferant dedecus.

3. *Virga superbiæ.* Quia stulti superbo sermone suo virgam pœnæ sibi debitam parant; * et quia in alios superbe, contumeliose minaciter linguam vibrant. — *Custodiunt eos.* Ne malis afficiantur.

4. *Præsepe.* In hebræo est אֵבוּס *ebus*, quam vocem horreum significare aliqui volunt. Utrumque verum est; ubi non sunt boves, et horrea, et præsepia, quibus alimenta jumentorum immittuntur, vacua sunt; nam terra debito cultu carens fruges non profert.

6. *Quærit derisor sapientiam.* Quærit et non invenit, quia male quærit, et suo judicio fidens, nec sapientibus acquiescens, aut Ecclesiæ. — *Doctrina prudentium facilis.* In hebræo, *scientia prudenti est facilis*, scilicet est ad acquirendum, facile eis provenit.

7. *Vade contra virum stultum.* Si contradixeris viro stulto, non habebit quomodo sapienter respondeat. * Hebr. *recede a stulto.* Itaque Vulgatæ sensus erit : vade contra, id est, e regione, longe tamen remotus. Italice diceremus : *Va dall' altra parte.*

8. Sapientia callidi est intelligere viam suam : et imprudentia stultorum errans.

9. Stultus illudet peccatum, et inter justos morabitur gratia.

10. Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.

11. Domus impiorum delebitur : tabernacula vero justorum germinabunt.

12. Est via, quæ videtur homini justa : novissima autem ejus deducunt ad mortem.

13. Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.

14. Viis suis replebitur stultus, et super eum erit vir bonus.

15. Innocens credit omni verbo : astutus considerat gressus suos.

Filio doloso nihil erit boni : servo autem sapienti prosperi erunt actus, et dirigetur via ejus.

16. Sapiens timet, et declinat a malo : stultus transilit, et confidit.

17. Impatiens operabitur stultitiam : et vir versutus odiosus est.

18. Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astuti scientiam.

8. La sagesse de l'homme habile est de bien comprendre sa voie, l'imprudence des insensés est toujours errante.

9. L'insensé se joue du péché, mais la grâce se trouvera parmi les justes.

10. Le cœur de chacun connaît l'amertume de son âme; et sa joie ne sera point comprise par un étranger.

11. La maison des méchants sera détruite : mais les tentes des justes seront florissantes.

12. Il y a une voie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.

13. Le ris sera mêlé de douleur, et la tristesse succède à la joie.

14. L'insensé sera rassasié de ses voies, et l'homme vertueux le sera encore plus des biens qu'il a faits.

15. L'imprudent croit tout ce qu'on lui dit : mais l'homme habile considère tous ses pas.

Tout réussit mal à l'enfant qui n'est point sincère : mais le serviteur sage sera heureux dans toutes ses entreprises, et il réussira dans sa voie.

16. Le sage craint, et se détourne du mal; l'insensé passe outre, et se croit en sûreté.

17. L'impatient fera des actions de folie, et l'homme dissimulé se rend odieux.

18. Les imprudents posséderont la folie; et les hommes habiles attendront la science.

9. *Morabitur gratia.* Par le mot *gratia*, il faut entendre ici cet amour du bien qui inspire au juste une grande horreur du péché.

12. *Est via quæ videtur homini justa.* Il y a une fausse piété, un faux zèle, une fausse pénitence qui font illusion aux méchants et qui ne les conduisent qu'à leur perte.

---

8. *Callidi.* Prudentis, cauti. — *Intelligere viam suam.* Nosse actiones suas et in quem finem dirigantur. — *Errans.* In nullum certum finem bonum actiones suas dirigens, sed huc et illuc temere errans.

9. *Illudet peccatum.* Hoc videtur esse quod supra, c. 10, 23, dictum est : *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Vel sensus est : alienum peccatum irridebit. — *Et inter justos... gratia.* Vel, ut est in hebræo, רָצוֹן *ratson*, *benevolentia*. Cum enim justi alios etiam peccantes non rideant, facile cum omnibus benevolentiam servant. * Τελεία δ'ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ κατ'ἀρετὴν ὁμοίων (*Perfecta amicitia ea est demum quæ inter bonos est et virtute similes*), Arist., Eth., 8, c. 4. Malorum factiones jungit vitiorum similitudo, bonorum amicitias par honesti studium.

10. *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ.* Cor quod angitur et sibi conscium est secreti mœroris. Vel cor quod amat mœrorem suum : fit enim, ut ait Seneca, *infelicis animi prava voluptas dolor*. Quam explicationem non respuit vox hebraica ידע *jadah*, quæ et nosse, et amare sive probare significat. — *In gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Non capietur facile solatiis quæ extrinsecus adhibentur. Vel sensus est : qui solus conscius est sibi sui doloris, solus etiam lætabitur si mutari fortunam contigat, et ad gaudium pervenire.

11. *Germinabunt.* Florebunt, prosperabuntur.

12. *Est via, quæ videtur.* Docet suspecta habenda propria, aut vulgaria judicia; fieri enim potest ut aliquod negotium, aut aliqua vitæ agendæ ratio bona videatur et salutaris, cum tamen revera ad exitium animæ ducat.

13. *Risus dolore miscebitur.* Monemur non sectari gaudia hujus sæculi quæ nec solida sunt, nec sine commixtione doloris aut mœroris* : contra quam sunt gaudia spiritus, quæ et sincera sunt et diuturna, juxta illud Joan. 16, 22 : *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

14. *Viis suis replebitur.* * Ulciscentur stultum mores sui, et usque ad miseram satietatem recipiet quod meritus est actionibus suis pravis. Vel ut satietur stultus studiis suis et iis rebus quas optavit, tamen longe melioris conditionis erit vir bonus, qui longe excellentius bonorum genus sectatus est; hoc enim est quod sequenti hemistichio dicitur : *Super eum erit vir bonus.* Vel sensus est : magis ipse recipiet quod meritus est, quia justitiæ corona excedet injustitiæ vindictam.

15. *Innocens.* Sincerus et simplex. Græce, ἄκακος, vel potius vitiose et nimium simplex. — *Astutus.* Prudens et cautus. — *Considerat gressus suos.* Prudenter moderatur actiones suas, nec se facile patitur circumferri aliorum dictis.

16. *Timet.* Suspicatur, et cavet ne aliqua fraude decipiatur. — *Transilit.* Nihili pendens, nec quidquam mali suspicans.

17. *Impatiens.* Hebr. *brevis irarum*, id est, qui facile iram concipit. — *Operabitur stultitiam.* Qui enim perturbationibus agitur, multa imprudenter et stulte operatur et loquitur.

18. *Parvuli.* Parvuli sensibus, imprudentes, vitiose simplices. — *Possidebunt... stultitiam.* Veluti hæreditatem possidebunt stultitiam. — *Astuti.* Cauti et prudentes. — *Expectabunt... scientiam.* Tanquam hæreditatem qua nulla ditior sit, aut optabilior.

19. Les méchants seront couchés par terre devant les bons, et les impies devant la porte des justes.
20. Le pauvre sera odieux à ses proches mêmes, et les riches auront beaucoup d'amis.
21. Celui qui méprise son prochain pèche : mais celui qui a compassion du pauvre sera bienheureux.
Celui qui croit au Seigneur aime la miséricorde ;

22. Ceux qui s'appliquent à faire le mal se trompent, c'est la miséricorde et la vérité qui nous acquièrent les *vrais biens*.
23. Où l'on travaille beaucoup, là est l'abondance : mais où l'on parle beaucoup, l'indigence se trouve souvent.
24. Les richesses des sages leur sont une couronne, *mais* la folie des insensés est *toujours* folie.
25. Le témoin fidèle délivre les âmes : celui qui est double publie des mensonges.
26. Celui qui craint le Seigneur est dans une confiance pleine de force ; et ses enfants auront sujet de bien espérer.
27. *Car* la crainte du Seigneur est une source de vie, *un moyen assuré* pour éviter la chute qui donne la mort.
28. La multitude du peuple est l'honneur du roi : mais le petit nombre des sujets est la honte du prince.
29. Celui qui est patient se gouverne avec une grande prudence : mais l'impatient signale sa folie.
30. La santé du cœur est la vie de la chair : *mais* l'envie est la pourriture des os.

19. Jacebunt mali ante bonos : et impii ante portas justorum.

20. Etiam proximo suo pauper odiosus erit : amici vero divitum multi.
21. Qui despicit proximum suum, peccat : qui autem miseretur pauperis, beatus erit.
Qui credit in Domino, misericordiam diligit.
22. Errant qui operantur malum : misericordia et veritas præparant bona.

23. In omni opere erit abundantia : ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.
24. Corona sapientium, divitiæ eorum : fatuitas stultorum, imprudentia.

25. Liberat animas testis fidelis : et profert mendacia versipellis.
26. In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.

27. Timor Domini fons vitæ ut declinent a ruina mortis.

28. In multitudine populi dignitas regis : et in paucitate plebis ignominia principis.
29. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia : qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.
30. Vita carnium, sanitas cordis : putredo ossium, invidia.

21. *Qui credit in Domino.* Ce verset ne se trouve ni dans l'Hébreu, ni dans le Grec, ni dans les anciens manuscrits latins (Bible de Vence).

---

19. *Jacebunt.* In Hebr. est, *incurvati sunt*, שחו *scachu.* Sæpe accidit ut vel propter paupertatem, aut aliam hujusmodi causam necesse habeant mali se incurvare ante bonos, quod fratribus Josephi videmus accidisse. — *Ante portas justorum.* Scilicet expectabunt, ut humilis conditionis homines ante palatia et fores procerum.

20. *Proximo suo.* Propinquo, aut consanguineo.

21. *Beatus erit.* Apud Deum, qui vicissim miserebitur ejus, et misericordiam pauperi exhibitam large compensabit.

22. *Veritas.* Fidelitas, vel justitia. — *Præparant bona.* Bona conciliant.

23. *In omni opere erit abundantia.* Qui operationi et labori dediti sunt, illi divitiarum abundantiam parant; qui vero multum loquuntur, sed non æque multum operantur, ii ab egestate non emergunt.

24. *Corona.* Ornamentum, decus, quia illis sapientes bene utuntur, atque ita sibi decus parant; et quia divitiæ apud vulgus auctoritatem conciliant. — *Fatuitas stultorum, imprudentia.* In Hebræo est, *stultitia stultorum, stultitia;* quasi dicat : Nihil tandem aliud est quam stultitia et imprudentia, nec accessione divitiarum ornamentum et decus recipere potest.

25. *Liberat animas.* Sententia versiculi est : testis fidelis veracique suo testimonio liberat animas, id est, a periculo vitæ eripit : contra versipellis et dolosus testis profert mendacia, atque ita animas, hoc est, vitam innocentium in periculum adducit.

26. *In timore Domini.* Propter Dei timorem, quia justus Deum timet, et illius offensam cavet. — *Fiducia fortitudinis... erit.* Fiduciam habet justus fortitudinis obtinendæ, sperat se fortem Dei auxilio fore ad quævis agenda. — *Et filiis ejus erit spes.* Et filiis bona spes erit propter parentis pii et Deum timentis merita.

27. *Fons vitæ.* Causa vitæ, avertens a periculo mortis.

28. *In multitudine populi.* Significatur magnum principi decus accedere ex multitudine subditorum; minui vero illius existimationem, si ditio ejus infrequens sit.

29. *Exaltat.* Facit manifestam : nam quæ in sublime eriguntur omnibus conspicua redduntur.

30. *Vita carnium.* Sententia est, bonam valetudinem corporis ex animi tranquillitate multum pendere; invidiam vero ossa exedere, et quodammodo tabefacere.

Livor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.

Ut est in carmine de invidia et livore, quod Virgilio tribuitur.

31. *a* Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus : honorat autem eum qui miseretur pauperis. [*a Infr.* 17. 5.]
32. In malitia sua expelletur impius : sperat autem justus in morte sua.

33. In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudiet.
34. Justitia elevat gentem : miseros autem facit populos peccatum.
35. Acceptus est regi minister intelligens : iracundiam ejus inutilis sustinebit.

31. Celui qui opprime le pauvre fait injure à celui qui l'a créé : mais celui qui en a compassion rend honneur à Dieu.

32. L'impie sera rejeté dans sa malice : le juste, au contraire, espère *trouver grâce* au jour de sa mort.
33. La sagesse repose dans le cœur de l'homme prudent ; et il instruira *par elle* tous les ignorants.
34. La justice élève les nations, et le péché rend les peuples misérables.
35. Le ministre intelligent est aimé du roi ; et celui qui est inutile ressentira sa colère.

CHAPITRE XV.

Douceur dans les paroles. Docilité aux corrections. Stabilité de la maison du juste. Le paresseux, l'insensé, l'impie opposés au juste, au sage et au diligent.

1. Responsio *a* mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem. [*a Infr.* 25. 15.]
2. Lingua sapientium ornat scientiam : os fatuorum ebullit stultitiam.
3. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos.
4. Lingua placabilis, lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum.
5. Stultus irridet disciplinam patris sui : qui autem custodit increpationes, astutior fiet.
In abundanti justitia virtus maxima est : cogitationes autem impiorum eradicabuntur.
6. Domus justi plurima fortitudo : et in fructibus impii conturbatio.

7. Labia sapientium disseminabunt scientiam : cor stultorum dissimile erit.

8. *a* Victimæ impiorum abominabiles

1. La parole douce rompt *et apaise* la colère : la parole dure excite la fureur.

2. La langue des sages orne la science : mais la bouche des insensés se répand en folies.
3. Les yeux du Seigneur contemplent en tout lieu les bons et les méchants.
4. La langue pacifique est un arbre de vie : mais celle qui est immodérée brise l'esprit.

5. L'insensé se moque de la correction de son père : mais celui qui se rend au châtiment deviendra plus sage.
La justice abondante aura une grande vertu, mais les pensées des impies sécheront jusqu'à la racine.
6. Il y a une grande force dans la maison du juste ; et il n'y a que trouble dans les fruits de l'impie.
7. Les lèvres du sage répandront la science, comme une semence. Il n'en est pas de même du cœur des insensés.
8. Les victimes des impies sont abominables

---

31. *Calumniatur.* Afficit injuria, aut contumelia, propterea quod egens sit, exprobrans paupertatem. — *Exprobrat factori ejus.* Quia quod *fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*, inquit Christus Dominus. Vel quia Deum damnare videtur cujus voluntate factum est ut ille esset pauper. — *Honorat... eum.* Quia beneficium, aut honor qui servo fit, redundat in dominum cujus respectu fit.

32. *Expelletur impius.* A spe æternæ salutis in morte depelletur, quia fere mors consentit anteactæ vitæ.

34. *Elevat gentem.* Exaltat et florere facit respublicas.

35. *Inutilis.* In Hebræo est, *confundens*, is scilicet qui ita se gerit ut domino suo sit pudori. — *Sustinebit.* Experietur.

Cap. XV. — 2. *Ornat scientiam.* Decus addit scientiæ; magnum enim est scientiæ ornamentum et decus, si quæ proferuntur non solum sint vera et solida, sed etiam eloquenter et ornate dicantur. — *Ebullit stultitiam.* Multa et imperite dicit.

4. *Placabilis.* Id est, placans, vel placida. — *Lignum vitæ.* Est veluti lignum vitæ, res nimirum salutaris et jucunda. Italice diceremus : *Dà la vita.* — *Conteret spiritum.* — Affligit et contristat spiritum et mentem audientium.

5. *Astutior.* Cautior et sapientior. — *Virtus.* Fortitudo et potentia; nam in græco est, ἰσχύς. — *Cogitationes autem impiorum.* Contra impii, qui se et cogitationes suas, hoc est, studia et consilia firmiter radicata putant, eradicabuntur et peribunt.

6. *Domus justi.* Eadem videtur esse sententia cum proxime superiori. — *In fructibus impii.* Fructus impii sunt ii quos superior versiculus cogitationes dixit. — *Conturbatio.* Nulla firmitas, sed conturbatio et commotio ob multa infortunia quæ Deus in scelerum ultionem immittit.

7. *Disseminabunt scientiam.* Quam aliis non invident, sed libenter cum aliis communicant. — *Cor stultorum dissimile erit.* Non erit eodem modo dispositum, nec aliis erudiendis se prompte impendet.

8. *Abominabiles Domino.* Quamvis enim in se abominabiles non sint ut tamen ab impiis procedunt, eas abominabitur Dominus. — *Placabilia.* Deo grata, et vim habentia placandi Dominum.

devant le Seigneur : *mais* les vœux des justes lui sont *très*-agréables.

9. La voie de l'impie est en abomination devant le Seigneur : *mais* celui qui suit la justice est aimé de lui.

10. La doctrine est mauvaise à celui qui abandonne la voie de la vie; celui qui hait les réprimandes mourra.

11. L'enfer et la perdition sont à nu devant le Seigneur; combien *donc* plus les œuvres des enfants des hommes?

12. L'homme corrompu n'aime point celui qui le reprend; et il ne va point trouver les sages.

13. La joie du cœur se répand sur le visage; la tristesse de l'âme abat l'esprit.

14. Le cœur du sage cherche l'instruction; la bouche des insensés se repaît d'ignorance.

15. Tous les jours du pauvre sont mauvais, *mais* l'âme tranquille est comme un festin continuel :

16. Peu, avec la crainte de Dieu, vaut mieux que de grands trésors qui ne rassasient jamais.

17. Il vaut mieux *aussi* être invité avec affection à manger des herbes qu'à manger le veau gras lorsqu'on est haï.

18. L'homme colère excite des querelles : celui qui est patient apaise celles qui étaient déjà nées.

19. Le chemin du paresseux est comme une haie d'épines : *mais* la voie du juste n'a rien qui l'arrête.

20. L'enfant sage est la joie de son père; et l'homme insensé méprise sa mère.

21. La folie est la joie de l'insensé; mais l'homme prudent mesure tous ses pas.

Domino : vota justorum placabilia. [a *Infr.* 21. 27. *Eccli.* 34. 21.]

9. Abominatio est Domino via impii : qui sequitur justitiam, diligitur ab eo.

10. Doctrina mala deserenti viam vitæ : qui increpationes odit, morietur.

11. Infernus, et perditio coram Domino : quanto magis corda filiorum hominum?

12. Non amat pestilens eum, qui se corripit : nec ad sapientes graditur.

13. a Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus. [a *Infr.* 16. 24. et 17. 22.]

14. Cor sapientis quærit doctrinam : et os stultorum pascitur imperitia.

15. Omnes dies pauperis, mali : secura mens quasi juge convivium.

16. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.

17. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.

18. Vir iracundus provocat rixas : qui patiens est, mitigat suscitatas.

19. Iter pigrorum quasi sepes spinarum : via justorum absque offendiculo.

20. Filius sapiens lætificat patrem, et stultus homo despicit matrem suam.

21. Stultitia gaudium stulto : et vir prudens dirigit gressus suos.

Cap. XV. — 10. *Doctrina* a ici le sens d'instruction, de correction. La seconde partie du verset est symétriquement opposée à la première.

11. *Infernus et perditio.* Chez les Hébreux, l'enfer désignait en général le lieu où descendaient après la mort toutes les âmes, même celles des justes qui attendaient le Rédempteur. Le mot *perditio* désigne ici le lieu où sont tourmentées et renfermées à jamais les âmes des méchants.

15. *Omnes dies pauperis.* D'après l'Hébreu : Tous les jours de l'homme qui est dans l'affliction sont mauvais, mais celui dont le cœur est content se trouve comme dans un festin continuel.

---

10. *Doctrina. Correptio*, sive *castigatio*; nam in hebræo est, מוּסָר *musar*. — *Mala.* Severa, gravis et dura. Vel, odiosa deserentibus viam. — *Deserenti viam.* Ex hebræo verti potest, *deserentibus viam*, iis qui a recto virtutis tramite recedunt. Italice diceremus : *Agli sviati.* — *Morietur.* Male peribit.

11. *Infernus, et perditio.* Hisce duabus vocibus significatur status mortuorum; nam cum hæc scriberet Salomon mortui omnes descendebant ad inferos, hoc est, vel ad æternas pœnas, vel in limbo futuri usque ad Christum. — *Coram Domino.* Oculis Domini patent, ita ut clare videat quid circa eos qui ibi detinentur agatur. * Quæ ab oculis nostris sunt maxime remota, ea Deo sunt conspicua. — *Quanto magis.* Quæ non ita sunt remota.

12. *Pestilens.* Malus : in Hebr. est, לֵץ *lets*, quam vocem aliquando derisorem, aliquando pestilentem vertit noster interpres. LXX etiam λοιμός, *pestilentem*, transferunt.

13. *Exhilarat faciem.* Nam hilaris animi notæ eminent in facie. — *Dejicitur spiritus.* Spiritus vitales intelligit, vel anhelitum; vel certe animi alacritatem, quæ in mœrentibus esse non solet.

14. *Pascitur imperitia.* Sua ignoratione, e qua emergere non curat, delectatur.

15. *Pauperis.* Vel egenum intelligit, vel miserum et afflictum.

16. *Melius est parum.* Tum quia ad præsentem vitam quiete transigendam utilius est, tum quia ad æternam obtinendam magis expediens. — *Insatiabiles.* In Hebr. est, *et tumultus in eo.* Sane magni tumultus cupiditatum in mente ejus qui pecuniis expleri non potest. * Thesauri dicuntur insatiabiles, vel passive, quia nunquam dicunt, satis est; vel active, quia satiandi vim non habent.

19. *Quasi sepes spinarum.* Pigris enim omnia videntur spinis difficultatum obsepta et impedita.

20. *Filius sapiens.* Repetita hæc sententia ex c. 18, n. 1. — *Despicit matrem suam.* Nec ita se gerere curat ut illi afferat lætitiam.

21. *Stultitia.* Stultus gaudet rebus stultis. — *Dirigit.* Diligenter curat ut recti sint.

22. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium : ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.

23. Lætatur homo in sententia oris sui : et sermo opportunus est optimus.

24. Semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.

25. Domum superborum demolietur Dominus : et firmos faciet terminos viduæ.

26. Abominatio Domini cogitationes malæ : et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

27. Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam : qui autem odit munera, vivet.

a Per misericordiam et fidem purgantur peccata : per timorem autem Domini declinat omnis a malo. [a *Infr.* 16. 6.]

28. Mens justi meditatur obedientiam : os impiorum redundat malis.

29. Longe est Dominus ab impiis : et orationes justorum exaudiet.

30. Lux oculorum lætificat animam : fama bona impinguat ossa.

31. Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur.

22. Les bonnes pensées se dissipent où il n'y a point de conseil : mais où il y a plusieurs conseillers elles s'affermissent.

23. Chacun aime son sentiment quand il l'a dit : mais ce qu'on doit estimer est la parole dite à propos.

24. L'homme bien instruit voit au-dessus de lui le sentier de la vie qui lui fait éviter le profond *abîme* de l'enfer.

25. Le Seigneur détruira la maison des superbes; et il affermira l'héritage de la veuve.

26. Les pensées mauvaises sont en abomination au Seigneur : la parole pure lui sera très-agréable.

27. Celui qui cherche à satisfaire son avarice trouble sa maison; mais celui qui hait les présents vivra.

Les péchés se purifient par la miséricorde et par la foi; et tout homme évitera les maux de *l'enfer* par la crainte du Seigneur.

28. L'âme du juste médite l'obéissance : la bouche des impies se répand en toutes sortes de maux.

29. Le Seigneur est loin des impies; et il exaucera les prières des justes.

30. *Comme* la lumière des yeux est la joie de l'âme; *ainsi* la bonne réputation engraisse les os.

31. L'oreille qui écoute les réprimandes salutaires demeurera au milieu des sages.

28. *Mens justi.* D'après l'Hébreu : Le cœur du juste médite pour répondre; mais la bouche des méchants répand le mal. Cette interprétation s'accorde mieux avec ce qui suit.

30. *Impinguat ossa.* Rend le cœur content. Comme la lumière est agréable aux yeux, de même la bonne réputation réjouit l'esprit.

---

22. *Dissipantur.* Male cedunt et in irritum cadunt suscepta negotia, nisi prudenti consilio regantur.

23. *In sententia oris sui.* Cum scilicet animadvertit se sapienter et ad negotium, de quo agitur, bene dirigendum apposite locutum esse. Fructus itaque prudentis responsi est gaudium quo perfunditur illius auctor. * Vel τὸ *et* positum est pro *si*, sensusque erit : facile quilibet sibi placet in iis quæ dixit; sed illa vere bene dicta sunt quæ proprio in loco et opportune dicuntur.

24. *Semita vitæ super eruditum.* In hebræo est : *Semita vitæ ipsi intelligenti est ad superna, ut declinet ab inferno deorsum*, vel *ab inferno imo.* Sententia est : semita vitæ perducit ipsum intelligentem, vel prudentem sursum, vel ad superna, ut declinet ab inferno, qui in imo et deorsum est. * Vel homo sapiens in omnibus actionibus suis Deum respicit, ut ab extremo exitio liberetur.

25. *Superborum.* Qui in pauperes et viduas injurii sunt et violenti. — *Terminos viduæ.* Terminos agri viduæ, quos convellere tentabat superbus.

26. *Cogitationes malæ.* LXX, *cogitatio injusta*, quæ scilicet alteri malum machinatur. — *Purus sermo.* Sincerus, candidus, et fraude carens, quem Dominus pulcherrimum putat, firmatur a Domino, qui tribuit ut successum bonum et stabilem sortiatur.

27. *Conturbat domum suam.* Quia multas domi suæ contentiones et rixas excitat. Vel certe quia divinam iram in se provocat, qua domus conturbatur, id est, evertitur. — *Qui autem odit munera.* Expers avaritiæ. — *Per misericordiam et fidem.* Verti potest, *misericordia et veritate*, ut habetur cap. sequenti, num. 6, ubi hic versiculus repetitur; et sententia est : divinæ legis observatione admissa peccata expiari. Porro misericordia et veritate omnium Dei mandatorum observationem significari, ex illo Psalmi 24, 10, probari posse videatur : *Universæ viæ Domini, misericordia et veritas.*

28. *Meditatur obedientiam.* In Hebr. est לַעֲנוֹת *lahanoth*, quod aliqui vertunt, *ad respondendum*; alii, *obedientiam*; alii, *sapientiam*; alii, *fidem*; secundum quas versiones sensus videtur esse, justum non temere loqui, sed sapienter, fideliter, et responsione prius in animo suo præmeditata. Vulgatæ nostræ sententia esse videtur, justum cum ab aliquo monetur, et cum aliquid præcipitur, obedientiam meditari, et ad jussa capessenda se præparare; contra vero os impii malis redundare, quia monentibus aut jubentibus obmurmurat et resistit.

29. *Longe est Dominus ab impiis.* Qui adhærent impietati.

30. *Lux oculorum lætificat animam.* Ut patet cum post tenebras lux redditur. — *Fama bona.* Sic fama bona, quam quis de se spargi intelligit, magnam affert voluptatem.

31. *Quæ audit.* Quæ libenter admittit. — *Increpationes vitæ.* Increpationes salutares, vitam afferentes. — *In medio sapientium commorabitur.* Vel ut sapientes monentes audiat, vel quia jam inter sapientes censebitur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

32. Celui qui rejette la correction méprise son âme : mais celui qui se rend aux réprimandes possède son cœur.

33. La crainte du Seigneur est ce qui apprend la sagesse; et l'humilité précède la gloire.

32. Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

33. Timor Domini, disciplina sapientiæ : et gloriam præcedit humilitas.

CHAPITRE XVI.

Dieu conduit la langue de l'homme et dirige ses pas. Il a tout fait pour lui-même. Prudence, justice, colère et clémence des rois. Maux que cause l'orgueil. De l'indigence, de la patience, de la force et du hasard.

1. C'est à l'homme à préparer son âme; et au Seigneur à gouverner sa langue.

2. Toutes les voies de l'homme sont exposées à ses yeux; mais le Seigneur pèse les esprits.

3. Exposez vos œuvres au Seigneur, et il fera réussir vos pensées.

4. Le Seigneur a tout fait pour lui, et le méchant même, pour le *faire servir à sa gloire* au jour mauvais.

5. Tout homme insolent est en abomination au Seigneur; et lors même qu'il a les mains l'une dans l'autre, il n'est point innocent.

1. Hominis est animam præparare : et Domini gubernare linguam.

2. *a* Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus. [a *Infr.* 20. 24. et 21. 3.]

3. Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.

4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus : impium quoque ad diem malum.

5. Abominatio Domini est omnis arrogans : etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens.

CAP. XVI. — 1. *Hominis est animam præparare.* Cette maxime présente, en d'autres termes, dans le même sens que celle qu'on lit plus loin au verset 9. L'homme médite, prépare son discours, mais quand il s'agit de parler, il se trouble et ses pensées lui échappent si Dieu ne le soutient et ne l'inspire.

4. *Impium quoque ad diem malum.* Dieu fait servir à sa gloire le méchant lui-même par un juste, mais mystérieux jugement. C'est ainsi qu'il dit à Pharaon : *Posui te ut ostendam in te fortitudinem meam et narretur nomen meum in terra* (Ex., IX, 16; Cf. Rom., IX, 7).

5. *Non est innocens.* Même quand il semble ne pas agir, il n'est pas irrépréhensible, parce

---

32. *Despicit animam suam.* Despicit seipsum, cum non curet seipsum perficere, et probatis moribus ornare. — *Possessor est cordis.* Cor habet, cordatus est.

Disciplina sapientiæ. Id est, timor Domini est salutaris quædam castigatio, quam sapientia sequitur. — *Et gloriam.* Gloriam et decus, et quod ex emendatis moribus nascitur, præcedit humilitas, qua monitiones libenter admittuntur.

CAP. XVI. — 1. *Hominis est animam præparare.* In Hebr., est *homini sunt dispositiones cordis, et a Domino est responsio linguæ.* Significat autem sapiens hominem quidem apud se posse cogitare, et frequenter disponere quid sit locuturus et responsurus; at citra Dei auxilium quod disposuit non bene eloquuturum : non quod cor disponere et parare possit ad loquendum sine Dei gratia, sed quod etiam hoc ipsum quod cum Dei gratia loqui disposuit, eloqui bene non valeat sine nova et peculiari Dei gratia, quæ linguam moderetur et gubernet; ita explicat Jansenius. Crediderim tamen etiam hunc sensum esse posse : homines nonnunquam cum animo suo constituere aliquid dicere, sed cum in eo sunt ut dicant, Deum repente illorum mentem et linguam mutare, ut aliud longe diversum proloquantur quam voluerant. Sic Balaam decreverat Israelitis maledicere; sed cum jam esset maledicturus, linguam ejus in benedictionem convertit Dominus. Num., 23. Vel sententia est : non sibi desit homo, et quid dicturus sit præmeditetur; Deus vero quod in se est agendi non deerit, et linguam ejus moderabitur. Vel hominis est animum et pectus ad pugnam præparare, et seipsum confirmare (quod tamen hoc ipsum fit auxilio peculiari divinæ gratiæ); quid vero respondendum sit principibus, aut tyrannis, Dei munus erit suggerere, juxta Christi dictum apud S. Lucam, cap. 21, 14 : « Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis : ego enim » dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii » vestri; » quasi dicat : Ipse hoc faciet.

2. *Omnes viæ hominis patent oculis ejus.* In hebræo est, *omnes viæ viri mundæ in oculis suis*, et sensus esse potest : licet homines putent omnes actiones suas puras esse, et labis expertes, frequenter tamen oculi Domini, qui interiora perscrutantur, spiritum ipsum et intentiones rimantur, aliud judicant. Ad hunc autem sensum trahi potest editio Vulgata; nam quemadmodum in Scripturis ea quæ non probantur alicui dicuntur ab illo non videri, non agnosci; ita *patere* accipi potest pro probari et pulchrum bonumque existimari. Huic sententiæ alia plane germana, et fere eadem, habetur infra, c. 21, n. 2. Aliqui illud, *in oculis ejus*, referant ad Deum, cujus oculis omnia patent.

3. *Revela Domino.* Scilicet opem a Deo postulans, et illi opera commendans. In hebræo est *volve ad Dominum*, quod indicare videtur omnia in Dei laudem esse referenda. — *Dirigentur.* Prosperum successum sortientur. Idem monet sapiens quod Tobias, c. 4, n. 20 : *Pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.* Sic David psalm., 36, 5 : *Revela Domino viam tuam, et spera in eo et ipse faciet.*

4. *Propter semetipsum.* Propter gloriam suam, et propter seipsum tanquam ultimum finem. — *Impium quoque ad diem malum.* Impium quoque qui impietatem non deserit, reservat ad diem malum in gloriam suam, quia pœna sceleris inflicta divinam ostendit justitiam.

5. *Etiamsi manus.* Etiamsi multos habeat simul conspirantes, et se juvantes, non erit im-

Initium viæ bonæ, facere justitiam : accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias.

6. *a* Misericordia et veritate redimitur iniquitas : et in timore Domini declinatur a malo. [a *Supr.* 15. 27.]

7. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.

8. Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate.

9. *a* Cor hominis disponit viam suam : sed Domini est dirigere gressus ejus. [a *Supr.* v. 1.]

10. Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.

11. Pondus et statera judicia Domini sunt : et opera ejus omnes lapides sacculi.

12. Abominabiles regi qui agunt impie : quoniam justitia firmatur solium.

13. Voluntas regum labia justa : qui recta loquitur, diligetur.

14. Indignatio regis, nuntii mortis : et vir sapiens placabit eam.

15. In hilaritate vultus regis, vita : et clementia ejus quasi imber serotinus.

16. Posside sapientiam, quia auro melior est : et acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.

17. Semita justorum declinat mala : custos animæ suæ servat viam suam.

Le commencement de la bonne voie est de faire la justice; et elle est plus agréable à Dieu que l'immolation des hosties.

6. L'iniquité se rachète par la miséricorde et par la vérité; mais on évite le mal par la crainte du Seigneur.

7. Lorsque Dieu agréera les voies de l'homme, il réduira ses ennemis mêmes à la paix.

8. Peu avec la justice vaut mieux que de grands biens avec l'iniquité.

9. Le cœur de l'homme prépare sa voie; mais c'est au Seigneur à conduire ses pas.

10. Les lèvres du roi sont comme un oracle; sa bouche ne se trompera point dans les jugements.

11. Les jugements du Seigneur sont pesés à la balance; et toutes ses œuvres sont les pierres du sac.

12. Ceux qui agissent injustement sont abominables au roi, parce que la justice est l'affermissement du trône.

13. Les lèvres justes sont les délices des rois; et celui qui parle dans l'équité sera aimé *d'eux*.

14. La colère du roi est un avant-coureur de mort : mais l'homme sage l'apaisera.

15. Le regard favorable du roi donne la vie; et sa clémence est comme les pluies de l'arrière-saison.

16. Possédez la sagesse, parce qu'elle est meilleure que l'or, et acquérez la prudence, parce qu'elle est plus précieuse que l'argent.

17. Le sentier des justes s'écarte des maux; et celui qui garde son âme se tient dans sa voie.

---

que ses pensées sont mauvaises et qu'il a le cœur gâté et corrompu. — *Initium viæ.* Ce verset se trouve dans les Septante, mais il n'est pas dans l'Hébreu.

10. *Non errabit os ejus.* L'Hébreu peut ainsi se traduire : Les lèvres du roi sont comme un oracle que tous ses sujets doivent respecter; que sa bouche ne prévarique donc point dans les jugements qu'elle prononcera.

---

punitus. Vide dicta supra, c. 11, n. 21, ubi eadem fere sententia. — *Initium.* Græce, est, ἀρχὴ, quod optime vertas *principium*, *summa*, ut significetur viam bonam penitus consistere in faciendo quæ justa sunt; nam facere justitiam non tantum est initium vitæ bonæ, sed etiam ejus consummatio. — *Accepta.* Via bona, et justitia.

6. *Misericordia et veritate.* Explicatum est hoc c. superiori, n. 27.

7. *Cum placuerint Domino.* Docet Deum hoc agere ut viris bonis omnes sint pacati, etiam ii qui prius adversabantur. * Exemplum habemus in Josepho et fratribus.

8. *Melius est parum.* Hoc est quod habemus in Psal. 36, 16 : *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.*

9. *Cor hominis.* Hoc est quod vulgo dici solet : Homo proponit, et Deus disponit. Multi apud se statuunt quod vitæ genus sectari velint; sed Deus ita res disponit ut longe diversus exitus sequatur. Paulus Christi discipulos captivos ducere cogitabat; sed ipse a Christo magno suo bono captus est.

10. *Divinatio in labiis regis.* Docet sapiens peculiari cura Deum adesse principibus, ut rectam pronuntient sententiam, et in rebus ambiguis et obscuris quasi divinent, nec aberrent. Patuit hoc in judicio Salomonis inter duas meretrices. Vel sensus est, accipienda esse dicta et jussa principum tanquam oracula divina, cum locum Dei teneant, illisque parendum.

11. *Pondus et statera.* Deus omnia facit cum summa justitia et æquitate, ac si omnia opera sua ad subtilissimum aurificis bilancis examen vocaret. — *Omnes lapides sacculi.* Est repetitio præcedentis hemistichii, et allusio ad veterum ritum, qui lapillis utebantur ad pondera examinanda, eosque in sacculo repositos habebant apud se. Hebræa ad verbum habent, *pondus statera judicii* (hoc est, statera justa) *sunt Domini; et opus ejus omnes lapides sacculi :* et significatur hæc esse a Deo instituta, ne justitia violetur iniquis ponderibus.

12. *Firmatur solium.* Regna stabiliuntur.

13. *Voluntas regum.* Id est, placent regibus.

14. *Nuntii mortis.* Qui enim sibi iratum vident regem, mortem metuunt, quasi extremum judicium illis esset indictum.

15. *In hilaritate.* Ut indignatio regis mortem prænuntiat; sic hilaritas vitam affert, et animum bona spe complet. — *Imber serotinus.* Diu expectatus, ideoque gratissimus.

17. *Custos animæ suæ.* Cui cordi est servare animam suam, id est, seipsum; servat viam suam, attente examinando actiones suas, ne quid peccet.

18. L'orgueil précède la ruine de l'âme; et l'esprit s'élève avant la chute.

19. *Et ainsi* il vaut mieux être humilié avec les humbles, que de partager les dépouilles avec les superbes.

20. Celui qui est habile dans les choses qu'il entreprend y réussira; et celui qui espère au Seigneur sera heureux.

21. Celui qui a la sagesse dans le cœur sera appelé prudent; mais celui qui est doux dans ses paroles, recevra de plus grandes *louanges*.

22. *Car* l'intelligence de celui qui possède ce qu'il sait est une source de vie : la science des insensés est une folie.

23. Le cœur du sage instruira sa bouche, et il répandra une nouvelle grâce sur ses lèvres.

24. Le discours agréable est comme un rayon de miel : *il est en même temps* la douceur de l'âme *et* la santé des os.

25. Il y a une voie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.

26. L'âme de celui qui travaille, travaille pour sa propre vie, parce que sa bouche l'y a contraint.

27. Le méchant creuse pour trouver le mal; et il a sur les lèvres un feu brûlant.

28. L'homme corrompu excite des querelles; et le grand parleur divise les princes.

29. L'homme injuste attire son ami par ses flatteries, et il le conduit par une voie qui n'est pas bonne.

30. Celui qui pense à de noirs desseins avec un œil fixe, exécute le mal en se mordant les lèvres.

18. Contritionem præcedit superbia : et ante ruinam exaltatur spiritus.

19. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.

20. Eruditus in verbo reperiet bona : et qui sperat in Domino, beatus est.

21. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.

22. Fons vitæ, eruditio possidentis : doctrina stultorum, fatuitas.

23. Cor sapientis erudiet os ejus : et labiis ejus addet gratiam.

24. a Favus mellis, composita verba : dulcedo animæ, sanitas ossium. [a *Supr.* 15. 13. *Infr.* 17. 22.]

25. Est via quæ videtur homini recta : et novissima ejus ducunt ad mortem.

26. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum;

27. Vir impius fodit malum, et in labiis ejus ignis ardescit.

28. Homo perversus suscitat lites; et verbosus separat principes.

29. Vir iniquus lactat amicum suum; et ducit eum per viam non bonam.

30. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.

24. *Composita verba.* Des paroles douces et modérées sont tout à la fois un repos et un agrément pour l'esprit, et une source de bien-être et de santé pour le corps. Car le bien qu'elles font s'empare de tout notre être et y produit les plus heureuses impressions.

27. *Vir impius fodit.* Il creuse dans la conduite des autres pour y découvrir quelque chose de mauvais. Sa langue devient un feu dévorant qui allume partout les dissensions et les haines (Cf. Jac., III, 6).

---

18. *Contritionem præcedit superbia.* Superbia est causa ruinæ; quod idem altera hemistichii parte, de more, repetitur.

19. *Dividere spolia.* Divitiis abundare.

20. *In verbo.* In re de qua agitur; in negotio quod est præ manibus.

21. *Appellabitur prudens.* Qui sapiens est, vocabitur ille quidem prudens et cordatus, et hoc nomine magnifiet, sed multo pluris ille qui præter sapientiam nactus etiam fuerit eloquentiam. * In Hebræo est, *dulcedo labiorum addet doctrinam*. Id est, doctrinam faciet pretiosiorem, et pondus ei adjiciet. Euripides in Hecuba : Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην : *Suadæ vero, quæ tyrannis est in hominibus.*

22. *Fons vitæ.* Causa vitæ, id est, multorum bonorum. — *Eruditio possidentis.* Eam scilicet eruditionem, in græco, τοῖς κεκτημένοις, *possidentibus*. — *Doctrina stultorum, fatuitas.* Quæcumque dicunt, aut docent stulti, sunt mera fatuitas.

23. *Cor sapientis.* Quasi dicat : Ex interiori sapientia procedunt verba cordata.

24. *Dulcedo animæ.* Hoc est, verba composita sunt dulcia animæ, et salubria corpori, nam quæ animum recreant etiam corpori prosunt.

25. *Est via.* Hanc sententiam explicavimus supra, c. 14, n. 12.

26. *Laborat sibi.* Ut sibi paret quæ ad vitam sunt necessaria et opportuna. * In Hebræo est, *anima quæ molestiam exhibet, molestiam sibi ipsi creat*; sensus est, eos qui aliis molestiam inferunt, molestia carere non posse, quæ vicissim a vexatis ipsis exhibetur. — *Compulit eum os suum.* Quia necessitate et fame urgetur. * In Hebræo est, *incurvavit contra se os suum*, in suum damnum et dedecus os suum aperuit.

27. *Fodit malum.* Multo labore quærit, et quasi abditum in lucem profert. In Hebræo est, כרה *choreh*, quod etiam vertere possis, *emit*, et respondet italicæ phrasi, qua diceremus : *Il tristo compra il male a denari contanti.* — *Ignis ardescit.* Quia discordias, rixas, jurgia et seditiones suscitat, ut patet ex sequenti versiculo.

28. *Verbosus.* Susurro, et discordiarum sator. Italice, *la mala lingua.*

29. *Lactat.* Allicit, et in fraudem trahit. *Lacto* est frequentativum verbi *lacio*, a quo composita *allicio*, *illicio*, etc.

30. *Qui attonitis oculis.* Animo totus in mali cogitatione defixus. — *Mordens labia sua.* Ut faciunt vehementer irati. — *Perficit malum.* In malum opus, quod volvit animo, erumpit.

31. Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur.

32. Melior est patiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.

33. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.

31. La vieillesse est une couronne d'honneur, lorsqu'elle se trouve dans la voie de la justice.

32. L'homme patient vaut mieux que le courageux; et celui qui est maître de son esprit vaut mieux que celui qui force les villes.

33. Les billets du sort se jettent dans un pan de la robe : mais c'est le Seigneur qui en dispose.

CHAPITRE XVII.

Dieu éprouve les cœurs. Ne pas mépriser le pauvre. Des faux rapports et des jugements injustes. De l'amitié. Utilité du silence.

1. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.

2. a Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet. [a *Eccli.* 10. 28.]

3. Sicut igne probatur argentum et aurum camino; ita corda probat Dominus.

4. Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.

5. a Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus; et qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. [a *Supr.* 14. 31.]

6. Corona senum filii filiorum; et gloria filiorum patres eorum.

7. Non decent stultum verba composita; nec principem labium mentiens.

1. Un peu de pain sec, avec de la joie, vaut mieux qu'une maison pleine de victimes, avec des querelles.

2. Le serviteur sage dominera les enfants insensés; et il partagera l'héritage entre les frères.

3. Comme l'argent s'éprouve par le feu, et l'or dans le creuset; ainsi le Seigneur éprouve les cœurs.

4. Le méchant obéit à la langue injuste; et le trompeur écoute les lèvres menteuses.

5. L'homme qui méprise le pauvre fait injure à celui qui l'a créé; et celui qui se réjouit de la ruine des autres ne demeurera point impuni.

6. Les enfants des enfants sont la couronne des vieillards : et les pères sont la gloire des enfants.

7. Les paroles graves ne conviennent pas à un insensé; et la langue menteuse sied mal à un prince.

33. *Sortes mittuntur.* C'est cette pensée qui engageait souvent les Juifs à recourir au sort dans le cas d'un litige. Dieu les a souvent autorisés à le consulter de cette manière, comme on le voit dans l'élection de Saül, de l'apôtre saint Matthias et dans une foule d'autres circonstances.

CAP. XVII. — 4. *Malus obedit.* *Obedit* est ici mis pour *auscultat*. L'Hébreu porte : Le méchant se rend attentif aux lèvres injustes; et le trompeur prête l'oreille à la langue maligne. Chacun écoute ses mauvais penchants; le méchant est trompé par le méchant; un fourbe trouve toujours un plus fourbe que lui dont il est dupe.

---

31. *Corona dignitatis senectus.* Hebr. *diadema gloriæ canities.* — *Quæ in viis justitiæ reperietur.* Non quælibet, sed quæ sapiens est et sancta.

32. *Melior est patiens.* Magis eminet fortitudo in patiendo et tolerando adversa et dura, quam in aggrediendis arduis. — *Et qui dominatur animo suo.* Vere poeta Ovidius :

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
*Mœnia, * nec virtus altius ire potest.*

33. *Sortes mittuntur in sinum.* Docet in rebus humanis nihil geri sine nutu et dispensatione divina, ut ne sortes quidem, quæ casui fortunæ tribui solent ab hominibus, divinæ moderationis expertes sint.

CAP. XVII. — 1. *Victimis.* Id est, copia ciborum. Vide dicta c. 6, n. 2.

2. *Filiis.* Domini sui bonorum hæredibus. — *Dividet.* Tanquam moderator a patre relictus. Talis erat Joseph, qui in domo Putipharis et deinde in regia Pharaonis omnia moderabatur. Posset etiam sensus esse, servum sapientem dividere hæreditatem cum filiis patrisfamilias, relictam sibi ob bene merita, portionem accipiendo.

3. *Corda probat Dominus.* Per tribulationes; sic tentasse Abraham dicitur Dominus; sic Job, Tobiam, Josephum et alios sanctos multis permisit malis conflictari.

4. *Obedit.* In Hebr. est, *audit*, et significari videtur unumquemque iis rebus capi et delectari quæ ejus conveniunt ingenio. Itaque mali malis, mendaces mendacibus facile sociantur. — *Obtemperat.* In Hebr. *auscultat, audit.*

5. *Qui despicit pauperem.* Explicatum est hoc c. 14, n. 31. — *Non erit impunitus.* Exemplum habemus in Semei insultante regi David; cum fugeret filium Absalom, III. Reg. c. 2, n. 44 et sequentibus.

6. *Corona.* Decus, gloria, ornamentum senum sunt nepotes, per quos securiores fiant de posteritate, et per quos ipsi etiam cum mortui fuerint quodammodo superstites sunt. — *Gloria filiorum patres eorum.* Quia eorum nobilitas et virtus ornat filios.

7. *Non decent stultum verba composita.* Non decet imperitum de rebus gravibus quæ captum et statum illius superant disputare. In Hebr. est, *non decorum stulto labium dignitatis*, vel *labium excellentiæ*. — *Nec principem labium mentiens.* Plurimum enim dedecet si princeps mentiatur, nec quæ promittit effecta det.

8. L'attente de celui qui attend est une perle très-belle. De quelque côté qu'il se tourne, il agira avec intelligence et avec prudence.

9. Celui qui cache les fautes *des autres* gagne l'amitié *de tout le monde* : celui qui fait des rapports sépare ceux qui étaient unis.

10. Une réprimande sert plus à un homme prudent que cent coups à l'insensé.

11. Le méchant cherche toujours des querelles : l'ange cruel sera envoyé contre lui.

12. Il vaudrait mieux rencontrer une ourse à qui l'on a ravi ses petits qu'un insensé qui se fie en sa folie.

13. Le malheur ne sortira jamais de la maison de celui qui rend le mal pour le bien.

14. Celui qui commence une querelle est comme celui qui donne une ouverture à l'eau ; et il abandonne la justice avant même qu'il ait souffert quelque injure.

15. Celui qui justifie l'injuste, et celui qui condamne le juste sont tous deux abominables devant Dieu.

16. Que sert à l'insensé d'avoir de grands biens, puisqu'il ne peut pas en acheter la sagesse?

Celui qui élève sa maison bien haut, en

8. Gemma gratissima, expectatio præstolantis ; quocumque se vertit, prudenter intelligit.

9. Qui celat delictum, quærit amicitias ; qui altero sermone repetit, separat fœderatos.

10. Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.

11. Semper jurgia quærit malus ; angelus autem crudelis mittetur contra eum.

12. Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.

13. *a* Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. [*a Rom.* 12. 17. *I. Thess.* 5. 15. *I. Petr.* 3. 9.]

14. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum : et antequam patiatur contumeliam, judicium deserit.

15. *a* Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum. [*a Isa.* 5. 23.]

16. Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?

Qui altam facit domum suam, quærit

11. *Angelus autem crudelis.* Cet ange s'entend de l'un des mauvais anges, ministres des vengeances du Seigneur ou du châtiment que Dieu envoie.

16. *Qui altam facit domum suam.* Ce verset n'est pas dans l'Hébreu, mais dans les Septante. On le retrouve d'ailleurs, quant au sens, en partie au verset 19.

---

8. *Gemma gratissima.* Significatur rem esse gratissimam ei qui diu aliquid expectavit et optavit cum illud consequitur. — *Quocumque se vertit.* Quocumque se vertit is qui aliquid expectat et consequi optat, prudenter agit, caute et circumspecte, ne concepta spe forte excidat.

9. *Quærit amicitias.* Vel novas quærit amicitias, vel confirmat antiquas. — *Altero sermone.* Vel quæ dicta sunt aperiens, vel etiam aliter quam dicta sunt repetens, addens aliquid et affingens, aut detrahens. — *Superat fœderatos.* Amicum ab amico diducit.

* 10. *Plus proficit.* In Hebræo est, *descendit*, id est, in animum penetrat. Sapienti simplex monitum, et semel dictum, sufficit.

11. *Semper jurgia quærit malus.* Qui perverso et maligno est animo semper delectatur rixis, contentionibus et jurgiis. — *Angelus... crudelis mittetur contra eum.* Variis affligetur malis in ipsum incurrentibus, quorum malorum conciliatores sunt mali angeli : ita Psal. 77, 49 : *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem, immissiones per angelos malos.* Vel sententia est : in aliquem cerebrosum et ferum incidet aliquando a quo male accipietur. Italice dicimus : *Troverà qualche cattivo incontro;* qui dicendi modus valde bene videtur rem exprimere.

12. *Raptis fœtibus.* Tunc enim maxime sævit. — *Confidenti in stultitia sua.* Qui enim sunt hujusmodi, monitionibus non cedunt, nec ulla vi domari possunt, cum tamen ursi, et, ut ait S. Jacobus, c. 3, n. 7 : *Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et cæterorum domantur, et domita sunt a natura humana.*

13. *Reddit mala pro bonis.* Ut faciunt qui ingrati animi vitio laborant. — *Non recedet malum de domo ejus.* In ipsum et in familiam ejus permittet Deus mala et infortunia incurrere. Ita enim frequenter accidit, vel certe ut accidat merentur.

14. *Qui dimittit aquam.* Sententia est : quemadmodum qui dimittit aquam exiguum illi foramen aperiens, magnæ inundationi causam dat ; nam sibi aqua paulatim ampliorem aditum aperit, et ingenti damno segetes sternit et arbores, etc. : ita qui caput est jurgiorum, id est, initium jurgandi facit ; nam exigua illa scintilla in magnum excrescit contentionum et contumeliarum incendium. — *Antequam patiatur contumeliam.* Significatur ideo talem incidere in contumeliam, quia ipse prior deseruit æquitatem. Vel si nomine judicii significetur causa forensis quæ coram judice tractatur (dictio enim hebraica ריב *rib*, litem significat), sensus esse potest : quoniam auctor litis et caput jurgii similis est laxanti aquam, ideo si recte et consulte vult agere antequam in gravem aliquam incidat ignominiam, deserit (si sapit) cœptam causam coram judice, juxta illud Matth., 5, 25 : *Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo : ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro : et in carcerem mittaris.* In Hebr. est, *antequam misceatur lis, dimitte.*

15. *Qui justificat impium.* Qui impium pronuntiat esse justum.

16. *Qui altam facit domum.* Videtur mediocritatem suadere in parandis doctrinis, de quibus dixerat. Nec enim sublimia et quæ supra nos sunt scrutari debemus, ne ruamus dum nimis nos attollimus. Nec rursus eos imitari debemus, qui doctrinam aversantur, qui propter imperitiam suam multis patent incommodis.

ruinam ; et qui evitat discere, incidet in mala.

17. Omni tempore diligit qui amicus est ; et frater in angustiis comprobatur.

18. Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo.

19. Qui meditatur discordias, diligit rixas ; et qui exaltat ostium, quærit ruinam.

20. Qui perversi cordis est, non inveniet bonum ; et qui vertit linguam, incidet in malum.

21. Natus est stultus in ignominiam suam : sed nec pater in fatuo lætabitur.

22. *a* Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa. [*a Supr.* 15. 13. et 16. 24.]

23. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii.

24. *a* In facie prudentis lucet sapientia ; oculi stultorum in finibus terræ. [*a Eccles.* 2. 14. et 8. 1.]

25. Ira patris, filius stultus ; et dolor matris quæ genuit eum.

26. Non est bonum, damnum inferre justo : nec percutere principem, qui recta judicat.

27. *a* Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est ; et pretiosi spiritus vir eruditus. [*a Jac.* 1. 19.]

28. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur ; et si compresserit labia sua, intelligens.

cherche la ruine ; et celui qui évite d'apprendre, tombera dans les maux *que son ignorance lui attirera.*

17. Celui qui est ami aime en tout temps : et le frère se connaît dans l'affliction.

18. L'insensé frappera des mains *et s'applaudira* après qu'il aura répondu pour son ami.

19. Celui qui médite des dissensions, aime les querelles ; et celui qui élève son portail, cherche sa ruine.

20. Celui dont le cœur est corrompu ne trouvera point le bien ; et celui qui a la langue double tombera dans le mal.

21. L'insensé est né pour sa honte : il ne donnera point de joie à son propre père.

22. La joie de l'esprit rend le corps plein de vigueur : la tristesse du cœur dessèche les os.

23. Le méchant *juge* reçoit des présents en secret pour pervertir les sentiers de la justice.

24. La sagesse reluit sur le visage de l'homme prudent ; et l'insensé a toujours les yeux égarés.

25. L'enfant insensé est l'indignation du père et la douleur de la mère qui l'a mis au monde.

26. Il n'est pas bon de faire tort au juste, ni de frapper le prince qui juge selon la justice.

27. Celui qui est modéré dans ses discours est docte et prudent ; et l'homme savant ménage la pensée de son esprit comme une chose précieuse.

28. L'insensé même passe pour sage lorsqu'il se tait, et pour intelligent lorsqu'il tient sa bouche fermée.

26. *Nec percutere principem.* D'après l'Hébreu : Il n'est pas bon de faire tort au juste, même lorsque le prince s'éloigne de la droiture.

---

17. *Omni tempore.* Tam prospero quam adverso. — *In angustiis.* In necessitatibus ; nam, ut ait Ecclesiasticus, capite 6, 8 : *Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.*

18. *Plaudet manibus.* Gaudebit, sibi placebit. — *Spoponderit.* Fidejusserit.

19. *Qui meditatur discordias.* Qui eo est ingenio, ut ab aliis dissentiat, et ab eorum sententiis et voluntate se abducat, hic amat rixas quæ ex hac agendi ratione facile existunt. — *Et qui exaltat ostium.* Idem esse videtur quod dictum est num. 16, qui altam facit domum ; qui scilicet superbe de se sentit, et de rebus suis, et de sua prudentia et doctrina, propter quæ proclivis fit ad contradicendum aliis et rixandum, ille ruinam quærit, quia sibi incommodum aliquod, aut etiam exitium parat et accersit.

20. *Qui perversi cordis est.* Qui pravo et maligno est corde. — *Non inveniet bonum.* Imo incidet in malum. — *Qui vertit linguam.* Qui perversa etiam est lingua, incidet in malum.

21. *Natus est stultus.* Natum esse stulto cedit in ignominiam, quia quæ agit et loquitur eum dehonestant. — *Lætabitur.* Imo dolebit sibi talem filium contigisse.

22. *Animus gaudens.* Hoc est quod supra, c. 15, n. 13, dixit : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus.* — *Ætatem floridam.* Mœror enim et curæ intempestivos canos inducunt. — *Spiritus tristis.* Animus mœrens.

23. *Munera de sinu impius accipit.* Vel accipit de sinu, id est, clam, et secreto a litigantibus. Vel ipse accipit de sinu suo, ut det judici ad justitiam corrumpendam.

24. *In facie prudentis lucet sapientia.* Nullæ enim in ea eminent in fronte aut oculis perturbationum notæ, sed oculi modeste graves, et tota facies composita est. — *In finibus terræ.* Quasi dicat : Contra vero vagi sunt stultorum oculi, quos perpetuo huc illucque circumferunt.

25. *Ira patris.* Dolent enim et irascuntur parentes cum filios aut disciplinarum incapaces animadvertunt, aut adeo corruptis moribus ut ad bonam frugem eos revocare non possint.

26. *Percutere principem.* Lingua impetere et lacerare. LXX habent, *neque fas insidiari principibus justis.*

27. *Pretiosi spiritus vir eruditus.* Ille est pretiosi spiritus, qui parce loquitur, spiritum et verba sua copiose non depromens, ut fit in rebus pretiosis ; qui, quæ tacenda sunt, aut secreta habenda, temere non effutit. LXX habent, *longanimis autem vir prudens.* Ille autem longanimis est, qui non statim prosilit ad loquendum, reprehendendum, aut puniendum, sed in tempus opportunius vindictam differt.

28. *Sapiens reputabitur.* Ejus enim stultitia non apparebit, quæ sermone potissimum proditur. — *Intelligens.* Scilicet reputabitur.

CHAPITRE XVIII.

De l'ami infidèle. Du paresseux et du dissipateur. De la confiance du juste et de celle du riche. Suites de l'orgueil et de l'humiliation. Des fruits de la langue. De la bonne et de la mauvaise femme. De l'homme sociable.

1. Celui qui veut quitter son ami en cherche les occasions; mais il sera couvert d'opprobre en tout temps.

2. L'insensé ne reçoit point les paroles de prudence *qu'on lui dit*, si vous ne lui parlez selon ce qu'il a dans le cœur.

3. Lorsque le méchant est venu au plus profond *abîme* des péchés, il méprise *tout* : mais l'ignominie et l'opprobre le suivent.

4. Les paroles *sages* sortent de la bouche de l'homme *juste*, comme une eau profonde; et la source de sa sagesse est comme un torrent qui se déborde.

5. Il n'est pas bon d'avoir égard à la qualité d'un méchant homme pour se détourner de la vérité dans le jugement.

6. Les lèvres de l'insensé s'embarrassent dans des disputes, et sa bouche s'attire des querelles.

7. La bouche de l'insensé le brise lui-même; et ses lèvres sont la ruine de son âme.

8. Les paroles de la langue double paraissent simples : mais elles pénètrent jusqu'au fond des entrailles.

La crainte *du travail* abat le paresseux : mais les âmes des efféminés languiront de faim.

9. Celui qui est mou et lâche dans son ouvrage est frère de celui qui détruit ce qu'il fait.

10. Le nom du Seigneur est une forte tour : le juste y a recours; et il y trouve une haute forteresse.

11. Les richesses du riche sont comme une ville qui est fortifiée, et comme une épaisse muraille dont il est environné.

12. Le cœur de l'homme s'élève avant que

1. Occasiones quærit qui vult recedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.

2. Non recipit stultus verba prudentiæ; nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus.

3. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; sed sequitur eum ignominia et opprobrium.

4. *a* Aqua profunda verba ex ore viri; et torrens redundans fons sapientiæ. [*a Infr.* 20. 5.]

5. Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii.

6. Labia stulti miscent se rixis, et os ejus jurgia provocat.

7. Os stulti contritio ejus; et labia ipsius, ruina animæ ejus.

8. Verba bilinguis, quasi simplicia; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.

Pigrum dejicit timor; animæ autem effeminatorum esurient.

9. Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

10. Turris fortissima, nomen Domini : ad ipsum currit justus, et exaltabitur.

11. Substantia divitis urbs roboris ejus, et quasi murus validus circumdans eum.

12. *a* Antequam conteratur, exaltatur

Cap. XVIII. — 8. *Pigrum dejicit timor*. Ce verset ne se trouve pas dans l'Hébreu, mais dans les Septante, qui n'ont pas le verset précédent.

Cap. XVIII. — 1. *Recedere ab amico*. Solvere amicitiam. — *Exprobrabilis*. Omnes damnabunt modum illius agendi quo deseruit amicum.

* 2. *Non recipit*. Ex hebræo sic verti potest hic versiculus, *non vacat stultus intelligentiam, nisi ut manifestet se cor ejus*. Sensus autem est, vanos homines nihil addiscere, nisi ut se data occasione, aliis ostentent.

3. *Cum in profundum venerit peccatorum*. Cum multis et gravibus peccatis assueverit, et se illis implicaverit. — *Contemnit*. Frena relaxat licentiæ peccandi.

4. *Aqua profunda*. Quæ nunquam exhauritur, est sapientis doctrina; vel etiam innuitur in ejus dictis latere mysteria. — *Torrens redundans*. Aquarum, id est doctrinæ copia.

5. *Accipere personam*. Tunc dicitur a judice accipi alicujus persona, cum in sententia ferenda non tam causæ quam personæ ratio habetur, v. g. quia dives, quia potens, quia propinquus, etc.

7. *Contritio ejus*. Os et lingua stulto ruinam conciliant.

8. *Bilinguis*. Susurronis. — *Quasi simplicia*. Ita enim susurrones et bilingues verba sua concinnant, ut sincere et absque dolo agere videantur, ut facilius decipiant. — *Perveniunt usque ad interiora ventris*. Animum graviter sauciant, pectus fodiunt et dolore vulnerant. — *Effeminatorum*. Pigrorum qui animo masculo et virili non sunt.

9. *Frater est*. Est similis. * Eumdem exitum habent piger et prodigus; nam ambo egestatem incurrunt.

10. *Nomen Domini*. Divina protectio et potentia. — *Exaltabitur*. Celso et tuto loco in hac turri constitutus.

11. *Substantia*. Divitiæ. — *Urbs roboris ejus*. Nam in divitiis tanquam in arce munitissima confidunt divites, cum justi spem locent in nomine Domini.

12. *Antequam conteratur*. Hoc est quod supra, c. 16, dictum est n. 18 : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus*. — *Antequam glorificetur*. Nam qui se humiliat exaltabitur.

cor hominis; et antequam glorificetur, humiliatur. [*a Supr.* 11. 2. *Eccli.* 10. 15.]

13. *a* Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, et confusione dignum. [*Eccli.* 11. 8.]

14. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam; spiritum vero ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?

15. Cor prudens possidebit sapientiam; et auris sapientium quærit doctrinam.

16. Donum hominis dilatat viam ejus, et ante principes spatium ei facit.

17. Justus, prior est accusator sui; venit amicus ejus, et investigabit eum.

18. Contradictiones comprimit sors; et inter potentes quoque dijudicat.

19. Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma; et judicia quasi vectes urbium.

20. De fructu oris viri replebitur venter ejus; et genimina labiorum ipsius saturabunt eum.

21. Mors, et vita in manu linguæ; qui diligunt eam, comedent fructus ejus.

22. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum; et hauriet jucunditatem a Domino.

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, stultus est et impius.

23. Cum obsecrationibus loquetur pauper; et dives effabitur rigide.

24. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater.

d'être brisé, et il est humilié avant que d'être élevé en gloire.

13. Celui qui répond avant que d'écouter fait voir qu'il est insensé et digne de confusion.

14. L'esprit de l'homme soutient sa faiblesse : mais qui pourra soutenir un esprit qui s'emporte aisément à la colère?

15. Le cœur de l'homme prudent acquiert la science; l'oreille des sages cherche la doctrine.

16. Le présent que fait un homme lui ouvre une large voie, et lui fait faire place devant les princes.

17. Le juste s'accuse lui-même le premier; son ami vient ensuite, et il sonde le fond de son cœur.

18. Le sort apaise les différends, et il est l'arbitre entre les grands mêmes.

19. Le frère qui est aidé par son frère est comme une ville forte; et leurs jugements sont comme les barres des portes des villes.

20. Les entrailles de l'homme seront remplies du fruit de sa bouche : et il sera rassasié de ce que ses lèvres auront produit :

21. *Car* la mort et la vie sont au pouvoir de la langue : ceux qui l'aiment mangeront de ses fruits.

22. Celui qui a trouvé une bonne femme a trouvé un *grand* bien, et il a reçu du Seigneur une source de joie.

Celui qui chasse une femme vertueuse rejette un *grand* bien : mais celui qui retient une adultère est insensé et méchant.

23. Le pauvre ne parle qu'avec des supplications : mais le riche lui répond avec des paroles dures.

24. L'homme dont la société est agréable sera plus aimé que le frère.

---

19. *Frater qui adjuvatur a fratre*. D'après l'Hébreu : Un frère aidé par son frère est plus fort qu'une ville, et les liens de l'amitié sont plus puissants que les barres d'une forteresse.

22. *Qui expellit mulierem bonam*. Ce verset ne se trouve ni dans l'Hébreu, ni dans divers manuscrits latins, ni dans l'édition de Sixte V, ni dans la nouvelle édition de saint Jérôme; mais on le trouve dans les Septante, et les Pères l'ont quelquefois cité.

---

14. *Spiritus*. Animi alacritas sustentat imbecillitatem corporis. — *Spiritum vero ad irascendum facilem*. Oportet quidem esse alacrem animo et non obtusum et dejectum, non tamen iracundum; nam ad iram proclivem nemo ferre potest.

15. *Possidebit scientiam*. Scientiæ comparandæ insistet.

16. *Dilatat viam*. Aperit et sternit viam.

17. *Prior est accusator sui*. Cum in judicio stat, sincere agit, rem ut gesta est fideliter narrat, nihil celans, et proferens tam quæ pro se, quamque contra se faciunt. — *Venit amicus ejus*. Quasi dicat : ita agendo prudenter facit; alioqui venit amicus ejus, cum quo litigat, et omnia scrutatur et profert, si quæ forte callide omissa sunt. Itaque satius est ea dixisse; hoc enim viri boni et sinceri opinionem et benevolentiam conciliat apud judicem.

18. *Contradictiones*. Discordias sedant sortes, quibus lites etiam inter potentes aliquando dirimuntur.

19. *Judicia quasi vectes urbium*. Ut concordia firmæ sunt privatorum domus, ita justitia secura est civitas melius quam seris aut vectibus munita.

20. *De fructu oris*. Significatur unicuique bono vel malo futurum, prout bene vel male loquitur. — *Replebitur venter ejus*. Metaphora repletionis et saturitatis corporis ad animum transferri debet. — *Genimina*. Fructus. — *Saturabunt eum*. Uberem fructum et mercedem recipiet qui prudenter loquetur, et qui lingua sua aliis proderit.

21. *Qui diligunt eam*. Qui amant bene vel male loqui, mercedem referent qualem meriti fuerint, bonam vel malam. LXX habent, *qui autem continent eam*, vel *dominantur ei, comedent ejus fructus*. Cui interpretationi consentiens Vulgatæ sensus esse potest : qui ut par est diligunt eam, ac proinde custodiunt eam, et illi dominantur, comedent fructus ejus.

22. *Invenit bonum*. Bonum non vulgare. — *Hauriet jucunditatem a Domino*. Et hoc Dei beneficium illi jucunditatem, et in cura rerum domesticarum levamentum afferet. — *Stultus est et impius*. Quia peccatum illius fovet, et sibi dedecus et ignominiam conciliat, et fortunarum damnum si adulterinam prolem pro legitima substituat.

23. *Cum obsecrationibus*. Quia paupertas humilitatem docet, ut superbia erigit animum. — *Effabitur rigide*. Superbe et arroganter.

24. *Amabilis ad societatem*. Qui humanus, benignus, et suavis est, et in necessitatibus laboranti amico opem fert, hic magis quam propinquus aut etiam frater diligitur.

CHAPITRE XIX.

Des richesses et de la pauvreté. Du faux témoin et du menteur. De la colère du roi et de sa clémence. De la femme querelleuse et de la femme sage. De l'aumône. De la correction des enfants. De la paresse. Châtiments réservés aux impies.

1. Le pauvre qui marche dans sa simplicité vaut mieux que le riche qui a les lèvres doubles et qui est insensé.
2. Où n'est point la science de l'âme, il n'y a point de bien; et celui qui va trop vite tombera.

3. La folie de l'homme lui fait prendre une fausse route : il brûle en son cœur contre Dieu.

4. Les richesses donnent beaucoup d'amis; mais ceux mêmes qu'avait le pauvre se séparent de lui.
5. Le faux témoin ne demeurera point impuni; et celui qui dit des mensonges n'échappera pas.

6. Plusieurs honorent la personne d'un homme puissant, et sont amis de celui qui a de quoi donner :
7. Les frères du pauvre le haïssent; et ses amis, se retirent de lui.

Celui qui ne cherche que des paroles n'aura rien :
8. Mais celui qui a de l'esprit aime son âme; et comme il conserve la prudence, il trouvera des biens.
9. Le faux témoin ne demeurera point impuni, et celui qui dit des mensonges, périra.
10. Les délices siéent mal à l'insensé; et ce n'est pas à l'esclave à dominer sur les princes.
11. La science d'un homme se connaît par sa patience; et c'est sa gloire que de passer par-dessus le tort qu'on lui a fait.

1. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens.
2. [a] Ubi non est scientia animæ, non est bonum; et qui festinus est pedibus, offendet. [a *Infr.* 21. 16.]
3. Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Deum fervet animo suo.
4. Divitiæ addunt amicos plurimos; a paupere autem et hi, quos habuit, separantur.
5. [a] Testis falsus non erit impunitus; et qui mendacia loquitur, non effugiet. [a *Dan.* 13. 61.]
6. Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis.

7. Fratres hominis pauperis oderunt eum; insuper et amici procul recesserunt ab eo.
Qui tantum verba sectatur, nihil habebit;
8. Qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, et custos prudentiæ inveniet bona.
9. Falsus testis non erit impunitus; et qui loquitur mendacia, peribit.
10. Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.
11. Doctrina viri per patientiam noscitur; et gloria ejus est iniqua prætergredi.

CAP. XIX. — 5. *Non effugiet.* S'il échappe à la justice humaine, il n'échappera pas du moins à la vengeance divine.

7. *Amici procul recesserunt.* L'Hébreu joint à ce verset le premier membre du verset suivant, et peut s'entendre ainsi : Tous les frères du pauvre le haïssent; et ses compagnons mêmes, ses amis, s'éloignent de lui : il les poursuit et les somme au nom de leurs paroles, mais ils n'y ont aucun égard.

CAP. XIX. — 1. *Ambulat in simplicitate sua.* Qui candide agit et sincere. — *Torquens labia.* Depravans ad decipiendum. — *Et insipiens.* Qui sibi videtur callidus et astutus, cum tamen revera sit insipiens.

2. *Ubi non est scientia animæ.* Cum quis seipsum ignorat; quare chaldæus habet, *qui nescit animam suam, non est ei bonum.* — *Et qui festinus est pedibus.* Qui temere negotia suscipit aut tractat, quod in illis frequens est qui seipsos non satis norunt.

3. *Supplantat gressus ejus.* Est illi causa ruinæ, aut in causa est ut negotia non eum habeant successum quem optavit. — *Contra Deum fervet animo suo.* Irascitur contra Deum, non suæ stultitiæ, ut debuisset, sed Deo tribuens quod res male successerint.

7. *Qui tantum verba sectatur.* Ut illi faciunt, qui soli verborum ornatui et elegantiæ insistunt, et de rebus verbis subjectis non æque solliciti sunt. — *Nihil habebit.* Nullum inde solidum fructum percipiet.

8. *Qui... possessor est mentis.* Qui cordatus est, et non verborum tantum lenocinia sectatur, sed ea quæ animum solide pascunt. — *Diligit animam suam.* De seipso bene meretur, rerum proficuarum cognitioni intendens. — *Custos prudentiæ inveniet bona.* Et ei bene erit, qui non solum audit et cognoscit prudentiam, sed animo etiam custodit et opere exhibet.

10. *Non decent stultum deliciæ.* Non debentur stulto et imprudenti deliciæ et oblectationes, sed castigationes potius et flagella; prudentibus vero debentur ad relaxationem animi, postquam seriarum et gravium rerum studiis, et attenta negotiorum tractatione lassati fuerint.

11. *Doctrina viri.* Quam bene quis sit institutus, cognoscitur ex patientia et animi moderatione. — *Inique prætergredi.* Injurias illatas dissimulatione transilire.

12. Sicut fremitus leonis, ita et regis ira; et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.
13. Dolor patris, filius stultus; et tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier.
14. Domus, et divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem proprie uxor prudens.
15. Pigredo immittit soporem, et anima dissoluta esuriet.
16. Qui custodit mandatum, custodit animam suam, qui autem negligit viam suam, mortificabitur.
17. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis : et vicissitudinem suam reddet ei.
18. Erudi filium tuum, ne desperes; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.
19. Qui impatiens est, sustinebit damnum; et cum rapuerit, aliud apponet.

20. Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis.
21. Multæ cogitationes in corde viri : voluntas autem Domini permanebit.

12. La colère du roi est comme le rugissement du lion; et la sérénité de son visage est comme la rosée qui tombe sur l'herbe.
13. L'enfant insensé est la douleur du père; et la femme querelleuse est comme un toit d'où l'eau dégoutte toujours.
14. Le père et la mère donnent les maisons et les richesses : mais c'est proprement le Seigneur qui donne à l'homme une femme sage.
15. La paresse produit l'assoupissement; l'âme lâche languira de faim.
16. Celui qui garde le commandement *de Dieu* garde son âme : mais celui qui néglige sa voie tombera dans la mort.
17. Celui qui a pitié du pauvre prête au Seigneur à intérêt : et *le Seigneur* lui rendra ce qu'il lui aura prêté.
18. Châtiez votre fils tandis qu'il y a espérance *de le corriger* : mais ne vous laissez pas emporter jusqu'à lui donner la mort.
19. Celui qui est impatient en portera la peine. *Si votre tendresse vous* l'arrache *des mains*, il fera d'autres *fautes*.
20. *Pour vous, mon fils*, écoutez le conseil et recevez les instructions *qu'on vous donne*, afin que vous soyez sage à la fin de votre vie.
21. Le cœur de l'homme a diverses pensées : mais la volonté de Dieu demeure ferme.

18. *Ad interfectionem ejus.* L'Hébreu peut se traduire également par les mots : *Ad strepitum, ad clamorem ejus.* C'est dans le même sens que saint Paul a dit : *Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros ut non pusillo animo fiant* (Col. III, 21).

22. *Melior est pauper.* D'après l'Hébreu : Les désirs de l'homme naissent de son indigence : mais le pauvre qui est droit, vaut mieux que le riche qui ment.

---

12. *Ita et regis ira.* Omnibus scilicet incuti terrorem * Leonis nomine principes aut tyranni significantur in Scripturis. Sic Nabuchodonosor leo dicitur, Amos 5, 19, et Nero a D. Paulo II, ad Tim., 4, 17. — *Sicut ros super herbam.* Quo herbæ vegetantur, recreantur, et quasi revocantur ad vitam.

13. *Tecta jugiter perstillantia.* Quæ res, cum sit molestissima, domus habitatores foras exire cogit.

14. *Dantur a parentibus.* Obveniunt jure hæreditario, ut quasi fortunæ donum sint tam bonis quam malis commune. — *Proprie.* Singulari quodam Dei dono.

15. *Pigredo.* Duo otii et pigritiæ incommoda enumerat, quorum alterum nascitur ex altero. Pigritia somnum conciliat, somnus vero opera negligit, quibus insistendum fuisset, ex quo tandem egestas et fames existit.

16. *Qui custodit mandatum.* Qui servat divinam legem. — *Custodit animam suam.* Ne peccati labem incurrat. — *Qui autem negligit viam suam.* Actiones nimirum suas non curans, ut ad divinæ legis normam et præscriptum exigantur. — *Mortificabitur.* Mortem æternam incurret. Hoc est quod monuit Dominus : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Matth., 19, 17.

17. *Fœneratur Domino.* Sortem cum magno fœnore a Domino, qui centuplum promittit, recepturus. — *Vicissitudinem suam reddet.* Mercedem quam meretur, et vicem reddet pro misericordia quam pauperi exhibuit.

18. *Ne desperes.* Nam diligenti institutione et sollicita parentum cura multum proficitur. — *Ad interfectionem.* Cave tamen ne ita illum urgeas ut in morbum incidat, aut alia ratione male a te habitus moriatur.

19. *Qui impatiens est.* Et de morum emendatione filii sui desperat, illumque permittit moribus suis uti, in Hebr. est, *magnus iræ*, qui scilicet multum irascitur, propter improsperum attentatæ emendationis successum. — *Sustinebit damnum.* Ob filii vitia. — *Et cum rapuerit.* Qui filius cum semel fuerit furatus, eo furto non contentus, alia furta adjiciet, præsertim parente negligente eum a prava male agendi consuetudine abducere. Quod in vulgata dicitur, *et cum rapuerit*, in hebræo est, *si erueris, adhuc addes*; sensus est : si semel e carcere, aut e periculo illum liberaveris, adhuc tamen addes pecunias et laborem; quia ad eadem revolvetur vitia et pericula, et eadem damna sustinere cogeris. * Alii putant sapientem hoc versiculo docere non facile contumaces filios juxta legem Deuteron., 21, 19, judici per furorem et impatientiam tradendos; qui enim ita agit, *si rapuerit*, hoc est, si obtinuerit aut extorserit ut filius plectatur, aliud apponet, addet scilicet incommodum, et incurret damnum et filio, et fortasse etiam posteritate carebit.

21. *Multæ cogitationes.* Homines multa cogitant de se et de rebus suis, ut id quod volunt consequantur; sed, ut multa tentent et moveant, id tamen efficitur quod voluit Dominus; nam non est qui possit ejus resistere voluntati; et, ut ait Psaltes, *consilium autem Domini in æternum manet.*

22. L'homme qui est dans le besoin a de la compassion; et le pauvre vaut mieux que l'homme qui ment.

23. La crainte du Seigneur conduit à la vie; et elle jouira de l'abondance sans être traversée par aucun mal.

24. Le paresseux cache sa main sous son aisselle; et il ne prend pas la peine de la porter à sa bouche.

25. Quand l'homme corrompu sera châtié, l'insensé deviendra plus sage : mais si vous reprenez l'homme sage, il comprendra ce que vous lui voulez faire savoir.

26. Celui qui afflige son père et met en fuite sa mère est infâme et malheureux.

27. Ne cessez point, mon fils, d'écouter ce qu'on vous enseigne, et n'ignorez point les paroles de la science.

28. *Car* le témoin injuste se moque de la justice; et la bouche des méchants dévore l'iniquité.

29. Le jugement est préparé pour les moqueurs; et les marteaux sont prêts à frapper les corps des insensés.

22. Homo indigens misericors est : et melior est pauper, quam vir mendax.

23. Timor Domini ad vitam : et in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.

24. *a* Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. [a *Infr.* 26. 15.]

25. *a* Pestilente flagellato stultus sapientior erit : si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. [a *Infr.* 21. 11.]

26. Qui affligit patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.

27. Non cesses fili, audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.

28. Testis iniquus deridet judicium : et os impiorum devorat iniquitatem.

29. Parata sunt derisoribus judicia : et mallei percutientes stultorum corporibus.

CHAPITRE XX.

De l'ivresse. De la paresse. De la mauvaise foi. Danger d'être caution. Ne pas rendre le mal. Honorer ses parents. Respecter les choses saintes. Aux grands maux les grands remèdes.

1. Le vin est une source d'intempérance, et l'ivrognerie est pleine de désordres; quiconque y met son plaisir ne deviendra point sage.

2. La *colère* du roi est comme le rugissement du lion : quiconque l'irrite pèche contre son âme.

3. C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations; mais tous les imprudents s'embarrassent dans *des disputes qui ne leur attirent que de* la confusion.

1. Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas : quicumque his delectatur, non erit sapiens.

2. Sicut rugitus leonis, ita et terror regis : qui provocat eum, peccat in animam suam.

3. Honor est homini, qui separat se a contentionibus : omnes autem stulti miscentur contumeliis.

25. *Pestilente flagellato.* L'Hébreu porte : Frappez le moqueur, et le simple deviendra prudent; reprenez l'homme intelligent, et il comprendra sans peine que vous ayez besoin d'user de sévérité à son égard. Le parallélisme des membres de cette maxime ressort mieux d'après cette traduction.

---

22. *Misericors est.* Quia propria novit experientia quam durum sit cum egestate conflictari. — *Pauper.* Qui quantum per suam paupertatem licet miseretur et benefacit. — *Quam vir mendax.* Quam dives, qui, ne det, mentitur, et se non habere quod tribuat causatur.

23. *Ad vitam.* Scilicet perducit. — *In plenitudine commorabitur.* In rerum omnium affluentia. — *Absque visitatione pessima.* Nec malo visitabitur; non enim accedet flagellum tabernaculo ejus.

24. *Abscondit piger manum suam sub ascella.* Qui habitus est inertium et fugitantium laborem.

25. *Pestilente.* Homine scelesto punito ut meretur, stulti, hoc est mali, a peccando metu pœnæ abducuntur. — *Si autem corripueris sapientem.* Stultus non eruditur nisi flagellationis metu; sapiens verbo correptionis monitus, cum culpam agnoverit, per seipsum id emendat in quo peccabat : nam ut ait ille :

> *Oderunt peccare mali formidine pœnæ :*
> *Oderunt peccare boni virtutis amore.*

28. *Deridet judicium.* Contemnit quod æquum est et justum. Vel decipit et contemnit concessum judicium, cum procaciter audet mentiri, et illis pro vero falsum obtrudere. — *Devorat iniquitatem.* Pro nihilo ducit, et ut alio loco dicitur, bibit sicut aquam iniquitatem.

29. *Parata sunt.* Docet mala imminere malis quibus eorum scelera vindicentur. — *Judicia.* Pœnæ judicis sententia inflictæ. — *Mallei percutientes.* Chald. *verbera.* LXX, *supplicia.*

Cap. XX. — 1. *Luxuriosa res, vinum.* Vinum luxuriosa res dicitur, quod ad lascivium et petulantiam homines provocat. In græco est, ἀκόλαστον οἶνος. Bene fortasse diceremus italice : *Il vino è una cosa insolente.*

2. *Sicut rugitus.* Repetita sententia ex cap. superiori, n. 12. — *Peccat in animam suam.* In seipsum et in vitam suam accersens sibi periculum.

3. *Honor est.* Nam indecorum est contendere et verbis rixari, et vilium homuncionum, imo mulierculorum proprium.

4. Propter frigus piger arare noluit : mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi.

5. *a* Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri : sed homo sapiens exhauriet illud. [a *Supr.* 18. 4.]

6. Multi homines misericordes vocantur : virum autem fidelem quis inveniet?

7. Justus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.

8. Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.

9. *a* Quis potest dicere : Mundum est cor meum, purus sum a peccato? [a *III. Reg.* 8. 46. *II. Par.* 6. 36. *Eccl.* 7. 21. *I. Joan.* 1. 8.]

10. *a* Pondus et pondus, mensura et mensura : utrumque abominabile est apud Deum. [a *Supr.* 11. 1. *Infr.* v. 23.]

11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera ejus.

12. Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque.

13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat : aperi oculos tuos, et saturare panibus.

14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tunc gloriabitur.

15. Est aurum, et multitudo gemmarum : et vas pretiosum labia scientiæ.

16. *a* Tolle vestimentum ejus, qui fi-

4. Le paresseux n'a pas voulu labourer à cause du froid; il mendiera donc pendant l'été, et on ne lui donnera rien.

5. Le conseil est dans le cœur de l'homme sage comme une eau profonde; mais l'homme prudent l'y puisera.

6. Il y a bien des hommes qu'on appelle miséricordieux; mais qui trouvera un homme fidèle.

7. Le juste qui marche dans sa simplicité laissera après lui ses enfants heureux.

8. Le roi qui est assis sur son trône pour rendre justice, dissipe tout mal par son seul regard.

9. Qui peut dire : Mon cœur est pur : je suis exempt de péché?

10. Le double poids et la double mesure sont deux choses abominables devant Dieu.

11. On jugera par les inclinations de l'enfant si un *jour* ses œuvres seront pures et droites.

12. L'oreille qui écoute et l'œil qui voit sont deux choses que le Seigneur a faites.

13. N'aimez point le sommeil, de peur que la pauvreté ne vous accable : ouvrez les yeux, et rassasiez-vous de pain.

14. Cela ne vaut rien, cela ne vaut rien, dit tout homme qui achète. Mais, après qu'il se sera retiré, il se glorifiera.

15. On trouve assez d'or et assez de perles : mais les lèvres savantes sont un vase précieux.

16. Otez le vêtement à celui qui a répondu

---

5. *Sicut aqua profunda.* Significat profundum admodum esse cor hominis; sic Jerem. 17, 9, dicitur : *Pravum est cor omnium, et inscrutabile*; vel, ut alii interpretantur, *profundum præ omnibus*, aut *desperabile*, quod scilicet tantæ sit altitudinis, ut de illius cognitione quivis desperare possit. — *Exhauriet illud.* Ad ima penetrabit, et quasi abysso exhausta consilia quæ latebant, sua solertia investigabit et cognoscet.

6. *Virum autem fidelem quis inveniet?* Quasi dicat : Multi celebrantur ut misericordes et benefici; sed non multi sunt hujusmodi; nam pauci exacte et fideliter, et, ut par est, misericordiam exercent in egentes, nihil aliud spectantes quam divinam gloriam et levamentum miseriarum quibus pauperes premuntur. * Vel sententia est, facilius inveniri qui misericordia moveantur et pauperibus largiantur, quam fideles veraces, qui se ab omni fraude abducant, simulatione, dolo, mendacio.

7. *In simplicitate sua.* Sincere, candide et sine fraudibus.

8. *Qui sedet in solio judicii.* Qui non otiatur, sed pro muneris sui ratione judicia exercet, et gubernationi ex animo se impendit. — *Intuitu suo.* Cum sit præsens, rebus quæ aguntur intersit, et negotia per seipsum tractet, omne malum dissipat; nam omnes continet in officio, nec est facile illi fucum facere; et si bonæ sit mentis, peccantes punit, et de republica male meritos pœnis afficit.

9. *Quis potest dicere.* Nam, ut ait S. Joannes, epist. 1, c. 1, n. 8, *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.*

10. *Pondus et pondus.* Idem est ac si dixisset : Varia pondera et varias mensuras habere ut decipias in mensurando, aut in appendendo, est abominabile apud Deum.

11. *Ex studiis suis intelligitur puer.* Iis rebus, quibus pueri delectantur, satis indicant piine an impii, cordati an insipientes futuri sint.

12. *Aurem audientem.* Ergo et Dominus audit et videt quæ fiunt, nec potest quisquam illius oculos effugere. Sic Psal. 93, 9, dicitur : *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Vel quasi dicat : Quandoquidem Dei munere aures habemus et oculos, et sentiendi facultatibus ornati sumus, par est nos illis bene uti, et ad eum finem ad quem sunt instituti. * Vel certe per oculum videntem principum et magistratuum vigil, cura reipublicæ, per aurem autem audientem subditorum obsequens voluntas significatur; et sententia est, Dei munere civitatibus obvenire magistratus prudentes, et ad publicum bonum attentos, et populum dicto audientem, et legibus sponte subditum.

13. *Aperi oculos tuos.* Vigila et abundes.

14. *Malum est.* Ita facere solent emptores, qui, ut vilius emant, rerum venalium defectus recensent. — *Gloriabitur.* Quod rem bonam exiguo pretio comparaverit. Significatur hac sententia quale sit hominis ingenium, aliena vituperantis, laudantis sua. Vel nectenda est cum proximo superioribus, quasi dicat : Vigila et laboribus te impende; sic enim abundabis, et licet tibi videaris hæc caro emere, multo, nimirum labore et diligentia, at postquam quod optabas adeptus fueris, gaudebis et gloriaberis.

15. *Est aurum.* Sententia est : labia scientiæ, hoc est, labia perita hominis sapientis simul et eloquentis, esse veluti aurum, gemmas, aut vas pretiosum.

16. *Tolle vestimentum ejus.* Meretur qui temere fidejussit ut vestibus aut stragulis spolietur, ut creditori, cui se obligavit, satisfiat.

22. L'homme qui est dans le besoin a de la compassion; et le pauvre vaut mieux que l'homme qui ment.

23. La crainte du Seigneur conduit à la vie; et elle jouira de l'abondance sans être traversée par aucun mal.

24. Le paresseux cache sa main sous son aisselle; et il ne prend pas la peine de la porter à sa bouche.

25. Quand l'homme corrompu sera châtié, l'insensé deviendra plus sage : mais si vous reprenez l'homme sage, il comprendra ce que vous lui voulez faire savoir.

26. Celui qui afflige son père et met en fuite sa mère est infâme et malheureux.

27. Ne cessez point, mon fils, d'écouter ce qu'on vous enseigne, et n'ignorez point les paroles de la science.

28. *Car* le témoin injuste se moque de la justice; et la bouche des méchants dévore l'iniquité.

29. Le jugement est préparé pour les moqueurs; et les marteaux sont prêts à frapper les corps des insensés.

22. Homo indigens misericors est : et melior est pauper, quam vir mendax.

23. Timor Domini ad vitam : et in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.

24. [a] Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. [a *Infr*. 26. 15.]

25. [a] Pestilente flagellato stultus sapientior erit : si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. [a *Infr*. 21. 11.]

26. Qui affligit patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.

27. Non cesses fili, audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.

28. Testis iniquus deridet judicium : et os impiorum devorat iniquitatem.

29. Parata sunt derisoribus judicia : et mallei percutientes stultorum corporibus.

CHAPITRE XX.

De l'ivresse. De la paresse. De la mauvaise foi. Danger d'être caution. Ne pas rendre le mal. Honorer ses parents. Respecter les choses saintes. Aux grands maux les grands remèdes.

1. Le vin est une source d'intempérance, et l'ivrognerie est pleine de désordres; quiconque y met son plaisir ne deviendra point sage.

2. La *colère* du roi est comme le rugissement du lion : quiconque l'irrite pèche contre son âme.

3. C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations; mais tous les imprudents s'embarrassent dans *des disputes qui ne leur attirent que* de la confusion.

1. Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas : quicumque his delectatur, non erit sapiens.

2. Sicut rugitus leonis, ita et terror regis : qui provocat eum, peccat in animam suam.

3. Honor est homini, qui separat se a contentionibus : omnes autem stulti miscentur contumeliis.

---

25. *Pestilente flagellato*. L'Hébreu porte : Frappez le moqueur, et le simple deviendra prudent; reprenez l'homme intelligent, et il comprendra sans peine que vous ayez besoin d'user de sévérité à son égard. Le parallélisme des membres de cette maxime ressort mieux d'après cette traduction.

---

22. *Misericors est*. Quia propria novit experientia quam durum sit cum egestate conflictari. — *Pauper*. Qui quantum per suam paupertatem licet miseretur et benefacit. — *Quam vir mendax*. Quam dives, qui, ne det, mentitur, et se non habere quod tribuat causatur.

23. *Ad vitam*. Scilicet perducit. — *In plenitudine commorabitur*. In rerum omnium affluentia. — *Absque visitatione pessima*. Nec malo visitabitur; non enim accedet flagellum tabernaculo ejus.

24. *Abscondit piger manum suam sub ascella*. Qui habitus est inertium et fugitantium laborem.

25. *Pestilente*. Homine scelesto punito ut meretur, stulti, hoc est mali, a peccando metu pœnæ abducuntur. — *Si autem corripueris sapientem*. Stultus non eruditur nisi flagellationis metu : sapiens verbo correptionis monitus, cum culpam agnoverit, per seipsum id emendat in quo peccabat : nam ut ait ille :

Oderunt peccare mali formidine pœnæ :
Oderunt peccare boni virtutis amore.

28. *Deridet judicium*. Contemnit quod æquum est et justum. Vel decipit et contemnit consessum judicum, cum procaciter audet mentiri, et illis pro vero falsum obtrudere. — *Devorat iniquitatem*. Pro nihilo ducit, et ut alio loco dicitur, bibit sicut aquam iniquitatem.

29. *Parata sunt*. Docet mala imminere malis quibus eorum scelera vindicantur. — *Judicia*. Pœnæ judicis sententia inflictæ. — *Mallei percutientes*. Chald. *verbera*. LXX, *supplicia*.

CAP. XX. — 1. *Luxuriosa res, vinum*. Vinum luxuriosa res dicitur, quod ad lasciviam et petulantiam homines provocat. In græco est, ἀκόλαστον οἶνος. Bene fortasse diceremus italice : *Il vino è una cosa insolente*.

2. *Sicut rugitus*. Repetita sententia ex cap. superiori, n. 12. — *Peccat in animam suam*. In seipsum et in vitam suam accersens sibi periculum.

3. *Honor est*. Nam indecorum est contendere et verbis rixari, et vilium homunciorum, imo muliercularum proprium.

4. Propter frigus piger arare noluit : mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi.

5. [a] Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri : sed homo sapiens exhauriet illud. [a *Supr*. 18. 4.]

6. Multi homines misericordes vocantur : virum autem fidelem quis inveniet?

7. Justus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.

8. Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.

9. [a] Quis potest dicere : Mundum est cor meum, purus sum a peccato? [a *III. Reg*. 8. 46. *II. Par*. 6. 36. *Eccl*. 7. 21. *I. Joan*. 1. 8.]

10. [a] Pondus et pondus, mensura et mensura : utrumque abominabile est apud Deum. [a *Supr*. 11. 1. *Infr*. v. 23.]

11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera ejus.

12. Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque.

13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat : aperi oculos tuos, et saturare panibus.

14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tunc gloriabitur.

15. Est aurum, et multitudo gemmarum : et vas pretiosum labia scientiæ.

16. [a] Tolle vestimentum ejus, qui fi-

4. Le paresseux n'a pas voulu labourer à cause du froid; il mendiera donc pendant l'été, et on ne lui donnera rien.

5. Le conseil est dans le cœur de l'homme sage comme une eau profonde; mais l'homme prudent l'y puisera.

6. Il y a bien des hommes qu'on appelle miséricordieux; mais qui trouvera un homme fidèle.

7. Le juste qui marche dans sa simplicité laissera après lui ses enfants heureux.

8. Le roi qui est assis sur son trône pour rendre justice, dissipe tout mal par son seul regard.

9. Qui peut dire : Mon cœur est pur : je suis exempt de péché?

10. Le double poids et la double mesure sont deux choses abominables devant Dieu.

11. On jugera par les inclinations de l'enfant si un *jour* ses œuvres seront pures et droites.

12. L'oreille qui écoute et l'œil qui voit sont deux choses que le Seigneur a faites.

13. N'aimez point le sommeil, de peur que la pauvreté ne vous accable : ouvrez les yeux, et rassasiez-vous de pain.

14. Cela ne vaut rien, cela ne vaut rien, dit tout homme qui achète. Mais, après qu'il se sera retiré, il se glorifiera.

15. On trouve assez d'or et assez de perles : mais les lèvres savantes sont un vase précieux.

16. Otez le vêtement à celui qui a répondu

---

5. *Sicut aqua profunda*. Significat profundum admodum esse cor hominis; sic Jerem. 17, 9, dicitur : *Pravum est cor omnium, et inscrutabile*; vel, ut alii interpretantur, *profundum præ omnibus*, aut *desperabile*, quod scilicet tantæ sit altitudinis, ut de illius cognitione quivis desperare possit. — *Exhauriet illud*. Ad ima penetrabit, et quasi abysso exhausta consilia quæ latebant, sua solertia investigabit et cognoscet.

6. *Virum autem fidelem quis inveniet?* Quasi dicat : Multi celebrantur ut misericordes et benefici; sed non multi sunt hujusmodi; nam pauci exacte et fideliter, et, ut par est, misericordiam exercent in egentes, nihil aliud spectantes quam divinam gloriam et levamentum miseriarum quibus pauperes premuntur. * Vel sententia est, facilius inveniri qui misericordia moveantur et pauperibus largiantur, quam fideles veraces, qui se ab omni fraude abducant, simulatione, dolo, mendacio.

7. *In simplicitate sua*. Sincere, candide et sine fraudibus.

8. *Qui sedet in solio judicii*. Qui non otiatur, sed pro muneris sui ratione judicia exercet, et gubernationi ex animo se impendit. — *Intuitu suo*. Cum sit præsens, rebus quæ aguntur intersit, et negotia per seipsum tractet, omne malum dissipat; nam omnes continet in officio, nec est facile illi fucum facere; et si bonæ sit mentis, peccantes punit, et de republica male meritos pœnis afficit.

9. *Quis potest dicere*. Nam, ut ait S. Joannes, epist. 1, c. 1, n. 8, *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*.

10. *Pondus et pondus*. Idem est ac si dixisset : Varia pondera et varias mensuras habere ut decipias in mensurando, aut in appendendo, est abominabile apud Deum.

11. *Ex studiis suis intelligitur puer*. Iis rebus, quibus pueri delectantur, satis indicant piine an impii, cordati an insipientes futuri sint.

12. *Aurem audientem*. Ergo et Dominus audit et videt quæ fiunt, nec potest quisquam illius oculos effugere. Sic Psal. 93, 9, dicitur : *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Vel quasi dicat : Quandoquidem Dei munere aures habemus et oculos, et sentiendi facultatibus ornati sumus, par est nos illis bene uti, et ad eum finem ad quem sunt instituti. * Vel certe per oculum videntem principum et magistratuum vigil, cura reipublicæ, per aurem autem audientem subditorum obsequens voluntas significatur; et sententia est, Dei munere civitatibus obvenire magistratus prudentes, et ad publicum bonum attentos, et populum dicto audientem, et legibus sponte subditum.

13. *Aperi oculos tuos*. Vigila et abunda.

14. *Malum est*. Ita facere solent emptores, qui, ut vilius emant, rerum venalium defectus recensent. — *Gloriabitur*. Quod rem bonam exiguo pretio comparaverit. Significatur hac sententia quale sit hominis ingenium, aliena vituperantis, laudantis sua. Vel nectenda est cum proximo superioribus, quasi dicat : Vigila et laboribus te impende; sic enim abundabis, et licet tibi videaris hæc caro emere, multo, nimirum labore et diligentia, at postquam quod optabas adeptus fueris, gaudebis et gloriaberis.

15. *Est aurum*. Sententia est : labia scientiæ, hoc est, labia perita hominis sapientis simul et eloquentis, esse veluti aurum, gemmas, aut vas pretiosum.

16. *Tolle vestimentum ejus*. Mereatur qui temere fidejussit ut vestibus aut stragulis spolietur, ut creditori, cui se obligavit, satisfiat.

pour un inconnu, et emportez des gages de chez lui; *car il s'est obligé* pour des étrangers.
17. Un pain de mensonge, est doux à l'homme *qui s'en saisit* : mais ensuite sa bouche sera pleine de gravier.
18. Les pensées s'affermissent par les *bons* conseils; et la guerre doit être conduite par la prudence.
19. Ne vous familiarisez point avec un homme qui découvre les secrets *qu'on lui confie*, qui use de déguisement, et dont la bouche est toujours ouverte.
20. Quiconque maudit son père et sa mère; sa lampe s'éteindra au milieu des ténèbres.
21. L'héritage que l'on se hâte d'acquérir d'abord ne sera point à la fin béni de Dieu.
22. Ne dites point : Je rendrai le mal *qu'on m'a fait. Mais* attendez le Seigneur, et il vous délivrera.
23. Avoir deux poids, est en abomination devant le Seigneur; la balance trompeuse n'est pas bonne.
24. C'est le Seigneur qui dresse les pas de l'homme : qui est l'homme qui puisse comprendre la voie par laquelle il marche?
25. C'est une ruine à l'homme de dévorer les saints, et de penser ensuite à faire des vœux.

dejussor exstitit alieni, et pro extraneis aufer pignus ab eo. [a *Infr.* 27. 13.]
17. Suavis est homini panis mendacii; et post ea implebitur os ejus calculo.
18. Cogitationes consiliis roborantur : et gubernaculis tractanda sunt bella.
19. Ei, qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.
20. *a* Qui maledicit patri suo, et matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris. [a *Exod.* 21. 17. *Lev.* 20. 9. *Matth.* 15. 4.]
21. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.
22. *a* Ne dicas : Reddam malum : expecta Dominum; et liberabit te. [a *Rom.* 12. 17. *I. Thess.* 5. 15. *I. Petr.* 3. 9.]
23. *a* Abominatio est apud Dominum pondus et pondus : statera dolosa non est bona. [a *Supr.* v. 10. *Supr.* 16. 2.]
24. A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum intelligere potest viam suam?
25. Ruina est homini devorare sanctos, et post vota retractare.

CAP. XX. — 20. *Extinguetur lucerna ejus.* La lampe est ici le symbole de la lumière ou de l'éclat que l'homme répand. Elle désigne donc la réputation, la gloire personnelle. Dans l'Hébreu on lit : La prunelle de ses yeux sera dans la noirceur des ténèbres; ce qui signifie que Dieu le frappera d'aveuglement.

25. *Ruina est homini.* D'après l'Hébreu, on traduit : C'est une ruine, c'est un filet à l'homme de dévorer, de ravir, de consumer des choses saintes et qu'il a consacrées à Dieu. Celui qui agit ainsi s'empresse de faire des vœux inutiles, comme si c'était le moyen d'expier ses rapines et d'en obtenir le pardon.

---

17. *Suavis est homini panis mendacii.* Sententia est, rem videri suavem mendacium, cum aliquam mentienti affert utilitatem et commodum : sed postea mendaci male futurum, et illam voluptatem pari et graviori molestia compensandam, non minus ac si pro pane suavissimo postea cogeretur comedere panem in quo arena esset aut lapilli, ut conquerebatur Jerem. Thren. 3, 16 : *Fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere* : pro *ad numerum* vertere possis, *fregit lapillo.* * Vel is dicitur panis, id est, cibus mendacii, qui mendacio aut fraude quæsitus est.

18. *Cogitationes.* Sententia est, quæ facere cogitamus non prius esse suscipienda quam de illis consultaverimus, et prudenter deliberaverimus, et bonis nixi fundamentis statuerimus quid faciendum sit. — *Gubernaculis tractanda sunt bella.* Non viribus tantum et exercitibus concurrendum cum hoste, sed solertia et prudentia curandum ut illi superiores esse possimus.

19. *Dilatat labia.* Loquax est.

20. *Qui maledicit.* Qui parentibus maledicit morte punitur, juxta legem Levitici, 20, 9 : *Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur.* Vel sensus est, extinguendam esse lucernam ejus, hoc est, illius excellentiam, gloriam et claritatem : vel patiendum mortem filiorum, qui frequenter in Scripturis lucernæ nomine significantur, ut III. Reg. 15, 4, cum dicitur — *Propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum.* — *In mediis tenebris.* In morte, quæ omnem claritatem et felicitatem impiorum tollit. Vel cum magis filiorum auxilio et solatio opus habebunt.

21. *Hæreditas.* Hebraica phrasi hæreditatis nomine quævis possessio et substantia possessa significatur. Itaque idem hac sententia designatur, quod supra dictum est c. 13, n. 11 : *Substantia festinata minuetur.* * Consonat illud Hesiodi : Μὴ κακὰ κερδαίνειν. * κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι; *Ne male lucreris; male lucra æqualia sunt noxæ*, id est, censenda damna, pro damnis habenda. — *Benedictione carebit.* Deus illi non benedicet, ac propterea dilabetur et diffluet.

22. *Ne dicas.* Similis est hæc sententia illi doctrinæ D. Pauli ad Rom. c. 12, n. 17 : *Nulli malum pro malo reddentes*; et n. 19 : *Non vosmetipsos defendentes* (id est, vindicantes) *charissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim : Mihi vindicta; ego retribuam.* — *Expecta Dominum.* Fer patienter donec Dominus, qui suorum curam habet, liberet te.

23. *Abominatio.* Vide supra, n. 10.

24. *Diriguntur gressus viri.* In Hebr. est, *a Domino gressus viri*, scilicet sunt, vel pendent. — *Viam suam.* Quid ei potissimum sit agendum, vel quis actionum ejus futurus sit finis et eventus.

25. *Ruina est homini devorare sanctos.* Alii vertunt ex hebræo : *ruina est homini loqui*

26. Dissipat impios rex sapiens, et incurvat super eos fornicem.
27. Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.
28. Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus.
29. Exultatio juvenum, fortitudo eorum : et dignitas senum, canities.
30. Livor vulneris absterget mala : et plagæ in secretioribus ventris.

26. Le roi sage dissipe les méchants; et il les fait passer sous l'arc de triomphe.
27. Le souffle du Seigneur est *dans* l'homme comme une lampe qui découvre ce qu'il y a de secret dans ses entrailles.
28. La miséricorde et la vérité conservent le roi; et la clémence affermit son trône.
29. La force des jeunes gens est leur joie; et les cheveux blancs sont la gloire des vieillards.
30. Le mal se guérira par les meurtrissures livides et par les plaies profondes.

CHAPITRE XXI.

Le cœur du roi dans la main de Dieu. Ce qu'il y a de meilleur que les sacrifices. De la paresse. Dureté envers les pauvres. Avantages de la justice et de la sagesse. C'est de Dieu que vient le salut.

1. Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini : quocumque voluerit, inclinabit illud.
2. *a* Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus. [a *Supr.* 16. 2. et 20. 24.]
3. Facere misericordiam et judicium, magis placet Domino, quam victimæ.
4. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis : lucerna impiorum peccatum.

1. Le cœur du roi est dans la main du Seigneur comme une eau courante, il le fait tourner de tel côté qu'il veut.
2. Toutes les voies de l'homme lui paraissent droites : mais le Seigneur pèse les cœurs.
3. Faire miséricorde et justice est plus agréable au Seigneur que de lui offrir des victimes.
4. L'orgueil du cœur rend les yeux altiers; et la lampe des méchants est *une source de* péché.

30. *Livor vulneris.* Le moyen de guérir la plaie est d'en faire sortir le pus et la corruption qu'elle renferme. C'est ainsi que, pour obtenir la guérison de l'homme, il faut que, par l'aveu de ses fautes, sa conscience se purifie d'abord du mal qui est en elle. Car plus on tient à cacher ce mal, et plus il devient grave et pernicieux.

CAP. XXI. — 1. *Cor regis in manu Domini.* Il n'y a pas que le cœur du roi qui soit dans la main de Dieu. Il est le maître absolu des volontés de tous les hommes. Comme on l'a dit : L'homme s'agite, mais Dieu le mène. Salomon parle ici des rois, parce qu'ils sont plus élevés en puissance que les autres hommes, et parce que les choses humaines dépendent principalement de leur volonté.

---

sanctitatem. LXX habent : *laqueus viro cito quid ex propriis sanctificare; postquam enim voverit, evenit pœnitere.* Itaque devorare sanctos, vel sanctitatem, vel sancta, est præcipitanter et inconsiderate vovere, sicut superiori c. n. 28, dicebatur : *Os impiorum devorat iniquitatem*; id est, inconsiderate, præcipitanter, et sine ullo timore perpetrat iniquitatem. * Aliqui vertunt sic versiculum hunc : *laqueus est homini devorare sanctificatum, et post vota perplexari.* Multi homines in mala gravia incidunt, quod Deo dicata in suos usus vertant; aut ubi quid voverint, adepti quod sperabant, votum cavillando infringant, aut immutant.

26. *Incurvat super eos fornicem.* Ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς τροχόν, *immittet eis rotam.* Videtur denotare supplicii quoddam genus, quo usus David legitur contra Ammonitas, II. Reg. 12, 31 : *Populum quoque ejus adductum serravit, et circumegit super eos ferrata carpenta.* Itaque fornicis nomine Vulgatus intelligit rotæ curvaturam.

27. *Lucerna Domini.* Spiraculum hominis, id est, anima humana et vis intelligendi est quasi lucerna quædam in homine accensa, qua homo investiget et cognoscat secreta ventris, hoc est, omnia quæ in homine latent, qui sint ejus affectus, quæ studia et cogitationes.

28. *Misericordia et veritas.* Id est, clementia et justitia. — *Et roboratur clementia.* Licet utraque virtus requiratur, tamen clementia potissimum regnum roborat, quia animos subditorum et eorum benevolentiam principi conciliat.

29. *Exultatio juvenum.* Decus et ornamentum juvenum, quo gaudere solent et exultare.

30. *Livor vulneris.* Significat malos, sive mala, plagis emendari. — *Plagæ in secretioribus ventris.* Significantur punitiones graviores, quasi quæ viscera penetrent, et non tantum in exteriori cute consistant. Vel morbos internos et graves, qui sua vexatione sobriam faciunt animam, et a peccatis revocant.

CAP. XXI. — 1. *Sicut divisiones aquarum.* Quemadmodum olitores rivulos aquarum ad areolas olerum rigandas nullo negotio deducunt cum voluerint, aquis per declives canales sponte sequentibus, ita cor regis a Deo inclinatur in eam quam voluerit partem.

2. *Via viri.* Actiones vel institutum vitæ et agendi ratio. — *Appendit autem corda.* Deus enim potissimum requirit rectitudinem cordis et intentionis, sine qua perit ratio virtutis.

3. *Et judicium.* LXX, *et vera loqui.* — *Quam victimæ.* Hoc est quod habemus apud Oseam, c. 6, 6 : *Misericordiam volui et non sacrificium, et scientiam Dei plus quam holocausta*; id est, non placent Deo sacrificia, cum deest justitia aut misericordia quas ab hominibus requirit.

4. *Exultatio oculorum.* Superbia, arrogantia, fastus. — *Dilatatio cordis.* Typus superbiæ. — *Lucerna impiorum.* Superbia, tumor, et quodlibet peccatum, id sunt in quo impii suam gloriam constituunt.

5. Les pensées d'un homme fort produisent toujours l'abondance : mais tout paresseux est toujours pauvre.

6. Celui qui amasse des trésors avec une langue de mensonge est un homme vain et sans jugement; et il s'engagera dans les filets de la mort.

7. Les rapines des impies seront leur ruine, parce qu'ils n'ont pas voulu agir selon la justice.

8. La voie corrompue de l'homme est une voie étrangère : mais quand l'homme est pur, ses œuvres sont droites.

9. Il vaudrait mieux demeurer en un coin, sur le haut de la maison, que d'habiter avec une femme querelleuse dans une maison commune.

10. L'âme du méchant désire le mal, et il n'aura point compassion de son prochain.

11. Quand un homme contagieux sera puni, le simple en deviendra plus sage, et s'il s'attache à un homme sage, il acquerra la science.

12. Le juste pense avec application à sauver la maison de l'impie pour retirer les méchants du mal.

13. Celui qui ferme l'oreille au cri du pauvre criera lui-même, et ne sera point écouté.

14. Un présent secret éteint la colère : et un don qu'on met dans le sein apaise l'indignation la plus grande.

15. La joie du juste est de faire la justice; et c'est ce que craignent ceux qui commettent l'iniquité.

16. L'homme qui s'égare de la voie de la doctrine demeurera dans l'assemblée des géants.

17. Celui qui aime les festins, sera dans l'indigence; celui qui aime le vin et la bonne chère ne s'enrichira point.

5. Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est.

6. Qui congregat thesauros lingua mendacii; vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.

7. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.

8. Perversa via viri, aliena est : qui autem mundus est, rectum opus ejus.

9. [a] Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, et in domo communi. [a *Infr.* 25. 24.]

10. Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo.

11. [a] Mulctato pestilente sapientior erit parvulus : et si sectetur sapientem, sumet scientiam. [a *Supr.* 19. 25.]

12. Excogitat justus de domo impii, ut detrahat impios a malo.

13. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur.

14. Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.

15. Gaudium justo est facere judicium, et pavor operantibus iniquitatem.

16. Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.

17. Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.

8. *Aliena est.* Cette voie s'éloigne de la droite raison, de la loi divine et naturelle. D'après l'Hébreu, on peut traduire simplement : La voie de l'homme pervers et corrompu.

12. *Excogitat justus de domo impii.* D'après l'Hébreu : Le juste s'instruit en considérant la maison de l'impie, en voyant que les impies sont précipités dans le dernier malheur.

16. *In cœtu gigantum.* L'Hébreu peut se traduire : *In cœtu mortuorum* (Vid. chap. II, v. 18, et chap. IX, vers. 18).

---

5. *Cogitationes robusti.* Cogitationes diligentis et gnavi hominis sunt ejusmodi, ut rerum abundantiam pariant.

6. *Qui congregat.* Qui mentiendo sibi divitias parat. — *Vanus et excors.* Quia vanas et perituras divitias quærit, veras æternumque mansuras amittit. — *Impingetur ad laqueos mortis.* Capietur, constringetur laqueo mortis æternæ.

7. *Detrahent eos.* In perniciem. — *Judicium.* Id quod justum est.

8. *Aliena est.* Ab hominis natura secundum ejus primævam institutionem. Vel aliena est a recto. — *Mundus est.* A labe culpæ et peccati. — *Rectum opus ejus.* Minime alienum ab æquitate et natura.

9. *In angulo domatis.* Δώματα sunt tecta plana, qualia fiebant in Palæstina et Ægypto. Sensus est : melius est sedere sub dio et incommode, quam intra domum cum muliere litigiosa.

11. *Mulctato pestilente.* Vide supra, c. 19, n. 25, ubi hæc eadem habetur sententia — *Parvulus.* Is qui sensu et sapientia parvulus est, et deceptionibus obnoxius. — *Sectatur.* Scilicet parvulus.

12. *Excogitat.* Vir justus de salute proximi sollicite cogitat, et rationem excogitat qua possit illum et domum ejus a malo abducere.

14. *Absconditum.* Clam tributum.

15. *Judicium.* Id quod justum est. — *Pavor operantibus iniquitatem.* Nam reluctante conscientia peccant mali, et sciunt deberi pœnas sceleribus suis : nam, ut dicitur Sapient. 17. 10 : *Semper enim præsumit sæva perturbata conscientia.*

16. *In cœtu gigantum.* Vox Hebr. רפאים *rephaim*, varie vertitur; nam aliqui reddunt *gigantes* : alii, *dæmones*; alii, *mortuos*. Symmachus vertit θεομάχων, eorum scilicet qui cum Deo pugnare, illique resistere non verentur. Videtur sensus esse, cum dæmonibus futuros et cum impiis hominibus ad æterna supplicia damnatis, qui in Deum irreligiosi et in proximum violenti fuerunt, ut de gigantibus traditur.

17. *Qui diligit epulas.* Parcimonia enim divitiæ parantur, non luxu mensarum.

18. Pro justo datur impius, et pro rectis iniquus.

19. [a] Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa et iracunda. [a *Supr.* v. 9. *Infr.* 25. 24. *Eccli.* 25. 23.]

20. Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi; et imprudens homo dissipabit illud.

21. Qui sequitur justitiam et misericordiam, inveniet vitam, justitiam, et gloriam.

22. Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiduciæ ejus.

23. Qui custodit os suum, et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.

24. Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.

25. Desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quidquam manus ejus operari;

26. Tota die concupiscit et desiderat; qui autem justus est, tribuet, et non cessabit.

27. [a] Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. [a *Supr.* 15. 8. *Eccli.* 34. 21.]

28. Testis mendax peribit; vir obediens loquetur victoriam.

18. Le méchant sera livré pour le juste, et l'injuste pour ceux qui ont le cœur droit.

19. Il vaut mieux habiter dans une terre déserte qu'avec une femme querelleuse et colère.

20. Il y a un trésor précieux et de l'huile dans la maison du juste : mais l'homme imprudent dissipera tout.

21. Celui qui exerce la justice et la miséricorde trouvera la vie, la justice et la gloire.

22. Le sage s'est rendu maître de la ville des forts, et il a détruit la force où elle mettait sa confiance.

23. Celui qui garde sa bouche et sa langue garde son âme des plus pressantes afflictions.

24. Le superbe et le présomptueux passera pour ignorant, parce que dans sa colère il s'emporte en des actions d'orgueil.

25. Les désirs tuent les paresseux; car, comme ses mains ne veulent rien faire,

26. Il passe toute la journée à désirer; mais celui qui est juste donne, et ne cesse point de donner.

27. Les hosties des méchants sont abominables, parce qu'ils les offrent *du fruit* de leurs crimes.

28. Le témoin menteur périra, *mais* celui qui obéit sera victorieux dans ses paroles.

26. *Qui autem justus est.* Le juste, c'est-à-dire l'homme fidèle à ses devoirs, ne cesse, au contraire, de travailler. L'assiduité de son travail fait qu'il produit sans cesse et qu'il est toujours en état de donner.

29. *Obfirmat vultum suum.* Il est insensible à toutes les remontrances qu'on lui fait, et s'endurcit aux reproches.

---

18. *Pro justo datur impius.* LXX, περικάθαρμα δὲ δικαίου ἄνομος, *purgamentum*, vel *expiatio justi est impius.* Fit nonnunquam ut uno, aut paucis peccantibus, tota plectatur respublica. Ut ergo justis et integris salus sit, plectendus is qui peccavit, ut hac quasi victima cæsa, Domini furor conquiescat. Experti hoc sunt Israelitæ cum Achan furatus est de anathemate, contra Dei præscriptum : eo enim lapidibus obruto, *aversus est furor Domini ab eis*, ut dicitur Josue, c. 7, n. 26.

19. *Melius est.* Similis sententia superiori quam habes hoc c. n. 9.

20. *Thesaurus desiderabilis.* Divitiæ auri et argenti. — *Oleum.* Videtur intelligere pretiosa et odorata unguenta quibus olim utebantur Hebræi. Vel simpliciter oleum in quo non exigua pars divitiarum ejus ævi consistebat, cum Palæstina olivetis abundaret. — *Imprudens homo dissipabit illud.* Sæpe fit ut parentibus divitias congregantibus, filii aut hæredes parum sapientes omnia prodigant.

21. *Inveniet.* Consequetur; a Domino illi rependetur.

22. *Civitatem fortium.* Docet sapientiam corporis robore præstare; nam fit nonnunquam ut munitæ civitates consilio et astu capiantur, quas vis non potuisset in oppugnantis potestatem redigere. Hoc est quod dicitur Sapient. 6. 1 : *Melior est sapientia quam vires, et vir prudens quam fortis.* — *Robur fiduciæ.* Locum munitum cui fidebat, et in quo se tutum esse putabat.

24. *Vocatur indoctus.* Id est, stultus. In Hebr. est לץ *lets*, quam vocem LXX hic, ut etiam alibi, λοιμὸν vertunt, hoc est, *pestilentem*, id est, pessimum. — *In ira operatur superbiam.* Hoc enim superborum proprium est, ut facile excandescant cum se læsos putant, aut suam existimationem violatam.

25. *Desideria occidunt pigrum.* Torquetur enim piger rei consequendæ desiderio, quam nonnunquam potest nancisci, cum ad ea manus admoliri refugiat, quibus parari posset.

26. *Tota die concupiscit.* Piger ab opere refugit, et licet multa desideret, pauca tamen consequitur, aut nihil : contra vir industrius et bonus operatur et abundat : ideoque in alios etiam largus esse non cessat.

27. *Ex scelere.* Scilicet partæ. Itaque Eccli. 34. 24, dicitur : *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.*

28. *Testis mendax peribit.* Qui scilicet convictus in judicio, pœnis falsorum testium subjacebit. — *Vir obediens loquetur victoriam.* Id est, qui divinæ legi paret, atque ideo mendacia cavet ab ea prohibita, victoriam consequetur de adversario cum quo litigat, et illa gloriabitur. Vel simpliciter, vir obediens dicitur *vir probus*, qui divinæ legi per omnia se subjicit ; hic enim adversa omnia vincet, et mendacium calumniis divino beneficio erit superior. Vel tandem sensus est : qui etiam iniquæ sententiæ judicis a falso teste decepti obedienter paret, tandem loquetur victoriam, emergente aliquando, ut solet, veritate. LXX habent, φυλασσό-

29. Le méchant fait paraître sur son visage une assurance effrontée, mais celui qui a le cœur droit corrige sa voie.

30. Il n'y a point de sagesse, il n'y a point de prudence, il n'y a point de conseil contre le Seigneur.

31. On prépare un cheval pour le jour du combat : mais c'est le Seigneur qui sauve.

29. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum, qui autem rectus est, corrigit viam suam.

30. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

31. Equus paratur ad diem belli : Dominus autem salutem tribuit.

CHAPITRE XXII.

Prix de la bonne réputation. De la bonne éducation. De la pureté du cœur. Ne faire ni violence, ni injustice aux pauvres. Respecter les bornes anciennes.

1. La bonne réputation vaut mieux que les grandes richesses : et l'amitié est plus estimable que l'or et l'argent.

2. Le riche et le pauvre se sont rencontrés : le Seigneur, est le créateur de l'un et de l'autre.

3. L'homme habile voit le mal, et se met à couvert; l'imprudent passe outre, et il trouve sa perte.

4. Le fruit de la modestie est la crainte du Seigneur; les richesses, la gloire et la vie.

5. Les armes et les épées sont dans la voie des méchants : celui qui garde son âme s'en retirera bien loin.

6. On dit d'ordinaire : Le jeune homme suit sa première voie; dans sa vieillesse même, il ne la quittera point.

7. Le riche commande au pauvre; et celui qui emprunte est assujéti à celui qui prête.

1. Melius est *a* nomen bonum, quam divitiæ multæ; super argentum et aurum, gratia bona. [a *Eccli.* 7. 2.]

2. *a* Dives et pauper obviaverunt sibi; utriusque operator est Dominus. [a *Infr.* 29. 13.]

3. Callidus vidit malum, et abscondit se; innocens pertransiit, et afflictus est damno.

4. Finis modestiæ timor Domini, divitiæ et gloria et vita.

5. Arma et gladii in via perversi; custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.

6. Proverbium est : Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

7. Dives pauperibus imperat; et qui accipit mutuum, servus est fœnerantis.

31. *Equus paratur ad diem belli.* Le Psalmiste a dit dans le même sens : *Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur* (Ps. XXXII, 17).

Cap. XXII. — 2. *Obviaverunt sibi.* Le riche et le pauvre se rencontrent dans toute société, ils ont les mêmes droits devant Dieu, et ils sont utiles l'un à l'autre.

4. *Finis modestiæ.* L'Hébreu porte : La récompense de l'humilité et de la crainte du Seigneur, ce sont les richesses, etc. Ce qui est conforme à la loi ancienne qui promettait les biens temporels à ceux qui l'observaient.

μενος λαλησει, quod licet passim vertatur, *custoditus loquetur*, crediderim tamen potius significare *caute loquetur*, ut falso testi opponatur, qui timore loquitur, nec divinam offensam, nec proximi injuriam, nec proprium peccatum et ejus pœnam cavens.

29. *Obfirmat vultum.* Procaciter perstat in incepto.

30. *Contra Dominum.* Quod valeat possit contra Dominum.

31. *Equus paratur ad diem belli.* Sententia est : nullam potentiam sine Domino valere; quamvis enim dux aliquis copioso equitatu sit instructus, prosperum successum sperare non potest nisi Dominus illi adsit. *Fallax equus ad salutem : in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur*, ut dicitur Psal. 32, v. 17.

Cap. XXII. — 1. *Nomen.* Id est, fama bona. — *Gratia bona.* Deo, aut hominibus gratum esse.

2. *Dives et pauper obviaverunt sibi.* Videtur esse sententia, in republica aut civitate pauperes sunt et divites. Humilis fortunæ homines et divites occurrunt passim, * et alter alteri utiles sunt. — *Utriusque operator est Dominus.* Naturali conditione pares sunt; ideo non contemnendi pauperes, qui forte etiam meliores sunt. Vide infra, c. 29, v. 13.

3. *Callidus.* Cautus, seu prudens. — *Vidit malum.* Imminens periculum animadvertens subtraxit se. — *Innocens.* Nimium simplex, imperitus. Chald. *insipiens*, LXX, *stultus*. — *Pertransiit.* Perrexit in eo quod cœperat, vel periculum non advertens, vel non ut debuisset magnifaciens.

4. *Finis.* Perfectio, vel fructus. — *Modestiæ.* Hebraica vox עֲנָוָה *Anava*, proprio eam virtutem significat quam vulgo dicimus *humilitatem*. Sententia est, humilitatis finem, sive fructum et effectum esse hominis animum divino timori subjectum reddere, et præterea etiam superaddi ei qui demisse de se sentit, divitias, et gloriam, et vitam.

5. *Arma et gladii.* Quasi dicat : Multiplex periculi genus. — *Custos... animæ suæ.* Qui animam et vitam suam voluerit custodire a periculis immunem.

7. *Servus est.* Est obnoxius.

* Ἀλγεινὰ δοῦλος τοῖς ἐλευθέροις ποιεῖ.

* Quod Mimus sic transtulit :

* *Alienum est homini ingenuo acerba servitus.*

8. Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consummabitur.

9. *a* Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit pauperi. [a *Eccli.* 31. 28.]

Victoriam et honorem acquiret qui dat munera; animam autem aufert accipientium.

10. Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ.

11. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.

12. Oculi Domini custodiunt scientiam; et supplantantur verba iniqui.

13. Dicit piger : Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.

14. Fovea profunda os alienæ; cui iratus est Dominus, incidet in eam.

15. Stultitia colligata est in corde pueri, et virga disciplinæ fugabit eam.

16. Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori, et egebit.

17. Inclina aurem tuam, et audi verba sapientium; appone autem cor ad doctrinam meam;

18. Quæ pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis.

8. Celui qui sème l'injustice moissonnera les maux; et il sera brisé par la verge de sa *propre* colère.

9. Celui qui est porté à faire miséricorde sera béni; parce qu'il a donné de ses pains aux pauvres.

Celui qui fait des présents remportera la victoire et l'honneur; mais il ravit les âmes de ceux qui les reçoivent.

10. Chassez le railleur, et les disputes s'en iront avec lui : alors les plaintes et les outrages cesseront.

11. Celui qui aime la pureté du cœur aura pour ami le roi *du ciel*, à cause de la grâce qui est répandue sur ses lèvres.

12. Les yeux du Seigneur gardent la science; mais les paroles de l'injuste seront confondues.

13. Le paresseux dit : Le lion est là dehors; *si je sors* je serai tué au milieu des rues.

14. La bouche de la *femme* étrangère est une fosse profonde : celui contre qui le Seigneur est en colère y tombera.

15. La folie est liée au cœur de l'enfant; et la verge de la discipline l'en chassera.

16. Celui qui opprime le pauvre pour accroître ses richesses donnera lui-même son *bien* à un *homme* plus riche que lui; et il deviendra pauvre.

17. Prêtez l'oreille, écoutez les paroles des sages; et appliquez votre cœur à la doctrine que je vous enseigne.

18. Vous en reconnaîtrez la beauté lorsque vous la garderez au fond de votre cœur; et elle se répandra sur vos lèvres.

9. *Victoriam.* Ce verset n'est pas dans l'Hébreu et on ne le trouve même pas dans certaines éditions latines. C'est pour cela qu'il n'est pas numéroté.

15. *Stultitia colligata est.* Nous naissons avec de mauvais penchants; naturellement ces penchants s'enracinent fortement dans nos âmes, la correction appliquée à propos peut seule les détruire.

17. *Inclina aurem tuam.* Ici commence une exhortation à la Sagesse qui est comme l'épilogue des chapitres précédents ou le commencement d'un nouveau discours. Le style change, et au lieu d'exprimer des maximes indépendantes les unes des autres, les pensées ont plus de liaison. Salomon s'adresse à son lecteur qu'il appelle son fils.

---

8. *Virga iræ suæ consummabitur.* Significatur impium perditum iri, et mala passurum, propterea quod ira et sævitia tanquam virga alios oppresserit, aut afflixerit. Vel quod virga potestatis suæ non pro justitia, sed pro ira sua abusus sit in subjectos.

9. *Animam autem aufert accipientium.* Benevolentiam sibi conciliat eorum quibus dat : sic quod dicitur, II. Reg. 15, 6, de Absalom, *sollicitabat corda virorum Israel*, illis nimirum blandiendo, et se benignum exhibendo; in hebræo est, *furabatur corda virorum Israel.* Concinit italica phrasis qua dicimus : *Rubare i cuori.*

10. *Derisorem.* LXX, λοιμὸν, *pestilentem*; eum videtur significare qui malis est moribus et turbulentus, et qui domi omnia jurgiis et contentionibus miscet. — *Causæ.* In Hebr. est בין *din*, *judicium*; itaque causæ idem est ac *lites*, et *contentiones*.

11. *Cordis munditiam.* Sinceritatem animi, et integritatem ab omni fuco et pravitate alienam. — *Gratiam labiorum.* Sincere loquentium.

12. *Oculi Domini custodiunt scientiam.* Claram rerum omnium quæ unquam sunt, aut aguntur, notitiam habent. — *Et supplantantur verba iniqui.* Itaque cum omnia videat Deus, non illum latent iniquorum doli et mendacia, sed illis occurrit et eorum conatus evertit.

13. *Leo est foris.* Magna sunt pericula, quæ perinde ac leonem timeo, a quo essem devorandus.

14. *Fovea profunda.* Barathrum et præcipitium periculosissimum. — *Os alienæ.* Blanditiæ et verba adulteræ, vel meretricis. — *Cui iratus est Dominus.* Propter peccata et flagitia, ideoque a Deo permittitur in alia atque alia peccata labi, ut posteriora sint pœna priorum.

15. *Colligata est.* Tenaciter adhæret. — *Virga disciplinæ.* Castigatio qua ad disciplinam conformatur.

16. *Dabit ipse ditiori.* Vel sponte ad captandam muneribus illius benevolentiam et favorem; vel invitus ditiore per calumnias extorquente, ita permittente Deo, ut in quo quis peccavit, per idem puniatur.

18. *In ventre tuo.* In pectore tuo, in visceribus tuis. — *Redundabit in labiis tuis.* Nam cordati et sapientes prudenter etiam loquuntur.

19. Elle vous servira à mettre votre confiance dans le Seigneur. C'est pour cela que je vous l'ai représentée aujourd'hui.

20. Je vous l'ai décrite triplement, avec méditation et avec science.

21. *J'en ai usé ainsi* pour vous faire voir la certitude des paroles de la vérité, afin qu'elles vous servent à répondre à ceux qui vous ont envoyé.

22. Ne faites point de violence au pauvre, parce qu'il est pauvre : n'opprimez point dans le jugement celui qui n'a rien.

23. Car le Seigneur se rendra lui-même le défenseur de sa cause, et il percera ceux qui auront percé son âme.

24. Ne soyez point ami d'un homme colère, et ne vivez point avec un homme furieux,

25. De peur qu'il ne vous apprenne à vivre comme lui, et que vous ne donniez à votre âme un sujet de chute.

26. Ne vous liez point avec ceux qui s'engagent en touchant dans la main, et qui s'offrent à répondre pour ceux qui doivent.

27. Car si vous n'avez pas de quoi restituer, qui empêchera qu'on ne vous emporte la couverture de votre lit?

28. Ne passez point les anciennes bornes qui ont été posées par vos pères.

29. Avez-vous vu un homme prompt à faire son œuvre? Il aura accès auprès des rois, et il ne demeurera point dans la foule du peuple.

19. Ut sit in Domino fiducia tua, unde et ostendi eam tibi hodie.

20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus et scientia;

21. Ut ostenderem tibi firmitatem, et eloquia veritatis respondere ex his illis qui miserunt te.

22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est; neque conteras egenum in porta;

23. Quia judicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.

24. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso;

25. Ne forte discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ.

26. Noli esse cum his qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis.

27. Si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili tuo?

28. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.

29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

20. *Descripsi eam tibi tripliciter.* Le nombre trois est pris souvent dans l'Ecriture pour un nombre indéterminé.

26. *Qui defigunt manus suas.* D'après l'Hébreu : Ne soyez point du nombre de ceux qui frappent volontiers dans la main pour se rendre caution, et qui répondent facilement pour les dettes d'un autre.

---

19. *Ut sit in Domino fiducia tua.* Videtur nectendum cum eo quod dictum est, *inclina aurem tuam*, etc., ut intelligatur significari finis audiendi doctrinam sapientum, nempe ut per illam auditam et servatam in Domino quis secure fidere possit.

20. *Descripsi eam tibi tripliciter.* Id est, multipliciter, varia tradens documenta, et eadem frequenter inculcando et repetendo. * Sapientia apud Hebræos dividitur in ethica, physica, et theologica. De his omnibus scripsit Salomon, qui moralia Proverbiis et libro Ecclesiastæ complexus est; theologica etiam iisdem sparsim et sensu allegorico in Cantico Canticorum, præterquam quod multi illius libri ad nostras manus non pervenerunt. Vide III. Reg. 4, in fine. — *In cogitationibus et scientia.* Cum magna rerum meditatione et cogitatione.

21. *Firmitatem.* Res certas, et solidam traderem doctrinam. — *Respondere.* Ut a me traditis doctrinis bene instructus, iis respondere possit qui te ad discendum miserunt. Vel ad negotium aliquod tractandum et perficiendum.

22. *Quia pauper est.* Ex eo factus insolentior, quod se non possit ulcisci. Vel quasi dicat : Est enim pauper, atque ideo misericordia potius dignus. — *In porta.* In judicio illum opprimens. Olim enim juxta civitatum portas erant prætoria, et ibi jus dicebatur.

23. *Judicabit Dominus causam ejus.* Dominus pauperum defendet, et pro ipso sententiam pronuntiabit, et te damnabit et puniet. — *Configet.* Affliget puniendo, et pœnis meritis male mulctabit.

25. *Sumas scandalum animæ tuæ.* Ne irascendi occasionem tibi præbeat, qua provocatus in aliquod peccatum cadas.

26. *Qui defigunt manus suas.* Qui fidejubent; datur autem fides dexteram dexteræ jungendo, quod est manus defigere. — *Vades.* Vades proprie ii dicuntur qui pro alio spondent in re capitali; qui vero in re pecuniaria, appellantur *prædes*; sed noster interpres unum pro altero accipit.

27. *Quid causæ est ut tollat.* Cur in eas angustias te conjicis ut creditore pecuniam a te repetente, cum solvendo non sis, cogaris permittere ut ipsa lectuli tui stragula auferat.

28. *Terminos antiquos.* Fines agrorum quos veteres posuerunt, in alienam possessionem irrumpendo, et tenuiorum vicinum submovendo.

29. *Velocem in opere suo.* Strenue negotia tractantem, et brevi temporis spatio bene expedientem. — *Coram regibus stabit.* Eum rex adhibebit, et opera illius utetur; nec in famulatu hærebit virorum ignobilium, sed ad honores et publica munera producetur.

CHAPITRE XXIII.

De la sobriété. Du désir des richesses. Ne point opprimer les pupilles. Demeurer ferme dans la crainte du Seigneur. Fuir les femmes débauchées et l'ivrognerie.

1. Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam;

2. Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.

3. Ne desideres de cibis ejus, in quo est panis mendacii.

4. Noli laborare ut diteris; sed prudentiæ tuæ pone modum.

5. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere; quia facient sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cœlum.

6. Ne comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus;

7. Quoniam in similitudinem arioli et conjectoris, æstimat quod ignorat.

Comede et bibe, dicet tibi; et mens ejus non est tecum.

8. Cibos quos comederas, evomes; et perdes pulchros sermones tuos.

9. In auribus insipientium ne loquaris; quia despicient doctrinam eloquii tui.

1. Lorsque vous serez assis pour manger avec le prince, considérez avec attention ce qui sera servi devant vous.

2. Mettez un couteau à votre gorge; si néanmoins vous êtes maître de votre âme.

3. Ne désirez point les viandes de celui où se trouve le pain du mensonge.

4. Ne travaillez point à vous enrichir : mais mettez des bornes à votre prudence.

5. Ne levez point les yeux vers les richesses que vous ne pouvez avoir; parce qu'elles prendront des ailes comme l'aigle, et s'envoleront au ciel.

6. Ne mangez point avec un homme envieux, et ne désirez point de ses viandes :

7. Parce qu'il juge de ce qu'il ignore : comme un homme qui devine et qui suit ses conjectures.

Buvez et mangez, vous dira-t-il. Mais son cœur n'est point avec vous.

8. Vous rejetterez les viandes que vous aviez mangées; et vous perdrez vos sages discours.

9. Ne parlez point avec des insensés, parce qu'ils mépriseront la doctrine que vous leur aurez enseignée par vos paroles.

Cap. XXIII. — 3. *Panis mendacii.* Cette expression désigne les aliments trompeurs et pernicieux, qui séduisent par une fausse apparence, et qui, au lieu du plaisir qu'ils promettent, ne causent que des souffrances, et ne servent qu'à altérer la santé.

8. *Et perdes pulchros sermones tuos.* Vous n'aurez rien de ce repas, vous aurez même perdu les discours sages et sensés que vous aurez tenus à sa table.

Cap. XXIII. — 1. *Quæ apposita sunt.* Cibos qui tibi apponuntur.

2. *Statue cultrum in gutture tuo.* Parabolice significatur cohibendum appetitum, et veluti cultro gutturi infixo refrænandam immodicam appositorum ciborum appetentiam, * et cohibendam linguæ intemperantiam. — *Si tamen habes in potestate.* Si tamen tui potens es, et vales teipsum cohibere; hoc enim, videtur significare בעל נפש *baal nephes, dominus animæ.* Alii putant בעל נפש *baal nephes* eum significare qui desiderio tenetur; ita cap. superiori, n. 24, ubi dicitur *noli esse amicus homini iracundo*, in Hebr. est, בעל אף *baal aph*, quod tamen non significat eum qui iram habet in potestate, sed contra, eum qui agitur ab ira.

3. *In quo est panis mendacii.* Cibus suavis, qui facile comedentem decipit, ut cum se moderate comedisse putet, postea deprehendat se temperantiæ fines prætergressum. Vel panis mendacii appellatur cibus delicatus convivis appositus, quia convivator cum videtur humilitatis causa apponere cibos illos, et convivam invitare, tamen simul id agit ut illius temperantiam exploret.

4. *Prudentiæ tuæ pone modum.* Intelligendum est hoc de prudentia, sive industria, qua homines utuntur in conquirendis opibus, de qua Salvator, Luc., 16, 8 : *Filii*, inquit, *hujus sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua.*

5. *Facient sibi pennas.* Loquitur de divitiis per prosopopœiam quasi de re animata, docetque eas quasi assumptis alis eorum manus effugere qui illas captant, præsertim si solo desiderio illas sectentur, et alioqui sint ignavi. Monet ergo ut quisque sua sorte sit contentus.

6. *Homine invido.* In Hebr. est, *ne comedas panem mali oculi.* Bonus oculus phrasi Hebræorum dicitur homo liberalis : sic c. superiori, n. 9, ubi legimus in Vulgata, *pronus... ad misericordiam*, in Hebr. est, *vir boni oculi.* Malus vero oculus homo parcus et invidus. Itaque monet sapiens ne cum eo manducemus, qui licet nos invitet ad prandium, aut cœnam, tamen quia sordide avarus est, dolet cum sua videt absumi, nec liberali animo dat, sed convivis illa invidet, et, si posset, subtraheret.

7. *Quoniam in similitudinem arioli.* Cum enim primum mensæ assederis intra se, quasi futuri conjector et divinus, cogitabit et æstimabit quam multum sis comesturus; et dum comedes, bolos quos in os ingeres propemodum numerabit, anxius ne nimis multa absumas. — *Mens ejus non est tecum.* Non ex animo hoc dicit; vellet enim te potius parum comedere, et appositis edulis parcere.

8. *Evomes.* Id est, cum illiberalitatem illius animadverteris, insuaves tibi erunt epulæ illæ, adeo ut velis, si posses, comestos cibos evomere. — *Perdes pulchros sermones tuos.* Mœstitia occupatus, animus non erit hilariter et amice confabulari, sed nihil magis optabis quam posse te inde subducere. In Hebræo est, *corrumpes verba tua jucunda.*

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10. Ne touchez point aux bornes des petits et n'entrez point dans le champ des orphelins,

11. Car celui qui est leur proche est puissant; et il se rendra lui-même contre vous le défenseur de leur cause.

12. Que votre cœur entre dans la doctrine et que vos oreilles reçoivent la parole de science.

13. N'épargnez point la correction à l'enfant; car si vous le frappez avec la verge, il ne mourra point.

14. Vous le frapperez avec la verge, et vous délivrerez son âme de l'enfer.

15. Mon fils, si votre cœur est sage, mon cœur se réjouira avec vous;

16. Et mes entrailles tressailliront de joie lorsque vos lèvres auront prononcé des paroles de vérité.

17. Que votre cœur ne porte point d'envie au pécheur, mais demeurez ferme dans la crainte du Seigneur pendant tout le jour.

18. Car vous aurez de la confiance en votre dernière heure, et ce que vous attendez ne vous sera point ravi.

19. Ecoutez-moi, mon fils, et soyez sage : et faites que votre âme marche droit dans la voie.

20. Ne vous trouvez point dans les festins de ceux qui aiment à boire, ni dans les débauches de ceux qui apportent des viandes pour manger ensemble.

21. Car, passant le temps à boire et à se traiter ainsi, ils se ruineront; et la paresse toujours endormie sera vêtue de haillons.

22. *Mon fils*, écoutez votre père qui vous a donné la vie; et ne méprisez pas votre mère lorsqu'elle sera dans la vieillesse.

23. Achetez la vérité, et ne la vendez : faites de même à l'égard de la sagesse, de la doctrine et de l'intelligence.

10. Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas;

11. Propinquus enim illorum fortis est; et ipse judicabit contra te causam illorum.

12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et aures tuæ ad verba scientiæ.

13. [a] Noli subtrahere a puero disciplinam; si enim percusseris eum virga, non morietur. [a *Supr.* 13. 24. *Infr.* 29. 15. *Eccli.* 30. 1.]

14. Tu virga percuties eum; et animam ejus de inferno liberabis.

15. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum;

16. Et exultabunt renes mei cum locuta fuerint rectum labia tua.

17. [a] Non æmuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto tota die;

18. Quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua non auferetur. [a *Infr.* 24. 1.]

19. Audi, fili mi, et esto sapiens; et dirige in via animum tuum.

20. Noli esse in conviviis potatorum; nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt;

21. Quia vacantes potibus et dantes symbola consumentur; et vestietur pannis dormitatio.

22. Audi patrem tuum qui genuit te; et ne contemnas cum senuerit mater tua.

23. Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.

11. *Propinquus enim illorum fortis est.* Si leur parent ne prend pas leur défense et ne les rachète pas, comme la loi les y autorise, ils auront du moins pour vengeur, Dieu lui-même, qui est tout-puissant.

12. *Ingreditur.* Appliquez-vous fortement à la doctrine que je vous enseigne, et que votre cœur l'approfondisse et ne se contente pas de l'effleurer légèrement.

---

10. *Ne attingas.* Idem est quod superiori c. n. 28, *ne transgrediaris terminos antiquos.* — *Ne introeas.* Eos occupaturus, et tibi vindicaturus.

11. *Propinquus... illorum fortis est.* Cum quis apud Israelitas redactus ad paupertatem possessionem suam vendidisset, is qui erat propinquior pauperi poterat redimere quod venditum erat. Vide Levitici c. 25, n. 25. Hic autem propinquus propterea hebraice dicitur גאל *goel*, id est, *redemptor*, quod jus haberet venditam possessionem redimendi. Innuit ergo sapiens propinquum et redemptorem pupillorum qui ab omnibus destituti sunt Deum esse, ipsumque eorum injurias cum sit justus et potens, ulturum.

12. *Ingreditur.* Applica animum ad doctrinam.

13. *Disciplinam.* Correptionem et castigationem.

14. *De inferno.* De sepulcro, id est morte temporali, vel æterna.

15. *Si sapiens.* Si fueris adeptus sapientiam, ita ut prudenter et cordate loqui possis, magno frueris voluptatis fructu.

17. *Non æmuletur cor.* Non imitetur, vel invideat illis, etiamsi prospero agere videantur. — *In timore Domini esto.* Divinam legem servando.

18. *Habebis spem in novissimo.* Per perseverantiam in timore Dei eris et crescet in te spes ejus quod optas assequendi. Vel, habebis tandem in novissimo die id quod modo speras : spes enim sumitur pro re sperata. — *Præstolatio tua.* Id quod a Deo expectas.

19. *Dirige in via animum tuum.* Fac ut recte incedas, semitis insistendo justitiæ et divinæ legis.

20. *Qui carnes ad vescendum conferunt.* Idem est quod sequenti versiculo dicitur, *dantes symbola*, cum scilicet, ut magis opiparum sit convivium; quilibet ex convivis aliqua edulia conferunt in commune.

21. *Consumentur.* Ad paupertatem redigentur. — *Pannis.* Panni sunt laceræ et attritæ vestes. — *Dormitatio.* Negligentia et somnus multus, qui crapulam sequitur.

23. *Noli vendere sapientiam.* Cum adeptus fueris sapientiam, noli eam abjicere a te; noli eam alienare. LXX, καὶ μὴ ἀπώσῃ σοφίαν, *et ne repudies, ne abjicias sapientiam.*

24. Exultat gaudio pater justi; qui sapientem genuit, lætabitur in eo.

25. Gaudeat pater tuus, et mater tua, et exultet quæ genuit te.

26. Præbe, fili mi, cor tuum mihi; et oculi tui vias meas custodiant.

27. Fovea enim profunda est meretrix; et puteus angustus, aliena.

28. Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos viderit, interficiet.

29. Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?

30. Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis.

31. Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus; ingreditur blande,

32. Sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.

33. Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.

34. Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo;

35. Et dices : Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, et ego non sensi; quando evigilabo, et rursus vina reperiam.

24. Le père du juste tressaille d'allégresse; celui qui a donné la vie au sage trouvera sa joie en lui.

25. Que votre père et votre mère soient dans cette allégresse; et que celle qui vous a mis au monde tressaille de joie.

26. Mon fils, donnez-moi votre cœur : et que vos yeux s'attachent à mes voies;

27. Car la femme prostituée est une fosse profonde; et l'étrangère est un puits étroit.

28. Elle dresse des embûches sur le chemin comme un voleur; et elle tue ceux qu'elle voit n'être pas bien sur leurs gardes.

29. A qui dira-t-on : Malheur? au père de qui dira-t-on : Malheur? pour qui seront les querelles? pour qui les précipices? pour qui les blessures sans sujet? pour qui la rougeur et l'obscurcissement des yeux?

30. Sinon pour ceux qui passent le temps à boire du vin, et qui mettent leur plaisir à vider les coupes?

31. Ne regardez point le vin lorsqu'il paraît clair, lorsque sa couleur brille dans le verre : il entre agréablement;

32. Mais il mord à la fin comme un serpent, et il répand son venin comme un basilic.

33. *Si vous vous laissez aller à en boire avec excès*, et vos yeux regarderont les *femmes* étrangères, et votre cœur dira des paroles déréglées;

34. Et vous serez comme un homme endormi au milieu de la mer, comme un pilote assoupi qui a perdu le gouvernail;

35. Et vous direz : Ils m'ont battu; mais je ne l'ai point senti : ils m'ont entraîné; mais je ne m'en suis point aperçu. Quand me réveillerai-je, et quand trouverai-je encore du vin pour boire?

34. *Sicut dormiens in medio mari.* L'Hébreu porte : Comme un homme endormi au haut d'un mât.

---

26. *Præbe fili mi cor tuum mihi.* Animum accommodans ad audienda et admittenda quæ dicturus sum. — *Et oculi tui.* Et oculis mentis tuæ semper observent vias quas tibi demonstro.

27. *Fovea... profunda est meretrix.* Neque enim facile pecunia expletur meretrix, sed licet multa ingeras, adhuc plura desiderat et postulat. LXX habent, πίθος γὰρ τετρημένος, *dolium perforatum*, quod scilicet implere nemo possit. — *Puteus angustus.* Ex quo nimirum difficile possis emergere.

28. *Insidiatur in via.* Modum insidiarum supra descripsit c. 7, n. 10, verbis illis : *Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio.* — *Interficiet.* Vita animæ, aut etiam corporis privabit; satis enim constat occasione meretricum multa patrari homicidia.

29. *Cui væ?* Id est, cuinam impendit calamitas. Italice diceremus : *Chi avrà de' guai!* — *Foveæ.* Grave periculum in quod incidat. Vel significatur ebrios in foveas cadere, dum caput et pedes non satis officium suum faciunt. — *Sine causa vulnera.* Nam ebrii etiam in amicos sine causa ferrum stringunt aliquando ; sic Alexander temulentus Clytum occidit. — *Suffusio oculorum.* Significatur ebrietatem afferre oculis caliginem, eosque suffundi, multis humoribus visum obtenebrantibus. In hebræo est, *rubor oculorum.*

31. *Ne intuearis vinum.* Ne capiaris desiderio vini. — *Ingreditur blande.* Fauces delinit, et gustui gratum est.

32. *Mordebit ut coluber.* Quemadmodum enim venenum totum corpus pervadit, et illud obstupefacit, et mortem conciliat; ita ebrietatem sensuum et mentis torpor sequitur, vulnera et mors corporis, vel animæ per peccatum. — *Regulus.* Basiliscus.

33. *Videbunt extraneas.* Ex hebræo verti potest, *videbunt extranea;* hoc est, si ebrius factus fueris, absurda visa oculis tuis observabuntur, nec res videbis ut sunt. Sententia Vulgatæ editionis est, ebriorum oculos impudice converti ad alienas uxores contemplandas. — *Loquetur perversa.* Quæ non decent.

34. *Sicut dormiens in medio mari.* Mens enim fumida crapulæ caligine obscuratur, nec sensus et eorum functiones regit; sed vino æstuans, et fluctuans ebrius, incondite movetur, loquitur et agit.

35. *Et dices.* Cum crapulam edormieris et evigilaveris. — *Sed non dolui.* Non sensi, vino obstupefactis sensibus. — *Traxerunt me.* Raptarunt per solum. — *Et rursus vina reperiam?* Hoc est unum ex gravissimis ebrietatis malis, quod cum intelligant homines se propter vinum caruisse usu rationis et sensuum, adhuc tamen bibendi studio teneantur, et vix ebrietate discussa repetunt calices quibus rursum inebrientur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS UANL ALERE FLAMMAM VERITATIS

CHAPITRE XXIV.

Ne pas envier la fortune des méchants. N'estimer que la sagesse. Ne pas faire tort à son prochain. Craindre Dieu et le roi. Eviter la paresse.

1. Ne portez point envie aux méchants, et ne désirez point d'être avec eux.

2. Parce que leur esprit médite les rapines, et que les paroles de leurs lèvres ne sont que tromperie.

3. La maison se bâtira par la sagesse, et elle s'affermira par la prudence.

4. L'habileté fera remplir la maison *des justes* de meubles très-beaux et très-précieux.

5. L'homme sage est vaillant; l'homme habile est fort et résolu.

6. Parce que la guerre se conduit par la prudence; et que le salut se trouvera où il y aura beaucoup de conseils.

7. La sagesse est trop relevée pour l'insensé. *Aussi* il n'ouvrira point la bouche dans l'assemblée des juges.

8. Celui qui applique son esprit à faire le mal passera pour insensé.

9. La pensée de l'insensé est le péché; et le médisant est l'abomination des hommes.

10. Si vous vous abattez au jour de l'affliction, en perdant la confiance, votre force en sera affaiblie.

11. Tirez du péril ceux qu'on mène à la mort; et ne cessez point de délivrer ceux qu'on entraîne pour les faire mourir.

1. Ne æmuleris [a] viros malos, nec desideres esse cum eis; [a *Supr*. 23. 17.]

2. Quia rapinas meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquuntur.

3. Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.

4. In doctrina replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa et pulcherrima.

5. Vir sapiens, fortis est; et vir doctus, robustus et validus.

6. Quia cum dispositione initur bellum; et erit salus ubi multa consilia sunt.

7. Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.

8. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.

9. Cogitatio stulti peccatum est, et abominatio hominum detractor.

10. Si desperaveris lassus in die angustiæ; imminuetur fortitudo tua.

11. [a] Erue eos qui ducuntur ad mortem; et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. [a *Ps*. 81. 4.]

CAP. XXIV. — 5. *Vir sapiens fortis est.* D'après l'Hébreu : Un homme sage vaut plus qu'un homme vaillant, et l'homme qui a la science vaut plus que celui qui est rempli de force : car c'est avec une conduite sage et éclairée que vous ferez la guerre (Ce verset se trouve ainsi lié avec le suivant).

8. *Stultus vocabitur.* D'après l'Hébreu : Il passera pour un homme de pensées criminelles, pour un scélérat.

CAP. XXIV. — 1. *Ne æmuleris viros malos.* Vide dicta superiori c. n. 17.

3. *Ædificabitur domus.* Est in duobus hisce versiculis gradatio : nam sapientia, prudentia et doctrina, quæ omnia pro eodem ut synonyma accipiuntur, dicitur ædificari domus, deinde roborari et firmari, tandem divitiis locupletari. Porro domus ædificatio, etc., non de materiali domo intelligenda est, sed de recta institutione familiæ, quæ fit per prudentiam et sapientiam ejus qui illi præest.

4. *Cellaria.* Apothecæ, domus officinæ et cubicula.

5. *Vir sapiens fortis est.* Quia licet corporis viribus sit nonnunquam infirmior, tamen per sapientiam et prudentiam ita supplet fortitudinis defectum, ut adversarios superet.

6. *Cum dispositione initur bellum.* Multum in bello potest militum ordo et bellica disciplina, consilia, astus et stratagemata.

7. *Excelsa stulto sapientia.* Ad sapientiam stultus pertingere non potest, quasi edito loco alta esset, ad quam illi nefas aspirare, vel ad quam ille se perventurum desperat. — *In porta non aperiet os suum.* Non intererit publicis consiliis, aut judiciis, hæc enim prudentiam et sapientiam requirunt. Vel sensus est, præ imperitia non habiturum quomodo objecta diluat, si reus agatur in porta; contra quam de sapiente illud Psalmi 126, 5, usurpari potest : *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.*

8. *Stultus vocabitur.* In Hebr. est בעל מזמות *bahal mezimmoth*, quæ voces significant *virum scelerum*, id est, hominem sceleratum et flagitiosum. Hic etiam stultus bene dicitur, quia non habet rationem suæ salutis, quam qui negligit, vere desipit.

9. *Cogitatio stulti peccatum est.* Stultus et sceleratus de peccato perpetrando assidue cogitat. — *Abominatio hominum.* Qui enim audit detrahentem alteri cogitat sibi ab eodem detractore non parcendum cum absens fuerit.

10. *Si desperaveris.* Ex hebræo sic vertit Pagninus : *Remissus fuisti in die angustiæ : angusta fortitudo tua* : et sententia est, eorum exiguam esse fortitudinem et patientiam, qui ad quamlibet adversa concidunt animo, et desperant de meliore successu.

11. *Qui ducuntur ad mortem.* Quod intellige si innocentes sint, juxta illud Psal. 81, 4 : *Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.*

12. Si dixeris : Vires non suppetunt; qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.

13. Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo.

14. Sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ; quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.

15. Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus.

16. Septies enim cadet justus, et resurget; impii autem corruent in malum.

17. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum;

18. Ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam.

19. Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios :

20. Quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.

21. Time Dominum, fili mi, et regem; et cum detractoribus non commiscearis;

12. Si vous dites : Les forces me manquent, celui qui voit le fond du cœur le saura bien discerner. Rien n'échappe au Sauveur de votre âme, et il rendra à l'homme selon ses œuvres.

13. Mon fils, vous mangez le miel *avec plaisir*, parce qu'il est bon, et le rayon de miel, parce qu'il est doux à votre bouche;

14. Telle sera à votre âme la doctrine de la sagesse; quand vous l'aurez trouvée, vous espérerez à votre dernière heure, et votre espérance ne périra point.

15. Ne dressez point d'embûches au juste : ne cherchez point l'impiété dans sa maison; et ne troublez point son repos.

16. Car le juste tombera sept fois, et se relèvera; mais les méchants seront précipités dans le mal.

17. Ne vous réjouissez point quand votre ennemi sera tombé; et que votre cœur ne tressaille point de joie dans sa ruine;

18. De peur que le Seigneur ne le voie, que cela ne lui déplaise, et qu'il ne retire sa colère de dessus lui.

19. N'ayez point d'émulation pour les hommes corrompus, et ne portez point envie aux méchants;

20. Car les méchants n'ont point d'espérance pour l'avenir, et la lampe des impies s'éteindra *avec leur vie*.

21. Mon fils, craignez le Seigneur et le roi; et n'ayez point de commerce avec les médisants;

---

12. *Vires non suppetunt.* Je n'ai pas l'autorité, le pouvoir nécessaire, ou bien, selon l'Hébreu : Si vous dites : Je ne le connais point, et si vous méconnaissez ainsi votre frère, votre ami, votre parent, celui qui voit le fond du cœur, etc.

15. *Neque vastes requiem ejus.* Ne troublez pas son repos en lui imputant des fautes qu'il n'a pas commises, ou bien : Ne prenez pas plaisir malignement à relever ses faiblesses. Quand il tomberait sept fois par jour, il se relèvera toujours glorieusement, tandis que les impies seront précipités dans le plus épouvantable abîme, d'où ils ne se relèveront jamais.

---

12. *Vires non suppetunt.* Ad liberandum innocentem, calumniatoribus resistendo, et iis qui eum injuste opprimunt. — *Servatorem animæ tuæ.* In hebræo est נצר *notser* quod vertere possis, *qui servat*, vel *observat*, vel *qui custodit animam tuam*, nam utrumque significat verbum נצר *notser*. Sententia ergo est : qui observat animam tuam omnia videt, nec eum potes fallere. Vel sensus est : nihil fallit Deum servatorem animæ tuæ, cujus beneficio ut tu servaris immunis a multis malis, ita par est te etiam in aliis qui periclitantur servandis sollicitum esse. Fortasse sapiens allegoria eorum qui ad mortem corporis trahuntur excitare nos vult ad opem iis ferendam quibus mors spiritualis imminet.

13. *Comede, fili mi, mel.* Appete fructus sapientiæ, et cum eos adeptus fueris, illis fruere; quia animæ dulciores sunt quam favus mellis palato.

14. *Habebis in novissimis spem.* Vide dicta superiori cap. n. 18.

15. *Ne insidieris.* Monet sapiens ne quis curiosa observatione studeat in justo, qui pacate cum omnibus vivere conatur, invenire quod carpat, dolis ad hoc structis. Nam licet levia quædam in eo deprehendi possint errata, sine quibus hæc vita non ducitur, imo si quis sæpius etiam labitur, non facile tamen gravis aliqua culpa in eo invenietur. Vel sententia est : nolite, o impii, justis viris insidiari et eos vexare; nam etiamsi septies, id est, aliquoties vel sæpe cadant in aliqua mala, incommoda et angustias, Deus illos liberabit, et ad florentem statum excitabit; contra quam accidit impiis, qui si cadant funditus pereunt.

18. *Auferat ab eo.* Et in te transferat.

19. *Ne contendas cum pessimis.* Idem est quod, Psalm. 36, 1, dicitur : *Noli æmulari in malignantibus*; nam utrobique eadem sunt verba hebraica. Sensus est : noli imitari malos, aut commoveri invidia aut zelo ex eorum felicitate. — *Nec æmuleris impios.* Repetitio præcedentis sententiæ.

20. *Non habent futurorum spem mali.* Nam licet fortasse nunc abundent, tamen; ut est in Psalmo 75, 6, *nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* — *Lucerna impiorum extinguetur.* Habetur hæc sententia supra, c. 13, n. 9. Vide ibi dicta.

21. *Time Dominum.* Qui omnipotens est, et potest animam et corpus perdere in gehennam. — *Regem.* Qui in terris Dei vicarius est, *non enim sine causa gladium portat*, ad Rom. 13, 4. — *Detractoribus.* Qui Dei regisque mandatis detrahunt, male de iis loquentes, et ad eorum contemptum alios incitantes.

22. Car leur ruine viendra tout d'un coup : et qui pourra comprendre la punition *que* l'un et l'autre *en fera?*

23. Ce que je vais dire est aussi pour les sages. Il n'est pas bon de faire acception de personnes dans le jugement.

24. Ceux qui disent au méchant : Vous êtes juste, seront maudits des peuples et détestés des nations.

25. Ceux qui le reprennent en seront loués; et la bénédiction descendra sur eux.

26. Celui qui répond à un homme avec droiture, lui donnera un baiser à la bouche.

27. Préparez votre ouvrage au dehors, et remuez votre champ avec grand soin, pour bâtir ensuite votre maison.

28. Ne soyez point un faux témoin contre votre prochain; et que vos lèvres ne séduisent personne en le caressant.

29. Ne dites point : Je traiterai cet homme-là comme il m'a traité : je rendrai à chacun selon ses œuvres.

30. J'ai passé par le champ du paresseux et par la vigne de l'homme insensé,

31. Et j'ai trouvé que tout y était plein d'orties, que les épines en couvraient toute la surface, et que la muraille de pierre était abattue.

32. Ce qu'ayant vu, je l'ai mis dans mon cœur; et j'ai appris par cet exemple la conduite que *je dois tenir*.

33. Vous dormirez un peu, me suis-je dit : vous sommeillerez un peu, vous mettrez un peu vos mains l'une dans l'autre pour vous reposer :

34. Et l'indigence viendra se saisir de vous, comme un homme qui marche à grands pas; et la pauvreté s'emparera de vous comme un roi armé.

22. Quoniam repente consurget perditio eorum; et ruinam utriusque quis novit?

23. Hæc quoque sapientibus : *a* Cognoscere personam in judicio non est bonum. [a *Lev.* 19. 15. *Deut.* 1. 17. et 16. 19. *Eccl.* 42. 1.]

24. Qui dicunt impio : Justus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus.

25. Qui arguunt eum laudabuntur; et super ipsos veniet benedictio.

26. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.

27. Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum; ut postea ædifices domum tuam.

28. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quemquam labiis tuis.

29. *a* Ne dicas : Quomodo fecit mihi, sic faciam ei; reddam unicuique secundum opus suum. [a *Supr.* 20. 22.]

30. Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti;

31. Et ecce totum repleverant urticæ, et operuerant superficiem ejus spinæ, et maceria lapidum destructa erat.

32. Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam.

33. Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, ut quiescas;

34. Et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicitas quasi vir armatus.

22. *Ruinam utriusque quis novit?* Ces deux versets peuvent se traduire ainsi d'après l'Hébreu : Mon fils, craignez le Seigneur et le roi, et ne vous brouillez ni avec l'un ni avec l'autre, ou n'offensez ni l'un ni l'autre. Car la vengeance qu'ils exercent s'élèvera tout d'un coup; et qui pourra connaître ou comprendre la punition que l'un et l'autre feront subir à ceux qui les auront offensés?

29. *Secundum opus suum.* La vengeance n'appartient qu'à Dieu, et il punit sévèrement ceux qui veulent se faire justice ou se venger eux-mêmes.

---

22. *Perditio eorum.* Active perditio et exitium a Deo et rege in detractores. — *Ruinam utriusque.* Hoc etiam active eodem sensu. — *Quis novit?* Quasi dicat : Subito et inopinate auferetur.

23. *Hæc quoque sapientibus.* Hæc etiam quæ sequuntur dici sapientibus; nam insipientibus nihil profuerit dicere. — *Cognoscere personam.* Accipere personam. Vide dicta c. 18, n. 5.

24. *Qui dicunt impio : Justus es. Væ* (inquit Isaias, c. 5, v. 23) *qui justificatis impium pro muneribus, et justitiam justi aufertis ab eo.* — *Tribus.* LXX, gentes.

25. *Qui arguunt eum.* Qui impium redarguunt, et sontem inventum pro meritis puniunt.

26. *Labia deosculabitur.* Admittetur ad oscula, id est, arctam amicitiam. — *Qui recta verba respondet.* Recta verba respondet judex, qui sine consideratione personarum pronuntiat quod æquum est, et generatim quisquis rogatus sane et sapienter respondet.

27. *Præpara foris.* Tradit præceptum œconomicum, docens prius curandum ut ruri bene se habeant res nostræ, et ager bene sit cultus, etc., deinde ad urbanæ domus fabricam adjiciendum animum.

28. *Frustra.* Sine causa. LXX, *falsus.* — *Lactes.* Verbis blandis seducere coneris. Non semel supra dictum est *lacto* esse frequentativum a *lacio*, cujus composita sunt *allicio*, *illicio*, *etc.*

29. *Quomodo fecit mihi.* Quasi dicat : Ulciscar injurias.

32. *Posui in corde meo.* In Hebræo est, *posui cor meum.* Animum adverti. Italice dicimus : *Feci reflessione.* — *Exemplo.* Hominis pigri et stulti.

33. *Parum dormies.* Etiamsi parum dormias, aut etiam tantum dormites, quod tunc accidit cum in somnum proni, nondum tamen dormimus, veniet tibi, etc. — *Manus conseres.* Complicabis. Chald. *ad pectus applicabis.*

34. *Quasi cursor.* Qui lente progredienti subitus et inopinatus supervenit. — *Quasi vir armatus.* Ut non possis resistere.

CHAPITRE XXV.

De la gloire et du cœur des souverains. Ne point s'élever soi-même. Garder son secret. Promesse sans effet. Patience, douceur, sobriété, discrétion. Faire du bien à ses ennemis, modérer ses passions.

1. Hæ quoque parabolæ Salomonis quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.

2. Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.

3. Cœlum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile.

4. Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum.

5. Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.

6. Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.

7. Melius est enim ut dicatur tibi : Ascende huc : quam ut humilieris coram principe.

8. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito : ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.

9. Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo ne reveles :

10. Ne forte insultet tibi cum audierit, et exprobrare non cesset.

1. Les paraboles suivantes sont aussi de Salomon : elles ont été recueillies par les serviteurs d'Ezéchias, roi de Juda.

2. La gloire de Dieu est de cacher sa parole; et la gloire des rois est d'étudier leur conduite.

3. Le ciel dans sa hauteur, la terre dans sa profondeur, et le cœur des rois est impénétrable.

4. Otez la rouille de l'argent, et il s'en formera un vase très-pur.

5. Otez l'impiété de devant le roi, et son trône s'affermira par la justice.

6. Ne vous élevez point en honneur devant le roi, et ne vous tenez point parmi les grands.

7. Car il vaut mieux qu'on vous dise : Montez ici, que d'être humilié devant le prince.

8. Ne découvrez pas sitôt, dans une querelle, ce que vous avez vu de vos propres yeux, de peur qu'après avoir ôté l'honneur à votre ami, vous ne puissiez plus le réparer.

9. Traitez de votre affaire avec votre ami, et ne découvrez point votre secret à un étranger;

10. De peur que l'ayant appris, il ne vous insulte, et qu'il ne vous le reproche sans cesse.

Cap. XXV. — 1. *Hæ quoque parabolæ Salomonis.* Ici commence la troisième partie du livre des *Proverbes*. Les maximes dont elle se compose sont de Salomon comme les précédentes, mais elles n'ont pas été recueillies par le même auteur. Celles-ci ont été transcrites ou recueillies par des savants qui vivaient sous Ezéchias. Quels furent ces savants? Les uns croient, avec Ménochius, que ce fut Sobna, d'autres pensent, avec D. Calmet, que ce fut peut-être Isaïe, ou Eliacim ou d'autres hommes célèbres qui vécurent à cette époque

5. *Aufer impietatem de vultu regis.* Les impies font le déshonneur des cours où ils se glissent. Otez cette tache, et le trône du roi brillera de l'éclat le plus grand, comme l'argent purifié de l'oxyde qui le couvre.

7. *Ascende huc.* Cette maxime rappelle la parabole de l'Evangile (Luc., XIV, 10).

10. *Gratia et amicitia.* Ce verset n'est pas dans l'Hébreu, mais dans les Septante.

Cap. XXV. — 1. *Parabolæ Salomonis.* Quæ nimirum sequuntur, quemadmodum quæ præcesserunt. — *Transtulerunt.* Non ex una in alteram linguam, sed ex variis schedis, aut libris in quibus sparsim inventæ sunt, in unum collegerunt. — *Viri Ezechiæ.* Viri docti sub Ezechia, rege Juda, qualis fuit Sobna, qui in diebus Ezechiæ scriba fuit, hoc est, divinæ legis peritus.

2. *Celare verbum.* Vel sensus est, ad Dei gloriam et majestatem pertinere celare verbum, id est, abscondere rationes judiciorum et consiliorum suorum; nam cum sit summus omnium dominus, superiorem aut parem non habet, cui rationem reddere cogatur. Cui interpretationi ex adverso respondet altera pars sententiæ, *gloria regum investigare sermonem*, quasi dicat : Decorum est regibus suorum decretorum rationes et fundamenta investigare et in promptu habere, ut calumniatoribus satisfacere possint. Vel sensus est, ad Dei gloriam spectare quod sacræ Scripturæ non facile intelligantur; ad honorem vero regum pertinere earum occultos sensus rimari. Cur Deus voluerit obscuras esse sacras Litteras diximus in Prolegomenis, c. 19. * Potest etiam esse sententia, gloriosum esse principi nosse res subditorum suorum, opes, actiones, consilia.

3. *Cœlum sursum.* Ut difficile est investigare distantiam cœli a terra, seu cœli altitudinem et terræ profunditatem, ita regis cor. **Abditus principis sensus, et si quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps, nec ideo assequare*, ait Tacit. Annal.

4. *Aufer rubiginem.* Sicut cum aufertur rubigo de argento et scoria, egreditur vas purum : ita si auferatur impietas e regno, parum erit per justitiæ splendorem, et stabile etiam et firmum. — *Egredietur.* De manu artificis, qui illud formavit.

5. *De vultu regis.* A rege.

6. *Gloriosus.* Ostentator. LXX habent, *superbus.* — *In loco magnorum.* Coram regni proceribus, vel in loco eis destinato et debito, quasi dicat : Fuge ambitionem.

7. *Humilieris.* De loco quem occupaveras dejectus.

8. *Quæ viderunt oculi tui.* Si quod peccatum in proximo tuo notasti, quod illi objici possit.

10. *Insultet tibi.* Exprobrando et objiciendo dedecus aliquod tuum, quod illi tanquam amico, consilii capiendi causa, communicaveris. — *Gratia et amicitia liberant.* Vera amicitia et bene apud amicum fundata gratia ab hoc te liberabit incommodo. Vel sensus est : amicitia

La grâce et l'amitié délivrent : conservez-les avec soin, de peur que vous ne tombiez dans le mépris.

11. La parole dite en son temps est comme des pommes d'or sur un lit d'argent.

12. La réprimande faite au sage et à l'oreille obéissante est comme un pendant d'oreille d'or, avec une perle brillante.

13. L'ambassadeur fidèle est, à celui qui l'a envoyé, ce qu'est la fraîcheur de la neige pendant la moisson : il donne le repos à son âme.

14. Celui qui se vante et qui ne tient point ses promesses, est comme le vent et les nuées qui ne sont point suivies de la pluie.

15. Le prince se laisse fléchir par la patience; et la langue douce rompt ce qu'il y a de plus dur.

16. Avez-vous trouvé du miel? mangez-en ce qui vous suffit, de peur qu'en ayant pris avec excès, vous ne le rejetiez.

17. Retirez votre pied de la maison de votre prochain, de peur qu'étant dégoûté de vous, il ne vous haïsse.

18. Celui qui porte un faux témoignage contre son prochain est un dard, une épée et une flèche perçante.

19. Espérer en un *ami* infidèle au jour de l'affliction, c'est faire fond sur une dent pourrie et sur un pied lassé,

20. Et c'est se trouver sans manteau dans le plus grand froid.

Gratia et amicitia liberant : quas tibi serva, ne exprobrabilis fias.

11. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.

12. Inauris aurea, et margaritum fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedientem.

13. *a* Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius requiescere facit. [*a Infr.* 26. 6.]

14. Nubes, et ventus, et pluviæ non sequentes, vir gloriosus, et promissa non complens.

15. *a* Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiam. [*a Supr.* 15. 1.]

16. Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.

17. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.

18. Jaculum, et gladius, et sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

19. Dens putridus, et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ,

20. Et amittit pallium in die frigoris.

20. *Acetum in nitro.* Ces chants, au lieu de calmer l'affligé, ne servent qu'à irriter son mal et à l'augmenter. — Le nitre est une sorte de sel que le vinaigre dissout très-promptement.

---

cum magnis viris et principibus ἐλεύθερον, id est, liberum et ingenuum reddit. — *Quas tibi serva.* Vel ut est in græco, tibi confirma et stabili, *τήρησον σεαυτῷ*. — *Ne exprobrabilis fias.* Sic enim te dilexerit amicus ex animo, omnia quæ ad tuum dedecus pertinere poterunt caute vitabit, nec ullo modo proferet. Vel sensus est : ne vilis fias; qui enim magnatum amicitiis fulti non sunt, parvi fieri solent.

11. *Mala aurea.* Ut mala aurea argenteis lectis columellis imposita propter elegantiam operis oculos tenent et delectant; ita quæ sapienter et opportune dicuntur audientes oblectant, et ipsi dicenti decus adduut. Vide sequentia. — *In lectis argenteis.* LXX habent, ἐν ὁρμίσκῳ Σαρδίου, *in monili Sardii*. Symmachus et Theodotio, ἐν περιβλέπτοις ἀργυρίου, *in conspicuis, sive elegantibus lectis argenteis*. Videtur commodus sensus esse posse : quemadmodum malum aureum in argenteo, vel alioqui pretioso monili eleganter insculptum (qualia fieri solent encarpa ex implexis floribus, frontibus, fructibus) mirum quantum delectat, sic verbum sapiens opportune prolatum. Italice diceremus : *E come una gioja legata in oro.* Itaque illud, *in lectis*, non intelligo de lectulo ad quietem capiendam comparato, sed de areola, in qua gemma, aut aliquid aliud pretiosum inseritur, vel insculpitur, qualis est pala in annulo, quæ bene lectus appellatur, quia in ea lapillus collocatur, et quodammodo quiescit. Italice etiam cum alicui rei locum sternimus, aut paramus, dicimus : *Farle in letto.* Quæ in hujus versiculi explicatione diximus, ex dicendis proximo versiculo confirmantur, et lucem accipiunt.

12. *Inauris aurea.* Quemadmodum margaritum fulgens inaurem auream, cui inseritur, multum ornat; ita monitum sapiens aurem obedientem, quæ scilicet corripientem audit.

13. *In die messis.* Refrigerat et lætificat, tunc enim æstus maxime viget. — *Ita legatus* Refrigerat æstuantem principis animum, et maxime de gravi negotio quod tractatur sollicitum.

14. *Nubes et ventus.* Quemadmodum aliquando nubes cœlum tegunt, et ventus ingruit, et tonitrua strepunt, et tamen imbres in terram non effunduntur; ita jactabundi quidam homines multa pollicentur, parum aut nihil præstant.

15. *Patientia.* Hoc est quod dictum est supra, c. 15, n. 1 : *Responsio mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem.*

16. *Mel invenisti.* Quasi dicat : Modum adhibe in omnibus, ac præsertim in iis quæ sensus oblectant.

17. *Subtrahe.* LXX, σπάνιον εἴσαγε, *raro induc;* hebræus, *pretiosum fac.* * Martialis :

Nulli te facias nimis sodalem.

19. *Dens putridus.* Ut dens putridus cibos molere, aut durum aliquid comminuere non potest, sed potius, si illo uti velis, dolorem creat; ita qui spem collocat in infideli amico. Eodem spectat similitudo pedis lassi, fatigati scilicet, aut morbo, qualis est podagra, laborantis, quo frustra quis nititur.

20. *Et amittit pallium.* Frustra sperat, et se nunc destitutum animadvertit, cum maxime illius opera indiguisset, sicut pallio hieme ad frigus arcendum indigemus. — *Acetum in nitro.* Pagninus ex sententia R. David putat nitrum esse alumen quo lana dealbatur, aut saponem quo vestes purgantur a sordibus; nam et Græci putant νίτρον dici ἀπὸ τοῦ νίπτειν, quod est abluere et tergere, eo quod abluendi et purgandi habeat facultatem; nisi potius sit vox hebraicæ originis; nitrum enim hebræi נֶתֶר *nether* appellant. Cajetanus ait se experientia edoctum vestes sapone non mundari, si ei addatur acetum. Sensus ergo erit : qui cordi malis vehementer afflicto carmina aut rationes consolatorias importune inculcat, dolorem non magis abstergit quam eluantur e vestibus maculæ sapone et aceto. Beda indicat acetum nitro superfusum efficere ut nitrum protinus ebulliat, fumet et crepitet, ut viva calx cum aqua maceratur : sic accidit importune consolationem ingerenti; nam mœrentis animus potius irritatur et excandescit, quam lenitur. * Alii contra putant sensum esse, viri prudentis artificiose compositis verbis dolorem leniri, quemadmodum acetum cum alumine seu sale permixtum, si in aures instilletur, sordes et purulentiam earumdem expurgat, et tinnitu sanat, licet acrimonia sua mordeat. Vide Vales. de sacra Philos., c. 66.— *Cordi pessimo.* In Hebræo est, *cordi malo*, id est, tristi et mœrenti. — *Nocet cordi.* Illud curis exedendo.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.

Sicut tinea vestimento, et vermis ligno : ita tristitia viri nocet cordi.

21. *a* Si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitierit, da ei aquam bibere :

22. Prunas enim congregabis super caput ejus, et Dominus reddet tibi.

23. Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem. [*a Rom.* 12. 20.]

24. *a* Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, et in domo communi. [*a Supr.* 21. 9.]

25. Aqua frigida animæ sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua.

26. Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.

27. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum : *a* sic qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria. [*a Eccli.* 3. 22.]

Les cantiques que l'on chante devant celui dont le cœur est corrompu, sont comme le vinaigre qu'on met dans le nitre.

Comme le ver mange le vêtement, et la pourriture le bois; ainsi la tristesse de l'homme lui ronge le cœur.

21. Si votre ennemi a faim, donnez-lui à manger; s'il a soif, donnez-lui de l'eau à boire :

22. Car vous amasserez ainsi sur sa tête des charbons de feu, et le Seigneur vous le rendra.

23. Le vent d'aquilon dissipe la pluie; et le visage triste, la langue médisante.

24. Il vaut mieux se retirer en un coin sur le haut de la maison que de demeurer avec une femme querelleuse dans une maison commune.

25. Une bonne nouvelle qui vient d'un pays éloigné, est comme de l'eau fraîche à celui qui a soif.

26. Le juste qui tombe devant le méchant est une fontaine qu'on a troublée avec le pied, et une source qu'on a corrompue.

27. Le miel n'est pas bon à celui qui en mange beaucoup; et celui qui veut sonder la majesté sera accablé de sa gloire.

22. *Prunas enim congregabis.* Ces charbons enflammés sont le symbole de la charité. L'auteur veut dire qu'à force de générosité on oblige son ennemi à désarmer et à substituer dans son cœur l'amour à la haine. Saint Paul emploie les mêmes expressions : *Carbones ignis congeres super caput ejus* (Rom., XII, 20).

23. *Ventus aquilo.* L'Hébreu porte au contraire : Le vent du nord produit la pluie, et le visage irrité provoque la langue qui se tenait cachée. Cette interprétation nous semble plus plausible : car le nord-ouest amenait la pluie sur la Judée, et c'était le sud-est qui la chassait; parce que la Méditerranée s'étendait le long de l'Occident vers le nord, tandis que du côté de l'Orient, en déclinant vers le sud, étaient les déserts de l'Arabie.

26. *Justus cadens coram impio.* Cette chute du juste devient un scandale pour l'impie. Ses exemples n'étant pas d'accord avec ses paroles, le méchant cherche à en profiter pour obscurcir la doctrine elle-même. Ezéchiel parle dans le même sens des pasteurs prévaricateurs qui troublent l'eau qu'ils doivent distribuer au peuple, lorsqu'il leur arrive de compromettre leur enseignement par une conduite criminelle.

---

22. *Prunas... congregabis.* Ignitos carbones, non iræ, aut vindictæ, sed charitas et amoris qui eum inflammat ad redamandum.

23. *Ventus aquilo.* Ut aquilone nubes dissipantur, ita tristi audientis facie de absentibus oblocutiones, quæ tunc locum non habent cum non excipiuntur auribus secundis.

24. *Melius est sedere.* Hoc explicatum est supra, c. 21, n. 9.

25. *Aquæ frigida.* Ut haustus aquæ frigidæ sitienti gratissimus est, ita bonus nuntius diu e longinqua regione expectatus.

26. *Vena corrupta.* Vena aquæ turbata, aut infecta sordibus : cum enim justus in peccatum aliquod labitur, ejus fama ab impiis denigratur. — *Cadens.* In calamitatem, aut in peccatum, aut injusta sententia oppressus, ut mox dicam. — *Coram impio.* Impio vidente, vel impellente suasionibus, aut metu. Vel est sententia versiculi, tunc justitiæ fontem turbatum plane esse, cum justus coram impio causa cadit in judicio.

27. *Non est ei bonum.* Quia licet sit suave gustui, tamen immodice sumptum valetudini incommodat, et stomachum gravat. Vide supra versiculum 16. — *Sic qui scrutator est majestatis.* Quasi dicat : Licet divina scrutari sit suavissimum, tamen etiam in hoc modus statuendus est, ne hujusmodi cibo plus quam ferre potest aut digerere stomachus noster, gravati, obruamur rerum excellentia et majestate.

28. Celui qui, en parlant, ne peut retenir son esprit, est comme une ville tout ouverte, qui n'est point environnée de murailles.	28. Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

CHAPITRE XXVI.

De l'insensé; de celui qui se croit sage; du faux ami; de la mauvaise langue; de celui qui cache sa haine.

1. Comme la neige vient mal en été, et la pluie pendant la moisson; ainsi la gloire sied mal à un insensé.	1. Quomodo nix in æstate, et pluviæ in messe : sic indecens est stulto gloria.
2. Comme un oiseau qui vole d'un lieu à un autre, et un passereau qui court de tous côtés, ainsi la malédiction qu'un homme prononce sans sujet retombe.	2. Sicut avis ad alia transvolans, et passer quolibet vadens : sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.
3. Le fouet est pour le cheval, le mors pour l'âne, et la verge pour le dos de l'insensé.	3. *a* Flagellum equo, et camus asino, et virga in dorso imprudentium. [*a Supr.* 23. 13.]
4. Ne répondez point au fou selon sa folie, de peur que vous ne lui deveniez semblable.	4. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.
5. Répondez au fou selon sa folie, de peur qu'il ne s'imagine qu'il est sage.	5. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.
6. Celui qui fait porter ses paroles par l'entremise d'un insensé, se rend boiteux, et il boit l'iniquité.	6. *a* Claudus pedibus, et iniquitatem bibens; qui mittit verba per nuntium stultum. [*a Supr.* 26. 13.]
7. Comme en vain le boiteux a de belles jambes, ainsi les sentences graves sont indécentes dans la bouche de l'insensé.	7. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias sic indecens est in ore stultorum parabola.
8. Celui qui élève en honneur un homme qui n'est pas sage, est comme celui qui jette une pierre dans le monceau de Mercure.	8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii : ita qui tribuit insipienti honorem.

9. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti; sic parabola in ore stultorum.	9. La parole est, dans la bouche des insensés, comme une épine qui naîtrait dans la main d'un homme ivre :
10. Judicium determinat causas : et qui imponit stulto silentium, iras mitigat.	10. La sentence du juge décide les procès; et celui qui impose silence à l'insensé apaise les troubles.
11. *a* Sicut canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. [*a II. Petr.* 2. 22.]	11. L'imprudent qui retombe dans sa folie est comme le chien qui retourne à ce qu'il avait vomi.
12. Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.	12. Avez-vous vu un homme qui se croit sage? espérez mieux de celui qui *reconnaît qu*'il n'a point de sens.
13. Dicit piger : Leo est in via, et leæna in itineribus :	13. Le paresseux dit : Le lion est dans la voie; la lionne est dans les chemins.
14. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.	14. Comme une porte roule sur ses gonds, ainsi le paresseux tourne dans son lit.
15. *a* Abscondit piger manum sub ascella sua, et laborat si ad os suum eam converterit. [*a Supr.* 19. 24.]	15. Le paresseux cache sa main sous son aisselle, et il a peine à la porter jusqu'à sa bouche.
16. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.	16. Le paresseux se croit plus sage que sept hommes qui ne disent que des choses bien sensées.
17. Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, et commiscetur rixæ alterius.	17. Celui qui en passant se mêle dans une querelle qui ne le regarde point, est comme celui qui prend un chien par les oreilles.
18. Sicut noxius est qui mittit sagittas, et lanceas in mortem :	18. Comme celui qui lance des flèches et des dards pour tuer un autre est coupable de sa mort;
19. Ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo : et cum fuerit deprehensus, dicit : Ludens feci.	19. Ainsi l'est celui qui use d'artifices pour nuire à son ami, et qui dit, lorsqu'il est surpris : Je ne l'ai fait qu'en jouant.
20. Cum defecerint ligna, extingue-	20. Quand il n'y aura plus de bois, le feu s'é-

Cap. XXVI. — 2. *Sic maledictum frustra prolatum.* La malédiction prononcée sans sujet ressemblera à ces oiseaux qui volent d'un côté et d'un autre sans but; on ne devra point s'en occuper, puisqu'elle doit aller ici ou là sans but arrêté, et frapper ainsi au hasard.

5. *Responde stulto.* Dans le verset précédent, il est dit : *Ne respondeas.* Ces deux maximes ne sont pas opposées, parce qu'il y a des cas où il faut répondre à l'insensé, et il y en a d'autres où on ne le doit pas. Il vaut mieux mépriser ses paroles que de les réfuter.

8. *Lapidem in acervum Mercurii.* Il paraît, dit la Bible de Vence, que saint Jérôme a pris des Juifs cette interprétation, qui est soutenue par quelques-uns de leurs rabbins. Mais d'autres rabbins s'en éloignent, et les Pères suivent plutôt le sens des Septante : « Celui qui élève en honneur un insensé est comme celui qui met une pierre dans une fronde : cette pierre s'échappera et ira frapper quelqu'un; le fou abusera de son autorité et frappera témérairement le premier qui se rencontrera. »

12. *Magis illo spem habebit insipiens.* En effet, la présomption du premier le fera tomber en beaucoup de fautes; la défiance du second les lui fera éviter.

---

28. *Sicut urbs.* Similis est loquax civitati incustoditæ et sine ambitu murorum, ex qua quilibet et qua voluerit, hora exire possit, quia nimirum verba temere erumpunt, nec examinantur judicio rationis antequam proferantur. — *Spiritum suum.* Loquendi intemperantiam.

Cap. XXVI. — 1. *Nix in æstate.* Quæ maturandis frugibus nocet. — *Pluviæ in messe.* Quæ ipsam messem impediunt. — *Indecens est stulto gloria.* Male enim collocantur honores cum tribuuntur insipientibus, qui illis male utuntur.

2. *Sicut avis.* Significat maledicta quæ sine causa in aliquem jaciuntur illi non obesse, sed similia prætervolanti aviculæ quæ non amplius apparet. *Frustra.* Sine causa. — *In quempiam superveniet.* In quempiam jacietur.

3. *Flagellum equo.* Ut equus et asinus freno indigent et flagello, quia ratione carent, et sensu reguntur; ita imprudens flagello opus habet, quod ad ea urgeatur quæ refugit; freno, ut cohibeatur ab iis quæ male appetit. *Camus asino.* Quod flagellum equo, et chamus sive frenum asino tribuitur, non sic accipiendum, quasi unum uni et alterum alteri proprie conveniat; sed est phrasis hebræa divisim duobus tribuens quod conjunctim utrique convenit. Idem ergo est ac si dictum fuisset : Sicut flagellum et frenum debetur equis et asinis, ita, etc.

4. *Juxta stultitiam.* Illius imitando stultitiam, vociferando, contendendo, conviciando

5. *Juxta stultitiam suam.* Ut illius moretur stultitia, eam solidis rationibus revincendo, et gravibus prudentibus verbis arguendo. * Vel etiam verberibus illius petulantiam coercendo, ne magis insolescat. Hunc enim aptum esse modum agendi cum stultis docuit sapiens proxime superiori versiculo tertio. Hæ sententiæ sibi videntur adversari; sed, adhibita temporum et rerum discretione, facile conciliantur. Sic Pythagoras dicebat. Λεωφόρῳ βαδίζειν, *Via regia incedere*; et rursus : Λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν, *Via regia non incedere.*

6. *Claudus pedibus.* Quasi dicat : Non alius utatur nuntio stulto, quam is qui claudus ita sit, ut ipse nullo modo ire possit. — *Iniquitatem bibens.* Vel, ut ex hebræo verti potest, *bibens damnum.* Dicitur autem bibere damnum qui damno afficitur, eadem phrasi qua dicitur Job 21, 20 : *De furore Omnipotentis bibet*; et c. 34, 7 : *Bibit subsannationem quasi aquam.* Sensus autem Vulgati qui vertit, *iniquitatem*, esse potest, eum bibere, aut devorare pœnam errati sui, qui nuntium stultum aliquo destinat.

7. *Quomodo pulchras.* Sententia est : Quemadmodum claudus frustra pulchras habet tibias, cum illis uti bene non possit; ita non decet in ore stulti parabola, qui illa bene et opportune uti nescit.

8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii.* Docet sapiens rem absurdissimam eum facere qui immerentem honoribus et dignitatibus ornat, non minus quam faceret ille qui pretiosum lapidem in acervum communium lapidum projiceret, quales cumuli ad statuas Mercurii in biviis aut triviis juxta veterum consuetudinem passim cernebantur, quos cumulos transeuntes augebant accessione lapidis alicujus quem in eum jaciebant. LXX legunt, *sicut qui ligat lapidem* ἐν σφενδόνῃ, id est, sicut qui lapidem aliquem communem et vilem aurea annuli pala illigat, rem absurdam facit; ita qui tribuit honorem insipienti : est enim σφενδόνη, latior et turgidior annuli pars cui inseritur gemma. Aliqui vocem hebraicam מרגמה *margema*, purpuram significare putant, vel certe per metathesim litterarum factam ex ארגמן *argaman*, quo nomine purpura appellatur apud Hebræos, et sensum esse, rem facere absurdam eum qui dat honorem insipienti, et insignia dignitatis, purpuram, lictores, etc., perinde ac si lapidem purpura circumvestiret.

9. *Quomodo si spina.* Sicut monstrum sit spinam nasci loco non suo, nec inutili, ita, etc. Vel certe *nasci* idem est ac *inveniri*, ut sensus sit : quemadmodum si spinosus ramus sit in manu temulenti, quo ille bene non utitur, sed seipsum illius tractatione cruciat, et alios etiam lacerat; ita si parabola, hoc est, sapiens dictum, quo pungi quis posset, et ad virtutem stimulari, sit in ore stulti, qui non bene nec in tempore illa uti novit.

10. *Judicium.* Quemadmodum judicio, hoc est prolata judicis sententia dirimuntur controversiæ, et silentium imponitur litigatoribus; ita sapiens, qui stulto silentium indicit, iras et lites componit et sedat.

11. *Ad vomitum suum.* Iterum comedendo id quod evomuerat. * Eamdem similitudinem habemus II. Petr. 2, 22, ubi *verum proverbium* appellat.

12. *Spem habebit.* Sperare possit.

13. *Leo est in via.* Explicatum est supra, c. 22, 13.

14. *Sicut ostium.* Movetur et vertitur, sed semper in eodem loco hæret, ita piger in lectulo.

15. *Abscondit.* Supra, c. 19, 24, explicatum est. — *Laborat.* Illum etiam piget ad os manum admovere.

16. *Sapientior sibi piger videtur.* Id illi persuadet pigritia, quæ auctor est ne sollicite adeat prudentiores, et illos consulat. Vel se putat sapientiorem eligendo otio et quiete, iis qui negotiosam vitæ rationem elegerunt.

17. *Sicut qui apprehendit auribus canem.* Canis enim est animal quod facile irritatur; itaque auribus apprehensus dentes et rictum convertit in eum a quo tenetur. Idem accidit frequenter iis qui se rixis immiscent; nam rixantium tela in se convertunt. Pagninus vertit ex hebræo, *sic qui transit, et irascitur in lite non sua.*

18. *In mortem.* Ad occidendum, vel mortiferas.

teindra; et aussi quand il n'y aura plus de semeurs de rapports, les querelles s'apaiseront.

21. Ce qu'est le charbon à la braise et le bois au feu, l'homme colère l'est pour allumer des disputes.

22. Les paroles du semeur de rapports paraissent simples; mais elles percent jusqu'au fond des entrailles.

23. Les lèvres superbes, jointes au cœur corrompu, sont comme de l'argent impur dont on veut orner un vase de terre;

24. L'ennemi se fait connaître à ses paroles, lors *même* qu'au fond de son cœur il ne pense qu'à tromper.

25. Quand il vous parlerait d'un ton humble, ne vous fiez point à lui, parce qu'il y a sept replis de malice au fond de son cœur.

26. Celui qui cache sa haine sous une apparence feinte verra sa malice découverte dans l'assemblée publique.

27. Celui qui creuse la fosse tombera dedans; et la pierre retournera contre celui qui l'aura roulée.

28. La langue trompeuse n'aime point la vérité; et la bouche flatteuse cause des ruines.

tur ignis : et susurrone subtracto, jurgia conquiescent.

21. Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, *a* sic homo iracundus suscitat rixas. [a *Supr.* 15. 18.]

22. Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris.

23. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

24. Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos.

25. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei : quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.

26. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in consilio.

27. Qui fodit foveam, incidet in eam : et qui volvit lapidem, revertetur ad eum.

28. Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas.

CHAPITRE XXVII.

Incertitude du lendemain; de l'adulation; des bons conseils; du serviteur. Les louanges sont l'épreuve du cœur. Devoirs des bergers.

1. Ne vous glorifiez point pour ce *que vous voulez faire* le lendemain, parce que vous ignorez ce que doit produire le jour suivant.

2. Qu'un autre vous loue et non votre bouche; que ce soit un étranger et non vos propres lèvres.

1. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies.

2. Laudet te alienus, et non os tuum : extraneus, et non labia tua.

23. *Quomodo si argento sordido ornare velis.* D'après l'Hébreu : Des lèvres brûlantes de zèle avec un cœur mauvais, sont comme de l'écume d'argent sur un vase de terre. Ce sont de faux dehors, le fond n'est d'aucun prix.

---

21. *Sicut carbones ad prunas.* Ut carbo si admoveatur prunis ardentibus ignem concipit, sic iracundus occasione oblata facile exardescit.

22. *Verba susurronis.* Explicatum est supra, c. 18, 8.

23. *Quomodo si argento sordido.* Argentum sordidum appellat argentum a scoria non expurgatum, vel ipsam argenti scoriam, et sententia est : quemadmodum vasi fictili et vili non male convenit vile argentum, sive scoria, quæ argenti quoddam est quasi excrementum; ita bene sociantur inter se labia tumentia, hoc est, lingua arrogans et superba, et cor malignum, quasi dicat : Dignum est patella operculum. — *Labia tumentia.* In hebræo est, *labia* דלקים *doleqim*, quod alii vertunt : Symmachus, *labia inflammantia*; Aquila et Theodotio, *ardentia*; Cajetanus, *comburentia*; Pagninus, *succedentia lites*; Isidorus Clarius, *blandientia*.

24. *Labiis suis.* Sermone, verbis; licet enim dolos occultare nitatur, tamen semper aliquæ sceleris notæ in verbis, aut in vultu, aut gestibus apparent.

25. *Submiserit vocem suam.* Blandiens, modeste et demisse loquendo. — *Septem.* Id est, plurimæ.

26. *Revelabitur.* Nihil enim occultum, quod non reveletur. — *In concilio.* In multorum conventu, palam.

27. *Qui fodit foveam.* Eo consilio ut in eam proximus incidat; simile illud Davidicum : *Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit*, Psal. 7, 16. — *Qui volvit lapidem.* Hoc videtur esse quod dicitur Eccli. 27, 28 : *Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet.* Itaque *volvere lapidem*, est illum rotare funda, ut ejaculeris; hanc enim significationem admittit radix hebraica גלל *galal*.

28. *Os lubricum.* Quod facile loquitur, nec fideliter servat arcana. LXX habent ἄστεγον, *apertum, sine tegmine.* Alii interpretantur, os lene, molle, blandum, ac proinde fraudulentum et fallax.

Cap. XXVII. — 1. *In crastinum.* LXX, *ob futura in crastinum.* Concinit S. Jacobus, c. 4, n. 13, cum ait : *Ecce nunc qui dicitis : Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, etc.*

3. *a* Grave est saxum, et onerosa arena : sed ira stulti utroque gravior. [a *Eccli.*, 22. 18.]

4. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor : et impetum concitati ferre quis poterit?

5. Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.

6. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.

7. *a* Anima saturata calcabit favum : et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. [a *Job.* 6. 7.]

8. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum :

9. Unguento et variis odoribus delectatur cor : et bonis amici consiliis anima dulcoratur.

10. Amicum tuum, et amicum patris tui ne dimiseris; et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.

Melior est vicinus juxta, quam frater procul.

11. Stude sapientiæ, fili mi, et lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.

12. Astutus videns malum, absconditus est : parvuli transeuntes sustinuerunt dispendia.

13. *a* Tolle vestimentum ejus, qui spopondit pro extraneo : et pro alienis, aufer ei pignus. [a *Supr.* 20. 16.]

14. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.

3. La pierre est lourde et le sable est pesant : mais la colère de l'insensé pèse encore plus que l'un et l'autre.

4. La colère et la fureur qui éclate est sans miséricorde : et qui pourra soutenir la violence d'un homme emporté.

5. La correction manifeste vaut mieux que l'amour secret.

6. Les blessures que fait celui qui aime, valent mieux que les baisers trompeurs de celui qui hait.

7. L'âme rassasiée foulera aux pieds le rayon de miel; et l'âme pressée par la faim trouvera même doux ce qui est amer.

8. Un homme qui abandonne son propre lieu est comme un oiseau qui quitte son nid;

9. Le parfum et la variété des odeurs est la joie du cœur : et les bons conseils d'un ami sont les délices de l'âme.

10. N'abandonnez point votre ami ni l'ami de votre père : et n'entrez point dans la maison de votre frère au jour de votre affliction.

Un voisin qui est proche vaut mieux qu'un frère qui est éloigné.

11. Travaillez, mon fils, à acquérir la sagesse, et donnez à mon cœur la joie, afin que vous puissiez répondre à celui qui vous fera des reproches.

12. L'homme habile a vu le mal, et il s'est caché : les imprudents ont passé outre, et ils en ont souffert la perte.

13. Otez le vêtement de celui qui a répondu pour un étranger; ôtez-lui le gage qu'il a donné pour les autres.

14. Celui qui se hâte dès le matin de louer son ami à haute voix sera bientôt semblable à celui qui en dit du mal.

Cap. XXVII. — 4. *Ira non habet misericordiam.* D'après l'Hébreu : La fureur est cruelle et la colère est comme un débordement et une inondation, mais qui pourra subsister devant l'envie?

10. *Melior est vicinus.* Ce verset n'est point dans l'Hébreu, mais on le trouve dans la version des Septante. On peut le prendre au figuré et dire : Un voisin qui vous aime vaut mieux qu'un frère qui est peu touché de vos peines. C'est le sens adopté par le P. de Carrières dans sa paraphrase.

14. *Maledicenti similis erit.* A ces louanges outrées, succéderont bientôt des railleries. D'après l'Hébreu : Ses bénédictions lui seront comptées pour malédictions.

---

3. *Ira stulti.* Qui sine causa et immodice irascitur. — *Utroque gravior.* Quia saxa et arenæ gravant corpus; ira stulti molesta est et gravis animo.

4. *Ira.* Dum fervet, dum calet irati animus et æstuat.

5. *Amor absconditus.* Nullo beneficio se prodens.

6. *Vulnera.* Severa correptio.

7. *Anima saturata.* Qui jam cibo satur est. — *Calcabit.* Rejiciet, despiciet, fastidiet.

8. *Sicut avis.* Sententia est, eum qui statum et vocationem suam deserit, multis incommodis et periculis se exponere; est enim similis avibus quæ cum e nido evolant, et huc illucque vagantur, aut visco capiuntur, aut alia ratione aucupum præda fiunt.

9. *Unguento.* Ut odoratis unguentis et aromaticis cor recreatur, ita mens anxia opportuno sapientis amici consilio.

10. *Domum fratris tui.* Cura ut non sit tibi necesse confugere ad propinquos tuos, in quibus minus aliquando præsidii invenitur quam in antiquo et probato amico. Itaque amicitias cole et conserva. Vel etiam propterea plus aliquando in amicis sperandum est, quia in proximo habitant, cum propinqui nonnunquam a nobis longe sint dissiti, quod sequens indicat versiculus. — *Melior est vicinus.* Vide proxime dicta.

11. *Ut possis exprobranti respondere sermonem.* Ut si quis ignaviam exprobret, ostendere possis te bene tempus posuisse, et sapientiam nactum esse. Vel, ut si quis tibi crimen aliquod impingat, te ipsum a calumnia vindicare possis, et causam tuam defendere.

12. *Astutus.* Hic versiculus explicatus est c. 22, n. 3.

13. *Tolle vestimentum.* Supra, c. 20, n. 16, habetur hæc eadem sententia. Vide ibi dicta.

14. *Qui benedicit.* Contra eos qui inopportuno tempore aliquid faciunt. Talis esset qui nocturno tempore cum dormiendum est me laudaret; quamvis enim laus grata nostris auribus soleat accidere, cum iis tamen adjuncta est permolesta. Vel sermo est de matutinis salutatoribus, tunc adire et salutare volentibus, cum adhuc sunt tenebræ. — *Maledicenti similis erit.* Molestiam creat ac si malediceret.

15. La femme querelleuse est semblable à un toit d'où l'eau dégoutte sans cesse pendant l'hiver;

16. Celui qui la veut retenir est comme s'il voulait arrêter le vent; et elle lui sera comme une huile qui s'écoule de sa main.

17. Le fer aiguise le fer; et la vue de l'ami excite l'ami.

18. Celui qui garde le figuier mangera de son fruit; et celui qui garde son seigneur sera élevé en gloire.

19. Comme on voit reluire dans l'eau le visage de ceux qui s'y regardent, ainsi les cœurs des hommes sont découverts aux hommes prudents.

20. L'enfer et l'abîme de perdition ne sont jamais rassasiés : ainsi les yeux des hommes sont insatiables.

21. Comme l'argent s'éprouve dans le creuset et l'or dans le fourneau; ainsi l'homme est éprouvé par la bouche de celui qui le loue.

Le cœur du méchant recherche le mal; et le cœur droit cherche la science.

22. Quand vous pileriez l'imprudent dans un mortier comme on y bat du grain, en frappant dessus avec un pilon, vous ne lui ôteriez pas son imprudence.

23. Remarquez avec soin l'état de vos brebis; et considérez vos troupeaux :

24. Car la puissance que vous avez ne durera pas toujours; mais la couronne que vous recevrez sera stable dans tous les siècles des siècles.

25. Les prés sont ouverts, les herbes vertes ont paru, et l'on a recueilli le foin des montagnes :

15. [a] Tecta perstillantia in die frigoris, et litigiosa mulier comparantur : [a *Supr.* 19. 13.]

16. Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, et oleum dexteræ suæ vocabit.

17. Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.

18. Qui servat ficum, comedet fructus ejus : et qui custos est domini sui, glorificabitur.

19. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum *manifesta* sunt prudentibus.

20. Infernus et perditio nunquam implentur : similiter et [a] oculi hominum insatiabiles. [a *Eccli.* 14. 9.]

21. [a] Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum : sic probatur homo ore laudantis. [a *Supr.* 17. 3.]

Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.

22. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.

23. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera :

24. Non enim habebis jugiter potestatem : sed corona tribuetur in generationem et generationem.

25. Aperta sunt prata, et apparuerunt herbæ virentes, et collecta sunt fœna de montibus.

23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Les maximes suivantes sont des préceptes qui se rapportent à la vie pastorale qui était tout particulièrement en honneur parmi les Hébreux. Salomon en vante la simplicité et la facilité, et la préfère aux dignités publiques qui sont plus éclatantes, mais moins sûres.

---

15. *Tecta perstillantia.* Vide supra, c. 19, n. 13.

16. *Qui retinet eam.* Qui cohibere conatur eam, ne clamet aut rixetur. — *Quasi qui ventum teneat.* Frustra laborat. — *Oleum dexteræ suæ vocabit.* Perinde est eam tenere ac oleum manu constringere, quod cum lubricum sit, quanto magis manum in pugnum cogis, tanto citius effluit. — *Vocabit.* Revocabit, frustra conabitur retinere.

17. *Homo exacuit faciem amici sui.* Vel in malum accipitur, ut sit sensus, iratis sermonibus et facie amicos exasperari et ad iracundiam commoveri. Vel in bonum, ut significetur æmulatione et exemplo aliorum excitari homines ad virtutes et bonas artes capessendas.

18. *Qui servat ficum.* Ne arescat, noxia submovendo. — *Qui custos est domini sui.* Illum observans, et obsequio sibi illum demerens. — *Glorificabitur. Honorabitur*, ut habent LXX.

19. *Quomodo in aquis.* Sententia est, prudentes et solertes viros ita nosse hominum quibuscum agunt propensiones et studia, ac si in speculo ea contemplarentur.

20. *Infernus et perditio.* Ut mors nunquam expletur, etiamsi plurimos homines absumat; ita oculus cupidi et avari semper plura desiderat.

21. *Probatur homo ore laudantis.* Illi enim sapientes sunt et prudentes, qui laudibus non inflantur.

22. *Si contuderis.* Docet sapiens difficile esse insitam a natura stultitiam ab aliquo excutere. — *In pila quasi ptisanas.* Qui enim ptisanas parabant hordeum aqua perfusum et tumens in sole siccabant, mox in pila ligneo pistillo tantisper tundebant, donec corticem glumamque exueret. Hinc desumpta a sapiente similitudo.

23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Œconomicum præceptum; monet enim patremfamilias ut greges suos, in quibus olim sitæ erant divitiæ, frequenter visitet et cognoscat quo sint numero, quo habitu, suppeditentur illis necne ea quibus habent necesse, etc. Videtur allegoria pastoris principes monere officii sui.

24. *Non enim habebis jugiter potestatem.* Non semper aliis præeris, non semper eris princeps, aut geres magistratum, et oportebit te gubernationis tuæ reddere rationem. Vel significatur præferendam esse vitam pastoritiam vitæ politicæ; nam præter alias commoditates, de quibus mox, hoc habet vita pastoralis, quod cum honores quos ambiunt qui in civitatibus agunt facile amittantur, et ab uno ad alium transeant, divitiæ quæ pecuaria parantur manent, et ad hæredes transmittuntur. — *Corona tribuetur in generationem.* Nec ipsa regia corona in perpetuum durat, sed subinde succedentibus temporibus ab uno in alium transit.

25. *Aperta sunt prata.* Enumerantur commoda vitæ pastoralis. Sensus ergo est : ut alas gregem non habes opus multis expensis; nam prata patent, et montes virent graminibus, et colligere licet fœna quæ hieme sufficiant, et ea in gregum pabulum recondere.

---

26. [a] Agni ad vestimentum tuum : et hædi, ad agri pretium. [a *I. Tim.* 6. 8.]

27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis.

26. Les agneaux sont pour vous vêtir, et les chevreaux pour *payer* le prix du champ.

27. Que le lait des chèvres vous suffise pour votre nourriture, pour ce qui est nécessaire à votre maison, et pour nourrir vos servantes.

CHAPITRE XXVIII.

Les méchants sont timides. Simplicité du pauvre. De la crainte du Seigneur; de l'oisiveté; de l'injustice et de l'orgueil; du règne des méchants.

1. Fugit impius, nemine persequente : justus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

2. Propter peccata terræ multi principes ejus : et propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

3. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.

4. Qui derelinquunt legem, laudant impium : qui custodiunt, succenduntur contra eum.

5. Viri mali non cogitant judicium : qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.

6. [a] Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus. [a *Supr.* 19. 1.]

7. Qui custodit legem, filius sapiens est : qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.

1. Le méchant fuit sans être poursuivi de personne : mais le juste est hardi comme un lion et ne craint rien.

2. Les princes se multiplient à cause des péchés du peuple; mais lorsqu'il y a des gens sages et habiles, qui savent ce qui se dit, le prince en vivra plus longtemps.

3. Le pauvre qui opprime les pauvres, est semblable à une pluie violente qui apporte la famine.

4. Ceux qui abandonnent la loi *de Dieu* louent le méchant; ceux qui la gardent s'irritent contre lui.

5. Les méchants ne pensent point à ce qui est juste : mais ceux qui recherchent le Seigneur prennent garde à tout.

6. Le pauvre qui marche dans sa simplicité vaut mieux que le riche qui va dans des chemins égarés.

7. Celui qui garde la loi est un enfant sage : mais celui qui nourrit des gens de bonne chère couvre son père de confusion.

26. *Ad agri pretium.* Dans une administration bien entendue, on devait se vêtir avec le produit des agneaux et se servir du produit des chevreaux pour payer les ouvriers, les serviteurs employés à la culture de la terre et couvrir les frais annuels du champ que l'on exploitait.

27. *Sufficiat tibi lac.* On voit quelle était la sobriété des anciens. Ils ne vivaient que de laitage; s'ils tuaient des agneaux ou des chevreaux, c'était dans un jour de fête, pour offrir un sacrifice ou recevoir un étranger.

---

26. *Agni ad vestimentum.* Significat ex fructibus gregum victum haberi et vestitum : vellera quidem ad vestes, lac et carnes ad cibum, imo numeratis agnis pro pretio, agros comparari posse; sic de Jacob dicitur, Gen., 33, 19 : *Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, a filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.*

Cap. XXVIII. — 1. *Fugit impius.* Fiducia est justorum propria, timor impiorum quos mala terret conscientia. Itaque de hoc dicitur, Job, 15, 21 : *Sonitus terroris semper in auribus ejus, et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.*

2. *Multi principes.* Cito pereunt et aliis succedunt, ex quo solent oriri turbæ in republica et seditiones. — *Propter hominis sapientiam.* Propter sapientiam principis regnantis, et consiliariorum qui illi adsunt. — *Horum scientiam quæ dicuntur.* Propter opportunitatem consiliorum, quæ ad bonum regimen reipublicæ afferuntur, quibus peccata populi cohibentur. — *Longior.* Deo illum producente ad bonum reipublicæ.

3. *Calumnians pauperes.* Cum potius illorum miseratione tangi deberet, quippe inopiæ incommodo et ipse expertus. — *Imbri vehementi.* Cum enim pluviæ institutæ sint ad fœcundandam terram, tamen violenti imbres sternunt sata et famem inducunt : ita pauper in pauperes violentus, et calumniis illum exagitans cum misericordiam exercere deberet, imbri similis est. Potest etiam versiculi sententia esse hujusmodi, debere pauperes se mutuo auxilio juvare, ut simul juncti potentioribus a quibus opprimuntur resistere possint; nam si se mutuo vellicent aut rodant, nihil aliud expectare possunt quam exitium, et malorum quoddam diluvium, quo funditus pereant.

4. *Qui derelinquunt legem.* Qui leges ferre non possunt, et severam earum disciplinam conantur excutere, laudant impios et illis favent; nam sperant se illorum auxilio effecturos ut jugum confringant. — *Qui custodiunt.* Qui legis et disciplinæ tenaces sunt. — *Succenduntur.* Zelo justitiæ.

5. *Judicium.* Id quod justum est. — *Animadvertunt omnia.* Omnia caute circumspiciunt, ne forte in aliquo offendant et peccent.

6. *Simplicitate.* Sinceritate et rectitudine. — *Pravis itineribus.* Vitiorum ac præsertim injustitiæ.

7. *Qui custodit legem.* Divinam et ea quæ a parente præcipiuntur. — *Comessatores pascit.* Intempestivis indulgens conviviis. — *Confundit patrem suum.* Quem pudore et mœrore afficit.

15. La femme querelleuse est semblable à un toit d'où l'eau dégoutte sans cesse pendant l'hiver;

16. Celui qui la veut retenir est comme s'il voulait arrêter le vent; et elle lui sera comme une huile qui s'écoule de sa main.

17. Le fer aiguise le fer; et la vue de l'ami excite l'ami.

18. Celui qui garde le figuier mangera de son fruit; et celui qui garde son seigneur sera élevé en gloire.

19. Comme on voit reluire dans l'eau le visage de ceux qui s'y regardent, ainsi les cœurs des hommes sont découverts aux hommes prudents.

20. L'enfer et l'abîme de perdition ne sont jamais rassasiés : ainsi les yeux des hommes sont insatiables.

21. Comme l'argent s'éprouve dans le creuset et l'or dans le fourneau; ainsi l'homme est éprouvé par la bouche de celui qui le loue.

Le cœur du méchant recherche le mal; et le cœur droit cherche la science.

22. Quand vous pileriez l'imprudent dans un mortier comme on y bat du grain, en frappant dessus avec un pilon, vous ne lui ôteriez pas son imprudence.

23. Remarquez avec soin l'état de vos brebis; et considérez vos troupeaux :

24. Car la puissance que vous avez ne durera pas toujours; mais la couronne que vous recevrez sera stable dans tous les siècles des siècles.

25. Les prés sont ouverts, les herbes vertes ont paru, et l'on a recueilli le foin des montagnes :

15. [a] Tecta perstillantia in die frigoris, et litigiosa mulier comparantur : [a *Supr.* 19. 13.]

16. Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, et oleum dexteræ suæ vocabit.

17. Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.

18. Qui servat ficum, comedet fructus ejus : et qui custos est domini sui, glorificabitur.

19. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum *manifesta* sunt prudentibus.

20. Infernus et perditio nunquam implentur : similiter et [a] oculi hominum insatiabiles. [a *Eccli.* 14. 9.]

21. [a] Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum : sic probatur homo ore laudantis. [a *Supr.* 17. 3.]

Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.

22. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.

23. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera :

24. Non enim habebis jugiter potestatem : sed corona tribuetur in generationem et generationem.

25. Aperta sunt prata, et apparuerunt herbæ virentes, et collecta sunt fœna de montibus.

23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Les maximes suivantes sont des préceptes qui se rapportent à la vie pastorale qui était tout particulièrement en honneur parmi les Hébreux. Salomon en vante la simplicité et la facilité, et la préfère aux dignités publiques qui sont plus éclatantes, mais moins sûres.

---

15. *Tecta perstillantia.* Vide supra, c. 19, n. 13.

16. *Qui retinet eam.* Qui cohibere conatur eam, ne clamet aut rixetur. — *Quasi qui ventum teneat.* Frustra laborat. — *Oleum dexteræ suæ vocabit.* Perinde est eam tenere ac oleum manu constringere, quod cum lubricum sit, quanto magis manum in pugnum cogis, tanto citius effluit. — *Vocabit.* Revocabit, frustra conabitur retinere.

17. *Homo exacuit faciem amici sui.* Vel in malum accipitur, ut sit sensus, iratis sermonibus et facie amicos exasperari et ad iracundiam commoveri. Vel in bonum, ut significetur æmulatione et exemplo aliorum excitari homines ad virtutes et bonas artes capessendas.

18. *Qui servat ficum.* Ne arescat, noxia submovendo. — *Qui custos est domini sui.* Illum observans, et obsequio sibi illum demerens. — *Glorificabitur.* *Honorabitur*, ut habent LXX.

19. *Quomodo in aquis.* Sententia est, prudentes et solertes viros ita nosse hominum quibuscum agunt propensiones et studia, ac si in speculo ea contemplarentur.

20. *Infernus et perditio.* Ut mors nunquam expletur, etiamsi plurimos homines absumat; ita oculus cupidi et avari semper plura desiderat.

21. *Probatur homo ore laudantis.* Illi enim sapientes sunt et prudentes, qui laudibus non inflantur.

22. *Si contuderis.* Docet sapiens difficile esse insitam a natura stultitiam ab aliquo excutere. — *In pila quasi ptisanas.* Qui enim ptisanas parabant hordeum aqua perfusum et tumens in sole siccabant, mox in pila ligneo pistillo tantisper tundebant, donec corticem glumamque exueret. Hinc desumpta a sapiente similitudo.

23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Œconomicum præceptum; monet enim patremfamilias ut greges suos, in quibus olim sitæ erant divitiæ, frequenter visitet et cognoscat quo sint numero, quo habitu, suppeditentur illis necne ea quibus habent necesse, etc. Videtur allegoria pastoris principes monere officii sui.

24. *Non enim habebis jugiter potestatem.* Non semper aliis præeris, non semper eris princeps, aut geres magistratum, et oportebit te gubernationis tuæ reddere rationem. Vel significatur præferendam esse vitam pastoritiam vitæ politicæ; nam præter alias commoditates, de quibus mox, hoc habet vita pastoralis, quod cum honores quos ambiunt qui in civitatibus agunt facile amittantur, et ab uno ad alium transeant, divitiæ quæ pecuaria parantur manent, et ad hæredes transmittuntur. — *Corona tribuetur in generationem.* Nec ipsa regia corona in perpetuum durat, sed subinde succedentibus temporibus ab uno in alium transit.

25. *Aperta sunt prata.* Enumerantur commoda vitæ pastoralis. Sensus ergo est : ut alas gregem non habes opus multis expensis; nam prata patent, et montes virent graminibus, et colligere licet fœna quæ hieme sufficiant, et ea in gregum pabulum recondere.

---

26. [a] Agni ad vestimentum tuum : et hædi, ad agri pretium. [a *I. Tim.* 6. 8.]

27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis.

26. Les agneaux sont pour vous vêtir, et les chevreaux pour *payer* le prix du champ.

27. Que le lait des chèvres vous suffise pour votre nourriture, pour ce qui est nécessaire à votre maison, et pour nourrir vos servantes.

CHAPITRE XXVIII.

Les méchants sont timides. Simplicité du pauvre. De la crainte du Seigneur; de l'oisiveté; de l'injustice et de l'orgueil; du règne des méchants.

1. Fugit impius, nemine persequente : justus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

2. Propter peccata terræ multi principes ejus : et propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

3. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.

4. Qui derelinquunt legem, laudant impium : qui custodiunt, succenduntur contra eum.

5. Viri mali non cogitant judicium : qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.

6. [a] Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus. [a *Supr.* 19. 1.]

7. Qui custodit legem, filius sapiens est : qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.

1. Le méchant fuit sans être poursuivi de personne : mais le juste est hardi comme un lion et ne craint rien.

2. Les princes se multiplient à cause des péchés du peuple; mais lorsqu'il y a des gens sages et habiles, qui savent ce qui se dit, le prince en vivra plus longtemps.

3. Le pauvre qui opprime les pauvres, est semblable à une pluie violente qui apporte la famine.

4. Ceux qui abandonnent la loi *de Dieu* louent le méchant; ceux qui la gardent s'irritent contre lui.

5. Les méchants ne pensent point à ce qui est juste : mais ceux qui recherchent le Seigneur prennent garde à tout.

6. Le pauvre qui marche dans sa simplicité vaut mieux que le riche qui va dans des chemins égarés.

7. Celui qui garde la loi est un enfant sage : mais celui qui nourrit des gens de bonne chère couvre son père de confusion.

26. *Ad agri pretium.* Dans une administration bien entendue, on devait se vêtir avec le produit des agneaux et se servir du produit des chevreaux pour payer les ouvriers, les serviteurs employés à la culture de la terre et couvrir les frais annuels du champ que l'on exploitait.

27. *Sufficiat tibi lac.* On voit quelle était la sobriété des anciens. Ils ne vivaient que de laitage; s'ils tuaient des agneaux ou des chevreaux, c'était dans un jour de fête, pour offrir un sacrifice ou recevoir un étranger.

---

26. *Agni ad vestimentum.* Significat ex fructibus gregum victum haberi et vestitum : vellera quidem ad vestes, lac et carnes ad cibum, imo numeratis agnis pro pretio, agros comparari posse; sic de Jacob dicitur, Gen., 33, 19 : *Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, a filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.*

CAP. XXVIII. — 1. *Fugit impius.* Fiducia est justorum propria, timor impiorum quos mala terret conscientia. Itaque de hoc dicitur, Job, 15, 21 : *Sonitus terroris semper in auribus ejus, et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.*

2. *Multi principes.* Cito pereunt et aliis succedunt, ex quo solent oriri turbæ in republica et seditiones. — *Propter hominis sapientiam.* Propter sapientiam principis regnantis, et consiliariorum qui illi adsunt. — *Horum scientiam quæ dicuntur.* Propter opportunitatem consiliorum, quæ ad bonum regimen reipublicæ afferuntur, quibus peccata populi cohibentur. — *Longior.* Deo illum producente ad bonum reipublicæ.

3. *Calumnians pauperes.* Cum potius illorum miseratione tangi deberet, quippe inopiæ incommodo et ipse expertus. — *Imbri vehementi.* Cum enim pluviæ institutæ sint ad fœcundandam terram, tamen violenti imbres sternunt sata et famem inducunt : ita pauper in pauperes violentus, et calumniis illum exagitans cum misericordiam exercere deberet, imbri similis est. Potest etiam versiculi sententia esse hujusmodi, debere pauperes se mutuo auxilio juvare, ut simul juncti potentioribus a quibus opprimuntur resistere possint; nam si se mutuo vellicent aut rodant, nihil aliud expectare possunt quam exitium, et malorum quoddam diluvium, quo funditus pereant.

4. *Qui derelinquunt legem.* Qui leges ferre non possunt, et severam earum disciplinam conantur excutere, laudant impios et illis favent; nam sperant se illorum auxilio effecturos ut jugum confringant. — *Qui custodiunt.* Qui legis et disciplinæ tenaces sunt. — *Succenduntur.* Zelo justitiæ.

5. *Judicium.* Id quod justum est. — *Animadvertunt omnia.* Omnia caute circumspiciunt, ne forte in aliquo offendant et peccent.

6. *Simplicitate.* Sinceritate et rectitudine. — *Pravis itineribus.* Vitiorum ac præsertim injustitiæ.

7. *Qui custodit legem.* Divinam et ea quæ a parente præcipiuntur. — *Comessatores pascit.* Intempestivis indulgens conviviis. — *Confundit patrem suum.* Quem pudore et mœrore afficit.

8. Celui qui amasse de grandes richesses par des usures et des intérêts, les amasse souvent pour un homme qui sera libéral envers les pauvres :

9. Quiconque détourne l'oreille pour ne point écouter la loi *de Dieu*, sa prière même sera exécrable.

10. Celui qui séduit les justes, en les poussant dans une mauvaise voie, tombera lui-même dans la fosse qu'il avait creusée ; et les simples posséderont ses biens.

11. L'homme riche se croit sage : mais le pauvre qui est prudent le sondera jusqu'au fond du cœur.

12. La prospérité des justes est accompagnée d'une grande gloire : mais le règne des méchants est la ruine des hommes.

13. Celui qui cache ses crimes ne réussira point : mais celui qui les confesse, et qui s'en retire, obtiendra miséricorde.

14. Heureux l'homme qui est toujours dans la crainte : mais celui qui a le cœur dur tombera dans le mal.

15. Un méchant prince est au peuple pauvre un lion rugissant et un ours affamé.

16. Un prince imprudent opprimera plusieurs personnes par ses violences : mais celui qui hait l'avarice prolongera les jours de sa vie.

17. Quand le meurtrier du sang innocent irait se jeter dans la fosse, personne ne le retiendrait.

8. Qui coacervat divitiam usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas.

9. Qui declinat aures suas ne audiat legem ; oratio ejus erit execrabilis.

10. Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet : et simplices possidebunt bona ejus.

11. Sapiens sibi videtur vir dives : pauper autem prudens scrutabitur eum.

12. In exultatione justorum multa gloria est : regnantibus impiis ruinæ hominum.

13. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur : qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur.

14. Beatus homo, qui semper est pavidus : qui vero mentis est duræ, corruet in malum.

15. Leo rugiens, et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

16. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam : qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.

17. Hominem, qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

Cap. XXVIII. — 8. *Usuris et fœnore.* Ces expressions indiquent les différentes espèces d'usures. Comme elles sont toutes également honteuses et défendues, le Sage nous les montre aboutissant à un résultat tout différent de celui que leur auteur s'est proposé.

14. *Qui semper est pavidus.* Ceci peut s'entendre de la défiance de soi-même, qui fait que l'homme craint toujours d'avoir mal fait. C'est ce qui faisait dire à Job innocent : *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti* (IX, 28).

---

8. *Liberali... congregat eas.* Quæ enim ipse congregat avare, alius liberaliter expendet in pauperes. LXX habent, *et qui miseretur inopum congregat eas.*

9. *Qui declinat aures.* In similis de quibus legimus in libro Job., 21, 14 : *Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus, etc.* — *Oratio ejus erit execrabilis.* Quemadmodum ipse non vult audire Deum loquentem per legem, ita Deus illum orantem non exaudiet.

10. *Decipit justos in via mala.* Hebræus, *errare faciens justos in viam malam*, id est, ad vitia et malos mores trahens. — *In interitu suo.* Id est, ipse peribit ; vel in interitu quem aliis parabat ; nam in hebræo est, *in foveam suam ipse cadet.* — *Simplices possidebunt.* Aquila et Theodotio vertunt, *et simplices obtinebunt bona* ; id est, rectis et sinceris bene erit.

11. *Sapiens.* Qui divites sunt, putant etiam se esse sapientes. — *Scrutabitur eum.* Explorabit an ita sit. Chald. *contemnet eum.* LXX, *damnabit eum.* Pauper enim doctus si cum divite congrediatur aut disputet, illius sapientiam examinabit et percutiet, et nullam aut modicam esse ostendet.

12. *In exultatione justorum.* Cum justi exultant, hoc est, cum eorum res secundæ sunt, quia impiis in republica oppressis, honos est virtuti, et ipsi dominantur et in pretio habentur. — *Multa gloria est.* Ipsi reipublicæ. — *Ruinæ hominum.* Status enim reipublicæ labefactatur et evertitur.

13. *Qui abscondit scelera sua.* Qui ea cognoscere non vult, sed ea etiam cum de iis admonetur, illa aut excusat aut extenuat. — *Non dirigetur. Non prosperabitur*, ut est in hebræo. — *Misericordiam consequetur.* Errati veniam apud Deum et homines qui delent, agnoscenti et confitenti pœnam condonant.

14. *Pavidus.* Timens Deum offendere. — *Mentis est duræ.* Ut nullo timore commoveatur.

15. *Leo rugiens.* Leones rugiunt cum esuriunt. — *Super populum pauperem.* Quem exhauriunt et diripiunt.

16. *Dux indigens prudentia.* Non satis intelligens quodnam sit munus suum, et in quo posita sit principis felicitas, nempe si subditos habeat bene affectos et benevolos potius erga principem, quam illum metuentes.

17. *Calumniatur animæ sanguinem.* Qui injuste et per calumniam sanguinem effundit. Dicitur autem sanguis animæ, hoc est, sanguis vitalis, a quo scilicet vita dependet. — *Si usque ad lacum fugerit.* Si actus desperatione ad lacum, hoc est, ad barathrum aliquod aut præcipitem locum currat ut se occidat ; * vel si imprudens usque ad latentes foveas accesserit, casui proximus. — *Nemo sustinet.* Nemo illius miserebitur, nemo impetum aut cursum ejus inhibebit aut morabitur.

18. Qui ambulat simpliciter, salvus erit : qui perversis graditur viis, concidet semel.

19. *a* Qui operatur terram suam, satiabitur panibus : qui autem sectatur otium, replebitur egestate. [*a Supr.* 12. 11. *Eccli.* 20. 30.]

20. *a* Vir fidelis multum laudabitur : qui autem festinat ditari, non erit innocens. [*a Supr.* 13. 11. et 20. 21. et *Infr.* v. 22.]

21. Qui cognoscit in judicio faciem, non benefacit : iste et pro buccella panis deserit veritatem.

22. Vir, qui festinat ditari, et aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei.

23. Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

24. Qui subtrahit aliquid a patre suo, et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.

25. Qui se jactat, et dilatat, jurgia concitat : qui vero sperat in Domino, sanabitur.

26. Qui confidit in corde suo, stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.

27. Qui dat pauperi, non indigebit : qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

28. Cum surrexerint impii, abscondentur homines : cum illi perierint, multiplicabuntur justi.

18. Celui qui va simplement sera sauvé : celui qui marche par des voies corrompues tombera sans ressource.

19. Celui qui laboure sa terre sera rassasié de pains : mais celui qui aime l'oisiveté sera dans une profonde indigence.

20. L'homme fidèle sera comblé de bénédictions : mais celui qui se hâte de s'enrichir ne sera pas innocent.

21. Celui qui, en jugeant, a égard à la personne, ne fait pas bien ; et un tel homme pour une bouchée de pain abandonnera la vérité.

22. Un homme qui se hâte de s'enrichir, et qui porte envie aux autres, ne sait pas qu'il se trouvera surpris tout d'un coup par la pauvreté.

23. Celui qui reprend un homme trouvera grâce ensuite auprès de lui, plutôt que celui qui le trompe par des paroles flatteuses.

24. Celui qui dérobe à son père et à sa mère et qui dit que ce n'est pas un péché, a part aux crimes des homicides.

25. Celui qui se vante et qui s'enfle d'orgueil excite des querelles ; mais celui qui espère au Seigneur sera guéri.

26. Celui qui se confie en son cœur est un insensé ; mais celui qui marche sagement se sauvera.

27. Celui qui donne au pauvre n'aura besoin de rien ; mais celui qui le méprise lorsqu'il le prie tombera lui-même dans la pauvreté.

28. Quand les méchants seront élevés, les hommes se cacheront : quand ils périront, le nombre des justes se multipliera.

22. *Egestas superveniet ei.* Il manquera de tout lorsque la mort le forcera à se séparer de tous les biens qu'il a tant aimés.

24. *Particeps homicidæ est.* D'après l'Hébreu : Il est le compagnon, le frère de l'homicide. Le Sage suppose qu'il a dérobé à ses parents des choses nécessaires ou essentielles à leur subsistance.

27. *Qui despicit deprecantem.* L'Hébreu porte : Celui qui cache ses yeux pour ne pas le voir, sera accablé de malédictions.

---

18. *Simpliciter.* Innocenter. LXX, *juste.* — *Semel.* Hebr. habet, *in una*, scilicet via, tandem aliquando concidet.

19. *Operatur.* Industrius agricultor uberes colliget fructus, et rebus ad victum necessariis abundabit.

20. *Fidelis.* Verax, qui mendaciis alios non circumvenit. — *Non erit innocens.* Nec peccato carebit, nec pœna.

21. *Qui cognoscit in judicio faciem.* Habes hoc idem supra, c. 18, n. 5, et c. 24, n. 23. — *Pro buccella panis.* Pro re vilissima. Etiam Italice dicimus : *Per un boccon di pane.* * Qui prius magno pretio inductus jura violavit, consuetudine peccandi eo devenit, ut minimo oblato lucello idem faciat. Vide supra, c. 18, 5, et 24, 23.

22. *Aliis invidet.* Aliorum lucrum, suum damnum reputans, illudque antevertere et præripere studens.

24. *Particeps homicidæ est.* LXX, ἀνδρὸς ἀσεβοῦς, *hominis impii* et scelesti. Homicida ponitur pro homine perdito. Particeps est morum scelestorum et perditorum.

25. *Qui se jactat et dilatat.* In hebræo tantum est רחב נפש *rechab nephes*, id est, *latus animo.* Italice dicimus, *gonfio*, qui tumidus est et superbus. — *Qui vero sperat in Domino.* Humilis nimirum, qui sibi nihil tribuit, sed totus ex Deo pendet.

26. *In corde suo.* In sua sapientia et suis consiliis. — *Qui... graditur sapienter.* Non cor suum et sua consilia, sed sapientiam ducem sequens.

27. *Qui dat pauperi.* Quasi dicat : Non propterea indigebis quod eleemosynam dederis. — *Deprecantem.* Pauperem, mendicantem.

28. *Cum surrexerint impii.* Ad honores et dignitates, et publica munera cum potestate producti. — *Abscondentur homines.* Justi se subtrahent, illorum violentiam timentes. — *Multiplicabuntur.* Nam e locis in quibus latuerunt emergent.

CHAPITRE XXIX.

De celui qui méprise les corrections; de la ruine des méchants; de la correction des enfants; des instructions des prophètes; de l'homme superbe; de la crainte des hommes.

1. L'homme qui méprise avec une tête dure celui qui le reprend, tombera tout d'un coup par une chute mortelle, et il ne guérira jamais.

2. Quand les justes se multiplieront, le monde sera dans la joie; et quand les méchants prendront le gouvernement, le peuple gémira.

3. Celui qui aime la sagesse sera la joie de son père; mais celui qui nourrit des prostituées perdra son bien.

4. Le roi juste fait fleurir son état; et l'homme avare le détruira.

5. Celui qui tient à son ami un langage flatteur et déguisé tend un filet à ses pieds.

6. Le filet enveloppera le méchant qui pèche; et le juste louera *Dieu* et se réjouira.

7. Le juste prend connaissance de la cause des pauvres; mais le méchant ne s'informe de rien.

8. Les hommes corrompus détruisent la ville; mais les sages apaisent la fureur.

9. Si le sage dispute avec l'insensé, soit qu'il se fâche ou qu'il rie, il ne trouvera point de repos.

10. Les hommes de sang haïssent le simple; mais les justes cherchent à lui conserver la vie.

11. L'insensé répand tout d'un coup tout ce qu'il a dans l'esprit : le sage ne se hâte pas, et se réserve pour l'avenir.

12. Le prince qui écoute favorablement les faux rapports n'aura que des méchants pour ministres.

13. Le pauvre et le créancier se sont rencontrés *en ce point, que* le Seigneur est celui qui éclaire l'un et l'autre.

14. Lorsqu'un roi juge les pauvres dans la vérité, son trône s'affermira pour jamais.

15. La verge et la correction donnent la sagesse : mais l'enfant qui est abandonné à sa volonté couvrira sa mère de confusion.

16. Les crimes se multiplieront dans la multiplication des méchants, et les justes en verront la ruine.

17. Élevez bien votre fils, et il vous consolera : et il deviendra les délices de votre âme.

18. Quand il n'y aura plus de prophétie, le peuple se dissipera, mais celui qui garde la loi *du Seigneur* est heureux.

19. L'esclave ne peut être corrigé par des paroles; car il entend bien ce que vous lui dites, et il néglige d'y répondre.

20. Avez-vous vu un homme prompt à parler? attendez plutôt de lui des folies que non pas qu'il se corrige.

21. Celui qui nourrit délicatement son serviteur dès son enfance, le verra ensuite se révolter contre lui.

22. L'homme colère excite des querelles; et celui qui se fâche aisément sera plus prompt à pécher.

23. L'humiliation suivra le superbe, et la gloire sera le partage de l'humble d'esprit.

1. Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus : et eum sanitas non sequetur.

2. In multiplicatione justorum lætabitur vulgus; cum impii sumpserint principatum, gemet populus.

3. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum; *a* qui autem nutrit scorta, perdit substantiam. [*a Luc.* 15. 13.]

4. Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam.

5. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.

6. Peccantem virum iniquum involvet laqueus; et justus laudabit atque gaudebit.

7. Novit justus causam pauperum; impius ignorat scientiam.

8. Homines pestilentes dissipant civitatem; sapientes vero avertunt furorem.

9. Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.

10. Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem quærunt animam ejus.

11. Totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt, et reservat in posterum.

12. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

13. *a* Pauper et creditor obviaverunt sibi; utriusque illuminator est Dominus. [*a Supr.* 22. 2.]

14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.

15. Virga atque correptio tribuit sapientiam; puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.

16. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera; et justi ruinas eorum videbunt.

17. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animæ tuæ.

18. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus; qui vero custodit legem, beatus est.

19. Servus verbis non potest erudiri; quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.

20. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius correptio.

21. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.

22. Vir iracundus provocat rixas; et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.

23. *a* Superbum sequitur humilitas; et humilem spiritu suscipiet gloria. [*a Job.* 22. 29.]

CAP. XXIX. — 3. *Vir qui amat sapientiam.* Dans cette maxime, Salomon met en opposition l'amour de Dieu et de la justice avec l'amour profane et criminel.

8. *Avertunt furorem.* Cette fureur désigne en général les dissensions qui sont un effet de la colère de Dieu et des hommes.

9. *Non inveniet requiem.* Il n'arrivera pas à convaincre l'insensé, quelque moyen qu'il prenne ; parce que l'insensé ne cesse pas de disputer, attendu qu'il résiste même à l'évidence la plus éclatante.

13. *Utriusque illuminator est Dominus.* Le Seigneur les observe également l'un et l'autre et les jugera.

18. *Cum prophetia defecerit.* Par la prophétie, il faut entendre ici l'instruction religieuse que les hommes donnaient au peuple. Cet enseignement maintenait le peuple dans la vraie voie, et une fois qu'il en fut privé, il se laissa aller à ses mauvaises passions ; ce qui fit sa perte.

19. *Servus verbis non potest erudiri.* Il fallait à ces natures grossières une éducation plus énergique. Le maître qui voulait agir autrement en était dupe, comme on le voit plus loin (verset 21).

CAP. XXIX. — 1. *Eum sanitas non sequetur.* Nunquam curabitur.

2. *In multiplicatione.* Cum aucti fuerint dignitatibus et publicis muneribus; nam multiplicari non refertur ad numerum, sed ad incrementum dignitatis et imperii. Itaque Pagninus vertit, *cum dominati fuerint justi.*

4. *Erigit.* Id est, in bonum statum restituit.

5. *Rete expandit gressibus ejus.* Quia studet verbis illis eum decipere et deceptum perdere.

6. *Peccantem virum iniquum.* Injuste et dolose agendo. — *Involvet laqueus.* Quem nimirum ipse ad alium capiendum instruxerat. — *Laudabit.* Deum scelerum vindicem. — *Gaudebit.* Quod ereptus sit e periculo.

7. *Novit justus causam pauperum.* Curam illius habendo et agendo ne opprimatur innocens, quod non solum ad justum pertinet judicem, sed ad quemvis alium justum, cui curæ est nosse causam pauperum, ut eam consilio, vel patrocinio promoveat et adjuvet. — *Ignorat scientiam.* Non curat nosse aut promovere causas pauperum.

8. *Pestilentes.* Scelesti. — *Avertunt furorem.* Iram Dei, vel principis.

9. *Sive irascatur.* Nam si sapiens irascatur, stultus magis excandescit : si non irascatur, sed rideat, stultus se contemptum putat, ac proinde vehementius irritatur.

10. *Viri sanguinum.* Viri scelesti et sanguinarii. — *Simplicem.* Justum, rectum, sincerum ; quia scilicet moribus sunt valde dissimilibus. — *Quærunt animam ejus.* Servare student vitam justi : sic Psal. 141, 5, dicitur : *Non est qui requirat animam meam.*

11. *Totum spiritum suum.* Quidquid novit, quidquid animo concipit, statim eloquitur ; sapiens vero moderate agit, nec temere loquitur, nec suam scientiam ostentat. * LXX et Chaldæus de ira interpretantur, quam stulti statim effundunt, contra quam faciunt sapientes, qui ulciscendi libidinem coercent, et subitos iracundiæ motus comprimunt.

12. *Verba mendacii.* Mendacia, adulationes, calumnias innocentium. — *Ministros habet impios.* Quia cum mendaciis, adulationibus et calumniis locum esse animadvertunt apud principem, iis grassantur, et nullum scelus non admittunt ut quod cupiunt consequantur.

13. *Pauper et creditor.* Similis ac fere eadem sententia habetur supra, c. 22. n. 2. Sententia autem est, pauperem debitorem et creditorem ejus diversæ conditionis homines, ubique reperiri, ubique sibi mutuo occurrere, plenum esse mundum hominibus diversæ fortunæ, et unum alterum quærere, unum ut mutuum accipiat, alterum ut mutuum det. — *Utriusque illuminator est Dominus.* Sententia est, licet conditione sint dispares, utriusque tamen illuminator est Dominus, hoc est, utrique similiter donat hujus lucis aura frui, utrique vitam impertit unus et idem Dominus. Itaque nemo contemnendus, aut inique premendus, quia qui pauper est fieri potest ut divite sit melior; et utrumque Dominus, qui eos condidit, judicabit.

14. *Judicat in veritate pauperes.* Pro pauperibus innocentibus et a potentioribus oppressis sententiam ferendo. — *In æternum.* Longo tempore.

15. *Confundit matrem suam.* Pudore afficit matrem. Dicit potius matrem quam patrem, quia vitiosa erga filios indulgentia matrum potius est propria quam patrum.

16. *In multiplicatione.* Accipitur hic multiplicatio ut supra n. 2, cum eadem sint verba Hebr. Vide ibi dicta. — *Et justi.* Divino beneficio servati, et impiis superstites. — *Ruinas eorum videbunt.* Videbunt divinam in eos ultionem.

17. *Refrigerabit te.* Hebræus habet, *quiescere te faciet*, id est, erit tibi solatio et præsidio. — *Dabit delicias.* Repetitio ejus quod priori hemistichio dictum est.

18. *Prophetia.* Declaratio verbi, seu divinæ voluntatis. Cum prophetæ et divini verbi præcones defecerint. Hæc erat Davidis querela : *Jam non est propheta, et nos non cognoscet amplius.* Psal. 73, 9. — *Qui vero custodit legem.* Populus scilicet divinæ legis tenax, quod tunc accidit, cum frequentes sunt divini verbi explicatores et præcones.

19. *Servus.* Malus, et qui servili est animo. — *Respondere contemnit.* Obedire non curat.

20. *Stultitia magis speranda.* Potius expectandum aut timendum est ne hujusmodi homines stultum aliquid dicant, aut faciant, quam ut pravum illum morem emendent.

22. *Erit ad peccandum proclivior.* Contendendo, rixando, de aliis obloquendo, etc.

23. *Superbum.* Huic plane gemina est evangelica sententia : *Qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.*

24. Celui qui s'associe avec un voleur hait sa propre vie, il entend qu'on le prend à serment, et il ne le décèle point.

25. Celui qui craint les hommes tombera bientôt : celui qui espère au Seigneur sera élevé.

26. Plusieurs recherchent le regard du prince ; mais le Seigneur est le juge de chacun des hommes.

27. Les justes ont en abomination les méchants ; et les méchants ont en abomination ceux qui marchent par la droite voie.

L'enfant qui gardera la parole ne tombera point dans la perdition.

24. Qui cum fure participat, odit animam suam, adjurantem audit, et non indicat.

25. Qui timet hominem, cito corruet ; qui sperat in Domino, sublevabitur.

26. Multi requirunt faciem principis ; et judicium a Domino egreditur singulorum.

27. Abominantur justi virum impium ; et abominantur impii eos qui in recta sunt via.

Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

CHAPITRE XXX.

La sagesse est un don de Dieu. La parole divine est pure et simple. Des richesses et de la pauvreté. Races exécrables. Filles de la sangsue. Choses inconnues, insupportables, très-sages, qui marchent bien.

1. Paroles de celui qui assemble *les peuples pour les instruire*, du fils de celui qui répand les vérités *divines*.

Vision d'un homme qui a Dieu avec lui, et qui, étant fortifié par la présence du Dieu qui réside en lui, a dit :

1. Verba congregantis filii vomentis.

Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus, ait :

24. *Adjurantem audit, et non indicat*. La loi portoit condamnation contre celui qui, étant sommé au nom de Dieu de dire ce qu'il aurait su, refuserait de le faire (Lev., V, 1).

27. *Verbum custodiens*. Ce verset n'est point dans l'Hébreu, mais il se trouve dans les Septante, après le verset 22 du chapitre XXIV.

CAP. XXX. — 1. *Verba congregantis filii vomentis*. Au lieu d'attribuer ce chapitre à Aghur, fils de Jaké, personnage fort inconnu, la plupart des Pères et des commentateurs catholiques pensent que ces noms d'Aghur et de Jaké, sont, dit M. Glaire, des noms appellatifs, dont le premier signifiant *qui assemble* (*congregans*), convient parfaitement à Salomon, qui, dans le titre de l'*Ecclésiaste*, s'appelle lui-même *Kohéleth* ou *Ecclésiaste*, c'est-à-dire le maître de l'assemblée ou celui qui y préside et qui harangue ; et le second *qui répand les vérités* (*vomens*), désigne David qui a été rempli de l'Esprit de Dieu et a répandu de sa bouche un cantique sacré (*Introduction historique et critique aux livres de l'Ancien et du Nouveau Testament*, tom. IV, pag. 168). — *Visio quam locutus est vir*. Le terme hébreu que la Vulgate traduit par *visio*, dit la Bible de Vence, signifie proprement *onus*, et s'emploie souvent par les prophètes pour désigner les prophéties fâcheuses ou menaçantes ; ici on le prend pour *Prophétie* ou *Recueil de sentences morales*.

---

24. *Cum fure participat*. Qui furti particeps est. — *Odit animam suam*. Odit vitam suam ; nam gravi pœna furta vindicantur. — *Adjurantem audit, et non indicat*. In hebræo est, *adjurantem*, vel *adjurationem audiet, et non indicabit*. Significatur furti participem non tantum peccare in proximum cujus rem detinet, sed etiam in Deum, in cujus nomine a potestatem habente adjuratus ut furti auctorem probat, obedire recusat.

25. *Qui timet hominem*. Magis scilicet quam Deum. — *Cito corruet*. In malum aliquod et incommodum, aut etiam exitium incurret. — *Sublevabitur*. A malis in quæ forte incidisset.

26. *Requirunt faciem principis*. Principis favorem ambiunt. — *Judicium a Domino egreditur*. Quasi dicat : Et potius solliciti esse deberemus de Dei omnium judicis favore nobis conciliando. Vel sensus est : ut fit tandem quod Deus vult de hominibus, et causis eorum ; nam cor regis in manu Dei, itaque potissimum propitiandus Deus.

* 27. *Qui in recta sunt via*. Qui rectam virtutis et justitiæ semitam sequuntur. — *Verbum custodiens*. In aliquibus textibus legebatur, *verbum patris* : simpliciter tamen sensus esse potest, eum qui hactenus tradita documenta servat, a perditione et exitio corporis, ac præsertim animæ liberandum.

CAP. XXX. — 1. *Verba Congregantis*. Hebr. *verba Aghur*, et est Aghur nomen proprium, quod *congregantem* significat : quod ut indicarent emendata Biblia romana, voces *Congregantis* et *Vomentis* litteris majusculis initialibus scripserunt, quod etiam aliis locis in hac editione servatum videmus, ut I. Paral., 2, 54 et 55. Vide quæ ibi annotavimus. Itaque hoc caput proprie auctorem habet Aghur, cujus tamen dicta Salomon suis adjunxit parabolis, ut illis consentientia, iisdem plane digna, suis dictis admiscens, et iis subscribens ; quare etiam merito tanquam Salomonis citantur. — *Filii Vomentis*. In Hebræo est, *filii Jaché*, quod nomen proprium, si interpretaris *vomentem*, bene reddas cum Vulgato nostro. — *Visio quam locutus est*. In Hebræo est, *prophetiam dixit vir ad Ithiel : ad Ithiel et Uchal*. * Prophetiæ nomine intelligitur quælibet gravis sententia : significatur autem prophetiam hanc exposuisse Aghur duobus filiis, aut discipulis suis Ithiel et Uchal. Quod si illud, *cum quo est Deus*, et illud, *confortatus*, nolimus esse nominum propriorum interpretationes ; sed appellative accipiamus, sensus erit, hæc quæ sequuntur non humano spiritu, sed divino esse conscripta, eoque confortatum auctorem hæc docuisse et litteris mandasse.

2. Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.

3. Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum.

4. Quis ascendit in cœlum atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligavit aquas quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terræ? quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si nosti?

5. *a* Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se : [*a Ps.* 11. 7.]

6. *a* Ne addas quidquam verbis illius, et arguaris, inveniarisque mendax. [*a Deut.* 4. 2. et 12. 32.]

7. Duo rogavi te ; ne deneges mihi antequam moriar.

8. Vanitatem, et verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem, et divitias ne dederis mihi ; tribue tantum victui meo necessaria :

9. Ne forte satiatus illiciar ad negandum, et dicam : Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, et perjurem nomen Dei mei.

10. Ne accuses servum ad dominum

2. Je suis le plus insensé de tous les hommes, et la sagesse des hommes ne se trouve point en moi.

3. Je n'ai point appris la sagesse ; et je n'ai point connu la science des saints.

4. Qui est monté au ciel et qui en est descendu? qui a retenu l'esprit *des tempêtes* dans ses mains? qui a lié les eaux *dans les nuées*, comme dans un vêtement? qui a affermi toute l'étendue de la terre? Quel est son nom, et quel est le nom de son fils? *dites-le-moi*, si vous le savez.

5. Toute parole de Dieu est purifiée *comme* par le feu, et *est* un bouclier pour ceux qui espèrent en lui.

6. N'ajoutez rien à ses paroles, de peur que vous n'en soyez repris et trouvé menteur.

7. *Pour moi, Seigneur*, je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure.

8. Éloignez de moi la vanité et les paroles de mensonge : ne me donnez ni la pauvreté ni les richesses ; donnez-moi seulement ce qui me sera nécessaire pour vivre :

2. *Vanitas vanitatum.* Vanitas vanissima et inanissima occupat res humanas. Porro illud vanum appellatur, quod deficit, quod leve est et vile, quod spes hominum frustratur, etc. Notat D. Hieron. quosdam græce interpretari ἀτμὶς ἀτμῶν, id est, *vapor vaporum*, vel vapor fumi, et aura tenuis quæ facile solvitur. — *Dixit Ecclesiastes.* De se loquitur Salomon in tertia persona, vel ut significet dicendorum præcipuum auctorem esse Spiritum sanctum, vel certe modestiæ causa; qua ratione D. Paulus de se ipso ait : *Scio hominem in Christo, etc.* II. Corinth., 12, 2. — *Omnia vanitas.* Nam in rebus omnibus creatis vanitas est propter naturæ earum inconstantiam et instabilitatem, fallacem speciem, inutilitatem ad ea consequenda quæ nobis proponimus, molestias etiam, et curas quas nobis afferunt.

3. *Quid habet amplius homo.* Græce, τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ, *quæ abundantia homini?* Id est, quid abundans, excellens, magnum, eximium, habet homo? Vel sensus est : quid superest homini post tot labores, quos in hac vita sustinet? Italice diceremus : *Che cosa avanza l'uomo di tante fatiche?* — *Sub sole.* In hac vita, ubi solis usura fruimur. Italice dicimus : *Sotto la cappa del sole.*

4. *Generatio præterit, et generatio advenit.* Hominum alii moriuntur, alii nascuntur, et in defunctorum locum succedunt. Sic Eccli., 14, 18, dicitur : *Omnis caro sicut fœnum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, et alia dejiciuntur : sic generatio carnis et sanguinis alia finitur, et alia nascitur.* — *Terra autem in æternum stat.* Terra eadem permanet, et est quasi commune diversorium venientium, aut abeuntium.

6. *Gyrat per meridiem.* Significat annuum solis motum, atque accessum et recessum inter tropicos cancri et capricorni; nam æstivo tempore sol vergit ad aquilonem, hieme ad meridiem. — *Spiritus.* D. Hieron. et alii solem interpretantur, qui propterea spiritus dicitur, quod res animet, vegetet, et quasi spiritum illis tribuat et vitam. Alii de ventis intelligunt per omnia discurrentibus, et in circulos suos revertentibus, quod scilicet nunquam non aliquo vento aliqua mundi plaga ex iis qui universam terram ambiunt perflatur, hoc suo ordine surgente, cum proximus cadit. Vide Plin., lib. 2, c. 27.

7. Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat; ad locum, unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant.

8. Cunctæ res difficiles; non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

9. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est; quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.

10. Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere : Ecce hoc recens est; jam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos.

11. Non est priorum memoria; sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.

12. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem.

13. Et proposui in animo meo quærere et investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.

14. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, et ecce universa vanitas, et afflictio spiritus.

15. Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus.

16. Locutus sum in corde meo, dicens : Ecce magnus effectus sum, et præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Jerusalem; et mens mea contemplata est multa sapienter, et didici.

7. Tous les fleuves entrent dans la mer; et la mer n'en regorge point; les fleuves retournent au même lieu d'où ils étaient sortis, pour couler de nouveau.

8. Toutes les choses du monde sont difficiles; l'homme ne les peut expliquer par ses paroles. *Cependant chez lui* l'œil ne se rassasie point de voir, et l'oreille ne se lasse point d'écouter.

9. Qu'est-ce qui a été autrefois? c'est ce qui doit se faire à l'avenir : qu'est-ce qui s'est fait? c'est ce qui se doit faire encore.

10. Rien n'est nouveau sous le soleil, et nul ne dira : Voilà une chose nouvelle; car elle a déjà été dans les siècles qui se sont passés avant nous.

11. *Il est vrai* qu'on ne se souvient plus de ce qui a précédé : mais les choses qui doivent arriver après nous seront oubliées de même par ceux qui viendront ensuite.

12. Moi, l'Ecclésiaste, j'ai été roi d'Israël dans Jérusalem.

13. Et je résolus en moi-même de rechercher et d'examiner avec sagesse, ce qui passe sous le soleil. *Car Dieu* a donné aux enfants des hommes cette fâcheuse occupation qui les exerce pendant leur vie.

14. J'ai vu tout ce qui se fait sous le soleil, et j'ai trouvé que tout était vanité et affliction d'esprit.

15. Les âmes perverties se corrigent difficilement, et le nombre des insensés est infini.

16. J'ai dit dans mon cœur : Je suis devenu grand, et j'ai surpassé en sagesse tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem. Mon esprit a contemplé les choses avec une grande attention, et j'ai beaucoup appris.

12. *Fui rex Israel in Jerusalem.* Il n'y a que Salomon qui ait pu ainsi parler de lui. Car après son règne, le schisme éclata, et les rois d'Israël ne siégèrent plus à Jérusalem. Ceux de ses successeurs qui régnèrent à Jérusalem ne furent plus que rois de Juda.

13. *Hanc occupationem pessimam.* D'après l'Hébreu, il faut traduire : *C'est une occupation pénible que Dieu a donnée aux enfants des hommes pour les humilier.* Nous avons, en effet, le désir inné de la science, mais si nous avons le jugement droit et sain, plus nous étudions et plus nous sommes convaincus de notre faiblesse et de notre néant. Socrate, le plus sage des hommes, disait que ce qu'il savait le mieux, c'est qu'il ne savait rien.

---

7. *Ad locum.* Commode hic locus cum D. Hieron. et aliis intelligitur de torrentibus qui fiunt ex vaporibus in pluviam densatis, e mari præcipue elevatis, qui iterum decurrunt in mare. Potest etiam intelligi de omnibus fluminibus; nam aquæ maris per subterraneas cavernas sunt terris interfusæ, et illas molliunt, ex quibus humidi vapores elati et in aquas densati scaturiginibus fontium liquores sufficiunt. Vide Joan. Baptistam Scortiam de Nilo, lib. 2, c. 11.

8. *Cunctæ res difficiles.* Laborem afferentes earum scientiam atque cognitionem parare volentibus. Sunt enim artes et scientiæ variæ et multiplices, quæ exacte sine magno labore et studio percipi non possunt. — *Non potest eas homo explicare sermone.* Tanta est rerum difficultas, ut facultatem eas sermone explicandi superent; nam multa, varia et implicata sermone evolvenda sunt. — *Non saturatur oculus.* Hi enim sensus in hominibus semper * novi aliquid appetunt cognoscere, et citius fatigantur quam satiantur.

9. *Quid est quod fuit?* De rebus naturalibus potissimum videtur hoc intelligendum; nam hæ perseverant eædem : idem cœlorum motus, eadem elementorum collocatio, animalium species et proprietates eædem. Verum etiam est in moralibus; nam eadem hominum studia circa honores et divitias, militiam aut mercaturam, aliosque mores magis communes.

11. *Non est priorum memoria.* Solet enim ipsa vetustas hominum nomina et res gestas abolere.

13. *Investigare sapienter.* Subtiliter, accurate, profunde. — *Occupationem pessimam.* Laboriosissimam; tale enim est pertinax discendi studium. — *Dedit Deus filiis hominum.* Voluit laboriosissimam esse investigationem scientiæ; ut hic labor esset ex parte pœna curiositatis humanæ. — *Ut occuparentur in ea.* In hebræo est, *ad affligendum se in ea.*

14. *Afflictio spiritus.* Animo molestiam afferunt.

15. *Difficile corriguntur.* Notum illud Jerem., 13, 23 : *Si mutare potest Æthiops pellem suam, etc.* — *Stultorum.* Peccantium, et de rebus perverse judicantium.

17. J'ai appliqué mon cœur pour connaître la prudence et la science, les erreurs et l'imprudence, et j'ai reconnu qu'en cela même il y avait de la peine et de l'affliction d'esprit.

18. Parce qu'une grande sagesse est accompagnée d'une grande indignation; et que plus on a de science, et plus on a de peine.

17. Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, errorosque et stultitiam; et agnovi quod in his quoque esset labor et afflictio spiritus;

18. Eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio et qui addit scientiam, addit et laborem.

CHAPITRE II.

Vanité des plaisirs et des richesses.

1. Alors j'ai dit en moi-même : Goûtons toutes sortes de délices, *et* jouissons des biens *présents*. et j'ai reconnu que cela même n'était que vanité.

2. *C'est pourquoi* j'ai condamné le ris de folie, et j'ai dit à la joie : Pourquoi vous trompez-vous si vainement.

3. J'ai pensé en moi-même retirer ma chair *de l'usage* du vin, pour porter mon esprit à la sagesse et pour éviter l'imprudence, jusqu'à ce que j'eusse reconnu ce qui est utile aux enfants des hommes, et ce qu'ils doivent faire sous le soleil pendant les jours de leur vie.

4. J'ai fait faire des ouvrages magnifiques, j'ai bâti des maisons, j'ai planté des vignes,

1. Dixi ego in corde meo : Vadam et affluam deliciis, et fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas.

2. Risum reputavi errorem; et gaudio dixi : Quid frustra deciperis?

3. Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stultitiam, donec viderem quid esset utile filiis hominum; quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.

4. Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, et plantavi vineas;

18. *Qui addit scientiam, addit et laborem.* Plus on a de sagesse et plus on a de douleur d'en voir si peu parmi les hommes; plus on a de science et plus on a de peine de voir tant d'erreurs parmi ses semblables. Ceci n'est pas dit pour nous détourner de l'étude; mais la pensée de l'auteur, c'est de nous faire voir que la science humaine doit avoir un but plus élevé que le désir naturel de connaître, parce que, dans ce cas, la science la plus étendue et la plus variée n'est que vanité et affliction d'esprit.

Cap. II. — 1. *Dixi ego in corde meo.* Salomon vient de considérer les actions et les pensées des hommes, et il n'y a trouvé que vanité. Il va maintenant examiner leurs passions. La plus forte et la plus générale est celle des plaisirs. Il l'aborde donc en disant dans son cœur : « J'irai, et je goûterai toutes sortes de délices, etc. »

4. *Magnificavi opera mea.* Des plaisirs des sens dont on se fatigue rapidement, il passe aux jouissances extérieures qui résultent du luxe et de tout l'éclat de la vaine gloire, et il arrive à reconnaître que toutes ces choses qui sont si grandes, si belles selon le monde, ne procurent pas la moindre satisfaction.

---

17. *Doctrinam.* Scientiam. — *Erroresque et stultitiam.* — *Nam*, ut inquit D. Hieron. *contraria contrariis intelliguntur.* — *In his quoque esset labor.* In his cognoscendis, scilicet prudentia, doctrina, *erroribus*, stultitia.

18. *Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio.* Varie exponitur hic locus; nam aliqui accipiunt de indignatione quam quis cognitione crescente concipit contra vitia propria. Alii de indignatione investigantis felicitatem et quietem in rebus humanis, quæ nusquam invenitur; indignantur enim sapientes et dolent quod casso labore illam quæsierint. Alii de indignatione ex scientiarum difficultate. Alii de honesta indignatione, et quasi nausea ad fœdas voluptates ob gustatum suavem sapientiæ et rerum spiritualium saporem. Alii de superbia, fastu et elatione sapientum, qui simpliciores contemnunt et illis irascuntur cum interrogantur; nam doctissimus quisque laboriosissime docet, cum illi sit grave et molestum in munitis rebus et sibi facilibus versari, interim luctando cum discipuli ignorantia, quam germaniorem esse existimo hujus loci interpretationem. — *Qui addit scientiam, addit et laborem.* Intellige de labore qui a doctis suscipitur in discendo, dum adhuc plura scire volunt. Vel de labore et molestia in docendo, juxta ultimo loco allatam expositionem superioris hemistichii : *Quo quisque est ingeniosior*, inquit Cicero, *hoc docet iracundius et laboriosius.*

Cap. II. — 1. *Bonis.* Delectabilibus.

2. *Risum.* Nomine risus et gaudii omne genus immoderatæ voluptatis intelligit. — *Errorem.* In Hebr. est מהולל *meholal*, quam vocem alii aliter vertunt vel explicant, videlicet immoderationem, nimietatem, insaniam, vociferationem, tumultum, effrenatam lætitiam, circumlationem, circumvagationem, errorem. Nec dissimilis varietas in græcis, apud quos aliqui περιφοράν, *circumlationem*, alii παραφοράν, *insaniam*, alii πλάνην, *errorem*, alii θόρυβον, *tumultum*, interpretati sunt. — *Gaudio dixi.* Gaudium alloquitur per prosopopœiam, agens cum re inanimata quasi cum animata. — *Quid frustra deciperis?* In Hebr. ad verbum est, *quid hoc facit?* quasi dicat : Cum risus et immoderatum gaudium res sit inanis et vitiosa.

3. *Cogitavi in corde meo.* Nimirum jam perspecta rerum vanitate. — *Abstrahere a vino.* Vini et ebrietatis nomine omne genus voluptatis intelligit, ac præsertim gustus et quæ hos sequuntur voluptates tactus. — *Carnem meam.* Meipsum, sensus meos. — *Donec viderem.* Dum in his versabar, rem omnem conferebam, ut explorarem quid vere homini bonum, utile et jucundum sit. — *Quo facto opus est.* Quid sit illud quod facere debeant, ut rem maxime utilem obtineant; vel quæ si, res ejusmodi, quam facere et persequi debeant. In hebræo et græco est : *Donec viderem quid sit bonum filiis hominum, quod faciant sub sole, in numero dierum vitæ suæ.* — *Numero dierum.* Tota vita.

4. *Magnificavi opera mea.* Magna opera feci mihi in commodum meum, et ad voluptatem et delicias.

5. Feci hortos, et pomaria, et consevi ea cuncti generis arboribus.

6. Et extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem silvam lignorum germinantium;

7. Possedi servos et ancillas, multamque familiam, habui armenta quoque, et magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem;

8. Coacervavi mihi argentum, et aurum, et substantias regum, ac provinciarum; feci mihi cantores, et cantatrices, et delicias filiorum hominum, scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda.

9. Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem; sapientia quoque perseveravit mecum.

10. Et omnia quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis; nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, et oblectaret se in his quæ præparaveram; et hanc ratus sum partem meam, si uterer labore meo.

11. Cumque me convertissem ad universa opera quæ fecerant manus meæ, et ad labores in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole.

12. Transivi ad contemplandam sapientiam, erroresque et stultitiam (quid est, inquam, homo, ut sequi possit Regem factorem suum?)

13. Et vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris.

14. « Sapientis oculi in capite ejus; stultus in tenebris ambulat; et didici

5. J'ai fait des jardins et des clos, où j'ai mis toutes sortes d'arbres.

6. J'ai fait faire des réservoirs d'eaux, pour arroser les plants des jeunes arbres.

7. J'ai eu des serviteurs et des servantes, et un grand nombre d'esclaves nés dans ma maison; un grand nombre de bœufs et de troupeaux de brebis, plus que n'en ont jamais eu tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem.

8. J'ai amassé une grande quantité d'or et d'argent, les richesses des rois des provinces; j'ai établi des musiciens et des musiciennes, *et je me suis accordé* tout ce qui fait les délices des enfants des hommes, *j'ai eu* des coupes d'or et des vases *précieux* pour servir le vin.

9. Et j'ai surpassé en richesses tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem; et la sagesse a toujours été avec moi.

10. *Enfin* je n'ai rien refusé à mes yeux de tout ce qu'ils ont désiré; j'ai permis à mon cœur de jouir de toutes sortes de plaisirs, et de prendre ses délices dans tout ce que j'avais préparé; et j'ai cru que mon partage *le plus avantageux* était de jouir ainsi de mes travaux.

11. Mais tournant ensuite les yeux vers tous les ouvrages que mes mains avaient faits, et tous les travaux auxquels j'avais pris une peine si inutile, j'ai reconnu qu'il n'y avait que vanité et affliction d'esprit dans toutes ces choses et que rien n'est stable sous le soleil.

12. J'ai *donc* passé à la contemplation de la sagesse, des erreurs et de l'imprudence *des hommes*; qu'est-ce que l'homme, ai-je dit, pour pouvoir suivre *dans ses voies* le Roi qui l'a créé?

13. Et j'ai reconnu que la sagesse a autant d'avantage sur l'imprudence que la lumière en a sur les ténèbres.

14. Les yeux du sage sont à sa tête : *mais* l'insensé marche dans les ténèbres. Et néanmoins

12. *Transivi ad contemplandam sapientiam.* Il revient alors à la sagesse qu'il a déjà examinée dans le chapitre précédent. Les anciens entendaient par là les sciences philosophiques et morales. Il reconnaît leur utilité, elles sont une lumière pour l'homme ici-bas. Mais si on les étudie pour elles-mêmes, elles ne produisent que déception. Car si l'homme se renferme dans cette existence terrestre, il voit le savant et l'ignorant, le sage et l'insensé aboutir également à la mort, qui rend vains tous leurs projets.

---

6. *Silvam lignorum germinantium.* Hebraice et græce habetur, *silvam producentem ligna.*

8. *Substantias regum, ac provinciarum.* Quæ divitiæ tributis et muneribus provinciarum parabantur, negotiatione etiam, et missione classium in Ophir, etc. — *Delicias filiorum hominum.* Delicatas epulas, aliasque lautitias quibus homines delectantur.

9. *Sapientia... perseveravit mecum.* Contemplatione et judicio speculativo, non praxi et usu morali.

10. *Hanc ratus sum partem meam.* Pars in Scripturis frequenter pro carissimo bono sumitur; sic Psal., 15, 5, dicitur : *Dominus pars hæreditatis meæ, etc.* — *Si uterer labore meo.* Si iis quæ paraveram fruerer.

12. *Transivi ad contemplandam sapientiam.* Significat se, alternantibus animi cogitationibus dubiam, ad sapientiæ studium revocasse, et curasse illam adipisci, et errores et stultitiam agnoscere, ut vitare posset. — *Quid est, inquam, homo!* Videtur significare Ecclesiastes imperfectam esse admodum cognitionem nostram, comparatam cum illa quæ est in Deo factore nostro, et præ ipsa tenebras quasdam censeri; nihilominus ex diligenti oppositorum collatione se deprehendisse sapientiam quæ nobis obvenit, si cum humana stultitia comparetur, maximi pretii esse, et instar lucis ad tenebras; ideo minime spernendam, vel cum dicta stultitia conferendam. Vel significat non posse hominem, quantumvis divitem et magnificum, ædium regiarum molitorem (de quibus paulo ante dixerat), cum Deo conferri, qui summus est architectus mundi, et omnium quæ mundi complexu continentur.

14. *Oculi in capite ejus.* Oculos habet, et videt. — *Didici quod unus utriusque esset interitus.* Cum sapientiam et stultitiam inter se compararem, partim dispares, partim æquales, sapientes et insipientes esse deprehendi : dispares atque dissimiles in ratione agendi, vivendi, progrediendi, quod ad actiones et ad animum pertinet, ac vere omnino pares atque similes in quibusdam humanis atque communibus eventibus, adeoque in ipsa morte et vitæ exitu. Itaque non significat se existimasse hominis animam esse mortalem, aut nullum esse sapientis et stulti in morte discrimen.

j'ai reconnu qu'ils meurent tous deux l'un comme l'autre.

15. J'ai donc dit en moi-même : Si je dois mourir aussi bien que l'insensé, que me servira de m'être plus appliqué *que lui à l'étude* de la sagesse? et m'étant entretenu de ceci en mon cœur, j'ai reconnu qu'il y avait en cela même de la vanité.

16. Car la mémoire du sage ne sera pas éternelle; non plus que celle de l'insensé; et les temps à venir enseveliront tout également dans l'oubli. L'homme savant meurt comme l'ignorant.

17. C'est pourquoi la vie m'est devenue ennuyeuse, considérant que toutes sortes de maux sont sous le soleil, et que tout n'est que vanité et affliction d'esprit.

18. J'ai regardé ensuite avec détestation toute cette application si grande avec laquelle j'avais tant travaillé sous le soleil, devant laisser après moi un héritier,

19. Qui sera le maître de tous les ouvrages auxquels je me suis appliqué avec tant de peine et de travail, sans que je sache s'il doit être sage ou insensé. Et y a-t-il rien de si vain?

20. C'est pourquoi j'ai quitté toutes choses, et j'ai pris dans mon cœur la résolution de ne me tourmenter pas davantage sous le soleil.

21. Car après qu'un homme a bien travaillé à acquérir la sagesse et la science, et qu'il s'est donné bien de la peine, il laisse tout ce qu'il a acquis à une personne qui n'aimera que l'oisiveté. Tout cela donc est une vanité et un grand mal.

22. Car que retirera l'homme de tout son travail et de l'affliction d'esprit avec laquelle il s'est tourmenté sous le soleil?

23. Tous ses jours sont pleins de douleur et d'amertume. Il n'a point de repos dans son âme, même pendant la nuit. Et n'est-ce pas là une *grande* vanité?

24. Ne vaut-il pas mieux manger et boire en

quod unus utriusque esset interitus. [a *Infr.* 8. 1. *Prov.* 17. 23.]

15. Et dixi in corde meo : Si unus et stulti et meus occasus erit, quid mihi prodest quod majorem sapientiæ dedi operam? Locutusque cum mente mea, animadverti quod hoc quoque esset vanitas.

16. Non enim memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum, et futura tempora oblivione cuncta pariter operient; moritur doctus similiter ut indoctus.

17. Et idcirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala universa esse sub sole, et cuncta vanitatem et afflictionem spiritus.

18. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, quam sub sole studiosissime laboravi, habiturus hæredem post me,

19. Quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit, et dominabitur in laboribus meis, quibus desudavi et sollicitus fui; et est quidquam tam vanum?

20. Unde cessavi, renuntiavitque cor meum ultra laborare sub sole.

21. Nam cum alius laboret in sapientia, et doctrina, et sollicitudine, homini otioso quæsita dimittit; et hoc ergo vanitas, et magnum malum.

22. Quid enim proderit homini de universo labore suo, et afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?

23. Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit; et hoc nonne vanitas est?

24. Nonne melius est comedere et

---

18. *Habiturus hæredem.* Au lieu de trouver un encouragement dans la pensée qu'après la mort, on laissera après soi un héritier, un autre soi-même, qui, en recevant nos biens, continuera pour ainsi dire nos traditions et notre manière de vivre, c'est encore là une illusion qu'il faut abandonner.

24. *Et hoc de manu Dei est.* C'est-à-dire : Il n'est pas au pouvoir de l'homme de choisir son héritier comme il le voudrait. C'est à Dieu à le déterminer. Il vaut donc mieux jouir du fruit de son travail que de chercher indéfiniment à amasser, quoique cette jouissance ne soit elle-même que vanité.

---

15. *Quid mihi prodest!* Quasi dicat : Quid mihi prodest ad vitam beatam illa sapientiæ supra stultitiam abundantia et præstantia, si me beatum non efficit, neque humanis ærumnis et casibus eripit! — *Animadverti quod hoc quoque esset vanitas.* Non quidem ipsa sapientia, aut illius possessio, sed curiositas et nimia sciendi sollicitudo, vel certe ipsius sapientis status humanis casibus obnoxius, et sapientis irritus conatus in obtinenda vitæ tranquillitate.

16. *Non enim erit memoria.* Secutura ætas probabit nova, suscipiet sæculi sapientes, contemnet antiquos. Hoc passim fieri videmus; nam veterum aliquot sapientissimorum hominum nomina tantum, plurimorum vero ne nomina quidem extant.

17. *Tæduit me vitæ meæ.* Instituti mei et studii tam pertinaciter positi in paranda rerum cognitione. — *Videntem mala universa.* Propria LXX ex hebræo, *quia malum super me opus, quod factum est sub sole*, quasi dicat : Quia etiam experior ipsi mihi regi atque sapienti perinde ac stulto aut vili homuncioni instare humanos casus et ærumnas.

18. *Rursus.* Quia supra, n. 8, dixerat : *Coacervavi mihi argentum, et aurum, etc.*, nunc damnat pertinax illud studium parandarum divitiarum.

19. *Et est quidquam tam vanum!* In Hebr. est, *et hoc quoque vanitas.*

20. *Ultra laborare.* Inutili et supervacanea sollicitudine laborare.

21. *In sapientia.* Sapienter, prudenter et sollicite. — *Magnum malum.* Malum, molestum et laboriosum paranti divitias; malum etiam luxurioso et prodigo hæredi, cui divitiæ sine suo labore partæ, seges et materia sunt omnis generis flagitiorum.

22. *De universo labore.* Quem fructum, quod commodum ipse reportat ex nimio illo labore et sollicitudine!

24. *Nonne melius est comedere et bibere?* Non ait nobis auctor ut epicureorum more,

bibere, et ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? et hoc de manu Dei est.

25. Quis ita devorabit, et deliciis affluet ut ego?

26. Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, et scientiam, et lætitiam; peccatori autem dedit afflictionem et curam superfluam, ut addat, et congreget, et tradat ei qui placuit Deo; sed et hoc vanitas est, et cassa sollicitudo mentis.

repos, et faire du bien à son âme du fruit de ses travaux? Mais ceci vient de la main de Dieu.

25. *Car* qui se rassasiera et jouira de toutes sortes de délices autant que moi?

26. *Mais* Dieu a donné à l'homme qui lui est agréable la sagesse, la science, la joie : et il a donné au pécheur l'affliction et les soins inutiles *en le livrant à son avarice*, afin qu'il amasse sans cesse, qu'il ajoute bien sur bien, et qu'il le laisse *ensuite* à un homme qui sera agréable à Dieu. Mais cela même est une vanité et un tourment d'esprit fort inutile.

CHAPITRE III.

Chaque chose a son temps. Vanité de l'étude des choses naturelles.

1. Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cœlo.

2. Tempus nascendi, et tempus moriendi.

Tempus plantandi, et tempus evellendi quod plantatum est.

3. Tempus occidendi, et tempus sanandi.

Tempus destruendi, et tempus ædificandi.

4. Tempus flendi, et tempus ridendi; tempus plangendi, et tempus saltandi.

5. Tempus spargendi lapides, et tempus colligendi.

Tempus amplexandi, et tempus longe fieri ab amplexibus.

1. Car toutes choses ont leur temps, et tout passe sous le ciel après le terme qui lui a été prescrit.

2. Il y a temps de naître, et temps de mourir;

Temps de planter, et temps d'arracher ce qui a été planté.

3. Il y a temps de tuer, et temps de guérir;

Temps d'abattre, et temps de bâtir.

4. Il y a temps de pleurer, et temps de rire; temps de s'affliger, et temps de sauter de joie.

5. Il y a temps de jeter les pierres, et temps de les ramasser;

Temps d'embrasser, et temps de s'éloigner des embrassements.

Cap. III. — 1. *Omnia tempus habent.* En nous montrant les vicissitudes auxquelles sont soumises toutes les choses d'ici-bas, Salomon achève de nous en faire voir la vanité. Mais en même temps il nous apprend à diriger notre activité en faisant chaque chose en son temps et en distribuant avec intelligence nos loisirs.

---

luxuriose vivamus, et ventri indulgeamus; sed ut sordidam fugiamus avaritiam et supervacaneum studium parandi divitias. — *Ostendere animæ suæ bona.* Non defraudare genium suum bona quibus frui honeste possit subtrahendo. — *Et hoc de manu Dei est. Mihi visum est*, inquit D. Hieron., *hoc in rebus esse justissimum, ut suo quisque labore fruatur bibens et comedens, siquidem munus Dei est talem viro dare mentem, ut ea quæ curis vigiliisque quæsivit ipse consumat.* Vel sensus est : si alicui detur ita vivere, existimet non esse exiguum munus, quo divino beneficio ornatus est.

25. *Quis ita devorabit?* Quis meliore jure possit devorare, et deliciis affluere, quam ille ipse qui ea multo labore et sollicitudine paravit? Itaque verbum *devorabit* in bonam partem accipiendum est; est enim in hebræo יאכל *jochal*, a radice אכל, quæ in bonum ponitur.

26. *In conspectu suo.* Ut visum fuerit ipsi; ut placitum fuerit in oculis ejus, * ei quem amat Deus. — *Sapientiam... et lætitiam.* Ut sapiat, et bonis partis frui sciat et lætari. — *Tradat ei qui placuit Deo.* ipse bonis suis non fruatur, sed hæredem post se eum relinquat, quem voluerit Deus bonorum illorum esse possessorem. — *Cassa sollicitudo mentis. Afflictio spiritus*, ut est in hebræo.

Cap. III. — 1. *Omnia tempus habent.* Videbatur contraria quodammodo docuisse Ecclesiastes capite superiori; nam damnaverat vinum, risum, gaudium, capitis initio; mox suaserat edere, bibere, et ostendere animæ suæ bona, in fine capitis. Conciliat ergo quæ adversa et pugnantia videbantur, docens oportere ut quodlibet suo tempore fiat, nam omnia tempus habent opportunum. — *Suis spatiis transeunt.* Suum tempus habent, quo opportune fiant; nam in græco est, καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, *opportunitas omni rei*, vel *negotio*. In Hebr. est, *tempus omni voluntati*, scilicet explendis desideriis : nam aliquando sine noxa voluptates aliquas sectari possumus, aliquando vero contrarium velle licitum est et opportunum.

3. *Tempus occidendi.* Ut in bello, vel etiam tempore pacis, ut cum scelesti ultimo afficiuntur supplicio.

4. *Plangendi.* Fletus, de quo ante, significat lacrymas quas privatim fundimus. At vero verbum *plangendi* luctum aliquem solemniorem, qualis in funeribus, III. Reg., 14, 13; Jerem., 16, 4; Zachar., 12, 10, 12.

5. *Spargendi lapides.* Dirutis parietibus. — *Amplexandi.* Dandi operam rei uxoriæ. Alii de conciliandis amicitiis intelligunt.

6. Il y a temps d'acquérir, et temps de perdre ;

Temps de conserver, et temps de rejeter.

7. Il y a temps de déchirer, et temps de rejoindre ;
Temps de se taire, et temps de parler.
8. Il y a temps pour l'amour, et temps pour la haine ;
Temps pour la guerre, et temps pour la paix.
9. Que retire *donc* l'homme de tout son travail ?
10. J'ai vu l'occupation *pénible* que Dieu a donnée aux enfants des hommes, *en les livrant à une curiosité inquiète* qui les travaille pendant leur vie.
11. Tout ce qu'il a fait est bon : *il a fait chaque chose* en son temps, il a livré le monde à leurs *vaines* disputes, sans que l'homme puisse connaître les ouvrages que Dieu a créés dès le commencement jusqu'à la fin.
12. Et *ainsi* j'ai reconnu qu'il n'y avait rien de meilleur que de se réjouir et de bien faire pendant sa vie.
13. Car tout homme qui mange et qui boit, et qui retire du bien de son travail, reçoit cela par un don de Dieu.
14. *En effet*, j'ai appris que tous les ouvrages que Dieu a créés demeurent à perpétuité, et que nous ne pouvons ni rien ajouter, ni rien ôter à tout ce que Dieu a fait afin qu'on le craigne.
15. *Ainsi* ce qui a été est encore ; ce qui doit être a déjà été ; et Dieu rappelle *sans cesse* ce qui est passé.
16. J'ai vu sous le soleil l'impiété dans le lieu du jugement, et l'iniquité dans le lieu de la justice.

6. Tempus acquirendi, et tempus perdendi.
Tempus custodiendi, et tempus abjiciendi.
7. Tempus scindendi, et tempus consuendi.
Tempus tacendi, et tempus loquendi.
8. Tempus dilectionis, et tempus odii.

Tempus belli, et tempus pacis.
9. Quid habet amplius homo de labore suo ?
10. Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum ut distendantur in ea.

11. Cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usque ad finem.

12. Et cognovi quod non esset melius nisi lætari, et facere bene in vita sua.

13. Omnis enim homo qui comedit et bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est.
14. Didici quod omnia opera quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum ; non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus ut timeatur.
15. Quod factum est, ipsum permanet ; quæ futura sunt, jam fuerunt ; et Deus instaurat quod abiit.
16. Vidi sub sole in loco judicii impietatem, et in loco justitiæ iniquitatem.

11. *Et mundum tradidit disputationi.* On a vu ici du scepticisme, mais la pensée de Salomon ne va pas si loin. Il nous montre la science comme étant libre dans ses investigations ; toutefois la nature qui fait l'objet de nos études est si vaste, qu'elle ne parviendra jamais à l'épuiser.

13. *Hoc donum Dei est.* Dieu nous a donné les biens de ce monde pour embellir et orner notre exil, et c'est une folie que de se priver du fruit de ses travaux pour multiplier ses richesses comme le fait l'avare, ou de consumer sa vie à rechercher des choses qu'on ne peut savoir, comme le fait le savant qui ne met pas de bornes à son désir de savoir.

---

6. *Perdendi.* Expendendi. — *Abjiciendi.* Ut cum in tempestate fit rerum gravium voluntaria jactura.

7. *Scindendi.* Lacerandi vestes, ut faciebant Hebræi tempore luctus.

8. *Tempus odii.* Sic David de se ipso dicebat, Psalm., 118, 113 : *Iniquos odio habui* : et 138, 22 : *Perfecto odio oderam illos.*

9. *Quid habet amplius homo de labore suo ?* Explicatum est hoc supra, c. 1, n. 3.

10. *Ut distendantur in ea.* Ut occupentur, vel affligantur, quasi dicat : Consideravi vitam hanc plenam esse molestiis.

11. *In tempore suo.* Si rebus bene et in tempore suo uti noverimus. — *Mundum.* Græce, αἰῶνα, ævum, hoc est, omnia quæ in ævo sunt facta, seu in omnibus spatiis et intervallis durationis. — *Tradidit disputationi eorum.* In hebræo et græco est, *tradidit in corde ipsorum.* Dedit vel proposuit Deus humano cordi ad bonum, ut scilicet earum cognitione occuparetur, de illis cogitaret, loqueretur, disputaret, et per ea ad Creatorem ipsum assurgeret. Pagninus vertit : *etiam perpetuitatis desiderium dedit in corde ipsorum.* — *Ut non inveniat homo.* Ita Deus hominis considerationi et disputationi mundum et res creatas proposuit, ut tamen divini hujus operis causas, effectus, proprietates ab initio usque ad finem, hoc est, perfecte assequi non possit. Itaque etiam in harum rerum curiosa pervestigatione vanitas est et afflictio spiritus.

12. *Lætari. Ostendere animæ suæ bona,* ut dixit superiori, c. n. 24. — *Facere bene.* De aliis etiam bene mereri benefaciendo et largiendo.

13. *Hoc donum Dei est.* Hoc idem dixerat superiori, c. n. 24, illis verbis : *Et hoc de manu Dei est.*

14. *Perseverent in perpetuum.* Ut cœli, elementa, species animalium et plantarum, etc. — *Non possumus eis quidquam addere.* Sunt enim perfecta in genere suo ; nam *viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona,* Gen., 1, 31. — *Ut timeatur.* Dum ejus sapientia et potentia ex operibus ejus æstimatur.

15. *Permanet.* In seipso, ut elementa, vel in sibi simili, ut animalia et plantæ. — *Fuerunt.* In eadem specie. — *Instaurat.* Simile producendo.

16. *In loco judicii.* In ipsis tribunalibus judicum, qui justitiæ propugnatores esse deberent.

---

17. Et dixi in corde meo : Justum et impium judicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit.
18. Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis.

19. Idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio ; sicut moritur homo, sic et illa moriuntur : similiter spirant omnia, et nihil habet homo jumento amplius ; cuncta subjacent vanitati ;
20. Et omnia pergunt ad unum locum ; de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur.
21. Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum ?
22. Et deprehendi nihil esse melius quam lætari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat ?

17. Et j'ai dit en mon cœur : *Un jour* Dieu jugera le juste et l'injuste : et alors ce sera le temps *de la consommation* de toutes choses ;
18. J'ai *aussi* dit en mon cœur, touchant les enfants des hommes, que Dieu les éprouve, et qu'*il leur* fait voir qu'ils sont semblables aux bêtes.
19. C'est pour cela que les hommes meurent comme les bêtes, et que leur sort est égal ; comme l'homme meurt, les bêtes meurent aussi. Les uns et les autres respirent de même, et l'homme n'a rien de plus que la bête. Tout est soumis à la vanité ;
20. Et tout tend en un même lieu ; ils ont tous été tirés de la terre, ils retournent aussi tous dans la terre.
21. Qui connaît si l'âme des enfants des hommes monte en haut, et si l'âme des bêtes descend en bas ?
22. Et j'ai reconnu qu'il n'y a rien de meilleur à l'homme que de se réjouir dans ses œuvres ; et que c'est là son partage. Car qui pourra le mettre en état de connaître ce qui doit arriver après lui ?

17. *Justum et impium judicabit Deus.* Le désordre qui règne ici-bas dans le monde sous le rapport moral, fait voir à Salomon la solution de l'objection que l'impie tire de là contre la Providence. Il voit au delà de cette vie le règne de la justice divine qui répare tout ; ce qui prouve qu'il n'engage pas l'homme à jouir des biens de ce monde à la façon d'Épicure. Dans les versets suivants, il appuie sur la ressemblance extérieure qu'il y a entre l'homme et les animaux, ce n'est pas pour en conclure que leur destinée est la même. Mais il nous montre là une épreuve pour notre foi, et par conséquent, il juge que cette similitude n'est qu'apparente : *Dixi ut probaret eos Deus.*

22. *Quis enim eum adducet.* Quel est l'homme qui puisse, sans les lumières de la foi, savoir ce que devient l'âme dans l'autre vie. Voltaire reconnaît lui-même que c'est là le sens de l'*Ecclésiaste*, et il traduit ainsi en vers sa pensée :

> Quel homme a jamais su par sa propre lumière
> Si, lorsque nous tombons dans l'éternelle nuit,
> Notre âme avec nos sens se dissout tout entière,
> Si nous vivons encore ou si tout est détruit !

---

17. *Justum et impium.* Licet ad tempus innocens et pauper potentiorum violentia opprimatur, at tandem omnes divino tribunali sistendi sunt, et divino judicio judicandi, quod unicuique reddet in quod meritus fuerit. — *Tempus omnis rei tunc erit.* Tunc plane satisfiet justitiæ, et res omnes componentur et exigentur ad normam divini judicii. Italice diceremus : *In quel tempo s'aggiusteranno tutte le partite.* Verti potest ex Hebræo : *Quæcumque cui cogitantur nunc, cui fiunt.*

18. *Dixi in corde.* Notat Pineda in Bibliis Vaticanis impressorum incuria haberi : *Dixi in corde filiis hominum*, cum legendum sit, *dixi in corde meo de filiis hominum.* Sensus ergo est : cum non invenirem causam aliam propter quam Deus permittat in loco judicii iniquitatem, etc., visum est mihi velle illum hujusmodi humanis tumultibus homines sic exercere, ut videat se in hac vita parum differre a brutis : non aliter enim inter se homines tumultuantur, nec majori sæpe ratione, quam bruta inter sese. Interim vero Deus dilatione sui judicii, et occultatione futuræ sortis justorum et impiorum, probat an homo aliquid bestiis sublimius sapiat, et an futurum judicium et bonorum operum mercedem expectet, malorum pœnam reformidet.

* 19. *Unus interitus est.* Quod attinet ad corpus, non sunt homines melioris conditionis quam bestiæ ; nam pari modo dolent, ægrotant, moriuntur.

20. *Pergunt ad unum locum.* Nimirum quoad corpus quod terra conditur.

21. *Quis novit ?* Non inter pecudes et homines, inquit D. Hieronymus, secundum animæ dignitatem nihil interesse contendit, sed adjiciendo *quis*, difficultatem rei voluit demonstrare. Pronomen enim *quis* in Scripturis sanctis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipitur, ut Is. 53. 8 : *Quis enarrabit ?* Psal., 14, 1 : *Quis habitavit ?* Jerem., 17, 9 : *Quis cognoscet ?* * Vel intellige de scientia experimentali secundum quam nescimus quo tendat humanus spiritus, cum evolat e corpore. — *Ascendat sursum.* Chald. *supra firmamentum.* Recte *ascendendi* verbo locus designatur remunerationis, qui licet cum hæc scriberet Salomon esset sub hac terræ superficie, aliquando tamen esse debebat in excelso loco ; ita ut ascendere sursum sit quod c. 12, n. 7, dicitur : *Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

22. *Lætari.* Quomodo hoc sit intelligendum diximus superiori c. n. 24. — *Partem illius* Vide dicta c. 2, n. 10. — *Quis... eum adducet ?* Iterum in hunc mundum. — *Ut post se futura cognoscat.* Hunc locum sic expressit versio arabica : *Quis eum adducet ut videat quid faciendum sit post se de illo, quod reliquit ?* Cui versioni consentit D. Hieronymus, qui ita, ex aliorum tamen sententia, interpretatur : *Cum mors venerit, nesciet quali sit hæredi moriturus, utrum dignus an indignus suis opibus perfruatur.*

CHAPITRE IV.

Des diverses passions humaines. Folie de l'avarice. Vanité de la puissance souveraine. Obéissance préférable aux sacrifices.

1. J'ai porté mon esprit ailleurs. J'ai vu les oppressions qui se font sous le soleil, les larmes des innocents, sans qu'il y ait personne pour les consoler, et l'impuissance où ils se trouvent de résister à la violence, abandonnés qu'ils sont du secours de tout le monde.

2. Et j'ai préféré l'état des morts à celui des vivants;

3. Et j'ai estimé plus heureux que les uns et les autres celui qui n'est pas encore né, et qui n'a point vu les maux qui se font sous le soleil.

4. J'ai considéré aussi tous les travaux des hommes, et j'ai reconnu que leur industrie est exposée à l'envie des autres, et qu'ainsi cela même est une vanité et une inquiétude inutile.

5. L'insensé met ses mains l'une dans l'autre; et il mange sa propre chair en disant :

6. Un peu dans le creux de la main vaut mieux avec du repos, que plein les deux mains, avec travail et affliction d'esprit.

7. En considérant *ainsi* toutes choses, j'ai trouvé encore une autre vanité sous le soleil.

8. *C'est que* tel est seul, et n'a personne avec lui, ni enfant, ni frère, qui néanmoins travaille sans cesse : ses yeux sont insatiables de richesses; et il ne lui vient point dans l'esprit de se dire à lui-même : Pour qui est-ce que je travaille, et pourquoi me priver moi-même de l'usage de mes biens? C'est là encore une vanité et une affliction d'esprit bien malheureuse.

9. Il vaut donc mieux être deux ensemble que d'être seul : car ils tirent de l'avantage de leur société.

1. Verti me ad alia, et vidi calumnias quæ sub sole geruntur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem; nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.

2. Et laudavi magis mortuos quam viventes;

3. Et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.

4. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi; et in hoc ergo vanitas et cura superflua est.

5. Stultus complicat manus suas, et comedit carnes suas, dicens :

6. Melior est pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore, et afflictione animi.

7. Considerans reperi et aliam vanitatem sub sole.

8. Unus est, et secundum non habet, non filium, non fratrem, et tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi ejus divitiis; nec recogitat, dicens : Cui laboro, et fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est et afflictio pessima.

9. Melius est ergo duos esse simul, quam unum; habent enim emolumentum societatis suæ;

CAP. IV. — 2. *Et laudavi magis mortuos.* Salomon se place au point de vue de l'homme qui ne croit pas à l'autre vie et qui borne toutes ses espérances à celle-ci. Dans ce cas, la vie de ce monde n'offre en effet que déception. Si l'on travaille, ce que l'on acquiert est vain; si l'on ne fait rien, on tombe dans la misère : il n'y a que des écueils de toutes parts.

9. *Melius est ergo duos esse.* Salomon exprime ici les avantages de l'association. L'homme n'est pas fait pour vivre seul; il ne peut vivre qu'en société. L'égoïsme qui porte l'homme à l'isolement est un vice contre nature, qui fait le malheur de celui qui en est l'esclave.

CAP. IV. — 1. *Consolatorem.* Qui verbo, aut ope sublevet oppressos; nam vox hebræa utrumque significat.

2. *Laudavi magis mortuos.* Nam, ut ait S. Ambros. serm. super c. 7, Job : *Tantis malis hæc vita repleta est, ut comparatione ejus mors remedium putetur esse, non pœna.* Sic Elias, III. Reg., 19, 4 : *Petivit animæ suæ ut moreretur*, cum Achabi et Jezabelis idololatrarum persecutionem videret contra fideles. Sic Judas Machabæus dicebat : *Melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ et sanctorum.* 1. Machab. 3, 59.

3. *Feliciorem utroque.* Quia nimirum non modo hæc mala evasit, sed nec expertus est.

4. *Patere invidiæ proximi.* Quasi dicat : Si quis calumnias et oppressiones violentas potentiorum effugiat, certe æqualium, aut inferiorum invidiam non evadit. — *Cura superflua.* Hebraice sunt eadem verba quæ supra non semel vertit, *afflictio spiritus.* Cura superflua est et afflictio spiritus velle esse superiorem invidiæ, cum hæc optimum quemque petere soleat.

5. *Complicat manus suas.* Invidiam veritus et aliorum oblocutiones et contradictiones. — *Comedit carnes suas.* Significat summam quamdam inopiam, et seipsam quasi exedentem afflictionem. Monebat Pythagoras : *Cor ne edito.*

6. *Melior est pugillus.* Veram sententiam plus justo pusillanimes suæ pigritiæ et inertiæ prætendunt. Veram, inquam; nam Salomon ait, Proverb. 17, 7 : *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Sed nimirum in medio virtus consistit, et ab utroque extremo recedere oportet cultorem virtutis, ut scilicet nec quietis pigritia, nec nimia multorum negotiorum susceptio strenuitatis nomine veletur.

* 8. *Secundum non habet.* Nemo est ei sanguine propinquus, cujus causa laboret.

9. *Melius est ergo duos esse simul.* Ex prædictis colligit sapiens melius facere eos qui vitæ societatem, et bonorum inter se communionem ineunt, præsertim si propinquis careant, in quos hæreditatem derivent; nam hoc pacto vita suavior est, utilior et honestior.

10. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur; væ soli! quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.

11. Et si dormierint duo, fovebuntur mutuo; unus quomodo calefiet?

12. Et si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei : funiculus triplex difficile rumpitur.

13. Melior est puer pauper et sapiens, rege sene et stulto, qui nescit prævidere in posterum.

14. Quod de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum; et alius natus in regno, inopia consumatur.

15. Vidi cunctos viventes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo qui consurget pro eo.

16. Infinitus numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum; et qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo; sed et hoc vanitas et afflictio spiritus.

17. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. *a* Multo enim melior est obedientia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. [*I. Reg.* 15. 22. *Osee.* 6. 8.]

10. Si l'un tombe, l'autre le soutient. *Mais* malheur à l'homme seul! car, lorsqu'il sera tombé, il n'aura personne pour le relever.

11. Si deux dorment ensemble, ils s'échauffent l'un l'autre. Mais comment un seul s'échauffera-t-il?

12. Si quelqu'un a de l'avantage sur l'un des deux, tous deux lui résistent; un triple cordon se rompt difficilement.

13. Un enfant pauvre, mais qui est sage, vaut mieux qu'un roi vieux et insensé, qui ne saurait rien prévoir pour l'avenir.

14. Car quelquefois tel est dans la prison et dans les chaînes, qui en sort pour être roi; et tel est né roi, qui tombe dans une extrême pauvreté.

15. J'ai vu tous les hommes vivants qui marchent sous le soleil, *aller* avec le jeune *prince*, qui doit se lever en sa place *et régner* après lui.

16. Tous ceux qui ont été avant lui, sont un peuple infini en nombre, et ceux qui doivent venir après ne se réjouiront point en lui. Mais cela même est une vanité et une affliction d'esprit.

17. Considérez où vous mettez le pied, lorsque vous entrez en la maison du Seigneur, et approchez-vous pour écouter : car l'obéissance vaut mieux que les victimes des insensés, qui ne connaissent pas le mal qu'ils font.

15. *Cum adolescente secundo.* Le jeune prince qui tient le second rang, par conséquent, l'héritier présomptif. Le Sage fait voir la vanité de la puissance souveraine, d'abord parce qu'elle est amissible, et que celui qui la possède peut en déchoir et tomber dans la misère, ensuite parce que les hommages qu'elle provoque sont plus intéressés que sincères. C'est ce qui fait qu'on se tourne de préférence du côté du soleil levant.

---

11. *Fovebuntur mutuo.* Nam ex alterius calore etiam alter incalescit. Itaque sensus est : sicut duo simul dormientes se invicem calefaciunt, sic duo simul habitantes se invicem juvant.

12. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Quasi dicat : Quo plures, eo melius; nec enim facile poterunt expugnari et frangi, sicut funis ex multis filis intortus non facile rumpitur, cum tamen singula fila nullo negotio rumpantur.

13. *Puer pauper.* Juvenis, aut puer pauper, si sapiens sit, præstat regi quantumlibet potenti, si stultus sit, nec in posterum prævidere et sibi regnoque prospicere possit.

14. *De carcere... ad regnum.* Videtur respicere historiam Josephi, qui cum juvenis esset, de carcere productus est ad regni administrationem. — *Inopia consumatur.* Quod multis regibus accidit de solio regni depulsis.

15. *Cum adolescente.* Notat aulicorum consuetudinem, qui regni hæredem, quem hic sapiens adolescentem secundum vocat, impensius colunt quam regem ætate provectiorem; nam ut ille aiebat : *Plures adorant tam solem orientem quam occidentem.* Plutarchus in Pompeio.

16. *Infinitus numerus.* Videtur hoc dictum ad castigandam principum præsertim juvenum elationem, quasi dicat : Licet a multis novus princeps colatur, tamen plurimi fuerunt homines, et postea erunt, quibus nec de visu nec de nomine cognitus erit; itaque in his lætari vanitas est, et afflictio spiritus sollicitum esse de gloriola aucupanda. — * *Non lætabuntur in eo.* Infiniti sunt qui nec norunt eum, nec colunt, nec res ab eo gestas probant, nec ideo lætantur.

17. *Custodi pedem tuum.* Monet Ecclesiastes quomodo nos gerere debeamus cum loca sacra intramus, ut scilicet composito corpore simus, vultu submisso et reverenti; quasi dicat : Vide quomodo ingrediaris. Si vero pedem mystice intelligamus, vel significantur animus affectus, vel viæ et vitæ consuetudo, vel intentionis rectitudo, vel quid simile. — *Appropinqua ut audias.* Ut quæ recitantur in ecclesia bene intelligas, vel ut percipias concionantem Ecclesiasten. — *Multo enim melior est obedientia.* Respicit dictum Samuelis 1. Reg. 15, 22. — *Qui nesciunt quid faciunt mali.* Qui non cogitant nec intelligunt quantum Deum offendant, et quam graviter puniendi sint; cum enim a peccandi consuetudine se non abducant, victimis quas offerunt Deum potius irritant quam placant.

CHAPITRE V.

De la circonspection. Des vœux, des désordres de ce monde. Inutilité de la grande fortune.

1. Ne dites rien inconsidérément, et que votre cœur ne se hâte point de proférer des paroles *indiscrètes* devant Dieu : car Dieu est dans le ciel, et vous sur la terre. C'est pourquoi parlez peu.

2. *Comme* la multitude des soins produit les songes; *de même* aussi l'imprudent se trouve dans l'abondance des paroles.

3. Si vous avez fait un vœu à Dieu, ne différez point de vous en acquitter : car la promesse infidèle et imprudente lui déplaît : mais accomplissez tous les vœux que vous aurez faits.

4. Il vaut beaucoup mieux ne faire point de vœux, que d'en faire, et ne les pas accomplir.

5. Ainsi que la légèreté de votre bouche ne soit point à votre chair une occasion de tomber dans le péché; et ne dites pas devant l'ange *que Dieu vous a donné* : Il n'y a point de providence, de peur que Dieu étant irrité contre vos paroles, ne détruise tous les ouvrages de vos mains.

6. Où il y a beaucoup de songes, il y a aussi beaucoup de vanité et de discours sans fin. Mais pour vous, craignez Dieu.

7. Si vous voyez l'oppression des pauvres, la

1. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, et tu super terram; idcirco sint pauci sermones tui.

2. Multas curas sequuntur somnia, et in multis sermonibus invenietur stultitia.

3. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta promissio; sed quodcumque voveris redde;

4. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere.

5. Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam; neque dicas coram angelo : Non est providentia; ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum.

6. Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, et sermones innumeri; tu vero Deum time.

7. Si videris calumnias egenorum, et

CAP. V. — 1. *Ne temere quid loquaris.* Dans ce chapitre, Salomon donne des avis. Il conseille d'abord à l'homme d'être circonspect dans ses paroles et de ne pas s'engager témérairement. Avant de faire un vœu, il faut y réfléchir, mais une fois qu'il est fait, on doit l'accomplir. Il faut appliquer le même principe aux engagements que nous contractons envers nos semblables. L'honnête homme ne doit pas donner légèrement sa parole, mais quand il l'a donnée, il doit en être esclave.

5. *Coram angelo.* On voit ici la doctrine des Juifs, qui admettait comme nous, pour chaque homme, un ange gardien, témoin de ses actes et de ses paroles. — *Non est providentia.* Ce qui porte l'incrédule à nier la Providence, c'est le désordre moral qui existe dans ce monde. Ce n'est pas une raison, dit Salomon, car dans la société, il y a une hiérarchie de puissance qui fait que les hommes relèvent les uns des autres, et que le premier d'entre eux relève de Dieu. Si la justice humaine est impuissante à tout punir ou à tout récompenser, l'heure de Dieu viendra, et il obligera tous les hommes à lui rendre compte de leur vie.

CAP. V. — 1. *Ne temere.* Monet sapiens ut, cum Deum oramus, non temere loquamur, multa inconsiderate effutientes, sed considerate : reverentes sublimem Dei majestatem. Simile est Christi documentum, Matth. 6, 7 : *Orantes autem*, inquit, *nolite multum loqui, sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.*

2. *Multas curas.* Sententia videtur esse : quemadmodum diurnæ mentis inconstantiæ et perturbationi etiam nocturna somnia perturbata et minime cohærentia respondent, ita multa verba orantis non possunt non afferre in narrando, pollicendo, vovendo, etc., stultum aliquid, inconstans et delirum.

3. *Infidelis.* Id est, non adimpleta. — *Stulta.* Est enim stulti temere promittere, et postquam promiserit de adimplenda promissione sollicitum non esse.

5. *Ne dederis os tuum.* Ne facile et temere os solvas, et vota concipias quæ tibi sint causa peccati. Vel potius : ne postquam voveris, obligationem voti coneris excutere, vel ita agere ac si illa solutus esses. — *Carnem tuam.* Et tu pecces, ut ait synecdoche, pars pro toto. Aliqui peculiariter referunt ad carnis lasciviam et concupiscentiam, quæ carnis nomine notari solet, * ut sit sensus : noli blanditiis uti ad perpetranda stupra aut adulteria. — *Coram angelo.* Qui unicuique adhæret comes, et qui te mendacii potest redarguere. — *Non est providentia.* Inconsulte votum protuli, non tantum processit deliberationis ut voluntarium censeri possit, atque ideo illius religione non teneor. LXX habent, *ne dixeris, quia ignorantia est.* — *Dissipet cuncta opera.* Videtur alludere ad illas impiorum maledictiones, Levit. 26, 20 : *Consumetur incassum labor vester;* et ibid. 26, 19 : *Frustra seretis sementem, etc.*; et Deut. 28, 19 : *Maledictus eris ingrediens et maledictus egrediens*, etc.

6. *Ubi multa sunt somnia.* Videtur hoc spectare ad eos de quibus proxime dictum est, qui scilicet votorum obligationem conantur eludere, quasi dicat : Sicut somniorum, ita verborum majorem partem esse vanam, atque ideo cavendum ne nosmetipsos decipiamus, et nobis concupiscentiisque nostris blandiamur, et fingamus somnia, vota nostra irrita fuisse asseverantes. Ita explicat D. Hieronymus : *Quoniam in somnio vitæ istius, et in imagine umbræ nobis qua vivimus, multa possumus invenire, quæ nobis verisimilia videantur, et nostra excusare peccata.*

7. *Si videris.* Ne mireris, id est, ne ægre feras, aut indigneris, si videris subverti justitiam; tu res tuas cura; alii sunt judicibus illis superiores, quibus hæc curæ esse debeant; ipsi viderint quomodo tantis malis occurrendum sit.

violenta judicia, et subverti justitiam in provincia, non mireris super hoc negotio; quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii.

8. Et insuper universæ terræ rex imperat servienti.

9. Avarus non implebitur pecunia; et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis; et hoc ergo vanitas.

10. Ubi multæ sunt opes, multi et qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis?

11. Dulcis est somnus operanti, sive parum, sive multum comedat; saturitas autem divitis non sinit eum dormire.

12. [a] Est et alia infirmitas pessima quam vidi sub sole; divitiæ conservatæ in malum domini sui. [a *Job.* 20. 20.]

13. Pereunt enim in afflictione pessima; generavit filium qui in summa egestate erit.

14. [a] Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, et nihil auferet secum de labore suo. [a *Job.* 1. 21. *I. Tim.* 6. 7.]

15. Miserabilis prorsus infirmitas; quomodo venit, sic revertetur. Quid ergo prodest ei quod laboravit in ventum?

16. Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris et in curis multis, et in ærumna atque tristitia.

17. Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis, et bibat, et fruatur

violence qui règne dans les jugements, et le renversement de la justice dans une province, que cela ne vous étonne pas : car celui qui est élevé en a un autre au-dessus de lui; et il y en a encore d'autres élevés au-dessus d'eux;

8. Et de plus, il y a un roi qui commande à tout le pays qui lui est assujéti.

9. L'avare n'aura jamais assez d'argent; et celui qui aime les richesses n'en recueillera point de fruit. C'est donc là encore une vanité :

10. *Car* où il y a beaucoup de bien, il y a aussi beaucoup de personnes pour le manger. De quoi donc sert-il à l'homme qui le possède, sinon qu'il voit de ses yeux beaucoup de richesses?

11. *Car* le sommeil est doux à l'ouvrier qui travaille, soit qu'il ait peu ou beaucoup mangé : mais le riche est *pour l'ordinaire* si rempli de viandes qu'il ne peut dormir.

12. Il y a encore une autre maladie bien fâcheuse que j'ai vue sous le soleil : des richesses conservées avec soin pour le tourment de celui qui les possède.

13. Il les voit périr avec une extrême affliction. Il a mis au monde un fils, qui sera réduit à la dernière pauvreté.

14. Comme il est sorti nu du sein de sa mère, il retournera aussi *nu dans le sein de la terre*, et n'emportera rien avec lui de son travail.

15. C'est là vraiment une maladie bien digne de compassion. Il s'en retournera comme il est venu. De quoi lui sert donc d'avoir tant travaillé en vain?

16. Tous les jours de sa vie il a mangé dans les ténèbres, dans un embarras de soins, dans la misère et dans le chagrin.

17. J'ai donc cru qu'il est bon qu'un homme mange et boive, et qu'il se réjouisse dans le fruit

17. *Visum est mihi bonum.* A l'égard des richesses, Salomon en condamne l'amour. L'avare

---

8. *Et insuper.* Et præter superiores magistratus, qui coercere possunt judices inferiores, est supremus omnium rex ipse, qui omnibus sibi servientibus et subjectis imperat. Viderit ille quid facto opus sit. * Vere dictum a Seneca :

Quidquid a vobis minor extimescit,
Major hoc vobis dominus minatur :
Omne sub regno graviore regnum est.

9. *Implebitur.* Satiabitur. — *Amat.* Immodice. — *Fructum non capiet ex eis.* Nam avari non attingunt pecunias suas, nec illas audent expendere ne imminuantur, atque ita illis non fruuntur.

10. *Ubi multæ sunt opes.* Vanitas est felicitatem in multis divitiis constituere; nam qui abundant opibus, multam etiam familiam habeant necesse est, quæ comedat eas. Adde fures qui multa detrahunt et intervertant, ipsamque rerum corruptibilium conditionem, quæ divitias arrodit et imminuit. — *Et quid prodest possessori?* Ipse dominus licet videat se multa habere, paucis tamen uti potest; nam exiguo cibo et potu expletur, et unum tantum indumentum ex multis quæ habet, circumponere sibi potest.

11. *Operanti.* Quia labore fesso corpori suavis somnus supervenit. — *Saturitas... divitis.* Cum nimis cibo distenditur ventriculus, placidus somnus non contingit. Vel sensus est de curis quas divitibus affert sollicitudo opes tuendi, vel amplificandi; hæ enim quietem capere avarum non permittunt, cum interim pauper, his solutus angoribus, bene dormiat. Ex quo apparet quanta sit divitiarum vanitas, quæ dominum suum non saturant, sed potius male habent, somnum illi adimendo, etc.

12. *Infirmitas pessima.* Malum atrox. — *In malum domini.* Nam multis exitio fuere divitiæ, quæ insidiis et latrociniis causas dederunt.

13. *Pereunt.* Divitiæ amittuntur, diripiuntur, dissipantur, elabuntur. — *In afflictione pessima.* Cum maximo dolore eorum qui eas possederant. — *Generavit filium.* Pereunt antequam ad filios transmitti possint.

15. *Miserabilis prorsus infirmitas.* In Hebræo eadem sunt verba, quæ supra interpres vertit, *infirmitas pessima* : grande et atrox malum. — *Quomodo venit.* Ut nudus ingressus est hunc mundum.

16. *In tenebris.* Sine animi lætitia. Vel ita loquitur sapiens, quia sordidi homines ab omni magnificentiæ splendore alieni sunt, sed latent obscuri. Comedunt etiam in tenebris, quia totum diem negotiis impendunt, et tandem de nocte cibum capiunt.

17. *Ut comedat quis.* Vide dicta c. 2, n. 24. — *Numero dierum vitæ.* Spatio temporis quo vivit. — *Pars illius.* Vide dicta c. 2, n. 10.

qu'il tire de tout son travail qu'il endure sous le soleil, pendant les jours que Dieu lui a donnés pour la durée de sa vie, et que c'est là son partage.

18. Et *en effet* quand Dieu a donné à un homme des richesses, du bien, et le pouvoir d'en manger, de jouir de ce qu'il a eu en partage, *et de trouver sa joie dans son travail*, cela même est un don de Dieu.

19. Car il se souviendra peu des jours de sa vie, parce que Dieu occupe *et remplit* son cœur de délices.

lætitia ex labore suo, quo laboravit ipse sub sole, numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus; et hæc est pars illius.

18. Et omni homini cui dedit Deus divitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit ut comedat ex eis, et fruatur parte sua, et lætetur de labore suo; hoc est donum Dei.

19. Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quod Deus occupet deliciis cor ejus.

CHAPITRE VI.

Condition malheureuse de l'avare.

1. Il y a encore un autre mal que j'ai vu sous le soleil, et qui est ordinaire parmi les hommes :

2. Un homme à qui Dieu a donné des richesses, du bien, de l'honneur, et à qui il ne manque rien pour la vie de tout ce qu'il peut désirer; et Dieu ne lui a point donné le pouvoir d'en manger : mais un étranger dévorera tout. C'est là une vanité et une grande misère.

3. Quand un homme aurait eu cent enfants, qu'il aurait vécu beaucoup d'années, et qu'il serait parvenu à une extrême vieillesse, si son âme n'use point des biens qu'elle possède, et qu'il soit même privé de la sépulture, je ne crains pas d'avancer de cet homme qu'un avorton vaut mieux que lui.

4. Car c'est en vain qu'il est venu au monde; il s'en retourne aussitôt dans les ténèbres, et son nom sera enseveli dans l'oubli.

5. Il n'a point vu le soleil, et il n'a point connu la différence du bien et du mal.

1. Est et aliud malum quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines;

2. Vir cui dedit Deus divitias, et substantiam, et honorem, et nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat; nec tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud; hoc vanitas, et miseria magna est.

3. Si genuerit quispiam centum liberos, et vixerit multos annos, et plures dies ætatis habuerit, et anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat; de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortivus.

4. Frustra enim venit, et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen ejus.

5. Non vidit solem, neque cognovit distantiam boni et mali :

est pour lui un insensé, et il taxe de folie celui qui se refuse tout pour laisser davantage aux siens. D'après sa doctrine, nous devons user des biens de ce monde, parce que Dieu nous les a donnés dans ce but, et le vrai moyen de se rendre la vie agréable, est d'user modérément de ces biens sans s'y trop attacher.

Cap. VI. — 1. *Est et aliud malum.* Pour prouver que l'homme ne peut trouver son bonheur dans les jouissances sensuelles, Salomon revient sur l'avare, et nous montre que s'il a du bien, c'est une chose vaine, parce qu'il n'ose en jouir, et que tôt ou tard la mort doit le lui ravir.

4. *Frustra enim venit.* C'est en vain que l'avorton est venu au monde, il n'a point vu le soleil, il n'a pas connu la différence du bien et du mal. L'avare est aussi malheureux que lui, puisqu'il n'a retiré aucun avantage de sa longue vie.

---

18. *Potestatem... tribuit ut comedat.* Dedit ei Deus ut sordidus non sit et avarus, sed ut divitiis suis fruatur. — *Hoc est donum Dei. Hoc donum Dei est*, ut dixit c. 2, n. 24. Vide ibi dicta.

19. *Recordabitur dierum.* Interim dum est occupatus commodis hujus vitæ, quibus honeste fruitur, non recordabitur, nec ante oculos et mentem versabuntur ærumnæ quæ mortalium vitam injucundam facere solent.

Cap. VI. — 2. *Nec tribuit ei potestatem Deus.* Videtur non habere jus dominii ad usum divitiarum, et negasse illi Deus liberaliter et honeste vivendi animum et voluntatem. Vel, non esse ei tributam a Deo peculiarem liberalitatis et veræ pietatis gratiam, qua divitiis dominetur et imperet, minime vero se illis subjiciat et addicat.

3. *Si genuerit quispiam.* Adeo grave malum est avaritia, ut omnia alia bona, quæ quodam modo felicem hominem faciunt, corrumpat. — *Non utatur bonis.* Dum vivit, parcit bonis nec ex illis post mortem saltem ad cohonestandum funus adhibeatur aliquid et expendatur. Melior illo sit abortivus, qui non caret vitio suo hujus vitæ bonis, ut avarus.

4. *Frustra... venit.* Avarus scilicet in hunc mundum, non minus quam abortivus. — *Ad tenebras.* Mortis. — *Oblivione delebitur.* Quia nihil memorabile fecit in vita.

5. *Non vidit solem.* Nam, ut dictum est capite superiori, n. 16 : *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris;* in quo est etiam abortivo similis. — *Neque cognovit distantiam boni et mali.* Quia bona suavia et jucunda nunquam expertus est, ideoque non intelligit quodnam sit discrimen inter miseram et sordidam, et liberalem, splendidam et jucundam vitam. In hoc autem avarus abortivo deterioris est conditionis, quia abortivus, si bonis caruit, caruit etiam malis; at avarus multa mala et incommoda expertus est, nec tamen sibi unquam indulsit ut bono aliquo frueretur.

6. Etiam si duobus millibus annis vixerit, et non fuerit perfruitus bonis; nonne ad unum locum properant omnia?

7. Omnis labor hominis in ore ejus : sed anima ejus non implebitur.

8. Quid habet amplius sapiens a stulto? et quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita?

9. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias : sed et hoc vanitas est, et præsumptio spiritus.

10. a Qui futurus est, jam vocatum est nomen ejus : et scitur quod homo sit, et non possit contra fortiorem se in judicio, contendere. [a *I. Reg.* 13. 14. *III. Reg.* 13. 2.]

11. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

6. Quand il aurait vécu deux mille ans, s'il n'a point joui de ses biens, tous ne vont-ils pas au même lieu?

7. Tout le travail de l'homme *sur la terre* est pour sa bouche : mais son âme n'en sera pas remplie.

8. Qu'a le sage de plus que l'insensé? qu'a le pauvre, sinon qu'il va au lieu où est la vie?

9. Il vaut mieux voir ce que l'on désire, que de souhaiter ce que l'on ignore. Mais cela même est une vanité et une présomption d'esprit.

10. Celui qui doit être est déjà connu par son nom; et Dieu sait qu'il est homme, et qu'il ne peut pas disputer en jugement contre un plus puissant que lui.

11. On discourt beaucoup; on se répand en beaucoup de paroles dans la dispute : et ce n'est que vanité.

CHAPITRE VII.

Bonne réputation. Utilité des corrections. Il n'y a de bonheur que dans la sagesse. Il faut éviter les excès. La femme est l'écueil de l'homme.

1. Quid necesse est homini majora se quærere, cum ignoret quid conducat

1. Qu'est-il nécessaire à un homme de rechercher ce qui est au-dessus de lui, lui qui ignore

7. *Anima ejus non implebitur.* L'homme doit travailler pour se procurer ce qui est nécessaire à son existence ici-bas. Il faut bien peu pour cela. Mais ces biens matériels ne suffisent pas pour satisfaire son âme. La cupidité ne dit jamais : C'est assez!

9. *Melius est videre quod cupias.* La pensée de l'auteur est celle-ci : Il vaut mieux jouir des biens présents que l'on a sous les yeux que de se repaître l'esprit de songes creux, à la façon des philosophes qui se perdent dans des questions vaines et inextricables. Il prend de là occasion de nous rappeler qu'il y a des choses dont Dieu s'est réservé le secret, et que nous ne pouvons, sans présomption, nous résigner à disputer contre lui. De son temps, comme aujourd'hui, ce conseil n'était pas généralement suivi. C'est pour cela qu'il ajoute qu'on parle beaucoup, et que dans la discussion on dit une foule de choses vaines, sans portée.

Cap. VII. — 1. *Quid necesse est homini.* Salomon continue à donner des avis à l'homme

---

6. *Nonne ad unum locum properant omnia?* In vita nullum fuit discrimen inter avarum et abortivum, quare nec erit in morte; nam mors una et æqua omnibus obvenit, et indiscriminatim omnes absumit. — *Ad unum locum.* Sepulcri.

7. *Omnis labor hominis.* Quasi dicat : Video avaritiæ suæ necessitatem prætendere avaros, quasi laborent in congregandis divitiis, ut habeant quod sufficere possit ad victum. — *Sed anima ejus non implebitur.* Naturale cibi desiderium non saturabitur; nam avari licet multum habeant quod comedant, sibi tamen invident et subtrahunt.

8. *Quid habet amplius.* Sapiens et stultus, dives et pauper, et uno verbo omnes homines in hoc pares sunt, ut victu indigeant. — *Et quid pauper, nisi ut pergat.* Pauper vero non est admodum deterioris conditionis quam sit dives avarus, imo melioris, si rationem victus parandi per suam industriam noverit, nam postquam aliquid lucratus fuerit, illo fruitur hilariter, quod avarus, quantumlibet dives, nunquam facit. — *Pergat illuc, ubi est vita.* Parat sibi sua industria ea quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt aut opportuna.

9. *Melius est videre quod cupias.* Melius est considerare et statuere quid sit nostro desiderio nostraque industria et labore dignum. — *Quam desiderare quod nescias.* Quam ignoranti, inexpertæ, præcipiti et cæcæ concupiscentiæ laxare habenas desiderii in res illas, quas nescias utrum molestiæ tibi et detrimento, an vero voluptati et commodo futuræ sint. — *Sed et hoc vanitas.* Nimirum desiderare quod nescias. Vel sensus est : etiamsi quæ desideras consequaris, et reipsa possideas, nihil aliud assequeris quam vanitatem et afflictionem spiritus. — *Præsumptio spiritus.* In Hebr., est eadem vox quam supra non semel vertit, *afflictionem spiritus.* In græco est, προαίρεσις, quæ vox potest tum electionem significare, quod sponte quis eo se conjecerit, suarum concupiscentiarum ductum secutus; tum præceptionem sive præoccupationem, atque præcipitationem animæ desideriis æstuantis et inhiantis, ac veluti devorantis quæ non habet.

10. *Qui futurus est.* Quasi dicat : Semper nascuntur homines prioribus similes, fragiles, miseri, etc., ac propterea inanis conatus divitum et superborum sese supra humanam conditionem attollentium. — *Vocatum est nomen ejus.* Id est, jam scitur quomodo appellandus sit et qualis sit futurus. — *Scitur quod homo sit.* Infirmus, e terra sumptus, et in terram ambiturus. — *Contra fortiorem se.* Erigere se contra Deum, et cum illo contendere.

11. *Verba sunt plurima.* Multa jactantur et disputantur ab iis qui se sapientes putant; sed si his quæ diximus, quæque certissima sunt, non consentiant, nihil aliud consonda sunt quam vanitas.

Cap. VIII. — 1. *Majora se.* Res quæ humanum captum superant, et quas scire ad salutem ce qui lui est avantageux en sa vie, pendant les jours qu'il est étranger sur la terre, et durant le temps qui passe comme l'ombre? Ou qui lui pourra découvrir ce qui doit être après lui sous le soleil?

2. La bonne réputation vaut mieux que les parfums *les plus* précieux; et le jour de la mort *vaut mieux* que celui de la naissance.

3. Il vaut mieux aller à une maison de deuil qu'à une maison de festin; car dans celle-là on est averti de la fin de tous les hommes, et celui qui est vivant pense à ce qui lui doit arriver un jour.

4. La colère vaut mieux que les ris; parce que le cœur de celui qui pèche est corrigé par la tristesse qui paraît sur le visage *du juste*.

5. Le cœur des sages est où se trouve la tristesse; et le cœur des insensés est où se trouve la joie.

6. Il vaut mieux être repris par un homme sage que d'être séduit par les flatteries des insensés.

7. Car les ris de l'insensé sont comme le bruit que font les épines lorsqu'elles brûlent sous un pot; mais cela même est une vanité.

8. La calomnie trouble le sage, et elle abattra la fermeté de son cœur.

9. La fin d'un discours vaut mieux que le commencement. L'homme patient vaut mieux qu'un présomptueux:

10. Ne soyez point prompt à vous mettre en colère, parce que la colère repose dans le sein de l'insensé.

11. Ne dites point: D'où vient que les premiers temps ont été meilleurs que ceux d'aujourd'hui? car cette demande n'est pas sage.

sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suæ, et tempore, quod velut umbra præterit: Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit?

2. *a* Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa: et dies mortis die nativitatis. [a *Prov.* 22. 1.]

3. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit.

4. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

5. Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi lætitia.

6. Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi:

7. Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed et hoc vanitas.

8. Calumnia conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius.

9. Melior est finis orationis, quam principium. Melior est patiens arrogante.

10. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

11. Ne dicas: Quid putas causæ est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? stulta enim est hujuscemodi interrogatio.

pour qu'il arrive à se rendre heureux autant que possible sur la terre. Il faut qu'il évite l'étude des choses qu'il ne peut connaître, et qu'au lieu de se fatiguer à la recherche de l'impossible, il acquière les vertus qui lui sont nécessaires. Il doit tenir avant tout à sa réputation, préférer les habitudes sérieuses aux folles joies du monde, accepter les corrections et les réprimandes du sage, et se posséder assez pour ne pas se mettre en colère.

---

non pertinet. — *Cum ignoret.* Cum fieri possit ut ex eo ex quo se sperat gloriam consecuturum aut commodum, contra noxam accipiat, aut infamiam reportet. — *Numero dierum.* Quid expediat vitæ suæ brevissimæ, cujus dies pauci sunt et facile numerabiles. — *Peregrinationis suæ.* In Hebr. est, *vanitatis suæ*, id est, vitæ vanæ, brevis et fragilis. — *Aut quis ei poterit indicare?* Quæ eventura sunt, cum sint futura contingentia, nostram effugiunt scientiam et providentiam: sufficiat ergo diei malitia sua, et de crastino ne simus solliciti, cum nesciamus quid superventura pariat dies.

2. *Nomen bonum, quam unguenta.* In Hebræo inter hæc duo est quædam paranomasia; nam nomen dicitur שם *scem*, et unguentum una littera addita שמן *scemen*. Conveniunt etiam re nomen bonum et unguentum; nam ut hujus fragrantia longe sentitur, ita etiam secundæ famæ rumor late spargitur. — *Dies mortis die nativitatis.* Quia, cum morimur, evadimus pericula vitæ; cum vero nascimur, illa ingredimur. Vide dicta c. 4, n. 2.

3. *Ad domum luctus.* In qua mortuus aliquis jacet sepulturæ tradendus, aut in qua lugetur mortuus. — *Domum convivii.* Natalitii, in qua festus dies agitur propter natam prolem.

4. *Melior est ira.* Severitas vultus in eo qui præest.

5. *Ubi tristitia est.* Quia sapientes viri graves sunt et severi, non leviculi et ad risum proclives.

7. *Sicut sonitus spinarum.* Quarum crepitus longe auditur, sic et stulti cachinnus.

8. *Conturbat sapientem.* Illi mœrorem affert et tristitiam. — *Perdet robur cordis.* Alacritatem in agendo: nam justi cum se vident calumniis peti, animo concidunt, et de negotiis relinquendis cogitant.

9. *Orationis.* In Hebr. est דבר *devar*, quæ vox significat verbum, rem, *negotium*, ut chaldæus vertit. Videtur ergo docere sapiens parum esse cœpisse, nisi perficias. * Verum quia vox דבר significat aliquando jurgium, ut Prov. 17, 9, *qui altero sermone repetit* (quod jurgantes faciunt), et in hebræo est בדבר *bedavar*, ideo sensus esse potest, melius esse finem facere contentionum, quam juris proprii, aut sententiæ tuendæ causa cum alio jurgandi initium facere.

10. *Quia ira.* Nam stultorum est iram concipere et animo fovere.

11. *Stulta... hujuscemodi interrogatio.* Nam ejusmodi interrogatio argumentum est ignorationis temporum, et historiarum, et priscorum morum, qui etiam fuerunt corruptissimi.

12. Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest videntibus solem.

13. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio et sapientia: quod vitam tribuunt possessori suo.

14. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.

15. In die bona fruere bonis, et malam diem præcave: sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum justas querimonias.

16. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ? Justus perit in justitia sua, et impius multo vivit tempore in malitia sua.

17. Noli esse justus multum: neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.

18. Ne impie agas multum; et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.

12. La sagesse est plus utile avec les richesses; et elle sert alors davantage à ceux qui voient le soleil.

13. Car, comme la sagesse protége, l'argent protége aussi. Mais la science et la sagesse ont cela de plus, qu'elles donnent à celui qui les possède, la vie.

14. Considérez les œuvres de Dieu, et *remarquez* que nul ne peut corriger celui qu'il méprise.

15. Jouissez des biens au jour heureux, et tenez-vous prêt pour le mauvais jour. Car comme Dieu a fait l'un, il a aussi fait l'autre; sans que nul homme ait aucun juste sujet de se plaindre de lui.

16. J'ai encore vu ceci pendant les jours de ma vanité: le juste périt dans sa justice, et le méchant vit longtemps dans sa malice.

17. Ne soyez pas trop juste, et ne soyez pas plus sage qu'il n'est nécessaire, de peur que vous n'en deveniez stupide.

18. Ne vous affermissez pas dans les actions criminelles, et ne devenez pas insensé, de peur que vous ne mouriez avant votre temps.

17. *Noli esse justus multum.* Il y a deux excès à éviter: le premier, c'est d'être plus sage qu'il ne convient et de se faire, sous prétexte de perfection, des scrupules mal fondés. Ces hommes se font une rigidité qui exclut toute indulgence, et dans la pratique ils deviennent impossibles. Le second, c'est de s'abandonner à l'impiété et à la folie, sous prétexte qu'il y a des méchants qui prospèrent et qui vivent longtemps. Salomon nous rappelle ces principes pour nous faire comprendre que, si dans la vie tout est vanité, ce n'est pas une raison pour livrer la conduite et la direction de son âme au hasard, mais qu'il y a une ligne dont on ne doit pas s'écarter.

---

12. *Utilior est sapientia cum divitiis.* Quia sapiens, si dives sit, potest divitias in multos bonos usus convertere: et quia divitiæ ipsi sapientiæ decus addunt. — *Videntibus solem.* Hominibus viventibus.

13. *Sic protegit pecunia.* A multis malis et incommodis eripit. — *Vitam tribuunt.* Memoriam, famæ diuturnitatem: vel tranquillam et vere homine dignam vitam: vel vitam æternam quam sibi veri sapientes comparant juxta divinæ legis et veræ virtutis præscriptum vivendo.

14. *Considera opera Dei.* Considera divinæ consilio providentiæ factum esse ut, dum vivimus, cum malis nobis agendum sit; atque proinde patientia opus esse, cum malos corrigere, et ad votum nostrum fingere non possimus. — *Nemo possit corrigere.* Intellige, potentia consequenti; nam potentia antecedens ad acceptandam correptionem nemini deest, nisi velis nomine impotentiæ intelligere maximam difficultatem antecedentem. * In hebræo est, *nemo possit reconcinnare*, quod chaldæus et S. Hieronymus de defectibus naturalibus accipiunt; nemo enim potest claudum, cæcum aut distortum membris reficere, et defectus hosce naturales emendare vel tollere. — *Quem ille despexerit.* Despicere est negare auxilia efficacia, et dare illa cum quibus homo non convertatur; imo adeo debilia sunt, ut cum similibus difficillime possit aliquis converti, et fere nemo convertatur. Nec enim omnes qui carent auxilio efficaci dicuntur despici aut obcæcari, sed ii qui carentes auxilio efficaci rediguntur in eas angustias quas diximus.

15. *In die bona.* Plena lætitiæ et jucunditatis. — *Malam diem.* Ærumnosam, aut incommodum aliquod secum afferentem. — *Præcave.* Cum prospere agis, ita vive ut præsidium aliquod tibi compares adversus diem malam, si forte instet. In hebræo pro *præcave* est *vide*, et sententia esse potest: diligenter inspice ne quid tibi aut per impatientiam, aut alia ratione incommodi afferat aut noxæ. — *Sicut enim hanc.* Utriusque fortunæ auctor est Deus, et utraque proficua esse potest, si quis bene uti sciat. Quare non est quod de divina queramur providentia quæ omnia sapienter constituit, sed potius nostram accusare debemus socordiam, qui illis male utimur.

16. *In diebus vanitatis meæ.* Dum vixi in hac vita fluxa, inani, instabili. — *Perit in justitia sua.* Cum tamen juste vivat, et diuturniore vita dignus videatur. — *Impius multo vivit tempore.* Videtur significare se aliqua ratione commotum cum videret impios prospere agere et diu vivere, viros autem pios cito de medio tolli. Aliquid etiam tale passum se affirmat S. David cum ait: *Mei autem pene moti sunt pedes; pene effusi sunt gressus mei: quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns*, etc. Psal. 72, 2 et 3.

17. *Noli esse justus multum.* Criminando divinam providentiam quæ permittit justum perire in justitia sua, et impium vivere longo tempore. — *Neque plus sapias quam necesse est.* Dei arcana consilia scrutans, et quasi cum Deo expostulans quod impios non puniat. LXX habent: *Noli argumentari plus quam oportet.* Qualis videtur illa disputatio Jeremiæ cum Deo c. 12, 1: *Justus quidem tu es, Domine, si disputem tecum; verumtamen justa loquar ad te: quare via impiorum prosperatur?* etc. — *Ne obstupescas.* Nam *qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.* Prov. 25, 27.

18. *Ne impie agas multum.* Quemadmodum monui ut justitiæ zelum immoderatum cohiberes, nec divinam providentiam criminareris; ita nunc moneo ut ab altero etiam extremo

19. Il est bon que vous souteniez le juste : mais ne retirez pas aussi votre main de celui qui ne l'est pas, parce que celui qui craint Dieu ne néglige rien.

20. La sagesse rend le sage plus fort que dix princes d'une ville.

21. Car il n'y a point d'homme juste sur la terre qui fasse le bien, et qui ne pèche point.

22. Mais que votre cœur ne se porte point à écouter toutes les paroles qui se disent, de peur que vous n'entendiez votre serviteur parler mal de vous;

23. Car vous savez en votre conscience que vous avez vous-même souvent mal parlé des autres.

24. J'ai tenté tout pour acquérir la sagesse. J'ai dit en moi-même : Je deviendrai sage, et la sagesse s'est retirée loin de moi,

25. Encore beaucoup plus qu'elle n'était auparavant. O combien est grande sa profondeur! et qui pourra la sonder?

26. Mon esprit a porté sa lumière sur toutes choses pour savoir, pour considérer, pour chercher la sagesse, les raisons de tout, et pour connaître la malice des insensés et l'erreur des imprudents.

27. J'ai reconnu que la femme est plus amère que la mort, qu'elle est ce qu'est le filet des chasseurs; que son cœur est un rets; et que ses mains sont des chaînes. Celui qui est agréable à Dieu se sauvera d'elle : mais le pécheur s'y trouvera pris.

28. Voilà ce que j'ai trouvé, dit l'Ecclésiaste, après avoir comparé une chose avec une autre, pour trouver la raison,

29. Que mon âme cherche encore, sans l'avoir pu découvrir, *savoir*, *pourquoi* entre mille hommes j'en ai trouvé un : mais de toutes les femmes, je n'en ai pas trouvé une seule.

30. Ce que j'ai trouvé seulement, c'est que Dieu a créé l'homme droit et juste, et que lui-même, s'est embarrassé dans une infinité de questions. Qui est assez sage pour comprendre ceci? et qui connaît l'éclaircissement de cette parole?

19. Bonum est te sustentare justum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam : quia qui timet Deum nihil negligit.

20. Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis.

21. [a] Non est enim homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. [a *III. Reg.* 8. 46. *II. Par.* 6. 36. *Prov.* 20. 9. *I. Joan.* 1. 8.]

22. Sed et cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum; ne forte audias servum tuum maledicentem tibi :

23. Scit enim conscientia tua, quia et tu crebro maledixisti aliis.

24. Cuncta tentavi in sapientia : Dixi : Sapiens efficiar; et ipsa longius recessit a me,

25. Multo magis quam erat; et alta profunditas, quis inveniet eam?

26. Lustravi universa animo meo, ut scirem, et considerarem, et quærerem sapientiam, et rationem; et ut cognoscerem impietatem stulti, et errorem imprudentium;

27. Et inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius; qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab illa.

28. Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unum et alterum, ut invenirem rationem,

29. Quam adhuc quærit anima mea, et non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

30. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis ut sapiens est? et quis cognovit solutionem verbi?

CHAPITRE VIII.

Nécessité d'observer les commandements de Dieu. Patience de Dieu. * Affliction des justes et prospérité des méchants.

1. Sapientia [a] hominis lucet in vultu ejus, et Potentissimus faciem illius commutabit. [a *Supr.* 2. 14.]

1. La sagesse de l'homme luit sur son visage; et le Tout-Puissant le lui change, comme il lui plaît.

27. *Et inveni amariorem morte mulierem.* Salomon avait fait une déplorable expérience des dangers que l'homme court quand il se laisse aller éperdûment à l'amour de la femme. Il voit dans cet écueil la source des maux qui se sont répandus dans le monde. L'homme et la femme se sont corrompus en s'éloignant de la pure lumière que Dieu leur avait donnée en les créant droits et justes l'un et l'autre.

30. *Ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* Au lieu de s'appliquer à remplir ses devoirs, l'homme a cherché, au contraire, à s'en exempter. Il s'est mis à agiter toutes sortes de questions sur Dieu, sur sa providence, sur la loi morale, et il s'est efforcé de faire naître des doutes dans son esprit pour s'excuser, autant que possible, et suivre l'entraînement de ses passions.

Cap. VIII. — 1. *Et Potentissimus faciem illius commutabit.* D'après l'Hébreu : La sagesse de l'homme illumine son visage, et la dureté de sa physionomie en est changée, ou disparaît sous son influence.

---

recedas, ne scilicet divinæ providentiæ obliviscaris, permittasque impietati habenas, * multum graviterque peccando. — *Et noli esse stultus.* Nunquam de divina providentia cogitando. — *Ne moriaris in tempore non tuo.* Ne tuo malo cogaris divinam providentiam, quam non cogitas, aut non credis, scelerum vindicem experiri, de medio immature sublatus.

19. *Sustentare.* Vox hebræa תאחז *techoz*, proprie significat *apprehendere;* itaque sensus esse potest : bonum est te apprehendere et tenere id quod justum est : nam vox *justum* est generis neutrius. Bonum est te aliqua justitiæ opera facere. — *Sed et ab illo.* Non tamen propterea aliarum virtutum officia deserere debes; oportet enim unum facere, et aliud non omittere.

20. *Confortavit.* Roboravit, auxit, in felici statu constituit. — *Decem.* Multos, est enim numerus definitus pro indefinito.

21. *Non est enim homo justus.* Videtur esse castigatio sententiæ superioris, quasi dicat : Sapiens confortatur, roboratur, etc.; quamvis nemo adeo justus, aut sapiens sit, qui pro fragilitate humana in aliquo non erret, aut peccet. Ergo particula causalis *enim* sumitur pro *quamvis*. Emman. Sa putat particulam *enim* abundare more Scripturæ. — *Qui faciat bonum.* Qui adeo exacte semitam teneat virtutis, ut in aliquo saltem levi non exorbitet. * Egregie Seneca de Clementia, lib. 1, c. 6 : *Peccavimus omnes : alii gravia, alii levia, alii ex destinato, alii forte impulsi : aut aliena nequitia ablati; alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, et innocentiam inviti ac retinentes perdidimus.*

22. *Ne accommodes cor tuum.* Ne aurem præbeas, ne sis rigidus censor eorum quæ domi tuæ fiunt a domesticis; dissimula aliqua eorum errata. — *Ne forte audias.* Ne fortasse exacerbatus famulus, aut servus tibi male precetur, conviciatur, aut aliquid indignum de te loquatur. Egregium hujus rei exemplum habes Tobiæ, c. 3, n. 9.

23. *Maledixistis aliis.* Tibi ipsi testis esse potes quam grave sit hoc ad ferendum; nam etiam tu, cum alii te premunt, indignaris, stomacharis, et eorum severitatem damnas. * *Faciet nos moderatiores respectus nostri, si consuluerimus nos numquid et ipsi aliquid tale commisimus? numquid sic erravimus? expeditne nobis ista damnari?* Seneca, *de Ira*, lib. 2, c. 28.

24. *Cuncta tentavi in sapientia.* In Hebr. est, *omnia hæc tentavi in sapientia*, id est, tentavi sapienter, attente, sedulo, ut scire et consequi intelligentia possem quid boni et voluptatis, quid mali etiam et molestiæ in unaquaque re inesset, ut hanc etiam sapientiæ experimentalis partem theoricæ adjicerem. — *Longius recessit a me.* Cum me sapientiæ proximum putavi deprehendi me adhuc longissime distare.

25. *Alta profunditas.* In Hebræo est, *et profundum profundum*, id est, et profundissima est, et altissima sapientia, ita ut ad illam pervenire sit difficillimum.

26. *Et rationem.* Scilicet operum Dei. Vox hebræa חשבון *chesbon*, ut notavit S. Hieronymus, et numerum, et summam, et supputationem significat. Puto autem sensum esse, optavi et tentavi rerum causas, effecta et proprietates mente comprehendere, ut qui arithmeticam callent, multorum numerorum summam computando conficiunt, et exacte sciunt quot sint unitates. Hunc eumdem sensum exhibent LXX qui habent ψῆφον; sunt autem ψῆφοι calculi quos ad numerandum et supputandum adhibemus.

27. *Amariorem.* Molestiorem et nocentiorem. — *Cor ejus.* Cogitatio, mens, animus, voluntas, quæ omnia in hoc unum conspirant ut laqueos et insidias hominibus instruant. — *Qui placet Deo.* Is cui favet Deus. Vel qui justus et sanctus est, ac propterea in agendo cum mulieribus circumspectus et cautus. — *Qui autem peccator est.* Ac proinde in rebus hujusmodi incautus, et occasiones non præcidens peccandi.

28. *Unum et alterum.* Arabica interpretatio habet, unum *per unum;* syriaca, unum in unum, et respondet italica parasis, qua dicimus : *Ad un per uno :* significat ergo sapiens se diligenter et minutim omnium mulierum naturas, propensiones et studia investigasse ut cognosceret an bona mulier inveniri posset. — *Rationem.* Ejus quod sequitur.

29. *Virum de mille.* Est hyperbolica locutio qua ostenditur paucos esse viros omni ex parte perfectos, quos italice dicimus *uomini compiti, e di valore :* feminas paucissimas, aut nullas, propter sexus imbecillitatem.

30. *Rectum.* Cum naturali rectitudine animi sincerum, paucis contentum, simplicem, et præterea cum gratuito dono justitiæ originalis. — *Ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* In Hebræo est, *et ipsi inquisierunt cogitationes multas.* Vel, *computationes multas.* Alii vertunt, *adinventiones multas.* Multa homines excogitaverunt et moliti sunt vel ad voluptatem et commoda, vel ad honestatem et splendorem vitæ, quæ plurimas secum traxerunt difficultates et mala, quibus caruissent si a pristina illa rectitudine et simplicitate non desivissent. — *Quis talis ut sapiens est?* Quasi dicat : Quis conferri possit cum Salomone sapiente, qui tamen difficilium nodorum et ænigmatum solutiones non invenit? Vel sensus est : quis erit ut sapiens? id est, quis erit sapiens? juxta quam explicationem particula *ut* non est comparationis, aut similitudinis, sed identitatis significativa; ut cum dicitur Joannis 1, 14 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre*, ubi particula *quasi* identitatem significat. Quis, inquam, erit ita sapiens ut solutionem et rationem noverit rerum difficilium de quibus actum est?

Cap. VIII. — 1. *Lucet in vultu.* Eminet in vultu, quem ad modestiam, gravitatem, lætitiam et sanctitatem componit. Sic etiam Ecclesiasticus, c. 19, n. 26 : *Ex visu*, inquit, *cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis, enuntiant de illo.* — *Potentissimus.* LXX habent, *impudens* (græce ἀναιδὴς) *vultu suo odietur;* ut enim amabilis est modestia, ita impudentia provocat odium. Eumdem sensum exhibet versio syriaca, quæ habet : *Cujus facies audax est, odiosus efficietur.* Nostræ vulgatæ sensum aliqui esse putant, principes, qui potentissimi nomine significantur, faciem sapientis commutare, quia vel blanditiis, vel terrore, vel honorum invitamento aut divitiarum, constantiam eorum labefactant, et desideria, aut timores in eis concitant, quos sequitur oris mutatio. Alii, principem licet natura severum faciem suam commutare, si sapiens sit, et ad benignitatem componere. Juxta quam explicationem idem est *faciem illius* ac *faciem suam*, cum utroque modo verti possit ex hebræo. Alii nomine potentissimi Deum intelligunt,

2. Pour moi, j'observe la bouche du roi, et les préceptes que Dieu a donnés avec serment.

3. Ne vous hâtez point de vous retirer de devant sa face, et ne persévérez point dans l'œuvre mauvaise, parce qu'il fera tout ce qu'il voudra.

4. Sa parole est pleine de puissance; et nul ne lui peut dire : Pourquoi faites-vous ainsi?

5. Celui qui garde le précepte ne ressentira aucun mal, le cœur du sage sait ce qu'il doit répondre, et quand il est temps de le faire.

6. Toutes choses ont leur temps et leurs moments favorables; et c'est une grande misère à l'homme,

7. De ce qu'il ignore le passé, et qu'il ne peut avoir aucune nouvelle de l'avenir.

8. Il n'est pas au pouvoir de l'homme d'empêcher que l'âme ne quitte le corps; il n'a point de puissance sur le jour de la mort; il ne peut avoir de trêve dans la guerre qui le menace, et l'impiété ne sauvera point l'impie.

9. J'ai considéré toutes ces choses, et j'ai appliqué mon cœur à discerner tout ce qui se fait sous le soleil. *J'ai remarqué qu'*un homme quelquefois en domine un autre pour son propre malheur.

10. J'ai vu des impies ensevelis, qui lors même qu'ils vivaient étaient dans le lieu saint, et qui

2. Ego os regis observo, et præcepta juramenti Dei.

3. Ne festines recedere a facie ejus, neque permaneas in opere malo; quia omne, quod voluerit, faciet :

4. Et sermo illius potestate plenus est; nec dicere ei quisquam potest : Quare ita facis?

5. Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit.

6. Omni negotio tempus est, et opportunitas, et multa hominis afflictio,

7. Quia ignorat præterita, et futura nullo scire potest nuntio.

8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque salvabit impietas impium.

9. Omnia hæc consideravi, et dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum.

10. Vidi impios sepultos; qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto

---

2. *Juramenti Dei.* Dieu s'est engagé avec serment à rendre heureux ceux qui observeraient ses préceptes, et à rendre éternellement malheureux ceux qui n'y seraient pas fidèles.

10. *Vidi impios sepultos.* La prospérité du méchant, les honneurs dont il jouit en ce monde, ont été, pour un grand nombre, une cause de scandale. Mais Salomon dit que ce désordre apparent n'est rien. Car si Dieu est patient, c'est parce qu'il est éternel. Personne ne peut échapper à sa justice : si elle ne nous saisit pas en ce monde, nous la retrouverons dans l'autre.

---

qui ut cor, sic etiam faciem hominum immutat, quod peculiari modo facit eis tribuens ut sciant gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus, et pro varia opportunitate, aut necessitate locorum vel temporum faciem componere.

2. *Os Regis observo.* Regem revereor, et illius jussa exequor. — *Et præcepta juramenti Dei.* Id est, quæ jurejurando confirmavi, vel quia ad hoc nos jurejurando regi adstrinximus.

3. *Ne festines recedere a facie ejus.* Quasi dicat : Quod si regem offendisti, redi cum eo in gratiam; nam fugere non est tutum, cum principibus longæ sint manus. Vel sensus est : patienter feras, et offensiones dissimula, neque facile et temere te, quasi iratus, a regis facie, consuetudine scilicet et obsequio subtrahe : *Neque permaneas in opere malo.* In eo nimirum opere quo regem offendisti, * pertinacia et contumacia culpam graviorem faciendo; vel in inconsulto proposito de subtrahendo te per impatientiam a regis consuetudine. Aliqui permanere in opere malo idem esse putant ac obstinate contra regis sententiam, aut voluntatem obniti in consultationibus et deliberationibus.

5. *Præceptum.* Regis, aut Dei. — *Tempus et responsionem.* Sapiens opportuna fandi tempora scit captare, et ita responsionem temperare et sermones miscere, ut regem non offendat.

6. *Omni negotio.* Omni quidem negotio conficiendo est suus modus et tempus suum opportunum, sed magna est perplexitas, difficultas et anxietas in eo investigando; nam sæpe non bene novimus præterita, ex quibus facere possemus conjecturam de futuris, et ipsa futura sunt admodum obscura, cum incertus sit eventus, qui bonus aut malus esse potest.

8. *Prohibere spiritum.* Chaldæa paraphrasis clare ita explicat : *Non est vir, qui imperet spiritui animæ, ut prohibeat animam vitalem, ne exeat a spiritu hominis.* — *In die mortis.* Ut illam prohibeat. — *Ingruente bello.* Quod morbi et mors ipsa, imo Deus per morbos contra illum commovet. * Hoc autem tempore non est locus quieti, sed instante conflictu necesse est in prælio vel vincere vel mori. Aliqui de bello tentationum intelligunt; alii, de bello proprie sumpto, quod conciet tyrannus aliquis, aut princeps contra legum suarum transgressores; tunc enim nulla spiritui quies esse potest, dum se a noxiis petitionibus securum reddere conatur. * Potest etiam totius versiculi sensus esse, non esse in hominis potestate spiritum, id est, iram regis prohibere; nec habet homo potestatem in die mortis, si eum rex occidi jusserit, et ingruente bello etiam invitus militare cogetur, nec bonis, aut malis artibus patebit illi effugium.

9. *In cunctis operibus.* Ad opera omnia consideranda. — *In malum suum.* Ejus qui dominatum patitur, ut accidit sub tyrannis. Ejus etiam qui dominatum exercet; nam frequenter qui impotenter et tyrannice dominantur, sibi exitium et perniciem creant. Utramque explicationem admittit textus hebraicus.

10. *Impios sepultos.* Honorifice et magno funeris sumptu. — *In loco sancto erant.* Optimorum et sanctorum principum loco habebantur, et prædicabantur ab adulatoribus, quasi justa essent opera eorum. Vel sacro aliquo ministerio fungentes. — *Sed et hoc vanitas est.* Cum potius spectanda sit retributio quæ illis manet post mortem.

erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum; sed et hoc vanitas est.

11. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.

12. Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, et per patientiam sustentatur, ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus.

13. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem Domini.

14. Est et alia vanitas, quæ fit super terram : sunt justi, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum; et sunt impii, qui ita securi sunt, quasi justorum facta habeant; sed et hoc vanissimum judico.

15. Laudavi igitur lætitiam, quod non esset homini bonum sub sole, nisi quod comederet, et biberet, atque gauderet? et hoc solum secum auferret de labore suo, in diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.

16. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam, et intelligerem distentionem quæ versatur in terra; est homo, qui diebus et noctibus somnum non capit oculis.

17. Et intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole; et quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniat; etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

étaient loués dans la cité, comme si leurs œuvres eussent été justes. Mais cela même est une vanité.

11. Car, parce que la sentence ne se prononce pas sitôt contre les méchants, les enfants des hommes commettent le crime sans aucune crainte.

12. Mais néanmoins cette patience même avec laquelle le pécheur est souffert, après avoir cent fois commis des crimes, m'a fait connaître que ceux qui craignent Dieu et qui respectent sa face seront heureux.

13. Mais faites au contraire que les méchants ne réussissent point, que les jours de leur vie ne soient pas longs, et que ceux qui ne craignent point la face du Seigneur passent comme l'ombre.

14. Il se trouve encore une autre vanité sous le soleil : il y a des justes à qui les malheurs arrivent, comme s'ils avaient fait les actions des méchants; et il y a des méchants qui vivent *dans la prospérité* et dans l'assurance, comme s'ils avaient fait les œuvres des justes. Mais je crois que c'est là encore une très-grande vanité.

15. C'est ce qui m'a porté, *dira un impie*, à louer la joie et le repos *comme l'unique bonheur de l'homme*. J'ai cru que le *seul* bien que l'on pouvait avoir sous le soleil était de manger, de boire et de se réjouir; et que l'homme n'emportait que cela avec lui de tout le travail qu'il avait enduré en sa vie, pendant les jours que Dieu lui a donnés sous le soleil.

16. J'ai appliqué mon cœur pour connaître la sagesse, et pour remarquer *la cause de* cette dissipation de l'esprit des hommes qui sont sur la terre. *Car* tel se trouve parmi eux, qui ne dort, ni ne repose ni jour ni nuit.

17. Et j'ai reconnu que l'homme ne peut trouver aucune raison de toutes les œuvres de Dieu qui se font sous le soleil; et que plus il s'efforcera de la découvrir, moins il la trouvera. Quand le sage même dirait qu'il a cette connaissance, il ne la pourra trouver.

---

12. *Ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum.* D'après l'Hébreu, ce verset et le suivant se lisent ainsi : Quand même le pécheur commettrait cent fois le mal et qu'il vivrait longtemps, néanmoins je suis encore persuadé que le vrai bonheur est pour ceux qui craignent Dieu, et qu'ils sont heureux parce qu'ils le craignent : mais qu'il n'y aura point de vrai bonheur pour le méchant, et qu'il ne vivra pas si longtemps; ses jours passent comme l'ombre, parce qu'il ne craint point Dieu.

---

12. *Attamen peccator.* Quamvis peccator permittatur centies impie agere, et tamen feliciter illi cedere, quid inde boni, quid lucri reportabit. — *Sustentatur.* Toleratur. — *Ego cognovi.* Et impiis male erit, licet eos Deus aliquandiu toleret in hac vita, et expectet ad pœnitentiam; ita bonis qui Deum timent bene et prospere erit in novissimo tempore, cum Deus pro meritis cuique retribuet. Vel bonum et utile erit si eos statim corrigat cum peccant, ut in rectam virtutis semitam revocentur.

13. *Non sit bonum impio.* In hebræo est, *bonum non erit impio, et non prolongabit dies*, sine imprecatione. Itaque quod in nostro textu habemus est potius ejus quod futurum est prædictio, quam imprecatio.

14. *Vanitas.* Vulgi deceptio, quod ex iis quæ cernit judicat, nec Dei providentiam in hac inæqualitate agnoscit. Huic interpretationi consentaneæ vertit Symmachus, *est difficile cognitu quod fit super terram.* Vel vanitas est, quod securi vivant injusti, quasi semper prospere sint acturi.

15. *Laudavi igitur.* Non favet epicureis, sed revocat hominem ab inutili mentis curiositate, et superfluis molestiis in inquirendis, aut asserendis divinis judiciis et arcana rerum humanarum providentia. — *Et hoc solum secum auferet.* In hebræo est, *hoc adhærebit ei.* Nullum alium ex rebus temporalibus fructum carpet, aut percipiet, quam earum usum; non tamen negat huic bono usui ulteriorem mercedem deberi in alia vita.

16. *Et apposui cor meum.* Vide supra, c. 1, n. 12. — *Distentionem.* Occupationem, quidquid scilicet animum distinet, et anxia sollicitudine exercet. — *Somnum non capit oculis.* Sollicitudinibus et curis somnum eripientibus, ac præsertim cupiditate res arcanas investigandi et cognoscendi.

17. *Nullam possit homo invenire rationem.* Exacte scilicet cognoscere : sunt enim arcana divinæ Providentiæ, quæ nos potius vult Deus venerari quam scrutari. * *Investigabiles*, ἀνεξιχνίαστοι, *viæ ejus*, Rom. 11, 33. — *Etiamsi dixerit... se nosse.* Fallitur scilicet aut fallit; neque enim in secreta illa se penetrare potest.

CHAPITRE IX.

Egalité de condition des bons et des méchants. Il faut faire du bien. Sagesse du pauvre ici-bas méconnue.

1. J'ai agité toutes ces choses dans mon cœur, et je me suis mis en peine d'en trouver l'intelligence. Il y a des justes et des sages ; et leurs œuvres sont dans la main de Dieu ; et néanmoins l'homme ne sait s'il est digne d'amour ou de haine :

2. Mais tout est réservé pour l'avenir et demeure ici incertain, parce que tout arrive également au juste et à l'injuste, au bon et au méchant, au pur et à l'impur, à celui qui immole des victimes et à celui qui méprise les sacrifices ; l'innocent est traité comme le pécheur, et le parjure comme celui qui jure dans la vérité.

3. C'est là ce qu'il y a de plus fâcheux dans tout ce qui se passe sous le soleil, de ce que tout arrive de même à tous : de là vient que les cœurs des enfants des hommes sont remplis de malice et de mépris pendant toute leur vie ; et après cela ils seront mis entre les morts.

4. Il n'y a personne qui vive toujours, ni qui ait même cette espérance. Un chien vivant vaut mieux qu'un lion mort.

5. Parce que ceux qui sont en vie savent qu'ils doivent mourir, mais les morts ne connaissent plus rien, et il ne leur reste plus de récompense ; car leur mémoire est ensevelie dans l'oubli.

6. L'amour, la haine et l'envie sont péris avec eux ; et ils n'ont plus de part à ce siècle, ni à tout ce qui se passe sous le soleil.

1. Omnia hæc tractavi in corde meo, ut curiose intelligerem : Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei ; et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit :

2. Sed omnia in futurum servantur incerta, eo quod universa æque eveniant justo et impio, bono et malo, mundo et immundo, immolanti victimas, et sacrificia contemnenti : sicut bonus, sic et peccator : ut perjurus, ita et ille qui verum dejerat.

3. Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt ; unde et corda filiorum hominum implentur malitia, et contemptu in vita sua, et post hæc ad inferos deducentur.

4. Nemo est qui semper vivat, et qui hujus rei habeat fiduciam : melior est canis vivens leone mortuo.

5. Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem ; quia oblivioni tradita est memoria eorum.

6. Amor quoque, et odium, et invidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc sæculo, et in opere quod sub sole geritur.

Cap. IX. — 1. *Utrum amore an odio dignus sit.* Tant que l'homme est ici-bas à l'état d'épreuve, il ne sait s'il est digne d'amour ou de haine. Le bon et le méchant sont mélangés, et il semble que Dieu les voit l'un et l'autre du même œil. Les méchants en concluent que l'on ne doit point songer à l'avenir, et ils tiennent le langage que leur prête Salomon, vers. 4 et suiv.

Cap. IX. — 1. *Ut curiose intelligerem.* Symmachus habet, *ut ventilarem universa.* — *In manu Dei.* In potestate et protectione divina. Vel esse opera eorum in manu Dei, est rem nobis inexploratam, et soli Deo cognitam. Sic italice dicimus aliquid esse in alicujus pectore, id est, cognitione et arbitrio. Sic intellexit chaldæus : *Justi*, inquit, *et sapientes traditi sunt in manu Domini, et ab eo decretum est omne quod erit in diebus eorum.* — *Et tamen nescit.* In Hebr. est, *etiam amorem et odium nesciens homo.* Nescimus an digni simus amore vel odio ; quod non solum de amore æternæ prædestinationis verum est, sed etiam de amore secundum præsentem justitiam ; nemo enim scit certo sibi remissa esse peccata et se justum esse. Vide Tridentinum, sess. 6, c. 9, et can. 13.

2. *Universa æque eveniunt.* Permittit enim Dominus zizania crescere simul cum tritico usque ad messem, ut est in Christi parabola, Matth., 13, * et prospera æque ac adversa indiscriminatim bonis contingunt et malis.

3. *Hoc est pessimum.* Difficillimum intellectu, molestissimum et etiam periculosissimum, cum ex multi ansam arripiant non agnoscendæ divinæ providentiæ. — *Malitia.* Omni genere peccatorum. — *Contemptu.* Divinæ justitiæ, cum gladium vindictæ a Deo exeri non videant. — *Et post hæc.* Quasi dicat : Quod illis occasio est ruinæ et præcipitis casus in infernum.

4. *Hujus rei.* Id est, semper vivendi spem habeat. — *Melior est canis vivus leone mortuo.* Adagialis locutio qua significari videtur quemlibet pauperem, indoctum et vilem hominem vivum, præstare cuivis diviti, erudito et honorato dum viveret, sed nunc e vivis erepto.

5. *Viventes enim sciunt se esse morituros.* Et ideo possunt se ad iter illud longum et perpetuum præparare. — *Mortui vero nihil noverunt amplius.* Nihil quidquam eorum quæ hic aguntur de novo discere possunt, nisi eis reveletur. Vel certe per *mortuum* significatur potius conditio hominis secundum corpus quam secundum animam ; et sic etiam sequentes rationes accipi possunt, non quod illa quæ removentur competant cadaveri, sed quoniam competebant olim toti composito, cujus hoc est cadaver. — *Nec habent ultra mercedem.* Nam etiamsi bene operari possent, tamen meritoria illa opera non essent, eo quod sint extra merendi statum. — *Oblivioni tradita est memoria eorum.* Sic dicebat David Psal. 30, 13 : *Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde.*

6. *Amor quoque, et odium.* Verum est hæc omnia cessare, quia cadavera nec amant, nec oderunt, nec invident ; quemadmodum nec amantur, nec illis invidentur.

7. Vade ergo et comede in lætitia panem tuum, et bibe cum gaudio vinum tuum ; quia Deo placent opera tua.

8. Omni tempore sint vestimenta tua candida, et oleum de capite tuo non deficiat.

9. Perfruere vita cum uxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ : hæc est enim pars in vita, et in labore tuo, quo laboras sub sole.

10. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare ; quia nec opus, nec ratio nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

11. Verti me ad aliud, et vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam : sed tempus, casumque in omnibus.

12. Nescit homo finem suum : sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.

13. Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, et probavi maximam :

14. Civitas parva, et pauci in ea viri ; venit contra eam rex magnus, et vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, et perfecta est obsidio.

15. Inventusque est in ea vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sa-

7. Allez donc, et mangez votre pain avec joie, buvez votre vin avec allégresse, parce que vos œuvres sont agréables à Dieu.

8. Que vos vêtements soient blancs en tout temps, et que l'huile qui parfume votre tête ne défaille point.

9. Jouissez de la vie avec la femme que vous aimez, pendant tous les jours de votre vie passagère, qui vous ont été donnés sous le soleil, pendant tout le temps de votre vanité ; car c'est là votre partage dans la vie, et dans le travail qui vous exerce sous le soleil.

10. Faites promptement tout ce que votre main pourra faire, parce qu'il n'y aura plus ni œuvre, ni raison, ni sagesse, ni science, dans le tombeau où vous courez.

11. J'ai tourné mes pensées ailleurs, et j'ai vu que sous le soleil, le prix n'est point pour ceux qui sont les plus légers à la course, ni les *emplois de* la guerre pour les plus vaillants, ni le pain pour les plus sages, ni les richesses pour les plus habiles, ni la faveur pour les meilleurs ouvriers ; mais que tout se fait par rencontre et à l'aventure.

12. L'homme ignore quelle sera sa fin ; et comme les poissons sont pris à l'hameçon, et les oiseaux au filet, ainsi les hommes se trouvent surpris par l'adversité, lorsque tout d'un coup elle fond sur eux.

13. J'ai vu aussi sous le soleil une action qui m'a paru d'une très-grande sagesse.

14. Une ville fort petite, où il y avait peu de monde : un grand roi est venu pour la prendre : il l'a investie ; il a bâti des forts tout autour, et il l'a assiégée de toutes parts.

15. Il s'est trouvé dedans un homme pauvre, mais sage, qui a délivré la ville par sa sagesse ;

14. *Civitas parva et pauci in ea viri.* Sur la fin du règne de David, dans la révolte de Séba, après la défaite d'Absalom, une femme sage délivra Abéla, assiégée par Joab. Salomon fait-il ici allusion à ce fait ? Ou est-ce un apologue qu'il a composé pour faire ressortir sa pensée générale qui est de montrer que la sagesse est supérieure à la force, mais que quand la sagesse se trouve chez le pauvre, elle est souvent méconnue loin d'être récompensée ?

---

7. *Comede in lætitia.* Quomodo hæc intelligenda sint patet ex superiori cap., n. 15, et ex c. 2, n. 24, et aliis similibus locis supra explicatis. — *Quia Deo placent opera tua.* Quia Deo hoc gratum est, ut scilicet comedas et bibas, etc. ; et congruit cum eo quod dixit c. 2, n. 24, *et hoc de manu Dei est*, quasi dicat : Ideo Deus hæc bona tibi dedit, ut illis fruaris, et hoc illi gratum est. Vel certe particula causalis *quia* accipienda est pro conditionali, hoc sensu : *Si Deo placent opera tua*, id est, si quæsivisti primum regnum Dei et justitiam ejus, adjice insuper ex Dei dono fructum aliquem voluptatis ex cibo et potu, etc.

8. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Vestis candida signum est lætitiæ, ut etiam caput oleo, id est, odorato unguento perfusum. Itaque sensus est : hilaris esto, non male cultus, sordidatus, tristis, sed, quod monuit superiori versiculo, *comede in lætitia, etc.*

9. *Vitæ instabilitatis tuæ.* Vitæ instabilis tuæ, fragilis et caducæ. — *Tempore vanitatis tuæ.* Vide dicta supra, c. 7, n. 16. — *Hæc est enim pars.* Vide dicta supra, c. 2, n. 10.

10. *Instanter operare.* Dum vita suppetit et vires sufficiunt, alacriter et strenue negotiis te impende quæ præ manibus habes, et quæ consentanea sunt tuo statui. — *Nec opus.* Non erit locus post mortem aggrediendis negotiis. — *Nec ratio.* Græce, λογισμὸς, cogitatio et æstimatio rei, aut deliberatio aliquid faciendi. — *Nec sapientia, nec scientia.* Non erit post mortem locus sapientiæ, aut prudentiæ, aut scientiæ, industriæ, callide sapienterque agendi.

11. *Nec velocium esse cursum.* Nec velocissimum quemque præmium velocitatis auferre ; accidit enim aliquo casu, vel hominum malignitate, ut illud non consequatur. — *Nec fortium bellum.* Victoriam in bello. — *Sapientium panem.* Nam sæpe sapientes et doctrinis exculti cum paupertate luctantur. — *Artificum gratiam.* Non semper qui artificiosum aliquod opus elaborant laudem consequuntur et gratiam magnatorum. — *Sed tempus, casumque in omnibus.* Verissimum et plurimum inesse momenti in articulis temporum et opportunitatum, multaque fortuito mortalibus evenire, quæ tamen omnia divina providentia reguntur.

12. *Finem suum.* Tempus, aut diem mortis. — *Capiuntur homines in tempore malo.* Supervenit enim mors improvisa, cum imparati sunt.

13. *Hanc... sapientiam.* Quam statim commemoraturus est, illius scilicet pauperis qui urbem ab obsidione liberavit.

15. *Et nullus deinceps recordatus est.* Ita enim non infrequenter accidit ut benefactoribus gratia non habeatur, præsertim si pauperes sint, et nullum amplius commodum ab illis expectetur.

et après cela nul ne s'est plus souvenu de cet homme pauvre.

16. Je disais alors : la sagesse est meilleure que la force, comment donc la sagesse du pauvre a-t-elle été méprisée; et comment ses paroles n'ont-elles point été écoutées?

17. On écoute les paroles des sages dans le silence plus que les cris du prince parmi les insensés.

18. La sagesse vaut mieux que les armes des gens de guerre : celui qui manque en un seul point, perdra de grands biens.

pientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

16. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt audita?

17. Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos.

18. a Melior est sapientia, quam arma bellica; et qui in uno peccaverit, multa bona perdet. [*Supr.* 7. 20.]

CHAPITRE X.

Du favoritisme; du médisant. Roi enfant et princes débauchés.

1. Les mouches, lorsqu'elles meurent dans le parfum en gâtent la bonne odeur; *ainsi* une imprudence légère et de peu de durée l'emporte sur la sagesse et la gloire.

2. Le cœur du sage est dans sa main droite; et le cœur de l'insensé est dans sa main gauche;

3. L'imprudent même qui marche dans sa voie, étant insensé lui-même, il croit que tous les autres le sont comme lui.

4. Si l'esprit de celui qui a la puissance s'élève sur vous, ne quittez point votre place, parce que le remède vous guérira de grands péchés.

5. Il y a un mal que j'ai vu sous le soleil, qui semble venir de l'erreur du prince.

1. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Pretiosior est sapientia et gloria, parva et ad tempus stultitia.

2. Cor sapientis in dextera ejus, et cor stulti in sinistra illius.

3. Sed et in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

4. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris; quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis;

Cap. X. — 1. *Muscæ morientes.* Dans ce chapitre, Salomon s'applique à montrer les inconvénients qui résultent du défaut de sagesse, surtout dans les grands et les puissants.

---

16. *Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam.* Intra me cogitabam qui fieri posset ut cum sapientia multum præstaret fortitudini, tamen pauperis sapientia negligeretur et non audiretur.

17. *Verba sapientium audiuntur in silentio.* Dum civitas obsidione premeretur, multa princeps aut magistratus civibus proponebat, aut imperabat quæ æquis animis non audiebantur, cum minus salutaria esse crederentur : adfuit tandem pauper ille sapiens, audita vox in silentio, probatum consilium, et salus populo est parta. Quanquam postea, quæ est hominum ingratitudo, nullus deinde illius recordatus est, ut dictum est n. 15.

18. *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Quasi dicat : Quamvis dixerim unum sapientem toti urbi salutem afferre posse; at hoc ita est intelligendum, si sapiens nihil quod sui officii est negligat, neque a rectæ rationis et sapientiæ præceptis vel minimum aberret; nam unum aliquod in re peccatum bonum rei exitum frustrari potest. Ex hebræo verti potest, *peccator unus perdet multum bonum*, quæ videtur esse antithesis supra dictorum, quasi dicat : Quemadmodum sapiens unus servare potest civitatem, ita etiam unius errore vel culpa perire potest. Sic Achan peccatum cladem attulit Israelitis, Josue, c. 7, n. 5.

Cap. X. — 1. *Muscæ morientes*, etc. Quemadmodum muscæ odoratis unguentis immorientes illorum suavitatem perdunt, licet musca parvulum sit animal; ita parva sæpe res magnum rebus affert detrimentum. — *Pretiosior est sapientia.* Quasi dicat : Sic sapientiam, quæ pretiosior est quavis gloria, parva modicique temporis stultitia perdit. Illud enim *parva* cum *stultitia* jungendum est.

2. *Cor sapientis in dextera ejus.* Non est subaudiendum, *situm, aut positum est;* sed intelligendum est de motu quodam morali, quasi dicat : Sapientis dicta, facta cogitationesque omnes in dexteram, hoc est, in bonum vergunt ac tendunt, contra stultorum in sinistram, hoc est, in malum.

3. *In via stultus ambulans.* Cum ipse sinistram teneat, ut dictum est, alios etiam sibi similes putat esse, et a recta via, scilicet, bono deflectere in malum.

4. *Si spiritus.* Aliqui interpretantur de maligno spiritu et pravæ cogitationis suggestione; alii de spiritu indignantis principis patienter ferendo; alii de ambitionis spiritu frænando et modestia sectanda, * etiam ab iis qui a principibus attolluntur, et ad magistratus et honores promoventur; ut sensus sit : si apud regem in magna gratia fueris, serva priorem modestiam. — *Locum tuum ne dimiseris.* Ne commovearis, ne de virtutis gradu te dejici patiaris. — *Curatio faciet cessare peccata maxima.* Ex hebræo aliqui vertunt, *sanitas*, vel *lenitas faciet cessare*, etc. Sanitas et integritas animi, ejusdemque moderati, mitis et modesti bona dispositio, faciet ut peccata maxima non admittas, quæ vel dæmonis tentatio, vel injuriæ alicujus impatientia, vel honoris adipiscendi cupiditas, * vel ex jam adepto superbia suggerit.

5. *Quasi per errorem.* Vel de involuntario errore intelligitur; fieri enim nonnunquam solet ut principes etiam bonæ mentis decipiantur, et ad honores producant eos qui illis sunt indigni : vel intelligitur de errore voluntario, cum scilicet transversi aguntur principes amore vel odio, et eos magistratus constituunt qui illis muneribus digni non sunt.

6. Positum stultum in dignitate sublimi, et divites sedere deorsum.

7. Vidi servos in equis, et principes ambulantes super terram quasi servos.

8. a Qui fodit foveam, incidet in eam : et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. [a *Prov.* 26. 27. *Eccli.* 27. 29.]

9. Qui transfert lapides, affligetur in eis; et qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10. Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur; et post industriam sequetur sapientia.

11. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.

12. Verba oris sapientis gratia; et labia insipientis præcipitabunt eum :

13. Initium verborum ejus stultitia, et novissimum oris illius error pessimus.

14. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit : et quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare?

15. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere.

6. L'imprudent est élevé dans une dignité sublime, et les riches sont assis en bas.

7. J'ai vu les esclaves à cheval, et les princes marcher à pied comme des esclaves.

8. Celui qui a creusé la fosse y tombera, celui qui rompt la haie sera mordu du serpent.

9. Celui qui transporte les pierres en sera meurtri, et celui qui fend le bois en sera blessé.

10. Si le fer est émoussé, et qu'on ne l'aiguise point pour le remettre dans son premier état, mais qu'on l'émousse encore, on aura bien de la peine à l'aiguiser. Ainsi la sagesse ne s'acquiert que par un long travail.

11. Celui qui médit en secret est comme un serpent qui mord sans faire de bruit.

12. Les paroles qui sortent de la bouche du sage sont pleines de grâce : mais les paroles de l'insensé le feront tomber dans le précipice.

13. Ses premières paroles sont une imprudence, et les dernières paroles qui sortent de sa bouche sont une erreur très-maligne.

14. L'insensé se répand en paroles. L'homme, dit-il, ignore ce qui a été avant lui : et qui lui pourra découvrir ce qui doit être après lui?

15. Le travail des insensés les accablera, parce qu'ils ne savent pas le chemin pour aller à la ville.

6. *Positum stultum in dignitate.* C'est ici une critique du règne de Saül, où le favoritisme avait joué un si grand rôle. Salomon n'avait pas été témoin de l'influence que la flatterie avait exercée sous le règne de ce prince, mais David lui en avait sans doute fait la peinture.

15. *Nesciunt in urbem pergere.* Ces hommes, passant toute leur vie dans les plaisirs, finissent par ignorer les choses les plus communes. Ils veulent néanmoins décider des problèmes les plus graves et les plus difficiles, et c'est avec cette témérité, qui attire tous les jours les plus grands maux sur les États, où l'on a la sottise de prêter l'oreille à leurs déclamations.

---

6. *Divites.* Præstantes doctrina, virtute, meritis, animi dotibus.

7. *Servos.* Ignobiles vel servili anima. — *Principes.* Eodem sensu hic *principes* dixit, quo superiori versiculo, *divites*.

8. *Qui fodit foveam.* Significatur malum consilium ipsi consultori noxium esse et in caput ejus recidere. — *Qui dissipat sepem. Qui alterius securitatem evertit*, inquit Thaumaturgus.

9. *Qui transfert lapides.* Alia allegoria qua idem significatur, scilicet ipsi auctori laborem, studium et conatum, quo alteri voluit incommodare noxium esse. * Si quis transferat lapides suos dimovendo et furando ex alterius maceria, fieri poterit ut ruina cadentium lapidum obruatur. Vel ille dicitur transferre lapides, qui alieni cupidus revellit lapides terminales. Moraliter, qui semel definita, temere commovet. — *Qui scindit ligna.* Idem significatur, hoc est, neminem sine suo detrimento aliis damnum inferre solere : quemadmodum qui alterius arbores cædit ut noceat sæpe læditur, aut impacta in crus aut pedem securi, aut arboris ipsius aut rami ruina, etc. Potest etiam ligni scissio alterius eversionem significare, quam quis molitur, aut seditiones et factiones quarum aliqui sunt auctores.

10. *Si retusum fuerit ferrum.* Securis, v. g., aut alterius instrumenti ad secandum instituti. — *Et hoc non ut prius.* Scilicet fuerit acutum, sed secandi vim amiserit. — *Multo labore exacuetur.* Nam non facile detergitur rubigo, et iterum acuitur. — *Post industriam.* Adhibitam. — *Sequetur sapientia.* Hoc jam ostendit quid significet retusi ferri similitudo, cujus summa est : ut securis, aut gladius neglectus rubiginem contrahit, et vim secandi amittit; ita ingenium doctrinis excultum, si sapientiæ studium intermittatur, hebescit; si vero iterum te legendi, aut disputandi labori reddas, etiam redibit sapientia, sed non sine labore. Verum est hoc non solum in recuperandis, sed multo magis in parandis scientiis.

11. *Si mordeat.* Occulta detractio alterius famæ similis est occulto serpentis morsui.

12. *Gratia.* Grata et utilia audientibus. — *Præcipitabunt eum.* Nam cum stulte et parum considerate loquatur, se in magnas conjicit difficultates; et gravia creat pericula ex quibus non facile emergit. Convenit hoc detractoribus, de quibus proximo versiculo sermo fuerat.

13. *Initium verborum.* Nihil sanum loquitur stultus, sed tota oratio ab initio usque ad finem stultitia et erroribus scatet.

14. *Stultus verba multiplicat.* Frequenter repetit et inculcat verba quæ sequuntur, *Ignorat homo*, etc. — *Ignorat homo.* Stultus ut ab omni metu securus vivere possit, et voluptati vacare, sibi fingit animam immortalem non esse, et qui ante mortui sunt, eos funditus interiisse, idemque futurum de nunc viventibus.

15. *Labor stultorum affliget eos.* Desumpta allegoria ab iis qui, cum nesciant viam qua in urbem itur, huc illuc errant, et vel ad loca confragosa et senticosa, vel ad paludes, etc., veniunt, ex quo multum fatigantur. — *Nesciunt in urbem pergere.* Ea nesciunt quæ alioqui cæteris ejusdem conditionis hominibus explorata sunt et bene cognita, ut via regia et militaris in urbem ducens.

UANL ® UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

et après cela nul ne s'est plus souvenu de cet homme pauvre.

16. Je disais alors : la sagesse est meilleure que la force, comment donc la sagesse du pauvre a-t-elle été méprisée; et comment ses paroles n'ont-elles point été écoutées?

17. On écoute les paroles des sages dans le silence plus que les cris du prince parmi les insensés.

18. La sagesse vaut mieux que les armes des gens de guerre : celui qui manque en un seul point, perdra de grands biens.

pientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

16. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt audita?

17. Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos.

18. *a* Melior est sapientia, quam arma bellica; et qui in uno peccaverit, multa bona perdet. [*Supr.* 7. 20.]

CHAPITRE X.

Du favoritisme; du médisant. Roi enfant et princes débauchés.

1. Les mouches, lorsqu'elles meurent dans le parfum en gâtent la bonne odeur; *ainsi* une imprudence légère et de peu de durée l'emporte sur la sagesse et la gloire.

2. Le cœur du sage est dans sa main droite; et le cœur de l'insensé est dans sa main gauche;

3. L'imprudent même qui marche dans sa voie, étant insensé lui-même, il croit que tous les autres le sont comme lui.

4. Si l'esprit de celui qui a la puissance s'élève sur vous, ne quittez point votre place, parce que le remède vous guérira de grands péchés.

5. Il y a un mal que j'ai vu sous le soleil, qui semble venir de l'erreur du prince.

1. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Pretiosior est sapientia et gloria, parva et ad tempus stultitia.

2. Cor sapientis in dextera ejus, et cor stulti in sinistra illius.

3. Sed et in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

4. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris; quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis;

6. Positum stultum in dignitate sublimi, et divites sedere deorsum.

7. Vidi servos in equis, et principes ambulantes super terram quasi servos.

8. *a* Qui fodit foveam, incidet in eam : et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. [*a Prov.* 26. 27. *Eccli.* 27. 29.]

9. Qui transfert lapides, affligetur in eis; et qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10. Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur; et post industriam sequetur sapientia.

11. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.

12. Verba oris sapientis gratia; et labia insipientis præcipitabunt eum :

13. Initium verborum ejus stultitia, et novissimum oris illius error pessimus.

14. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit : et quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare?

15. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere.

6. L'imprudent est élevé dans une dignité sublime, et les riches sont assis en bas.

7. J'ai vu les esclaves à cheval, et les princes marcher à pied comme des esclaves.

8. Celui qui a creusé la fosse y tombera, celui qui rompt la haie sera mordu du serpent.

9. Celui qui transporte les pierres en sera meurtri, et celui qui fend le bois en sera blessé.

10. Si le fer est émoussé, et qu'on ne l'aiguise point pour le remettre dans son premier état, mais qu'on l'émousse encore, on aura bien de la peine à l'aiguiser. Ainsi la sagesse ne s'acquiert que par un long travail.

11. Celui qui médit en secret est comme un serpent qui mord sans faire de bruit.

12. Les paroles qui sortent de la bouche du sage sont pleines de grâce : mais les paroles de l'insensé le feront tomber dans le précipice.

13. Ses premières paroles sont une imprudence, et les dernières paroles qui sortent de sa bouche sont une erreur très-maligne.

14. L'insensé se répand en paroles. L'homme, dit-il, ignore ce qui a été avant lui : et qui lui pourra découvrir ce qui doit être après lui?

15. Le travail des insensés les accablera, parce qu'ils ne savent pas le chemin pour aller à la ville.

Cap. X. — 1. *Muscæ morientes.* Dans ce chapitre, Salomon s'applique à montrer les inconvénients qui résultent du défaut de sagesse, surtout dans les grands et les puissants.

---

16. *Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam.* Intra me cogitabam qui fieri posset ut cum sapientia multum præstaret fortitudini, tamen pauperis sapientia negligeretur et non audiretur.

17. *Verba sapientium audiuntur in silentio.* Dum civitas obsidione premeretur, multa princeps aut magistratus civibus proponebat, aut imperabat quæ æquis animis non audiebantur, cum minus salutaria esse crederentur : adfuit tandem pauper ille sapiens, audita vox in silentio, probatum consilium, et salus populo est parta. Quanquam postea, qua est hominum ingratitudo, nullus deinde illius recordatus est, ut dictum est n. 15.

18. *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Quasi dicat : Quamvis dixerim unum sapientem toti urbi salutem afferre posse; at hoc ita est intelligendum, si sapiens nihil quod sui officii est negligat, neque a rectæ rationis et sapientiæ præceptis vel minimum aberret; nam unum aliqua in re peccatum bonum rei exitum frustrari potest. Ex hebræo verti potest, *peccator unus perdet multum bonum*, quæ videtur esse antithesis supra dictorum, quasi dicat : Quemadmodum sapiens unus servare potest civitatem, ita etiam unius errore vel culpa perire potest. Sic Achan peccatum cladem attulit Israelitis, Josue, c. 7, n. 5.

Cap. X. — 1. *Muscæ morientes*, etc. Quemadmodum muscæ odoratis unguentis immorientes illorum suavitatem perdunt, licet musca parvulum sit animal; ita parva sæpe res magnum rebus affert detrimentum. — *Pretiosior est sapientia.* Quasi dicat : Sic sapientiam, quæ pretiosior est quavis gloria, parva modicique temporis stultitia perdit. Illud enim *parva* cum *stultitia* jungendum est.

2. *Cor sapientis in dextera ejus.* Non est subaudiendum, *situm, aut positum est;* sed intelligendum est de motu quodam morali, quasi dicat : Sapientis dicta, facta cogitationesque omnes in dexteram, hoc est, in bonum vergunt ac tendunt, contra stultorum in sinistram, hoc est, in malum.

3. *In via stultus ambulans.* Cum ipse sinistram teneat, ut dictum est, alios etiam sibi similes putat esse, et a recta via, scilicet, bono deflectere in malum.

4. *Si spiritus.* Aliqui interpretantur de maligno spiritu et pravæ cogitationis suggestione; alii de spiritu indignantis principis patienter ferendo; alii de ambitionis spiritu frenando et modestia sectanda, * etiam ab iis qui a principibus attolluntur, et ad magistratus et honores promoventur; ut sensus sit : si apud regem in magna gratia fueris, serva priorem modestiam. — *Locum tuum ne dimiseris.* Ne commovearis, ne de virtutis gradu te dejici patiaris. — *Curatio faciet cessare peccata maxima.* Ex hebræo aliqui vertunt, *sanitas*, vel *lenitas faciet cessare*, etc. Sanitas et integritas animi, ejusdemque moderati, mitis et modesti bona dispositio, faciet ut peccata maxima non admittas, quæ vel dæmonis tentatio, vel injuriæ alicujus impatientia, vel honoris adipiscendi cupiditas, * vel ex jam adepto superbia suggerit.

5. *Quasi per errorem.* Vel de involuntario errore intelligitur; fieri enim nonnunquam solet ut principes etiam bonæ mentis decipiantur, et ad honores producant eos qui illis sunt indigni: vel intelligitur de errore voluntario, cum scilicet transversi aguntur principes amore vel odio, et eos magistratus constituunt qui illis muneribus digni non sunt.

---

6. *Positum stultum in dignitate.* C'est ici une critique du règne de Saül, où le favoritisme avait joué un si grand rôle. Salomon n'avait pas été témoin de l'influence que la flatterie avait exercée sous le règne de ce prince, mais David lui en avait sans doute fait la peinture.

15. *Nesciunt in urbem pergere.* Ces hommes, passant toute leur vie dans les plaisirs, finissent par ignorer les choses les plus communes. Ils veulent néanmoins décider des problèmes les plus graves et les plus difficiles, et c'est avec cette témérité, qui attire tous les jours les plus grands maux sur les États, où l'on a la sottise de prêter l'oreille à leurs déclamations.

---

6. *Divites.* Præstantes doctrina, virtute, meritis, animi dotibus.

7. *Servos.* Ignobiles vel servili animo. — *Principes.* Eodem sensu hic *principes* dixit, quo superiori versiculo, *divites*.

8. *Qui fodit foveam.* Significatur malum consilium ipsi consultori noxium esse et in caput ejus recidere. — *Qui dissipat sepem. Qui alterius securitatem evertit*, inquit Thaumaturgus.

9. *Qui transfert lapides.* Alia allegoria qua idem significatur, scilicet ipsi auctori laborem, studium et conatum, quo alteri voluit incommodare noxium esse. * Si quis transferat lapides suos dimovendo et furando ex alterius maceria, fieri poterit ut ruina cadentium lapidum obruatur. Vel ille dicitur transferre lapides, qui alieni cupidus revellit lapides terminales. Moraliter, qui semel definita, temere commovet. — *Qui scindit ligna.* Idem significatur, hoc est, neminem sine suo detrimento aliis damnum inferre solere : quemadmodum qui alterius arbores cædit ut noceat sæpe læditur, aut impacta in crus aut pedem securi, aut arboris ipsius aut rami ruina, etc. Potest etiam ligni scissio alterius eversionem significare, quam quis molitur, aut seditiones et factiones quarum aliqui sunt auctores.

10. *Si retusum fuerit ferrum.* Securis, v. g., aut alterius instrumenti ad secandum instituti. — *Et hoc non ut prius.* Scilicet fuerit acutum, sed secandi vim amiserit. — *Multo labore exacuetur.* Nam non facile detergitur rubigo, et iterum acuitur. — *Post industriam.* Adhibitam. — *Sequetur sapientia.* Hoc jam ostendit quid significet retusi ferri similitudo, cujus summa est : ut securis, aut gladius neglectus rubiginem contrahit, et vim secandi amittit; ita ingenium doctrinis excultum, si sapientiæ studium intermittatur, hebescit; si vero iterum te legendi, aut disputandi labori reddas, etiam redibit sapientia, sed non sine labore. Verum est hoc non solum in recuperandis, sed multo magis in parandis scientiis.

11. *Si mordeat.* Occulta detractio alterius famæ similis est occulto serpentis morsui.

12. *Gratia.* Grata et utilia audientibus. — *Præcipitabunt eum.* Nam cum stulte et parum considerate loquatur, se in magnas conjicit difficultates; et gravia creat pericula ex quibus non facile emergit. Convenit hoc detractoribus, de quibus proximo versiculo sermo fuerat.

13. *Initium verborum.* Nihil sanum loquitur stultus, sed tota oratio ab initio usque ad finem stultitia et erroribus scatet.

14. *Stultus verba multiplicat.* Frequenter repetit et inculcat verba quæ sequuntur, *Ignorat homo*, etc. — *Ignorat homo.* Stultus ut ab omni metu securus vivere possit, et voluptati vacare, sibi fingit animam immortalem non esse, et qui ante mortui sunt, eos funditus interiisse, idemque futurum de nunc viventibus.

15. *Labor stultorum affliget eos.* Desumpta allegoria ab iis qui, cum nesciant viam qua in urbem itur, huc illuc errant, et vel ad loca confragosa et senticosa, vel ad paludes, etc., veniunt, ex quo multum fatigantur. — *Nesciunt in urbem pergere.* Ea nesciunt quæ alioqui cæteris ejusdem conditionis hominibus explorata sunt et bene cognita, ut via regia et militaris in urbem ducens.

16. Malheur à toi, terre dont le roi est un enfant, et dont les princes mangent dès le matin.

17. Heureuse est la terre dont le roi est d'une famille illustre, et dont les princes ne mangent qu'au temps destiné pour se nourrir, et non pour satisfaire leur sensualité.

18. La charpente d'un toit se gâtera peu à peu par la paresse, et les mains lâches seront cause qu'il pleuvera partout dans la maison.

19. Ils emploient le pain et le vin, pour se divertir, et pour passer leur vie en festins; et toutes choses obéissent à l'argent.

20. Ne parlez point mal du roi dans votre pensée, et ne médisez point du riche dans le secret de votre chambre, parce que les oiseaux mêmes du ciel rapporteront vos paroles, et ceux qui ont des ailes publieront ce que vous aurez dit.

16. Væ tibi terra, cujus rex puer est, et cujus principes mane comedunt.

17. Beata terra, cujus rex nobilis est, et cujus principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, et non ad luxuriam.

18. In pigritiis humiliabitur contignatio, et in infirmitate manuum perstillabit domus.

19. In risum faciunt panem et vinum, ut epulentur viventes : et pecuniæ obediunt omnia.

20. In cogitatione tua regi ne detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti : quia et aves cœli portabunt vocem tuam, et qui habet pennas, annuntiabit sententiam.

CHAPITRE XI.

On doit faire sans cesse des bonnes œuvres et avoir devant les yeux le jugement de Dieu.

1. Mitte panem tuum super transeuntes aquas : quia post tempora multa invenies illum.

2. Da partem septem, necnon et oc-

1. Répandez votre pain sur les eaux qui passent, parce que vous le retrouverez après un long espace de temps.

2. Faites-en part à sept ou huit personnes,

16. *Cujus principes mane comedunt.* C'est-à-dire, qu'au lieu de travailler, les chefs de la nation, chargés des principales administrations, croient qu'ils n'ont qu'à se divertir et à passer leur temps dans tous les excès du luxe et de l'intempérance.

18. *In pigritiis humiliabitur contignatio.* Tel est le sort d'un État dont les chefs négligent le travail pour se livrer à la paresse et à tous les vices qui lui font cortége. L'édifice social tombe peu à peu en ruines, et quand on le croit encore debout, sa toiture est vermoulue, et il s'effondre au moindre choc.

20. *Regi ne detrahas.* Quels que soient les défauts du roi et de ceux qui sont à la tête de la société, il ne faut pas en mal parler. On doit toujours respecter l'autorité dont ils sont revêtus et craindre la puissance qu'ils ont en main. C'est le seul moyen d'éviter les révolutions continuelles qui tourmentent les nations modernes, où l'on a méconnu à tort ces principes.

Cap. XI. — 1. *Mitte panem tuum.* Salomon conseille de faire l'aumône et de donner à celui qui demande sans trop se préoccuper de ses mérites. C'est la doctrine de l'Évangile (Luc., VI, 30).

---

16. *Cujus rex puer est.* Ætate aut sapientia, cujus consilii imbecillitas reipublicæ gubernandæ par esse non potest. — *Mane comedunt.* Ut pueri faciunt.

17. *Nobilis.* In hebræo est, בן חורים *ben horim*, quod hebraizantes varie vertunt, *filius nobilium*, *filius ingenuorum*, *filius principum*, *filius heroum*, *filius candidorum* : quæ omnes interpretationes eodem tendunt, ut scilicet commendetur principis generis animique nobilitas.

18. *In pigritiis humiliabitur contignatio.* Monitum contra desidiam et procrastinationem in remediis adhibendis. Si domus sarta tecta negligantur, corrumpentur paulatim stillicidiis imbrium tecta, trabes, parietes, quibus debilitatis sequitur ruina qua ædes humiliantur, id est, cadunt. — *Infirmitate.* Segnitie, negligentia, procrastinatione.

19. *In risum.* Ad voluptatem. Vel sensus est, suppeditari victum et quotidianum cibum alendis parasitis. — *Faciunt panem.* Cibos parant; nam panis et vinum omnes cibi et potus delicias significant. — *Viventes.* Homines.

20. *In cogitatione.* Ne occultissime quidem. Italice dicimus : *Ne anco per pensiero.* — *Diviti.* Potenti. — *Aves cœli portabunt vocem tuam.* Hyperbolice accipiendum, quo modo solemus dicere ipsos parietes, quibus consciis loquimur, quæ audierint non celaturos. Sic Christus dixit simili schemate : *Si hi tacuerint, lapides clamabunt*, Luc., 19, 40; et Habacuc, c. 2, 11 : *Lapis de pariete clamabit.* — *Qui habet pennas.* Volucres. Est repetitio Hebræis usitata. — *Sententiam.* Sermonem tuum.

Cap. XI. — 1. *Mitte.* Jacias et quasi projicias, eleemosynam dando. — *Panem.* Panem et cibos, et quidquid facit ad sublevandam pauperum inopiam. — *Super transeuntes aquas.* Dicit transeuntes aquas, ut opponat stativis, in quas jacti panes non ita videntur domino perituri, cum extrahi possint et recuperari; sensus ergo est de conferenda et quasi abjicienda (stultorum judicio) eleemosyna, in locum unde in hac vita recuperandi nulla sit spes. Italice etiam dicimus : *Gettar nel fiume*, id quod sine spe recipiendi projicitur. Monet Dominus, Luc. 14, 13 : *Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, et cæcos : et beatus eris, quia non habent retribuere tibi : retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.* — *Post tempora multa. In resurrectione justorum*, ut proxime dicebamus : in futura vita.

2. *Partem.* Eleemosynam de tuo impartiendo. — *Septem, necnon et octo.* Multis, vel omnibus indigentibus quotquot se obtulerint. Scripturæ consuetudo est ut, quando ad septem addit adhuc alium numerum, plurimos significet. Vide Riberam in c. 5, Michææ, n. 60. — *Quid fu-*

to : quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

3. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

4. Qui observat ventum, non seminat : et qui considerat nubes, nunquam metet.

5. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis : sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

6. Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud : et si utrumque simul, melius erit.

7. Dulce lumen, et delectabile est oculis videre solem.

8. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum : qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Lætare ergo juvenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum : et scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

parce que vous ignorez le mal qui doit vous arriver sur la terre.

3. Lorsque les nuées se sont remplies d'eaux, elles répandent la pluie sur la terre, si l'arbre tombe au midi ou au septentrion, en quelque lieu qu'il sera tombé, il y demeurera.

4. Celui qui observe les vents ne sème point, et celui qui considère les nuées ne moissonnera jamais.

5. Comme vous ignorez par où l'âme vient, et de quelle manière les os se lient dans les entrailles d'une femme grosse; ainsi vous ne connaissez point les œuvres de Dieu, qui est le créateur de toutes choses.

6. Semez votre grain dès le matin, et que le soir votre main ne cesse point de semer, parce que vous ne savez lequel des deux lèvera le plus tôt, celui-ci, ou celui-là. Que si l'un et l'autre lèvent, ce sera encore mieux.

7. La lumière est douce, et l'œil se plaît à voir le soleil.

8. Si un homme vit beaucoup d'années, et s'il se réjouit dans tout ce temps-là, il doit se souvenir de ce temps de ténèbres, et de cette multitude de jours qui, étant venus, convaincront de vanité tout le passé.

9. Réjouissez-vous donc, jeune homme, dans votre jeunesse; que votre cœur soit dans l'allégresse pendant votre premier âge; marchez selon les voies de votre cœur, et selon les regards de vos yeux : sachez que Dieu vous fera rendre compte, en son jugement, de toutes ces choses.

3. *In quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Ainsi l'homme demeurera éternellement dans l'état où la mort l'aura surpris. Hâtez-vous donc de vous rendre agréables à Dieu par des aumônes abondantes, et que la crainte des besoins n'arrête point le cours de vos charités.

6. *Mane semina semen tuum.* Dès le commencement de votre vie, faites des aumônes, répandez votre bien, comme une semence, et ne renvoyez pas au soir de la vie, à vos dernières années, vos libéralités, parce que personne ne sait s'il existera demain.

9. *Lætare ergo, juvenis.* Ces paroles sont prises ironiquement. C'est comme s'il disait : Réjouissez-vous, si vous le pouvez, en présence de la mort; marchez selon les voies de votre cœur, livrez-vous à tous vos penchants, mais sachez que vous aurez à rendre compte à Dieu de toutes ces choses.

---

turum sit mali. A quo te poterit eripere eleemosyna, juxta illud Eccli. 29, 15 : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo*; et Psalm. 40, 2 : *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus.*

3. *Si repletæ fuerint.* Sicut nubes, cum imbre plenæ sunt, aquam in terras quaslibet indistincte effundunt, idque spontanee et large; sic debent divites largi esse in egentes, et profusi. — *Si ceciderit lignum.* Hortatur nos ut bene faciamus dum possumus, exemplo arboris, quæ, dum vivit et stat, æstuantibus umbram, esurientibus fructum præbet; ubi vero securibus excisa jacuerit mortua, ad nihil est utilis nisi ad fabrorum materiam, vel ad ignem : sic nisi faciat homo eleemosynam dum vivit, post mortem nullum illi superit spatium bene merendi : quo in statu illum mora deprehenderit, in eo erit perpetuo.

4. *Qui observat ventum, non seminat.* Perstringit avaros quibus semper aliquid prætexitur ne dent eleemosynam; hæc autem esse solent præcipua, metus ne ipsi indigeant, et curiosa inquisitio sitne dignus petens cui conferatur necne, an venturum sit tempus dandi opportunius, etc.

5. *Quomodo ignoras.* Quemadmodum nescis quomodo anima in corpus humanum veniat et illud animet, et quomodo formetur fœtus in utero matris, ita nescis quam solers sit et benigna providentia divina omnium fabricatrix et moderatrix, quæ bona tibi quæ largiaris suggerere potest modis plane occultis.

6. *Mane semina.* Omne vitæ tempus hac allegoria comprehenditur, et perinde est ac si moneremur et statim incipere, et nunquam desinere a beneficentia. — *Quia nescis quid magis oriatur.* Quia nos latet priorane an posteriora opera bona magis Deo placitura sint, et an ambo simul ad gratiam Dei promerendam sint necessaria, sive an ambo simul Deo placitura sint, neutrum seorsum

8. *Dierum multorum.* Qui post mortem sequentur, id est, æternitatis. — *Vanitatis arguentur præterita.* Tunc enim apparebit quam stulte egerint qui æterna bona brevissimæ voluptati, aut levissimo lucro posthabuerunt.

9. *In bono sit cor tuum.* Idem est quod dixerat, *lætare.* — *In viis cordis tui.* Tibi et genio tuo indulgendo; dicuntur hæc ironice. — *In intuitu oculorum tuorum.* Similis locutio præcedenti, qua significatur sibi non negare quod oculi cupiunt. — *Et scito quod pro omnibus his.* Hoc ostendit præcedentia per ironiam dicta. Scito de divino judicio sistendum, et de omnibus a te reddendam esse rationem.

10. Bannissez la colère de votre cœur; éloignez le mal de votre chair : la jeunesse et le plaisir ne sont que vanité.

10. Aufer iram a corde tuo, et amove malitiam a carne tua. Adolescentia enim et voluptas vana sunt.

CHAPITRE XII.

Vanité des choses terrestres. Craindre Dieu et observer ses commandements.

1. Souvenez-vous de votre Créateur pendant les jours de votre jeunesse, avant que le temps de l'affliction soit arrivé, et que vous approchiez des années dont vous direz : Ce temps me déplaît.

2. Pensez à servir Dieu avant que le soleil, la lumière, la lune et les étoiles s'obscurcissent, et que les nuées retournent après la pluie;

3. Lorsque les gardes de la maison commenceront à trembler; que les hommes les plus forts s'ébranleront; que celles qui avaient accoutumé de moudre seront réduites en petit nombre, et deviendront oisives; et que ceux qui regardaient par les trous seront couverts de ténèbres;

4. Quand on fermera les portes de la rue; quand la voix de celle qui avait accoutumé de moudre sera faible, qu'on se lèvera au chant de l'oiseau, et que les filles de l'harmonie deviendront sourdes;

1. Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni, de quibus dicas : Non mihi placent;

2. Antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna, et stellæ, et revertantur nubes post pluviam :

3. Quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi, et otiosæ erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina :

4. Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris et obsurdescent omnes filiæ carminis.

Cap. XII. — 1. *Memento creatoris tui.* Ce chapitre est la conclusion de tout le livre, et il en est la clef. Salomon y répète que tout est vanité; mais au lieu d'en conclure, avec l'épicurien, que nous n'avons rien à espérer dans l'autre vie, et que nous devons ne songer qu'à jouir en celle-ci, il dit, que nous ne devons pas nous attacher aux choses d'ici-bas, parce qu'elles sont vaines, mais que nous devons, au contraire, ne pas attendre la vieillesse pour faire le bien, parce que nous devons toujours avoir présent le jugement de Dieu, et ne pas oublier qu'à la fin de la vie, si le corps retourne à la terre dont il est formé, l'esprit remonte au ciel pour y être jugé selon ses œuvres.

2. *Et revertantur nubes post pluviam.* De ce verset au verset 7, Salomon décrit les incommodités de la vieillesse. Il emploie à cette description des figures très-vives et très-brillantes qui étaient tout à fait du goût des Orientaux. Saint Jérôme et quelques autres interprètes expliquent encore ces versets de la consommation des siècles, c'est-à-dire, de cet obscurcissement et de cet affaiblissement qui doit précéder le dernier jugement, selon que Jésus-Christ l'annonce dans l'Évangile.

---

10. *Aufer iram.* Salutare monitum adolescentibus, qui cum calente sanguine fervidiores sint, ab ira et a noxiis carnis voluptatibus revocandi sunt. — *Vana.* Perniciosa.

Cap. XII. — 1. *Tempus afflictionis.* Tempus senectutis.

2. *Antequam tenebrescat sol.* Multi aut etiam plerique hujus loci interpretes de oculis explicant, qui senio confecti cæcutiunt, caligine et lippitudine vitiantur, ita ut vix solem, lunam et stellas queant conspicere. Sed huic interpretationi illud obstat, quod paulo post de visu hebetiore est sermo, cum dicitur : *Tenebrescent videntes per foramina.* Commoda ergo videtur explicatio, si accipiamus de vigore, nitore, decore, et quasi splendore vultus, qui in senibus obsolescit. Sic de Mose legimus, Deut., 34, 7 : *Moyses centum et viginti annorum erat quando mortuus est, et non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt.* Chaldæus addit : *Neque mutatus est splendor gloriæ vultus ejus* : quod licet aliqui de cornibus lucis, quæ semper Mosis corpori adhæserunt, interpretentur, tamen probabiliter Pineda de nitore et decore faciei, de quo nunc agimus, accipiendum putat. — *Revertantur nubes post pluviam.* Intelligit catharri defluxus, qui alii post alios in senibus fiunt, cum langueat calor qui eos possit absumere.

3. *Custodes domus.* Videtur manus et brachia intelligere, quod ea non solum suo officio, ut cætera quoque membra suo funguntur, sed insuper totum corpus, id est, reliqua membra custodiant et protegant, ne quid illis noceat. Alii aliter explicant. — *Viri fortissimi.* Crura et genua. — *Molentes in minuto numero.* Dentes ad paucitatem redacti. — *Videntes per foramina.* Oculos intelligit.

4. *Claudent ostia in platea.* Putat Pineda describi fœdum illum senis edentuli gestum, cum compressis labiis et introrsum ad supplendum locum dentium relictis, clauso videlicet ore, cibum non tam atterit, scindit, aut molit, quam versat et conspuit, rauca maxillarum et gingivarum inermium agitatione et sonitu. Platea videtur faciem ipsam hominis significare. Vel sensus est : oculos, os, aures, nares reddent ineptas vitæ usibus, perinde ac si essent occlusæ. — *In humilitate vocis molentis.* Demisso et exili sono molarum, hoc est, dentium qui reliqui sunt; nam cum nutant dentes et infirmi sint, non possunt dura conterere, ut juvenes, quia ea nullo negotio frangunt, et comminuta in partes cum sonitu dissilire faciunt. — *Consurgent ad vocem volucris.* Senes laborant insomnia, et ad avium garritum, nedum ad cantum gallorum excitantur. LXX habent τοῦ στρουθίου, et hebræus צפור *tsippor*, quæ voces passerculos, aut qualibet aviculas significant. — *Filiæ carminis.* Aures intelligit, quæ musica delectari solent. * Significatur nullo in pretio musarum et musicorum oblectamenta senibus esse, ut seni illi Berzellai, cujus mentio, II. Reg., 19, 35.

5. Excelsa quoque timebunt, et formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparis : quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in platea plangentes.

6. Antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, confringatur rota super cisternam.

7. Et revertatur pulvis in terram suam unde erat et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

8. Vanitas vanitatum, dicit Ecclesiastes, et omnia vanitas.

9. Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit quæ fecerat; et investigans composuit parabolas multas.

10. Quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.

11. Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.

12. His amplius, fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis :

5. Quand on aura peur des lieux élevés, et qu'on craindra de tomber en marchant; que l'amandier fleurira; quand la sauterelle s'engraissera, que les câpres se dissiperont, parce que l'homme s'en va dans la maison de son éternité; et qu'on marchera bientôt en pleurant autour des rues;

6. Avant que la chaîne d'argent soit rompue, que la bandelette d'or se retire, que la cruche se brise sur la fontaine, et que la roue se rompe sur la citerne;

7. Avant que la poussière rentre dans la terre d'où elle avait été tirée; et que l'esprit retourne à Dieu qui l'avait donné.

8. Vanité des vanités, dit l'Ecclésiaste, tout est vanité.

9. L'Ecclésiaste étant très-sage, il enseigna le peuple : il publia ce qu'il avait fait; car dans cette étude il composa plusieurs paraboles.

10. Il chercha des paroles utiles; et il écrivit des discours pleins de droiture et de vérité.

11. Car les paroles des sages sont comme des aiguillons, et comme des clous enfoncés profondément; le pasteur unique *de nos âmes* nous les ayant donnés par le conseil et la sagesse des maîtres.

12. Ne recherchez *donc* rien davantage, mon fils; car il n'y a point de fin à multiplier les li-

9. *Composuit parabolas multas.* Allusion au livre précédent, qui renferme ces paraboles. Salomon nous fait voir ici l'importance qu'il y attachait. Il veut qu'elles soient un aiguillon qui nous presse d'avancer dans le chemin du salut, et qu'elles restent fixées comme des clous, dans notre esprit et notre cœur. Elles nous arrivent par le conseil de plusieurs maîtres et de plusieurs docteurs chargés de nous les enseigner; mais elles n'ont pour origine qu'un seul Pasteur, le Verbe de Dieu, la parole éternelle du Père, dont la lumière doit être l'unique aliment de nos âmes.

---

5. *Excelsa quoque timebunt.* Cum scilicet aut scalæ, aut clivus ascendendus est. — *Florebit amygdalus.* Canescet caput instar florentis amygdali, cujus flores candidi sunt. — *Impinguabitur locusta.* Senum tibias, crura et pedes intelligit, qui in senibus humorum affluentia et podagrico morbo solent intumescere, et ideo gravari, et cute densiore ac relucente, locustæ speciem quamdam præferre. — *Dissipabitur capparis.* Languescet cibi et potus appetitus, qui fere capparis condimento irritari solet. S. Hieronymus et alii de libidine refrigescente interpretantur; quod etiam ex eo confirmari potest, quod capparim inter calidas herbas numerat Aristophon *Athenæi*, lib. 1, et bulbis adjungit, qui salaces sunt. * Vel quia capparis in locis incultis provenit, in ruderibus, parietinis et sepulcris, significatur dissipandos capparis frutices sepulcris adnatos, ad cadaver defuncti tumulo inferendum. Ita Valesius de Sacra Philosophia. — *In domum æternitatis.* Sepulcrum in quo jacendum ad finem usque mundi. — *Circuibunt in platea plangentes.* Præficæ nimirum, et alia lugentium turba funus per plateas et vicos prosequens.

6. *Antequam rumpatur funiculus argenteus.* Designat spinalis dorsi medullam, quæ et cerebri substantia argenteo splendidoque colore producta, ut etiam in brutis animantibus conspicitur, a basi capitis, hoc est, capitis parte posita, una producta per quatuor et triginta vertebras, ad os caudæ, quod ad anum desinit, porrigitur. Sunt qui putant omnibus morientibus hunc funiculum rumpi, alii negant, qui tamen existimant hac medulla vel minimum læsa, necessario hominem mori. — *Recurrat vitta aurea.* Retrahatur, contrahatur, ac corrugetur cerebri membrana cerebro siccato et imminuto, ut in senibus solet. Vocatur autem *vitta*, quia ut vitta quædam totum cerebrum ambit, constringit et continet. Dicitur *aurea* vel ob colorem, vel ob utilitatem, quasi dicatur, *pretiosa*. * Aliqui de bile intelligunt, quæ in senecta minus solet vasis suis contineri. — *Conteratur hydria super fontem.* Renes intelligit et vesicam, meatusque urinarios, qui ferme in senibus collapsi, et in angustum contracti non præstant officium. Alii aliter, ut in reliquis hisce senii notis. — *Confringatur rota super cisternam.* Videtur esse ejusdem rei proxime dictæ repetitio. Fons enim et cisterna idem fere sunt, hydria et rota instrumenta ad hauriendam aquam, licet inter se diversa.

9. *Enarravit quæ fecerat.* Cum dixit c. 2, 4 : *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, etc.* Vel cum enarravit quam diligentem operam posuisset in assequenda rerum cognitione, quas narrationes sapiens ad audientium utilitatem contulit.

11. *Sicut stimuli, et quasi clavi.* Nam vim habent corda penetrandi. — *Quæ per magistrorum consilium.* Intelligit sacras Scripturas et traditiones, quæ ab uno pastore Deo Scripturarum auctore præcipuo, et Christo Domino per magistrorum consilium quasi per successionem continuam ac traducem ecclesiasticam datæ et communicatæ sunt fidelibus.

12. *His amplius.* Id est, melius. * Licet enim innumeri scribantur libri, tamen non omnes utiles sunt, et illis legendis multum temporis teritur, et mens et oculi fatigantur. — *Frequensque meditatio.* Mentis agitatio, et pertinax legendi aut scribendi studium librorum auctoribus necessarium.

vres; et la continuelle méditation de l'esprit afflige le corps.	frequensque meditatio, carnis afflictio est.
13. Ecoutons tous ensemble la fin de tout ce discours : Craignez Dieu et observez ses commandements ; car c'est là tout l'homme.	13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, et mandata ejus observa : hoc est enim omnis homo :
14. Et *souvenez-vous* que Dieu fera rendre compte en son jugement de toutes les fautes, et de tout le bien et le mal qu'on aura fait.	14. Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

---

13. *Hoc est enim omnis homo.* In eo sita hominis felicitas in hac vita. * Vel quasi dicat : Absque hoc nihil est omnis homo ; et qui hoc non est, nihil est : qui hoc non agit, nihil agit, quoniam in vanum recipit animam suam, cum propter hoc solum creatus sit.

14. *Pro omni errato.* Id est, id quod quasi per errorem aut ignorantiam fit, quasi dicat : Etiam subjicietur examini id quod, licet non plena voluntate, sed ignoratione et inadvertentia quadam admittitur, et discutietur an excusationem mereatur, an vero damnandum sit.

* * *

PRÉFACE SUR LE CANTIQUE DES CANTIQUES.

Une tradition invariable et constante attribue le *Cantique des cantiques* à Salomon. D. Calmet le considère, d'après les Pères, comme le plus parfait de ses trois ouvrages. Les *Proverbes*, dit-il, sont à la portée des plus simples et des moins avancés dans la voie de la vertu ; ils sont adressés aux enfants ; Salomon y donne souvent ce nom à son disciple. L'*Ecclésiaste*, instruit un homme déjà fait ; il lui montre le néant et la vanité des choses du monde. Le *Cantique* est pour les âmes parfaites, et pour celles qui sont élevées au-dessus des sentiments de la chair et du sang.

Saint Isidore de Péluse compare ces trois livres aux trois parties du temple : les *Proverbes* sont figurés par les parvis extérieurs, ouverts à tous les Israélites ; l'*Ecclésiaste* est représenté par le Saint qui était fermé aux yeux des profanes par un voile, et où personne n'avait droit d'entrer que les prêtres sanctifiés ; mais le *Cantique des cantiques* est justement comparé au sanctuaire, au Saint des saints, où les prêtres mêmes n'entraient pas, et qui n'était ouvert qu'au souverain sacrificateur, et cela une seule fois l'année, après bien des cérémonies et des purifications.

Tout le monde est invité à l'étude des *Proverbes*; tout le monde n'est pas capable d'entendre l'*Ecclésiaste*; mais presque personne ne peut pénétrer la profondeur de sens du *Cantique des cantiques*. Les Juifs n'en permettaient pas la lecture avant l'âge de trente ans, et l'Eglise, dans sa prudence, nous impose la même réserve.

Ce n'est pas que ce poëme soit licencieux et obscur, comme l'ont prétendu les anabaptistes, Voltaire, et en général tous les incrédules qui l'ont à dessein interprété dans le sens le plus révoltant. Mais le sujet est délicat, et Salomon l'a traité avec cette liberté d'expressions que comportent les mœurs orientales. Il en est résulté des descriptions et des peintures que l'on ne peut mettre sous les yeux de tout le monde, et qui demandent, pour être sans danger, à être méditées avec la pureté de cœur et d'esprit qui les a inspirées. Car, comme l'a dit fort bien Fénelon : « La même parole est un pain qui nourrit les uns et un glaive qui perce les autres ; elle est odeur de vie pour ceux qui vivent de la foi et qui meurent sincèrement à eux-mêmes; elle est odeur de mort pour ceux qui sont aliénés de la vie de Dieu et qui vivent renfermés en eux-mêmes avec orgueil. Le meilleur aliment se tourne en poison dans les estomacs corrompus. » C'est ce qui a fait dire que tout est pur pour les purs : *Omnia munda mundis*; mais que tout devient licence pour ceux dont le cœur est gâté et l'esprit perverti.

On croit généralement que Salomon composa ce poëme à l'occasion de son mariage avec la fille de Pharaon. C'est un épithalame qui tient du drame quant à sa forme. Comme dans les tragédies grecques, on y voit un chœur de jeunes vierges qui restent toujours sur la scène, prêtes, dit Lowth, à offrir des consolations ou des conseils. Elles s'entretiennent avec les deux époux, les interrogent, leur répondent, se mêlent à tout ce qui arrive et ne s'éloignent jamais. L'auteur en profite pour leur faire dire ce qu'il n'aurait pu convenablement dire lui-même ou faire dire à ses deux principaux personnages, comme dans la scène du chapitre VII, où le chœur fait un si pompeux éloge de la beauté de l'épouse.

vres; et la continuelle méditation de l'esprit afflige le corps.

13. Ecoutons tous ensemble la fin de tout ce discours : Craignez Dieu et observez ses commandements ; car c'est là tout l'homme.

14. Et *souvenez-vous* que Dieu fera rendre compte en son jugement de toutes les fautes, et de tout le bien et le mal qu'on aura fait.

frequensque meditatio, carnis afflictio est.

13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, et mandata ejus observa : hoc est enim omnis homo :

14. Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

---

13. *Hoc est enim omnis homo.* In eo sita hominis felicitas in hac vita. * Vel quasi dicat : Absque hoc nihil est omnis homo ; et qui hoc non est, nihil est : qui hoc non agit, nihil agit, quoniam in vanum recipit animam suam, cum propter hoc solum creatus sit.

14. *Pro omni errato.* Id est, id quod quasi per errorem aut ignorantiam fit, quasi dicat : Etiam subjicietur examini id quod, licet non plena voluntate, sed ignoratione et inadvertentia quadam admittitur, et discutietur an excusationem mereatur, an vero damnandum sit.

PRÉFACE SUR LE CANTIQUE DES CANTIQUES.

Une tradition invariable et constante attribue le *Cantique des cantiques* à Salomon. D. Calmet le considère, d'après les Pères, comme le plus parfait de ses trois ouvrages. Les *Proverbes*, dit-il, sont à la portée des plus simples et des moins avancés dans la voie de la vertu ; ils sont adressés aux enfants ; Salomon y donne souvent ce nom à son disciple. L'*Ecclésiaste*, instruit un homme déjà fait ; il lui montre le néant et la vanité des choses du monde. Le *Cantique* est pour les âmes parfaites, et pour celles qui sont élevées au-dessus des sentiments de la chair et du sang.

Saint Isidore de Péluse compare ces trois livres aux trois parties du temple : les *Proverbes* sont figurés par les parvis extérieurs, ouverts à tous les Israélites ; l'*Ecclésiaste* est représenté par le Saint qui était fermé aux yeux des profanes par un voile, et où personne n'avait droit d'entrer que les prêtres sanctifiés ; mais le *Cantique des cantiques* est justement comparé au sanctuaire, au Saint des saints, où les prêtres mêmes n'entraient pas, et qui n'était ouvert qu'au souverain sacrificateur, et cela une seule fois l'année, après bien des cérémonies et des purifications.

Tout le monde est invité à l'étude des *Proverbes ;* tout le monde n'est pas capable d'entendre l'*Ecclésiaste ;* mais presque personne ne peut pénétrer la profondeur de sens du *Cantique des cantiques.* Les Juifs n'en permettaient pas la lecture avant l'âge de trente ans, et l'Eglise, dans sa prudence, nous impose la même réserve.

Ce n'est pas que ce poème soit licencieux et obscur, comme l'ont prétendu les anabaptistes, Voltaire, et en général tous les incrédules qui l'ont à dessein interprété dans le sens le plus révoltant. Mais le sujet est délicat, et Salomon l'a traité avec cette liberté d'expressions que comportent les mœurs orientales. Il en est résulté des descriptions et des peintures que l'on ne peut mettre sous les yeux de tout le monde, et qui demandent, pour être sans danger, à être méditées avec la pureté de cœur et d'esprit qui les a inspirées. Car, comme l'a dit fort bien Fénelon : « La même parole est un pain qui nourrit les uns et un glaive qui perce les autres ; elle est odeur de vie pour ceux qui vivent de la foi et qui meurent sincèrement à eux-mêmes ; elle est odeur de mort pour ceux qui sont aliénés de la vie de Dieu et qui vivent renfermés en eux-mêmes avec orgueil. Le meilleur aliment se tourne en poison dans les estomacs corrompus. » C'est ce qui a fait dire que tout est pur pour les purs : *Omnia munda mundis ;* mais que tout devient licence pour ceux dont le cœur est gâté et l'esprit perverti.

On croit généralement que Salomon composa ce poème à l'occasion de son mariage avec la fille de Pharaon. C'est un épithalame qui tient du drame quant à sa forme. Comme dans les tragédies grecques, on y voit un chœur de jeunes vierges qui restent toujours sur la scène, prêtes, dit Lowth, à offrir des consolations ou des conseils. Elles s'entretiennent avec les deux époux, les interrogent, leur répondent, se mêlent à tout ce qui arrive et ne s'éloignent jamais. L'auteur en profite pour leur faire dire ce qu'il n'aurait pu convenablement dire lui-même ou faire dire à ses deux principaux personnages, comme dans la scène du chapitre VII, où le chœur fait un si pompeux éloge de la beauté de l'épouse.

Il était d'usage de faire des compositions de ce genre à l'occasion des mariages les plus brillants. Salomon, étant poète lui-même, saisit sa lyre, et dans ses transports, il voit au delà des temps présents, et décrit avec enthousiasme les secrets de l'avenir qu'il entrevoit avec une merveilleuse clarté.

Car, pour comprendre ce poème, il est évident qu'il ne faut pas s'arrêter au sens littéral. Celui qui l'adopterait exclusivement serait condamné à ne voir, dans ce chef-d'œuvre, que des choses impossibles et absurdes. Car, que signifierait, dit Wette, cette fille du roi d'Egypte gardant un vignoble, ou courant, comme une bergère éplorée, à travers les rues de Jérusalem, cherchant son bien-aimé et battue par les sentinelles; ou Salomon s'en allant, en berger transis, la nuit, à travers les montagnes et les prairies, cherchant son amante, frappant à sa fenêtre, demandant à entrer, parce qu'il est transpercé par la rosée.

Il n'y a de raisonnable et d'admissible que le sens allégorique. C'est ce qu'a perpétuellement pensé la Synagogue, et ses docteurs ont toujours repoussé comme des profanes les interprètes qui auraient voulu s'en tenir uniquement au sens littéral.

Les Juifs ont vu, dans cette allégorie, l'union de Dieu avec Israël, et les Pères n'ont fait que développer la même tradition, en y voyant unanimement l'union de Jésus-Christ avec son Eglise.

L'idée de représenter l'union de Dieu avec nous, sous la forme de l'union conjugale, est si familière aux écrivains sacrés, qu'ils traitent constamment de *fornication* l'abandon de Dieu ou l'idolâtrie. Isaïe se sert des mêmes images (LIV, 5), Jérémie et Ezéchiel traitent d'adultère leur nation, parce qu'elle a abandonné son Dieu, et dans leur indignation ils la peignent sans réserve sous les traits d'une courtisane ou d'une prostituée. Toute la première partie de la prophétie d'Osée roule sur cette donnée, et au psaume XLIVe, qu'on peut aussi considérer comme un chant nuptial, on trouve les mêmes emblèmes et les mêmes figures que dans le *Cantique* de Salomon.

Dans le Nouveau Testament, les noms d'époux et d'épouse sont également consacrés à nous représenter l'union de Jésus-Christ et de l'Eglise. Saint Jean-Baptiste appelle Jésus l'Epoux (Joan., III, 29), et le Sauveur lui-même appelle ses disciples les amis de l'Epoux (Matth., IX, 15). Saint Paul nous parle sans cesse de l'alliance de Jésus-Christ avec son Eglise, et il compare cette alliance à l'union conjugale (II. Cor., II, 2; Ephes., V, 24). Saint Jean nous représente la nouvelle Jérusalem sous l'image d'une fiancée ornée par son époux, et il célèbre les noces de l'Agneau qui ne sont pas autre chose que l'union complète du Christ avec ses élus (Apoc., XIX, 7; XXI, 2).

Fidèle à cette tradition, Ménochius a développé, dans son commentaire, cette alliance. Nous y avons ajouté, au point de vue littéral, la distinction des sept jours admis par D. Calmet et par Bossuet, d'après les usages des Juifs qui faisaient durer leurs noces une semaine entière. A ces sept jours, la Bible de Vence fait ingénieusement correspondre les sept âges de l'Eglise.

Nous avons cru compléter le travail de Ménochius par cette double addition.

Si l'Epouse est le type de l'Eglise, elle est, au même titre, le type de l'âme chrétienne et parfaite. Et par là même qu'elle est l'image de la perfection ici-bas, elle est le type de la Mère de Dieu, la plus parfaite de toutes les créatures. C'est pour cela que, dans l'office de la sainte Vierge, et en particulier à la fête de l'Assomption et pendant son octave, l'Eglise a fait de grands emprunts à ce livre inspiré.

Ce double point de vue nécessiterait deux autres commentaires. Mais nous ne pouvons que les indiquer ici, et laisser à la piété de chacun le soin de faire cette double application, aussi édifiante qu'instructive.

LE CANTIQUE DES CANTIQUES
DE SALOMON.

CHAPITRE PREMIER.

Recherches mutuelles de l'époux et de l'épouse. Leur affection réciproque.

SPONSA.	L'ÉPOUSE.
1. Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino,	1. Qu'il me donne un baiser de sa bouche; car vos mamelles sont meilleures que le vin:
2. Fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te:	2. Elles ont l'odeur des parfums les plus précieux. Votre nom est une huile de *senteur qu'on* a répandue: c'est pourquoi les jeunes filles vous aiment.
3. Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabi-	3. Entraînez-moi après vous, nous courons toutes à l'odeur de vos parfums. Le roi m'a fait entrer dans ses celliers. Nous nous réjouirons en

CAP. I. — 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Bossuet divise ce Cantique en sept parties correspondant aux sept jours que les noces ont duré. Le premier jour comprend le chapitre Ier et le chapitre II jusqu'au verset 7. D'après d'autres commentateurs, ces sept jours répondent, dans le sens allégorique, aux sept âges de l'Eglise que l'on a crus indiqués dans l'Apocalypse. Le premier jour répond au premier âge. Ainsi en s'écriant: *Qu'il daigne me donner un baiser de sa bouche*, l'auteur du *Cantique des cantiques* a exprimé le désir de tous les justes de l'Ancien Testament avant l'avènement du Messie. Après l'ascension de Jésus-Christ, l'Eglise est restée embrasée du désir de son retour, et *son nom* est devenu sur la terre comme *un parfum précieux* qu'on répand. — *Je suis noire, mais je suis belle*, ce sont les paroles de l'Eglise noircie par les ardeurs du soleil au milieu du feu des persécutions qui, en la troublant, n'ont servi qu'à rendre sa beauté plus éclatante. *Les enfants de ma mère se sont élevés contre moi;* c'est la Synagogue qui était la mère selon la chair, des Juifs incrédules et fidèles. Ces derniers furent persécutés par leurs frères. — *Indiquez-moi où vous allez faire paître votre troupeau.* Jésus-Christ abandonna Jérusalem et la nation Juive: il passa chez les Gentils, transféra à Rome le centre de son Eglise, et il dit aux Juifs fidèles: *Sortez, et suivez les traces des troupeaux*, c'est-à-dire, des divers peuples réunis sous la houlette de son vicaire, le successeur de saint Pierre. — *Mon bien-aimé est pour moi comme un bouquet de myrrhe:* c'est ainsi que l'Eglise considère Jésus-Christ qui demeure dans son sein pour la préserver de la corruption qu'entraîne après elle la mort du péché.

CAP. I. — 1. *Osculetur.* Sunt verba sponsæ. In hebræo est, ישקני *jisseqeni*, a radice נשק *nasaq*, quæ duo significat, *osculari* et *erudire*. Videtur Spiritus sanctus hac voce ambigua nos admonere voluisse sub hoc carnali verborum sono sensum spiritualis eruditionis latere. Sensus autem est: utinam me osculetur, me amet, seu mecum pacem habeat. — *Osculo.* Hebraice, *de osculis;* sed pluralis numerus ponitur pro singulari, et particula *de* more hebraici idiotismi, superflua est. — *Oris sui.* Non est hoc otiosum, sed emphasim habet, quasi dicat: Cæterorum repudio; illius solius, quem diligit anima mea, osculum oris admissuro. — *Meliora.* Suaviora. — *Ubera tua.* In hebræo est, דדיך *dodecha*, quod aliqui vertunt, *amores tui*. Sed vox hebraica דד *dod*, primario ubera significat, et translate amorem, quod per ubera Hebræi ipsam amoris sedem significent, sicut Latini *cordis* aut *corculi* significatione. — *Vino.* Vinum Hebræi pro quolibet convivio læto et laute sumunt. Sententia est: amor tuus cuilibet convivio præstat, et suavior est qualibet voluptate. Superant enim divini amores et deliciæ quaslibet alias.

2. *Fragrantia unguentis optimis.* Unguentorum fit mentio, quia olim apud Hebræos usitatum fuit ut sponsi coronati et unguentis delibuti nuptias inirent. *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis*, Psal., 44, 8: et confirmat Apostolus cum ait Act., 10, 38: *Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute*, etc. — *Oleum.* Sumitur pro quovis liquore odorato, et sensus est: tam suaviter fragras, ut non modo unguentalus aut odoratus, sed unguentum et odor dici merearis. — *Effusum.* Non pyxide inclusum, cujus odor sepultus, sed vasculo effusum, quod longe lateque ferit odoratum. — *Nomen tuum.* Tu ipse; sæpe enim in sacris Litteris nomen accipitur pro eo quod nomini subjicitur, ut Psal., 47, 11: *Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua;* id est, qualis es, talis prædicaris. — *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Suavitate unguentorum allectæ; te diligere cœperunt. Per adolescentulas, ut supra notavimus, animas incipientes aut proficientes, sed nondum perfectionem adeptas significat.

3. *Trahe me.* Quasi dicat: Sic amoris languore debilitata sum, ut nec pedibus valeam consistere, multoque minus ad te advolare, vel te velociter currentem consequi. Significatur opus esse gratia Dei ad amorem divinum trahente. Traxit vero Christus, qui de seipso ait Joan., 12, 32: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me*, hoc est, omnes homines. Dicit etiam, *trahe me*, ut ostendat sponsa se non tam per blanditias duci paratam, sed etiam per difficilia et aspera rapiari. — *Post te curremus.* Non veniam incomitata, sed mecum accurrent etiam adolescentulæ comites meæ. — *In odorem unguentorum tuorum.* In odorem

Il était d'usage de faire des compositions de ce genre à l'occasion des mariages les plus brillants. Salomon, étant poète lui-même, saisit sa lyre, et dans ses transports, il voit au delà des temps présents, et décrit avec enthousiasme les secrets de l'avenir qu'il entrevoit avec une merveilleuse clarté.

Car, pour comprendre ce poème, il est évident qu'il ne faut pas s'arrêter au sens littéral. Celui qui l'adopterait exclusivement serait condamné à ne voir, dans ce chef-d'œuvre, que des choses impossibles et absurdes. Car, que signifierait, dit Wette, cette fille du roi d'Egypte gardant un vignoble, ou courant, comme une bergère éplorée, à travers les rues de Jérusalem, cherchant son bien-aimé et battue par les sentinelles; ou Salomon s'en allant, en berger transis, la nuit, à travers les montagnes et les prairies, cherchant son amante, frappant à sa fenêtre, demandant à entrer, parce qu'il est transpercé par la rosée.

Il n'y a de raisonnable et d'admissible que le sens allégorique. C'est ce qu'a perpétuellement pensé la Synagogue, et ses docteurs ont toujours repoussé comme des profanes les interprètes qui auraient voulu s'en tenir uniquement au sens littéral.

Les Juifs ont vu, dans cette allégorie, l'union de Dieu avec Israël, et les Pères n'ont fait que développer la même tradition, en y voyant unanimement l'union de Jésus-Christ avec son Eglise.

L'idée de représenter l'union de Dieu avec nous, sous la forme de l'union conjugale, est si familière aux écrivains sacrés, qu'ils traitent constamment de *fornication* l'abandon de Dieu ou l'idolâtrie. Isaïe se sert des mêmes images (LIV, 5), Jérémie et Ezéchiel traitent d'adultère leur nation, parce qu'elle a abandonné son Dieu, et dans leur indignation ils la peignent sans réserve sous les traits d'une courtisane ou d'une prostituée. Toute la première partie de la prophétie d'Osée roule sur cette donnée, et au psaume XLIVe, qu'on peut aussi considérer comme un chant nuptial, on trouve les mêmes emblêmes et les mêmes figures que dans le *Cantique* de Salomon.

Dans le Nouveau Testament, les noms d'époux et d'épouse sont également consacrés à nous représenter l'union de Jésus-Christ et de l'Eglise. Saint Jean-Baptiste appelle Jésus l'Epoux (Joan., III, 29), et le Sauveur lui-même appelle ses disciples les amis de l'Epoux (Matth., IX, 15). Saint Paul nous parle sans cesse de l'alliance de Jésus-Christ avec son Eglise, et il compare cette alliance à l'union conjugale (II. Cor., II, 2; Ephes., V, 24). Saint Jean nous représente la nouvelle Jérusalem sous l'image d'une fiancée ornée par son époux, et il célèbre les noces de l'Agneau qui ne sont pas autre chose que l'union complète du Christ avec ses élus (Apoc., XIX, 7; XXI, 2).

Fidèle à cette tradition, Ménochius a développé, dans son commentaire, cette alliance. Nous y avons ajouté, au point de vue littéral, la distinction des sept jours admis par D. Calmet et par Bossuet, d'après les usages des Juifs qui faisaient durer leurs noces une semaine entière. A ces sept jours, la Bible de Vence fait ingénieusement correspondre les sept âges de l'Eglise.

Nous avons cru compléter le travail de Ménochius par cette double addition.

Si l'Epouse est le type de l'Eglise, elle est, au même titre, le type de l'âme chrétienne et parfaite. Et par là même qu'elle est l'image de la perfection ici-bas, elle est le type de la Mère de Dieu, la plus parfaite de toutes les créatures. C'est pour cela que, dans l'office de la sainte Vierge, et en particulier à la fête de l'Assomption et pendant son octave, l'Eglise a fait de grands emprunts à ce livre inspiré.

Ce double point de vue nécessiterait deux autres commentaires. Mais nous ne pouvons que les indiquer ici, et laisser à la piété de chacun le soin de faire cette double application, aussi édifiante qu'instructive.

LE CANTIQUE DES CANTIQUES
DE SALOMON.

CHAPITRE PREMIER.

Recherches mutuelles de l'époux et de l'épouse. Leur affection réciproque.

SPONSA.	L'ÉPOUSE.
1. Osculetur me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino,	1. Qu'il me donne un baiser de sa bouche; car vos mamelles sont meilleures que le vin :
2. Fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te :	2. Elles ont l'odeur des parfums les plus précieux. Votre nom est une huile de *senteur qu'on* a répandue : c'est pourquoi les jeunes filles vous aiment.
3. Trahe me : post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua : exultabi-	3. Entraînez-moi après vous, nous courons toutes à l'odeur de vos parfums. Le roi m'a fait entrer dans ses celliers. Nous nous réjouirons en

---

Cap. I. — 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Bossuet divise ce Cantique en sept parties correspondant aux sept jours que les noces ont duré. Le premier jour comprend le chapitre Ier et le chapitre II jusqu'au verset 7. D'après d'autres commentateurs, ces sept jours répondent, dans le sens allégorique, aux sept âges de l'Eglise que l'on a crus indiqués dans l'Apocalypse. Le premier jour répond au premier âge. Ainsi en s'écriant : *Qu'il daigne me donner un baiser de sa bouche*, l'auteur du *Cantique des cantiques* a exprimé le désir de tous les justes de l'Ancien Testament avant l'avènement du Messie. Après l'ascension de Jésus-Christ, l'Eglise est restée embrasée du désir de son retour, et *son nom est devenu sur la terre comme un parfum précieux* qu'on répand. — *Je suis noire, mais je suis belle*, ce sont les paroles de l'Eglise noircie par les ardeurs du soleil au milieu du feu des persécutions qui, en la troublant, n'ont servi qu'à rendre sa beauté plus éclatante. *Les enfants de ma mère se sont élevés contre moi*; c'est la Synagogue qui était la mère selon la chair, des Juifs incrédules et fidèles. Ces derniers furent persécutés par leurs frères. — *Indiquez-moi où vous allez faire paître votre troupeau.* Jésus-Christ abandonna Jérusalem et la nation Juive : il passa chez les Gentils, transféra à Rome le centre de son Eglise, et il dit aux Juifs fidèles : *Sortez, et suivez les traces des troupeaux*, c'est-à-dire, des divers peuples réunis sous la houlette de son vicaire, le successeur de saint Pierre. — *Mon bien-aimé est pour moi comme un bouquet de myrrhe* : c'est ainsi que l'Eglise considère Jésus-Christ qui demeure dans son sein pour la préserver de la corruption qu'entraîne après elle la mort du péché.

Cap. I. — 1. *Osculetur.* Sunt verba sponsæ. In hebræo est, ישׁקני *jisseqeni*, a radice נשׁק *nasaq*, quæ duo significat, *osculari* et *erudire*. Videtur Spiritus sanctus hac voce ambiguâ nos admonere voluisse sub hoc carnali verborum sono sensum spiritualis eruditionis latere. Sensus autem est : utinam me osculetur, me amet, seu mecum pacem habeat. — *Osculo.* Hebraice, *de osculis*; sed pluralis numerus ponitur pro singulari, et particula *de* more hebraici idiotismi, superflua est. — *Oris sui.* Non est hoc otiosum, sed emphasim habet, quasi dicat : Cæterorum repudio; illius solius, quem diligit anima mea, osculum oris admissura. — *Meliora.* Suaviora. — *Ubera tua.* In hebræo est, דדיך *dodecha*, quod aliqui vertunt, *amores tui*. Sed vox hebraica דד *dod*, primario ubera significat, et translate amorem, quod per ubera Hebræi ipsam amoris sedem significent, sicut Latini *cordis* aut *corculi* significatione. — *Vino.* Vinum Hebræi pro quolibet convivio læto et lauto sumunt. Sententia est : amor tuus cuilibet convivio præstat, et suavior est qualibet voluptate. Superant enim divini amores et deliciæ quaslibet alias.

2. *Fragrantia unguentis optimis.* Unguentorum fit mentio, quia olim apud Hebræos usitatum fuit ut sponsi coronati et unguentis delibuti nuptias inirent. *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis.* Psal., 44, 8 : et confirmat Apostolus cum ait Act., 10, 38 : *Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute*, etc. — *Oleum.* Sumitur pro quovis liquore odorato, et sensus est : tam suaviter fragras, ut non modo unguentatus aut odoratus, sed unguentum et odor dici merearis. — *Effusum.* Non pyxide inclusum, cujus odor sepultus, sed vasculo effusum, quod longe lateque ferit odoratum. — *Nomen tuum.* Tu ipse; sæpe enim in sacris Litteris nomen accipitur pro eo quod nomini subjicitur, ut Psal., 47, 11 : *Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua*; id est, qualis es, talis prædicaris. — *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Suavitate unguentorum allectæ; te diligere cœperunt. Per adolescentulas, ut supra notavimus, animas incipientes aut proficientes, sed nondum perfectionem adeptas significat.

3. *Trahe me.* Quasi dicat : Sic amoris languore debilitata sum, ut nec pedibus valeam consistere, multoque minus ad te advolare, vel te velociter currentem consequi. Significatur opus esse gratia Dei ad amorem divinum trahente. Traxit vero Christus, qui de seipso ait Joan., 12, 32 : *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me*, hoc est, omnes homines. Dicit etiam, *trahe me*, ut ostendat sponsa se non tam per blanditias duci paratam, sed etiam per difficilia et aspera rapiari. — *Post te curremus.* Non veniam incomitata, sed mecum accurrent etiam adolescentulæ comites meæ. — *In odorem unguentorum tuorum.* In odorem

vous, et nous serons ravies de joie en nous souvenant que vos mamelles sont meilleures que le vin. Ceux qui ont le cœur droit vous aiment.

4. Je suis noire, mais je suis belle, ô filles de Jérusalem! *Je suis* comme les tentes de Cédar, comme les pavillons de Salomon.

5. Ne considérez pas que je suis brune, car *c'est* le soleil *qui* m'a ôté ma *première* couleur, *lorsque* les enfants de ma mère se sont élevés contre moi, *et* qu'ils m'ont mise dans les vignes pour les garder; je n'ai pas gardé ma *propre* vigne.

6. O vous qui êtes le bien-aimé de mon âme! apprenez-moi où vous menez paître *votre troupeau*, où vous vous reposez à midi, de peur que je ne m'égare en suivant les troupeaux de vos compagnons.

L'ÉPOUX.

7. Si vous ne vous connaissez pas, ô vous qui êtes la plus belle d'entre les femmes! sortez, et

mus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum: recti diligunt te.

4. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

5. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol: filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi.

6. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

SPONSUS.

7. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia

---

4. *Sicut tabernacula Cedar.* Les tentes des Arabes ou Cédaréniens étaient composées de poils de chèvres qui sont presque toutes noires dans ce pays-là. C'est ce qui justifie ce rapprochement technique.

6. *Ubi cubes in meridie.* Dans ces descriptions, tous les détails sont empruntés aux mœurs ou à la nature que l'auteur avait sous les yeux. C'est ce qui en fait le charme. Comme ils n'ont rien de conventionnel, ils ont tous une valeur historique ou géographique. Ainsi ce trait si simple fait allusion aux habitudes des bergers qui mettaient ordinairement leurs troupeaux vers le midi sous quelque ombrage. — *Ne vagari incipiam*: allusion aux femmes vagabondes qui sortent en Orient voilées, sans autre but que de rencontrer une bonne fortune.

---

sanctitatis, doctrinæ, legis sacramentorum, conversationis et gratiæ Christi. *Introduxit me rex in cellaria sua.* LXX, εἰς τὸ ταμεῖον, quod non cellam tantum seu promptuarium penuæ significat, ubi annona reconditur, sed etiam thesaurorum et quarumlibet rerum pretiosarum repositorium. Sensus ergo per hanc metaphoram significatus est: introduxit me in penetrale ipsum thesaurorum ineffabilis misericordiæ, sapientiæ, scientiæ et charitatis suæ. Deus per Mosen solum in templi vestibulum sponsam suam introduxit, per Christum vero in ipsa sancta sanctorum. — *Memores uberum tuorum.* Amoris tui vino suavissimo dulcioris. — *Recti diligunt te.* Quotquot judicio valent.

4. *Nigra sum.* Vox hebraica שחורה *scechorah*, significat subnigram, seu fuscam; quasi dicat: Fateor, fusca sum, et subnigra cute manuum et faciei, ut solent quæ ruri degunt, et greges minant; verum facie sum liberali et lineamentis decoris, et totius corporis membris elegans et venusta. Ecclesia Christi in humilitate fundata et multis persecutionibus vexata, foris intuenti contemptibilis videtur, penitus vero noscenti amabilis et venerabilis. — *Sicut tabernacula Cedar.* Ait sponsa se pastoritiæ vitæ deditam, esse quidem fuscatam instar tentoriorum Cedarenorum, id est, Agarenorum et Ismaelitarum, quorum tentoria æstu, imbribus, pulvere, etc., erant denigrata. — *Sicut pelles Salomonis.* Quasi dicat: Sed nihilominus adhuc decora sum et formosa instar tentoriorum Salomonis. Videntur enim non copulative hæc accipienda, sed distributive.

5. *Nolite me considerare.* Excusat fuscum colorem, quod naturalis non sit, sed propterea contractus quod ruri agere et in sole sit coacta. Ecclesiam multæ persecutiones vexarunt, et eo adduxerunt, ut nigra videretur fidelibus male habitis, imo et occisis. Decolorat etiam sol, hoc est, lux divina, quæ mortificationem corporis suadet. — *Filii matris meæ.* Ex eadem matre mecum orti, non patre, id est, fratres mei uterini, quasi dicat: Cæteri hominum cœtus; nam Ecclesiæ mater est humana natura cujus filii sunt etiam pagani, mahometani, judæi, hæretici. — *Pugnaverunt contra me.* Sic ordo constituendus est: 1. constituerunt me custodem: 2. non custodivi vineam; 3. idcirco pugnaverunt contra me, etc. * Quod autem dicit *posuerunt me, etc.*, significat Ecclesiæ christianorum primitivæ commissas fuisse omnium fidelium animas, peculiariter autem creditam illi curam synagogæ. Non custodivit autem hanc vineam propter vinitorum hebræorum invidiam et improbitatem; nam et filiumfamilias necarunt, et vinea ipsa pro dulcibus uvis labruscas protulit, imo spinas et fel draconum. Hinc factum est ut contra eam exardescerent per multiplices persecutiones.

6. *Indica mihi, quem diligit anima mea.* Indica mihi, o dilecte mi. — *Ubi pascas.* Greges. — *Ubi cubes.* *Ubi cubare facis*, ut est in hebræo; solent enim pastores meridie juxta fontes, rivos, aut dumeta suas oves continere in umbra, donec sol defervescat. Tot afflictionibus pressa Ecclesia, cernens a solo pastorum principe Christo remedium expectandum, ardet eum reperire, quærit ubi meridietur, non ubi pernoctet; nam Christus tenebras non amat, sed in clara et orthodoxa catholicæ fidei luce conquiescit, et ibi fideles pascit. — *Ne vagari incipiam.* Amatorium stratagema temperatum absinthio zelotypiæ, quasi dicat: Te decet me non tantum a probro et dedecore, sed etiam ab omni vagæ turpitudinis suspicione immunem præstare. Non est mihi tutum circa pastorum caulas vagari, illorum enim insidias et petulantiam metuo. Imminebat hoc periculum Ecclesiæ, cum in membris suis varia loca circumiens, et fugiens de civitate in civitatem, versabatur inter circumstantia pericula cultus idolorum quæ reliquerat, et argutiæ et splendoris variæ philosophorum sapientiæ et dolositatis hæreticorum. Vide quæ dicuntur sequenti versiculo.

7. *Si ignoras te.* Sunt verba sponsi, vel, ut alii volunt, chori puellarum. Illud *te* est paragogicum more Hebræorum, apud quos redundare solent aliquæ particulæ sicut apud Latinos

---

gregum, et pasce hœdos tuos juxta tabernacula pastorum.

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.

9. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.

10. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

SPONSA.

11. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

12. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

suivez les traces des troupeaux, et menez paître vos chevreaux auprès des tentes des pasteurs.

8. O vous qui êtes ma bien-aimée! je vous compare à mes cavales, aux chars de Pharaon.

9. Vos joues ont la beauté de la tourterelle. Votre cou est comme *s'il était orné des plus riches* colliers.

10. Nous vous ferons des chaînes d'or marquetées d'argent.

L'ÉPOUSE.

11. Pendant que le roi se reposait, le nard dont j'étais parfumée a répandu son odeur.

12. Mon bien-aimé est pour moi un bouquet de myrrhe; il demeurera entre mes mamelles.

---

9. *Sicut turturis.* Le mot hébreu qui signifie *tourterelle*, peut aussi signifier des chaînes. Les femmes, en Orient, aiment à porter ainsi sur le visage divers ornements. On pourrait traduire: Vos joues sont belles au milieu des chaînes dont elles sont ornées, et votre cou est beau au milieu des colliers qui l'entourent.

11. *Nardus mea.* Le nard est une plante dont la tige porte plusieurs épis: c'est de ces épis dont on tire la liqueur ou le parfum qu'il est parlé ici. La myrrhe est une espèce de gomme qui distille d'un arbre épineux: cette gomme s'épaissit et se durcit en gouttes et en larmes; et on en peut faire des paquets qu'on met dans le sein pour donner une bonne odeur. Le nom de *Cypre* n'est point ici le nom de cette île fameuse de la Méditerranée; mais c'est le nom d'un arbrisseau, dont les fruits pendent en grappes et donnent une odeur fort agréable.

---

met, *ce* et *te*, ut cum dicimus *tute*, id est, tu ipse. — *Abi post vestigia gregum.* Hoc sumptum videtur e pastorum consuetudine, a quibus imbecillum pecus, quod matres in pascua assequi non potest, aut domi relinquitur, aut separatim pascitur interdum a puellis, ut de Alcippe canit Virgilius, *Ecloga* 7, cum ait:

> *Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phillida habebam,*
> *Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos*

Et hoc fortasse munus obibat Rachel, Genes., 29, 6; sensus ergo est: sponsus ovium aut caprarum gregem produxit in pascua, tu sequere gregem hædorum tuorum; nam ipsi naturæ quodam instinctu matrum vestigia odorati ad sponsum deducunt. Porro hæc vestigia gregum videntur esse creaturæ omnes quæ Dei gloriam et bonitatem annuntiant, et nos ad eum deducunt; ita Job., c. 12, 7 et 8: *Interroga jumenta, et docebunt te: et volatilia cœli, et indicabunt tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi: et narrabunt pisces maris.* Vel certe sententia est hujusmodi: postulaverat sponsa sibi a sponso indicari ubi cubaret in meridie, non aliud expectans, aut expetens responsum, quam ipsum non alia ratione suavius meridianum æstum fallere, quam in ejus sponsæ suæ cogitatione, in qua cogitationes omnes suas defixas haberet. Respondet sponsus, *si ignoras te*, etc., id est, quia non ignoras te (nam hoc loco particula *si* non est particula dubitantis, sed contrarium firmius affirmantis), probe scis quam sis amabilis, et quam ardenter te diligam. Verum quia te juvat jocari, et zelotypiæ stimulo me pungere, me quoque juvat idem facere. Esto te, meque, meumque domicilium ignores, quod est cor tuum; egredere, per me licet, nihil mihi abs te, vel de te metuo; nam secura gregem tuum citra tabernacula pastorum pasces, id est, in medio nationis pravæ, etc. Vide dicta n. 6.

8. *Equitatui meo.* Quasi dicat: Nihil tibi metuendum ab insidiis pastorum, aut ab hostium violentia; nam fortitudine similis es equitatui, et curribus meis armatis et falcatis, quos adduxi ex Ægypto, emptos aut dono datos a Pharaone. Bene hæc conveniunt militanti Ecclesiæ contra quam portæ inferi prævalere non possunt. Aliqui ex hebræo vertunt, *equæ meæ in curribus Pharaonis*, etc., sed vox hebraica סוסה *susa*, equam et equitatum significat, quemadmodum ἡ ἵππος apud Græcos.

9. *Genæ tuæ.* Malæ, maxillæ. LXX, σιαγόνες. — *Sicut turturis.* Vocem hebraicam תורים *thorim*, versiculo proxime sequenti *murenulas* vertit noster interpres. Itaque hoc etiam loco ornamentum muliebre significat, quod aliquam cum ave hujus nominis vel figuræ similitudinem haberet. Pagninus vertit: *Decoræ sunt maxillæ tuæ in murenulis, collum tuum in torquibus.* Commendatur hac allegoria Ecclesiæ castitas, verecundia et animi puritas.

10. *Murenulas aureas.* Murenulæ sunt ornamenta muliebria, sic dicta quod in murenæ piscis similitudinem aurum duceretur, et maculis, aut punctis variegaretur. Cassiodorus explicat his verbis: *Murenulæ ornamentum sunt colli virginalis, aut muliebris, videlicet virgulæ auri perplexæ, intermixtis nonnunquam pulchra varietate subtilissimis argenti filis, et hoc est quod dicit, vermiculatas argento, hoc est, in modum vermium terrenorum, quos lumbricos dicunt, distinctas, et inter se conjunctas.* Murenulæ aureæ, etc., sponsam Ecclesiam ornantes, sunt Scripturæ sacræ collucentes auro spiritualium sensuum, et variatæ suavitate eloquentiæ sententiis et tropis sanctorum scriptorum, quibus nulla profana sapientia aut eloquentia comparari possit.

11. *Dum esset rex.* Interim dum rex, id est, sponsus tempore convivii fuit in accubitu suo, in lecto tricliniari, vel in sella ad mensam. — *Nardus.* Solebant olim apud Orientales, maxime Judæos, mulieres convivales corollas et unguenta parare, et etiam convivas præcipuos illis perfundere: ideo hic sponsæ hoc officium tribuitur. Porro nardus herba est odorata, cujus meminerunt Dioscorides lib. 1, c. 15, et Plin., lib. 12, c. 12, ex qua etiam pretiosum debat unguentum. Hic pro utroque accipi potest. Significatur autem hac verborum allegoria, quamdiu Christus Dominus post assumptam carnem cum mortalibus vixit, et postquam ad cœlum ascendit immortalis, nardum variarum virtutum Ecclesiæ illum suavitate fragrantiæ spiritualis delectasse; nam Ecclesiæ virtutes sunt bonus odor Christi.

12. *Fasciculus myrrhæ.* Vox hebraica צרור *tseror*, significat quamvis colligationem, seu

13. Mon bien-aimé est pour moi une grappe de raisin de Chypre, *cueillie* dans les vignes d'Engaddi.	13. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.
L'ÉPOUX.	SPONSUS.
14. O que vous êtes belle, ma bien-aimée! ô que vous êtes belle! Vos yeux sont *comme* les yeux des colombes.	14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.
L'ÉPOUSE.	SPONSA.
15. Que vous êtes beau, mon bien-aimé! que vous avez de grâces! Notre lit est couvert de fleurs.	15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, et decorus! Lectulus noster floridus.
16. Les solives de notre maison sont des cèdres, nos lambris sont des cyprès.	16. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

CHAPITRE II.

Amour de l'époux pour l'épouse; faveurs dont il la comble.

L'ÉPOUX.	SPONSUS.
1. Je suis la fleur des champs, et je suis le lis des vallées.	1. Ego flos campi, et lilium convallium.

---

crumenam, seu involucrum. LXX habent, ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς, *colligatio guttæ*, ut vertit D. Ambros. in Psalm. 118. Intelligit ergo vasculum pretiosum myrrha et hujusmodi rebus odoratis plenum, quod e collo suspensum ante pectus et inter ubera * pendebat, quasi dicat: Sicut puellæ quæ amant amari ante pectus et inter ubera gratos odores ferunt; ita ego sponsum meum Christum omni odore odoratiorem in pectore gestabo, et amaros ejus cruciatus passionemque pie meditabor et recolam.

13. *Botrus Cypri.* Cyprus arbuscula est frequens in Syria et Judæa, coma odoratissima. Ex hoc frutice fit odoratum unguentum quod cyprinum dicitur. Vide Plin., lib. 12, c. 24. Porro vites quæ juxta arborem hanc nascebantur (quod potissimum fiebat in vineis Engadditicis), in botris saporem et odorem cypri referebant, ideoque in pretio habebantur, sicut hodie in Italia uvæ illæ quæ appellantur *moscatellæ*. Erat autem Engaddi prope mare Mortuum, ut docet Adrichomius, quem vide in descriptione et tabula tribus Juda, n. 110. Christus est botrus odoratus et salutaris in torculari crucis expressus, ex quo calicem habemus eucharisticum, quo delectantur mirifice et recreantur veri Ecclesiæ filii.

14. *Oculi tui columbarum.* Volunt interpretes sponsum loqui de columbis Syriæ et Africæ (Tripolitanas vocant), quarum oculos memorant esse perspicacissimos, coloris et splendoris eximii. Significatur spiritualis oculus intentionis, qui omnes animæ actiones dirigit, simplicitas etiam et castitas, sed potissimum Ecclesiæ perspicacitas in iis quæ ad fidem, cultum Dei et mores pertinent, sincere et absque errore dijudicandis.

15. *Lectulus noster floridus.* Secundum Theodoreti sententiam in sacra Scriptura, ut in lectulo, sponsus et sponsa conquiescentes spirituali connubio junguntur. Sponsus verbi semina fertili solo infundit: sponsa concipit, et parturiens in Christo filios enititur. Hoc lectulo nihil floridius consiliis, præceptis, sententiis, documentis, etc. Vel lectulus est pax Ecclesiæ, et quies singularum fidelium animarum; est autem floridus Ecclesiæ lectulus, quia respersus Spiritus sancti omnigenis floribus gratiarum, martyrii rosis, virginitatis liliis, humilitatis violis, *etc.*

16. *Tigna domorum nostrarum cedrina. Cedrus*, inquit D. Ambros., lib. 3, *Hex.*, cap. 12, *suspendendis tectorum apta culminibus, eo quod hujusmodi materies, et procera sit spatiis, nec onerosa parietibus*, etc. Tigna domorum sunt veri prælati et doctores ecclesiarum, qui vita et doctrina domum Dei fulciunt. Sunt ex cedro, quia recta sunt illorum opera, mens constans, vita incorrupta, bono odore secundæ famæ, quique sanctitatis et doctrinæ suaveolentia dæmones fugant, et animas a vitiorum corruptelis immunes servant. — *Laquearia.* Tabulata laqueata, seu lacunaria. — *Cypressina.* Cypressus, quia odore optimo est et æterno nitore, cariem vetustatemque non sentit, rimam scissuramque sponte nullam capit; ideo habilis est condendis fastigiis et lacunaribus. Vide Plin., lib. 16, cap. 40; et D. Ambros., lib. *Hex.*, cap. 13. Laquearia sunt subditi justi et pii, qui se abstinent lethalibus culpis. Hi a trabibus illis dependent, et quasi quædam cœli testudo stellis micantibus ornata signis, renitent ipsi cupressini, suo in vivendi statu incorrupti, nec cariei veteris hominis cedentes.

Cap. II. — 1. *Ego flos campi.* Non est oblitus decori sacer scriptor dum inducit sponsum sese laudantem, quia id exigit stylus bucolicus et pastorum simplicitas. Laudem vero suam præmittit laudi sponsæ, ut minori illa cum verecundia mox ferat se tam effuse in os laudari. — *Campi.* In hebræo est, שָׁרוֹן *saron*, quod aliqui explicant *saturitatis*, sive *ubertatis*, quasi dicas: Florem bene alitum, plane saturum, et largo humore potum. Alii retinent hebræam vocem, quasi sit nomen proprium loci inter Joppem et Cæsaream. LXX habent τοῦ πεδίου, *campi*, ut noster, quibus communiter Patres consentiunt et interpretes. Bene sponsus est flos campi, quia Christus est flos de radice Jesse, qui ex terra virgine et inarata processit. — *Lilium convallium.* Non intelligit flosculum elegantissimum, quem nunc vulgo *lilium convallium* appellant, sed lilium commune sex foliis constans. Dicitur convallium quia lilia copioso humore indigent, ideoque melius in vallibus proveniunt quam in montibus. Bene cum lilio confertur Christus, quia, ut inquit Honorius Augustodunensis: *In lilio quinque considerantur, quia est candidum, habens colorem aureum prominentem, et est odoriferum, et pendulum, et semper incurvum. Sic Christus candidus est in humanitate, aureus in deitate, odoriferus in prædicatione, pendulus in suscipiendo pœnitentes, incurvus in condescendendo peccatoribus, et eos sublevando.*

2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.	2. Tel qu'est le lis entre les épines, telle est ma bien-aimée entre les autres filles.
SPONSA.	L'ÉPOUSE.
3. Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.	3. Tel qu'est un pommier entre les arbres des forêts, tel est mon bien-aimé entre les enfants des hommes. Je me suis reposée sous l'ombre de celui que j'avais désiré, et de son fruit doux à ma bouche.
4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.	4. Il m'a fait entrer dans le cellier où il met son vin; et il a réglé en moi mon amour.
5. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.	5. Soutenez-moi avec des fleurs, fortifiez-moi avec des fruits; car je languis d'amour.
6. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.	6. Il met sa main gauche sous ma tête, et il m'embrasse de sa main droite.
SPONSUS.	L'ÉPOUX.
7. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.	7. Filles de Jérusalem, je vous conjure, par les chevreuils et par les cerfs de la campagne, de ne point réveiller celle que j'aime, et de ne la point retirer de son repos jusqu'à ce qu'elle s'éveille d'elle-même.

Cap. II. — 7. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem.* Ici commence la seconde journée à laquelle est consacré le reste du chapitre. Le second âge de l'Eglise y correspond. Après les trois premiers siècles, l'Eglise jouit de la paix sous la protection que Jésus-Christ lui fit trouver dans les princes chrétiens. C'est ce qu'indiquent ces paroles : *L'hiver est passé, les pluies se sont dissipées et ont cessé; les fleurs paraissent sur notre terre.* Les persécutions des trois premiers siècles avaient été comme un hiver rigoureux qui avait désolé la terre, comme un temps d'orages et de pluies qui semblait devoir tout détruire; mais la paix ayant été enfin rendue à l'Eglise, les fidèles cachés et dispersés se montrèrent, se rassemblèrent, se multiplièrent, et les pays soumis à l'Evangile furent comme un champ de fleurs répandant partout la bonne odeur des vertus. — *Prenez-nous les petits renards qui détruisent les vignes, car la nôtre est en fleur.* Dès les premiers temps de cette paix, lorsque l'Eglise de Jésus-Christ était toute en fleur, on vit paraître de nouvelles hérésies beaucoup plus dangereuses que celles des trois premiers siècles. Ces nouveaux hérésiarques, par leurs artifices et leurs subtilités, devinrent comme des renards qui ravagèrent la vigne du Seigneur, et l'ordre fut donné de les arrêter pour empêcher leurs ravages.

---

2. *Sicut lilium inter spinas.* Quasi dicat: Si cum sponsa cæteras puellas conferas, quæ per se solæ *lilia* appellari possent, jam sponsæ contentione eas spinas potius dicas quam lilia. Tale lilium est Ecclesia catholica inter spinas hæreticorum et falsorum fratrum synagogas, quæ filiæ sunt eo quod ex Christo per baptismum fuerant genitæ, sed jam succo gratiæ aridæ et vulnificæ sunt.

3. *Sicut malus inter ligna silvarum.* Quantum malus præstat arboribus silvestribus odore et gustu, tantum sponsus reliquis omnibus. Malus Christum significat; ejus flos, odorem fidei; color, virtutum variarum decus, ejusque substantia vivificam Christi carnem in eucharistiæ sacramento recte exprimit. Ligna silvestria sunt homines, qui virtute propria nullum ex se possunt fructum salutarem et perfectum proferre; qui per superbiam sublimi cœlum pulsant vertice, qui aculeos spinarum et verborum superflua folia parturiunt, et fructus cassos merito mercedis æternæ. — *Inter filios.* Inter filios hominum. — *Sub umbra illius.* Ut ejus suavitate perfruerer, audacior amore impellente accessi, et sedi votis potita. Umbra est gratia, favor, protectio, refrigerium, virtus Altissimi; sic Luc. 1, 35: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* — *Fructus ejus.* Verbum Dei. *Quam dulcia*, aiebat David, Psal. 118, 103, *faucibus meis eloquia tua!* Sacramentum etiam corporis et sanguinis Domini.

4. *Introduxit me in cellam vinariam.* Intelligi potest de fidelium congregatione in festo Pentecostes, quæ tunc adeo fuit repleta musto Spiritus sancti, ut vino ebria crederetur æstuare, Act. 2, 13. Vel melius accipi potest de sanguine Domini, quasi dicat: Ipsemet rex sponsus introduxit me in apothecam vini, hoc est, jussit introire ad altare Dei, et illic sumere calicem salutaris Domini, qui Deum lætificat, et vivificat homines. — *Ordinavit in me charitatem.* In Hebræo est, *vexillum ejus super me dilectio.* Eumdem tamen sensum exhibet versio nostra; nam idem est ac si dixisset: Statuit me sub vexillo charitatis, jussit me in hoc ordine militare. Olim Deus metu et timore magis homines ad suæ legis observantiam pertrahebat, Ecclesiam vero in vinculis Adam, in funiculis charitatis.

5. *Fulcite me floribus.* Vocem hebraicam אשישים *asisoth*, recentiores putant lagenas significare; vini enim odore vires deficientes revocari solent. LXX habent, ἐν μύροις, *odoratis unguentis*. Significatur magnitudo amoris sponsæ, cujus vim ferre non valens, linquatur animo, deficiat et collabatur, ideoque suaveolentia florum fulcienda sit.

6. *Læva ejus.* Gestus amplexantis per dexteram et sinistram innuitur; quasi dicat: Quid hæc postulo? ille ipse manum porrigat oportet, et leva quidem, caput defectum attollat, dextera vero corpus languidum ac tremens amplexando sustentet. Amplexu sponsi significatur Christi præsentia, et auxilium quod fert Ecclesiæ sponsæ suæ.

7. *Adjuro vos.* Post deliquium, ut fit, natura corporibus consulente, sponsa fessa victa sopore inter dilecti sui brachia corruerat; eam sponsus reclinat in lectulum, et sponsæ comitibus silentium indicit. — *Per capreas.* Quasi dicat: Sic vobis bene vota vestra cedant, ut possitis capreas cervosque camporum felici venatione consequi et laqueis irretire. Dicuntur hæc more pastorali. * Vel certe per capreas et cervos, quæ animalia præ cæteris pulchra, blanda et grata sunt venatoribus et pastoribus, proverbio apud Judæos usurpabatur pro omni re quæ cuique jucundissima et gratissima accideret. Vide Prov. 5, 19, et ibi dicta. — *Quoadusque ipsa velit.* Donec ipsa sponte evigilet. Dulcedine contemplationis et charismatum sponsi

L'ÉPOUSE.	SPONSA.
8. J'entends la voix de mon bien-aimé. Le voici qui vient, sautant sur les montagnes, passant par-dessus les collines.	8. Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.
9. Car mon bien-aimé est semblable à un chevreuil et à un faon de biche. Le voici qui se tient derrière notre mur, qui regarde par les fenêtres, qui jette sa vue au travers des barreaux.	9. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum: en ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10. Voilà mon bien-aimé qui me parle, et qui me dit : Levez-vous, hâtez-vous, ma bien-aimée, ma colombe, mon unique beauté, et venez.	10. En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea et veni.
11. Car l'hiver est déjà passé, les pluies se sont dissipées, et ont entièrement cessé;	11. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit.
12. Les fleurs paraissent sur notre terre : le temps de tailler *la vigne* est venu; la voix de la tourterelle s'est fait entendre dans notre terre,	12. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit; vox turturis audita est in terra nostra :

9. *Prospiciens per cancellos.* Dans la Palestine, on n'usait pas de vitres pour les fenêtres; elles étaient simplement fermées par des rideaux ou des grillages, et pour qu'on ne pût pas s'introduire dans les maisons, on mettait des barreaux.

13. *Ficus protulit grossos suos.* Les figues dont il est ici parlé, sont ces premières figues vertes qui tombent avant la maturité, lorsque les branches du figuier sont secouées. On ne peut imaginer une description plus gracieuse et plus suave du printemps. A ces figures tout orientales, se trouve mêlée une teinte d'épanouissement qui fait de ce petit tableau un chef-d'œuvre d'amabilité et de grâce.

---

sui adeo nonnunquam sponsa absorbetur, ut quasi cæterorum utique prorsus immemor, soli vivat sponso, cui hæc sponsæ aberratio plurimum placet, ideoque adolescentulas, id est, fideles singulos, præsertim qui adhuc teneri et proficientes (quare adhuc filiæ et non filii appellantur), obtestatur. Porro capreæ et cervi sunt patriarchæ, prophetæ et apostoli, quorum illi acuto viderunt sponsum nasciturum, et illi simul et isti semper insidiis venatorum mundi fuere expositi; illi fide, hi etiam corpore ad Christi fontem accurrerunt, et halitu suo serpentes infidelitatis et vitiorum de cavernis extractos occiderunt, et omnium eorum in editis collibus, hoc est, in cœlis, habitatio per contemplationem et sanctam conversationem fuit.

8. *Vox dilecti.* Quæ hic sequuntur putat B. Aponius, cui consentit Martinus Delrio, dici a sponsa somniante. Abrupto igitur orditur sermone, ut somniantes solent. Quod autem dicit, *vox dilecti mei*, significare videtur se prius quam sponsum videat, audire vocem ejus, hoc est, clamantem præcursorem : *Ego vox clamantis in deserto. — Venit saliens.* Nam Christus exultavit ut gigas ad currendam viam, in quam per incarnationem ingressus est, et progressus per vitæ spatium, et per mortem egressus. — *In montibus.* Usque ab ipsa infantia montes cum matre transiliit, cum venit in montana Judææ in domum Zachariæ.

9. *Similis est dilectus meus.* Videtur similitudo petita ex hujusmodi feris cicuratis, quæ domum se a pastu referentes, si januam foris occlusam repererint, ante eam subsistunt, aut incertæ domum circumeunt, rimas et aditus rimantur, et capita fenestris inserunt, quasi postulantes intromitti. Vel similitudo desumpta est ex rosis, cum earum caliculi se explicare incipiunt et ex vaginulis quibus includuntur erumpere; quasi dicat : Sponsus roseum vultum suum per cancellos ostendit, ut rubentia sua folia rosæ semihiulcæ explicet; cui explicationi favet hebræa vox מציץ *metsits*, quam noster vertit *prospiciens*; sed proprie significat *prodens se*, vel *emergens et progerminans se* : quod tamen non invita ad priorem interpretationem accommodari potest; nam feræ cicuratæ rictum ad fenestras applicant, et cornua per cancellos immittunt; quod bene explicat metaphora emergendi, aut progerminandi se. — *Capreæ.* Rupicapræ, seu ibici. — *Post parietem.* Solent amantes sese hujusmodi gesticulationibus ludificari, et cum maxime volunt, se simulant nolle videri. Sic illa apud Virgilium :

Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.

Olim Deus post parietem stabat, cum populo suo legem daturus, se in nube et quasi per nubis fissuras, coruscationibus et clangoribus et lampadibus ostendebat, Exod., c. 19, n. 16. Christus vero post parietem stabat, cum humanis membris et mortali corpore intermedio divinitatem suam hominum oculis subtrahebat; per fenestras tamen et cancellos eam ostentabat nonnunquam, ut cum transfiguratione sua et clarissimis miraculis sese verum esse Deum comprobabat.

10. *En dilectus.* Sunt verba sponsæ somniantis, ut etiam quæ sequuntur usque ad finem capitis. Inducitur ergo sponsus Ecclesiam intra muros Jerosolymæ latitantem compellans, et a somno contemplationis suscitans, et vocans ad conversionem et sollicitudinem proximorum. — *Amica mea.* Amica vocatur, quia Deus illam pretio Unigeniti sui sibi reconcilians, præ omnibus unam delegit. — *Columba mea.* Columbam vocat, quia simplex, innocens, mansueta, fida conjugi, et spirituali prole fœcunda.

11. *Jam enim hiems transiit.* Est veris descriptio. Jam tempus horridum præteriit captivitatis Satanæ. Ut vere exiit populus ex Ægypto, ita vere redemptus est a Christo, hoc est, mense martii.

12. *Flores apparuerunt.* Primitiæ credentium; martyrii flosculi innocentes infantes ab Herode occisi; lilium castitatis B. Virgo, viola abstinentiæ Joannes Baptista, etc. — *Tempus putationis advenit.* Putatio floritione prior est, et sic noster accipiendus est interpres, quasi dicat : Flores apparuerunt postquam advenit, hoc est, præteriit putationis tempus. Vinea veteris legis ceremonialium omnium resectione putata fuit, ut novi thyrsi et pampini evangelici pullularent. — *Vox turturis audita est.* Turtur hirundinum more hieme calidiora petit loca, sub vernum teporem redit; hieme muta, vere vocalis redit, gemit, et in celsis arboribus nidum ponit; quare Virgilius ait :

Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.

13. Ficus protulit grossos suos : vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni :	13. Le figuier a commencé à pousser ses premières figues; les vignes sont en fleur, et elles répandent leur odeur. Levez-vous, ma bien-aimée, mon unique beauté, et venez.
14. Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, et facies tua decora.	14. Vous qui êtes ma colombe, vous qui vous retirez dans les creux de la pierre, dans les enfoncements de la muraille. Montrez-moi votre visage : que votre voix se fasse entendre à mes oreilles : car votre voix est douce, et votre visage est agréable.
15. Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit.	15. Prenez-nous les petits renards qui détruisent les vignes : car notre vigne est en fleur.
16. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.	16. Mon bien-aimé est à moi : et je suis à lui, il se nourrit parmi les lis.
17. Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Revertere; similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum super montes Bether.	17. Avant que le jour commence à paraître, et que les ombres se dissipent peu à peu, retournez, mon bien-aimé, et soyez semblable à un chevreuil et à un faon de cerf, qui courent sur les montagnes de Béther.

Castitatem colit conjugalem, et in viduitate perdurat. Talis turtur B. Virgo, cujus illa vox est, *quoniam virum non cognosco.* Talis Anna vidua, cujus vox Christum annuntians audita est in templo. Talis Magdalena gemens ad Christi pedes, et lugens peccata sua.

13. *Ficus protulit grossos suos.* Non foliis modo vernat ficulnea, sed jam grossis luxuriat, fructus futuri spem facientibus. Grossi sunt immaturi ficuum fructus, qui cum foliis ipsius arboris erumpunt; sensus est, Judæa protulit apostolos. — *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Vineæ non foliis tantum et pampinis, sed suavitate quoque odoris sui oblectant transeuntes. Vineæ florentes sunt Ecclesiæ gentium quæ late sparserunt odorem christianæ fidei, tot millibus tam cito conversis.

14. *In foraminibus.* Supple, habitabis, vel erit perfugium tuum. — *Maceriæ.* Maceria est murus e congestis lapidibus absque calce et cæmento. Hic ponitur pro quovis arte et industria parato refugio. Cum juxta Apostolum I. Cor., 10, 4, petra sit Christus, foramina petræ erunt vulnera redemptoris, quæ quinque sunt; quia fueramus quinque sensuum vulneribus sauciati, et per has quinque plagas salutem sumus adepti. In hæc Christi vulnera fidelis subit alis veræ fidei et spei, quando salutis spem in redemptoris passione constituit; illic nidificat, cum bonorum operum fructus coacervat. Sacra etiam Scriptura est maceria, sive murus cingens vineam Domini Sabaoth. In abscondita seu cavernam hujus maceriæ se recipit Ecclesia, quando consolationem et eruditionem petit ex profundis abyssis divinæ sapientiæ; nec in has cavernas patet ingressus, nisi solis columbis, quæ scilicet mente pura et sincera veritatem quærunt, etc. Porro sponsam non diu sinit sponsus latere, sed foras evocat, et ostendere faciem jubet; quod fit cum proximis ad utilitatem et profectum per virtutum opera, quantam intrinsecus habeat pulchritudinem demonstrat.

15. *Capite nobis vulpes.* Verba sunt sponsi, sed a sponsa, ut in somnis audita referuntur. Ostendit sponsus sollicitudinem vineæ suæ, dum jubet comprehendi vulpeculas; hæc enim verno tempore generationi dant operam, et si negligas, augetur multitudo, et difficilius capiuntur. Multas esse in Palæstina vulpes docet factum Samsonis, Judic., 15, 4. Per vulpes omnes intelliguntur qui interea dum vineæ nostræ gemmam proferunt, id est, Ecclesiæ, aliquam bonorum operum frugem pollicentur, gregem Domini sectis et factionibus infestant, aut etiam persecutionibus a recto avertere moliuntur. — *Demoliuntur vineas.* Primo, quia foveas fodientes, denudant radices et exarescere faciunt. Secundo, quia palmites rodunt et folia diripiunt. Tertio, quia corticem morsu scindunt, et noxio dente atque halitu virgas inficiunt et quasi amburunt, et ut minimum privant omni virtute qua vigebant. Denique botros jam maturos avide abliguriunt.

16. *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Id est, ipse meus est, et ego illius. — *Qui pascitur.* In hebræo est *pascens* רעה *rohe*. LXX habent ποιμαίνων, *qui pascit*; cujus sunt amores et deliciæ lilia, seu pascua liligera, loca florida et amœna.

17. *Donec aspiret dies.* Quidam hæc verba nectunt cum illis, *Dilectus meus mihi, et ego illi*, ut sensus sit : quandiu temporis erit vicissitudo, ita ut diei umbra, id est, nocti, et umbra diei succedat, tandiu noster constabit amor. Alii cum sequentibus jungunt, et ita explicant : donec aspiret dies, et inclinentur, id est, fugiant, nullæque sint umbræ nocturnæ; interim dum dies nondum adest, nec adhuc abierunt umbræ noctis, diverte ad odoratos illos montes, ut illic totum diem mecum suaviter transigas, illuc enim te sequar. In liliis pascitur sponsus, hoc est, inter eos fideles qui puritatem animæ amant, et fragrant odore bonæ vitæ. In hujusmodi liliis nunc sponsus deliciatur, donec humanæ ignorantiæ errores et umbræ hujus noctis disjectæ recedant, et prodeat aurora claritatis æternæ, lucis illius prænuntia qua sponsa visura est sponsum facie ad faciem. — *Similis esto... capreæ.* Id est, celerrime adsis, similis capreis et hinnulis cervorum, qui summo mane e cubilibus suis erumpentes, montana cacumina Bether transiliunt. — *Montes Bether.* Hæc vox Bether non occurrit alibi in Scripturis; proprie significat *divisiones*. LXX verterunt κοιλωμάτων, id est, *concavitatum*, seu *cavitatum*. Videtur esse nomen montium aliquorum olim notorum, quorum rupes essent bifidæ, hiulcæ et diffissæ. Domus divisionis sive sectionis (hoc est, Bether) significare potest particulares ecclesias per totum orbem dispersas et divisas, non fide, sed situ : has petit sponsa ut sponsus per prædicationem evangelicam consolari et invisere dignetur ea celeritate qua hæ feræ uti solent.

CHAPITRE III.

Inquiétude et repos de l'Epoux. Description du lit de Salomon.

L'ÉPOUX.	SPONSA.
1. J'ai cherché dans mon petit lit durant *plusieurs* nuits celui qu'aime mon âme : je l'ai cherché, et je ne l'ai point trouvé.	1. In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea; quæsivi illum, et non inveni.
2. Je me lèverai, je ferai le tour de la ville, et je chercherai dans les rues et dans les places publiques celui qui est le bien-aimé de mon âme. Je l'ai cherché et je ne l'ai point trouvé.	2. Surgam, et circuibo civitatem; per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea; quæsivi illum, et non inveni.
3. Les sentinelles qui gardent la ville m'ont rencontrée : N'avez-vous point vu celui qu'aime mon âme?	3. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem : Num quem diligit anima mea, vidistis?
4. Lorsque j'eus passé tant soit peu au delà d'eux, je trouvai celui qu'aime mon âme; je l'arrêtai; et je ne le laisserai point aller, jusqu'à ce que je le fasse entrer dans la maison de ma mère et dans la chambre de celle qui m'a donné la vie.	4. Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea; tenui eum; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.
L'ÉPOUX.	SPONSUS.
5. Je vous conjure, filles de Jérusalem, par les chevreuils et par les cerfs de la campagne, de ne point réveiller celle qui est ma bien-aimée, et de ne la point tirer de son repos, jusqu'à ce qu'elle-même le veuille.	5. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
LES FILLES DE JÉRUSALEM.	FILIÆ JERUSALEM.
6. Qui est celle-ci qui monte par le désert comme une petite vapeur d'aromates, de myrrhe et d'encens, et de toutes sortes de poudres de senteur?	6. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii?

Cap. III. — 1. *In lectulo meo.* D'après Bossuet, le troisième jour s'étend jusqu'au commencement du chapitre V. D'après ceux qui appliquent ces jours aux âges de l'Église, le troisième âge comprend le chapitre III et le chapitre IV jusqu'au verset 5. — *J'ai cherché dans mon lit durant les nuits celui que mon âme chérit.* On applique ces paroles aux renversements qui se produisirent dans le Ve et le VIe siècle, lorsque les Barbares envahirent l'empire d'Occident. Ces temps orageux furent comme des nuits obscures où l'Église eut beaucoup à souffrir. L'empire romain fut renversé, mais l'Église sortit plus brillante de cette épreuve. C'est ce triomphe que célèbre l'auteur du *Cantique des cantiques*, quand il s'écrie : *Quelle est celle qui s'élève du désert comme une colonne de fumée.* Il veut qu'on célèbre le triomphe du Christ ici représenté par Salomon : *Sortez, filles de Sion, et voyez le roi Salomon avec le diadème dont sa mère l'a couronné le jour de ses noces.* Ces noces sont la figure de l'alliance que Jésus-Christ a faite avec l'Église et qu'il a scellée de son sang.

Cap. III. — 1. *In lectulo.* Sunt verba sponsæ ex somno jam experrectæ, et sodales suas alloquentis. Sponsa Ecclesia viderat Christum sponsum in cœtu fidelium congregatorum in monte Sion ante ascensionem in cœlos : postquam id accidit, et Stephanus lapidibus obrutus est, quærere cœpit diligenter sponsum in lectulo suo, id est, in synagoga, in qua consueverat cum sponso quiescere : illa quæsivit, dum conata fuit gentem suam ex ignorantiæ tenebris ad lucem Christi traducere; sed non invenit solum aptum fidei inserendæ, ideoque ea prodit foras.

2. *Surgam.* Cum sponsum in lectulo non invenisset, progreditur e thalamo, perambulat vicos et plateas totius mundanæ civitatis, quærit sponsum in synagogis Hebræorum variis locis per orbem dispersis, et apud gentiles, et non statim invenit.

3. *Invenerunt me vigiles.* Non tantum excubitores, sed et circuitores; solet enim militum globus civitates noctu perambulare, ut eas pacatas reddant, et latrocinia prohibeant et flagitia. Nomine *vigilum* significantur synagogarum principes et idolorum sacerdotes, qui gentilium sacris præerant. — *Num quem diligit anima mea, vidistis?* At illi vel responso dignati illam non sunt, vel ut stultam deriserunt.

4. *Inveni quem diligit anima mea.* Statim, et ultro se illi obtulit inveniendum, ut in Candacis reginæ eunucho, Actor. 8, 27; in Cornelio centurione, Actor. 10, 22; in Dionysio areopagita, 17, 34; et aliis. — *Tenui eum.* Eum amplexa. — *Nec dimittam, donec.* Proponit se non dimissuram, donec introducat eum in domum matris suæ, hoc est, donec reliquiæ omnes Jacob salventur, et Christus inducatur in synagogam, in qua ipsa nata fuerat et educata omnibus Judæis ad fidem conversis.

5. *Adjuro vos.* Sunt verba sponsi. Vide dicta superiori cap. n. 7. Sponsam iterum in somnum lapsam, labore huc illucque currentem fatigatam, vetat sponsus excitari. Significatur Christum cernentem Ecclesiam a Marthæ operationibus paululum sese ad Magdalenæ contemplatrices delicias recipientem, ut vires restauret, possitque postea conversioni gentilium alacrius insistere, curare ne interpelletur.

6. *Quæ est ista?* Sunt verba sodalium sponsi. Nam cum aliquantulum sponsa somno indulsisset, cum sponso foras egressa, et illius odoramentis et amplexu odoratior et pulchrior effecta, sponsi sociis occurrentibus fuit stupor. — *Quæ ascendit per desertum.* Hebræi rus appellant deserti nomine, comparatione scilicet frequentium oppidorum et civitatum. Olim gentes vicinæ peregrinantem in Arabiæ desertis synagogam, et in promissionis terram ascendentem mirabantur, sed invidebant. Multo nunc formosiorem admirantur, sed non invident amici sponsi quam vident gentium Ecclesiam ex infidelitatis deserto ascendentem, thus et myrrham, et omnium odorum suavitatem spirantem. — *Virgula fumi.* Symmachus habet, ἀναθυμίασις, *evaporatio fumi.* — *Ex aromatibus myrrhæ.* Myrrham, dum Christi mortem et humanam naturam, thus, dum ejus divinitatem reliquas pigmentariorum suavitates, dum reliquam evangelicæ prædicationis doctrinam per orbem totum diffundit. — *Pigmentarii.* Pigmentarii vocantur seplasiarii, seu aromatum et unguentorum institores.

7. *En lectulum Salomonis.* Videntur esse verba sponsæ, quæ sese tam magnifice commendari erubescens, ad sponsi laudes traducit laudatores suos. — *Salomonis.* Hæc aliqui de Salomone rege ad litteram intelligunt, quod est probabile. Præstat tamen sensu litterali de Christo rege pacifico intelligere, cum præsertim de hoc Salomonis thalamo ejusque custodibus nihil ex sacris Litteris aut antiquorum monumentis habeamus. — *Sexaginta.* Id est, plurimi. Numerus definitus pro indefinito. — *Fortes.* Corporis et animi robore præstantes, quod significat hebraica vox גברים *gibborim.* — *Israel.* Fidi regi suo, utpote Israelitæ, non externi.

8. *Super femur.* E balteo ab humeris suspensus femori incumbit, ut expedite possit evaginari. — *Propter timores nocturnos.* Ob pericula quæ nocturno tempore crebriora et majora sunt quam diurno. Lectulus Salomonis est Ecclesia, custodes sunt angeli, sancti jam defuncti pro Ecclesia matre suas preces fundentes, sancti viventes, præsertim prælati et doctores Ecclesiæ. Sunt armis idoneis instructi, et præsertim gladio spiritus, prompti contra nocturnos timores et pericula, quæ a principibus tenebrarum excitantur contra Ecclesiam militantem et ejus membra.

9. *Ferculum.* LXX habent, φορεῖον. Italice appellamus *lettica.* — *De lignis Libani.* Ex cedro.

10. *Columnas.* Columellas ad sustinendam spondam et cortinas. — *Reclinatorium.* Locum significat post humeros in quo corpus acquiescet et reclinatur. Italice dicimus *l'appogio.* — *Ascensum.* Ita appellat ipsum sedile; sic qui equo insidet ascensor appellatur, ut cum dicitur : *Equum et ascensorem dejecit in mare.* Exod. 15, 1. — *Media.* Quæ media sunt in ferculo. — *Charitate constravit.* Obtexit, obduxit, sculpsit, ornavit charitate, id est rebus pretiosis et amabilibus, quales sunt aurum et gemmæ. — *Propter filias Jerusalem.* Ideo se sic spectandum exhibet, ut satisfaciat illarum desiderio ejus aspectu satiari cupientium. Ferculum hoc Ecclesiam significat, quo Christus in fidelium pectoribus insidens gestatur. Est ex cedro incorrupta, propter incorruptam fidem. Argento significantur divina eloquia. Acclinatorium et sedes quam vocavit ascensum, respondet veteris legis propitiatorio, ex quo fundebantur oracula, quæ non desunt in Ecclesia penes quam potestas est explicandi quænam ad catholicam fidem pertineant. Medium spatium charitas occupat hoc est, Christus, qui medius inter fideles suos est : *Deus charitas est*, I. Joan., 4, 16.

11. *Egredimini.* Sponsi olim coronabantur, ut habemus ex Isaia, 61, 10 : *Quasi sponsum decoratum corona.* Putat Martinus Delrio munus coronandi ad matrem pertinuisse. Invitantur ergo filiæ Sion ut potius sponsum quam ferculum quo gestabatur contemplari velint. Cum Dei filius pro hominibus homo factus est, tunc Ecclesiæ desponsatus fuit, et humanitate, seu carne floridissima ex B. Virgine sumpta coronatus. Caro autem hæc fragilis, corona seu diadema vocatur, quia in ea hostes suos debellavit, diabolum et peccatum, etc. — *In die lætitiæ.* Quia ut gigas exultavit ad currendam viam hanc, et deliciæ ejus esse cum filiis hominum.

Cap. IV. — 1. *Oculi tui columbarum.* Vide dicta supra, c. 1, n. 15. Sunt verba sponsi.

7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel :	7. Voilà le lit de Salomon, gardé par soixante braves des plus forts d'Israël.
8. Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi; uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.	8. Tous sont armés de leur épée, et très-habiles à la guerre; chacun d'eux a l'épée au côté, à cause de la crainte de la nuit.
9. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani :	9. Le roi Salomon s'est fait une litière du bois du Liban.
10. Columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum; media charitate constravit propter filias Jerusalem :	10. Il en a fait les colonnes d'argent, le dossier d'or, le siége de pourpre; et il a orné le milieu de tout ce qu'il y a de plus aimable en faveur des filles de Jérusalem :
11. Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.	11. Sortez, filles de Sion, et venez voir le roi Salomon avec le diadème dont sa mère l'a couronné le jour de ses noces, le jour où son cœur a été comblé de joie.

CHAPITRE IV.

Beauté de l'Epouse. L'Epoux est jaloux de sa gloire.

SPONSUS.	L'ÉPOUX.
1. Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum, abs-	1. Que vous êtes belle, ma bien-aimée! que vous êtes belle! Vos yeux sont *comme ceux* des

9. *Ferculum fecit sibi.* Plusieurs commentateurs croient qu'il s'agit ici du lit nuptial de Salomon. C'est l'interprétation la plus autorisée de l'Hébreu. On peut traduire le verset suivant : Il en a fait les colonnes d'argent, le fond ou la couchette est d'or, la couverture est de pourpre; et le milieu ou le corps du lit est dressé pour celle qui est la bien-aimée par-dessus toutes les filles de Jérusalem. Le bois du Liban se prend pour le cèdre.

Cap. IV. — 1. *Oculi tui columbarum.* A ce chapitre, se rapporte le quatrième âge de l'Ecolombes, sans *parler de* ce qui est caché au dedans. Vos cheveux sont comme *les poils* des troupeaux de chèvres qui sont montées sur la montagne de Galaad.

2. Vos dents sont *saines et blanches* comme des troupeaux de brebis tondues qui sont montées du lavoir, et qui portent un double fruit sans qu'il y en ait de stériles parmi elles.

3. Vos lèvres sont comme une bandelette d'écarlate. Votre parler est doux. Vos joues sont comme une moitié de pomme de grenade, sans *parler de* ce qui est caché au dedans de vous.

4. Votre cou est comme la tour de David, qui est bâtie avec des boulevards : mille boucliers y

que eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

2. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, et sterilis non est inter eas.

3. Sicut vitta coccinea, labia tua : et eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet.

4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis;

glise. Elle comprenait alors l'Orient et l'Occident, l'Eglise Grecque et l'Eglise Latine, qui étaient comme ses deux yeux et ses deux mamelles fécondes. Ces deux Eglises, nées en même temps de la prédication des apôtres, étaient comme deux sœurs jumelles qui réjouissaient également le cœur de Jésus-Christ leur Epoux. Mais en Chaldée, au sein de l'Arabie, l'empire antichrétien de Mahomet se forma au VIIe siècle, et passa de l'Asie en Grèce. Les peuples tombés sous la domination des infidèles sont désignés par le mont Amana, les monts de Sanir et d'Hermon. Le schisme grec éclata peu de temps après, et l'Epouse du Christ, réduite à l'Occident ne le charma plus que *par un de ses yeux, et par une des tresses de son cou*. Il ne voit plus la vraie foi que dans l'Eglise romaine et dans ceux qui lui sont unis. — *Levez-vous, souffle de l'Aquilon; levez-vous, vent du Midi*. Après le schisme grec, couronné au XIe siècle par Michel Cerulaire, le souffle de l'aquilon se lève sur l'Eglise, les maux se répandent en Occident avec les abus; mais le vent du midi tempère cette épreuve, des conciles généraux se tiennent, de nouveaux ordres religieux se fondent, les Dominicains, les Franciscains paraissent, et au XIIIe siècle, la foi répand de toutes parts les parfums les plus exquis.

Per oculos intelligi possunt episcopi et prælati, speculatores et inspectores Ecclesiæ. — *Absque eo quod intrinsecus latet.* Quasi dicat : Oculis es columbinis, ut externam tantum pulchritudinem prosequar, non animi interiora bona laudem, omnem prædicationem longe superantia. Id quod in Ecclesia intrinsecus latet, est donum gratiæ. — *Capilli tui sicut greges caprarum.* Sumptæ sunt comparationes ex vita pastoritia, more bucolico. Duplex hic occurrit comparatio. Primo, caput confert monti Galaad; qui mons est amœnus aspectu, et odoratis aromatibus stactes, resinæ, et variis thymiamatis odoratum colectans; secundo, capillos sponsæ gregibus caprarum in Galaad pastis, et a monte in descensu quasi dependentibus comparat. Tria enim commendantur in muliebri cæsarie : ut sit densa et copiosa; ut sit nitida, splendens et prope discriminata; ut sit coloris non illaudati. Porro pingue solum Galaad copiosos in capris pilos faciebat; solum bene temperatum, et pulchri coloris; arbores vero, quæ ibi resiniferæ sunt, contactu et affricatione nitorem et splendorem conciliabant. Galaad grammatice significat *acervum testimonii*, et metaphorice Christum, qui est mons in vertice montium et caput Ecclesiæ, in quem totius legis veteris figuræ ac testimonia collimata concervantur, et super quem sancti omnes ut vivi lapides superædificantur. In hoc monte capræ pastæ significant fideles, qui de plenitudine ejus bonum succum hauserunt. Hi sunt capilli Ecclesiæ non minus illam exornantes, quam caprini greges montem Galaad. Sunt copiosi, quia de cunctis terræ partibus plurimi populi in Ecclesiam sunt collecti; sunt pulchri coloris, quia roseo Christi sanguine imbuti, et eodem lavacro emundati; sunt splendentes et bene discriminati, quia crucis asperitate quodammodo sunt compti, depexi atque detersi. — *Ascenderunt de monte.* Videbatur dicendum, *descenderunt*; sed verbum hebraicum גלש *galasch*, ut plurimum significat *ascendere*. Itaque noster interpres usitatiorem significationem amplexus est. Aliqui ex hebræo vertunt, *quæ se depilaverunt de monte Galaad*, quod referendum est ad affricationem circa arborum corticem, qua pilos veteres minus firmiter hærentes et prominentes detrahebant, et quasi pectine carminabant.

2. *Sicut greges tonsarum.* Ovium æqualiter et perite tonsarum. Oves nuper tonsæ frigus metuentes, inter se densius stipantur. Significant ergo dentes æquales esse et inter se bene cohærentes et contiguos. — *Quæ ascenderunt de lavacro.* Ut oves lotæ candidæ sunt, ita dentes sponsæ. — *Omnes gemellis fœtibus.* Significatur similitudo inter dentium species, primorum cum primoribus, caninorum cum caninis, molarium cum molaribus, genuinorum cum genuinis. Significatur etiam nullum in dentibus sponsæ hiatum esse aut vacuum; ut enim agni circa pedes ovium omnia stipant, ita inter dentes sponsæ nullum est interstitium aut inane, quod etiam significat illud, *sterilis non est inter eas.* Dentes Ecclesiæ sunt prædicatores et doctores, qui panem parvulis præmandunt, infideles malosque molunt, contundunt et discerpunt, vitia mordent et carpunt. Sunt similes lotis ovibus, propter sanctitatis candorem; tonsis, quia depositis sæcularibus curis verbo Dei insistunt; vel etiam, quia se (quod religiosi faciunt), per paupertatem temporalibus bonis exuunt. Gemellis sunt fœtibus, quia charitatem Dei et proximi in spiritualium filiorum animis gignunt : sterilis non est inter eas, quia bonis operibus abundant.

3. *Sicut vitta coccinea.* LXX, *sicut funiculus coccineus.* Quasi dicat : Labia tua rosea sunt et corallina, vittæ purpureæ similia. — *Sicut fragmen mali punici.* Quod rubentium granorum, splendore mire decoratur. Si de corticis potius quam granorum rubore verba faceret, opus non habuisset fragminis mentionem facere; satis enim fuisset cum mali granati colore conferre. — *Absque eo quod intrinsecus latet.* Vide dicta supra n. 1. Quod autem spectat ad sensum versiculi, labia coccinea ardentem et inflammatam charitate verbi Dei prædicationem significant; genarum rubor, verecundiam, modestiam et gravitatem quam Ecclesia etiam externo habitu in cunctis ceremoniis et officiis suis non obscure præfert.

4. *Turris David.* Cujus mentio est Esdræ, lib. 2, c. 3, n. 27, ubi *magna et eminens* vocatur. — *Collum tuum.* Colli nomine totius corporis habitus excelsus, erectus et firmus signi-

mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

5. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.

6. Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, et ad collem thuris.

7. Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.

8. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano; veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.

sont suspendus, avec toutes sortes d'armes pour les plus vaillants guerriers;

5. Vos deux mamelles sont comme deux petits jumeaux de la femelle d'un chevreuil, qui paissent parmi les lis.

6. Avant que le jour paraisse, et que les ombres se retirent, j'irai à la montagne de la myrrhe, et à la colline de l'encens.

7. Vous êtes toute belle, ô ma bien-aimée ! et il n'y a point de tache en vous.

8. Venez du Liban, mon épouse, venez du Liban, ma bien-aimée; venez *et* vous serez couronnée : *venez* du haut d'Amana, du sommet de Sanir et d'Hermon, de *ces lieux où sont les* cavernes des lions : de ces montagnes *qui servent de retraite aux* léopards;

9. Vous avez blessé mon cœur, ma sœur, mon épouse; vous avez blessé mon cœur par un de vos yeux et par un cheveu de votre cou.

8. *Veni de Libano.* Le Liban sépare la Phénicie de la Syrie. Amana ou l'Amanus est entre la Syrie et la Cilicie. Sanir et Hermon, situés au delà du Jourdain, sont différentes parties des mêmes chaînes de montagnes qui séparent le pays de Manassé de l'Arabie déserte.

---

ficatur. — *Mille clypei.* Monilia baccata de collo sponsæ pendentia comparat clypeis, tum propter figuram orbicularem, tum propter splendorem gemmarum et unionum. Vel hæc referenda sunt ad morem antiquum, quo Deo consecrabant spolia hostium detracta, et de tholis et turribus suspendebant; quare turris hæc omni armorum et hostilium exuviarum genere erat ornata. Hoc autem victorias Ecclesiæ de hostibus reportatas commode significat, vel (si de monilibus intelligamus) varia ejus ornamenta et dona Spiritus sancti, quibus et ornatur et munitur.

5. *Sicut duo hinnuli.* Ubera sponsæ comparat non hinnulorum uberibus, quibus carent, sed eorum capitibus, ut indicet : primo, rigentia et duriuscula esse; secundo, modica et rotunda; tertio, papillis subrubentibus. Talia namque hinnulorum tenerorum capita, mole rotunditate et colore labrorum, quibus mixtus pallori rubor. Quod dicit *gemelli*, indicat parem esse uberum magnitudinem. — *Qui pascuntur in liliis.* Quasi dicat : Sicut capreoli in candente liliis campo pascuntur, sic duo ubera in candido pectore exsurgunt, foventur, aluntur, augescunt. Duo ubera sunt Vetus et Novum Testamentum, quorum dulci lacte maternum Ecclesiæ pectus distenditur. Hæc ubera sunt rotunda perfectione scientiæ, rubicunda charitate, duriuscula sensuum soliditate, læta et festiva historiarum varietate. Sunt simul nata ut gemelli, si spectemus divinam providentiam cui cuncta semper fuerunt præsentia. Ambo sunt candidæ veritatis liliis, puræ et sanctæ vitæ exemplis, et ardentis succi sententiis satura et plena.

6. *Donec aspiret dies.* Vide dicta c. 2, num. ultimo. Usque ad vesperam quando pasti cum matre domum redeunt. — *Vadam ad montem myrrhæ.* Hi duo montes, in quibus myrrha provenit et thus, mortificationem et orationem significare videntur; per quas ad culmina perfectionis enituntur sancti qui sunt in Ecclesia.

7. *Macula non est in te.* Hoc potissimum verum est de Ecclesia triumphante, in quam nihil coinquinatum ingreditur, et quæ sine macula est et sine ruga. Si de militante accipiamus, dicemus non esse in ea maculam et rugam tam deformem, ut reliquæ pulchritudini præponderet; nam inter fideles et in Ecclesia non desunt maculati et deformati labe peccati.

8. *Veni de Libano.* Non videtur hoc intelligendum de monte Libano, qui nimis remotus erat ab Jerosolymis et domo sponsæ; sed de ipsa Jerosolyma, quæ in sacra Scriptura non raro Libanus vocatur, ut Ezech., 17, 3, et Zachar., 11, 1; cujus nominis causæ afferuntur a Ribera in locum citatum Zachariæ. Jubetur ergo sponsa egredi Jerosolyma. — *Coronaberis.* Confecto hoc itinere beata eris, quia victrici corona caput cingetur. — *De capite.* In capite, in summo vertice montis Amana. — *Amana.* Multi Amana montem eumdem esse cum Amano, qui Syriam a Cilicia separat, et in Scriptura dicitur Ararath. Martinus Delrio putat esse amœnum aliquem Libani collem, qui auctor etiam existimat sponsum non loqui de veris montibus Amana, Sanir, aut Hermon, sed de quibusdam editioribus colliculis, quos in suo rure habebat sponsus, quibus inclytorum illorum montium nomina indiderat : quare etiam de speluncis ferarum mentionem facit, quæ in illis montibus frequentes erant. — *Hermon.* Jugum erat quoddam Libani præcelsum. Vide Adrichomium in tabula tribus Aser, n. 47. Porro Hermon et Sanir idem montis dorsum sunt, quo uno loco Hermon dicitur, alio Sanir. Invitat ergo sponsus Ecclesiam, quæ per baptismum et Spiritus sancti adventum tota pulchra erit, ut Jerosolymis jam egrediatur, et in montes illos, hoc est, in varias mundi plagas spargatur, nec leones timeat, aut pardos persecutionum; nam victoriam et coronam consequatur.

9. *Soror mea.* Blandientis vox est, et intimæ amicitiæ ac familiaritatis. Sic Assuerus Esther timenti dicebat : *Sum frater tuus*, Esther, 15, 12. — *In uno oculorum tuorum.* Uno ictu oculorum tuorum. Italice dicimus : *Un' occhiata.* Aliqui putant puellas caput velo tectum habuisse, quo etiam faciem operirent, uno duntaxat oculo non velato, cujus aspectu se vulneratum sponsus affirmat. Vel sensus est : unus tantum oculus tuus, unum capillorum sertum, cor aspicientis aptum est vulnerare, quod ego expertus sum. — *In uno crine.* Aquila vertit, πλοκάμῳ, id est, serto. Italice dicimus *treccia* : sic septem Samsonis capillos, quorum mentio est Judic., 16, 13, LXX verterunt ἑπτὰ σειρὰς, *septem cirros*, in quos nimirum copiosam

10. Que vos mamelles sont belles, ma sœur, mon épouse! vos mamelles sont plus belles que le vin; et l'odeur de vos parfums passe celle de tous les aromates.	10. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.
11. Vos lèvres, ô *mon* épouse! sont un rayon d'où distille le miel; le miel et le lait sont sous votre langue; et l'odeur de vos vêtements est comme l'odeur de l'encens.	11. Favus distillans labia tua sponsa, mel et lac sub lingua tua; et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
12. Ma sœur, mon épouse est un jardin fermé. Elle est un jardin fermé et une fontaine scellée.	12. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
13. *Des* plants *exquis* forment *en vous* un jardin délicieux, plein de pommes de grenade et de toutes sortes de fruits de cypre et de nard.	13. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo:
14. Le nard, le safran, la canne et le cinnamome, avec tous les arbres du Liban *s'y trouvent*, aussi bien que la myrrhe, l'aloès, tous les parfums les plus exquis.	14. Nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha et aloe cum omnibus primis unguentis.
15. La fontaine des jardins et le puits des eaux vivantes qui coulent avec impétuosité du Liban.	15. Fons hortorum; puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.
16. Retirez-vous, aquilon; venez, vent du midi, soufflez de toutes parts dans mon jardin; et *faites* que les parfums en découlent.	16. Surge aquilo, et veni auster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius.

16. *Surge, aquilo; et veni, auster.* L'aquilon et le midi sont deux vents contraires; le premier est généralement désastreux, parce que c'est un vent froid et terrible; le second est fécond, parce qu'il est chaud et doux. De là l'application qu'en ont pu faire ceux qui voient dans cette allégorie l'image de l'Eglise.

---

cæsariem colligebat et colligabat. — *Colli tui.* Sertum quod per collum tuum defluit. Oculi Ecclesiæ sunt ejus prælati, qui eam ducunt ad cœlestia; crines ejus sunt subditi; collum ejus sunt perfecti. Unus oculorum vel crinium est unitas et consensus fidei, quam habent prælati et subditi. Pro hac vulneratus fuit Christus.

10. *Mammæ tuæ.* De uberibus sponsæ dictum est supra hoc eodem cap. n. 5. — *Ubera tua vino.* Vide dicta c. 1, n. 1. — *Odor unguentorum.* Odor unguentorum est fragrantia et fama sanctitatis et omnis generis virtutum.

11. *Favus distillans.* Favus est foraminata illa et cancellata cera mel continens. Comparat labia sponsæ cum melle et lacte, quia sacrarum Scripturarum sapientia dulcissima est faucibus sanctorum. — *Odor vestimentorum tuorum.* Ecclesiæ vestimenta sunt bona opera externa; horum vestimentorum odor ascendit in cœlum instar orationis quæ per thus denotatur, juxta illud Psalm. 140, 2: *Dirigatur oratio mea sicut incensum, in conspectu tuo.*

12. *Hortus conclusus.* Laudat universim sponsam, illamque cum paradiso voluptatis conferre videtur, in quo primi parentes collocati fuerunt. — *Conclusus.* Non solum muro et custodia, sed etiam seris obductis ad fures arcendos. — *Fons signatus.* Etiam in paradiso voluptatis fons erat, ut patet Genes., 2, 10. Si moris erat ut publici fontes lapide clauderentur, ut colligitur ex *Genes.*, c. 29, n. 2, quanto magis id credendum de fontibus privatis hortorum, ne quis perditus aquas turbaret, aut inficeret. Ecclesia est hortus conclusus, et duplici munitus custodia, angelorum scilicet et ipsius Dei. *Montes in circuitu ejus* (angeli nimirum sancti) *et Dominus in circuitu populi sui.* Psal. 124, 2. In hoc horto est fons ipse Christus, qui de se ipso dixit: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.* Joan., 7, 37. Fons vero signatus est clausus infidelibus et hæreticis, alioqui omnibus patens, juxta illud Zachariæ, 13, 1: *Fons patens domui David.* Vel certe fons significat fluenta sacrarum Scripturarum.

13. *Emissiones tuæ.* Nomine emissionum significat propagines plantarum et arborum. Sententia versiculi est, in hoc horto germinare mala punica et omne pomorum genus. *Pro pomorum fructibus* in Hebræo est, *cum fructu deliciarum*, id est, cum omni fructu dulci et delicioso. Emissiones sunt particulares Ecclesiæ, quæ sunt propagines et quasi filiæ universalis Ecclesiæ. Porro mala punica aptissimum sunt Ecclesiæ symbolum propter ordinem et charitatem quæ igneo colore designatur: varii odores qui recensentur, sunt variæ virtutes quibus fideles Ecclesiæ filii ornantur. — *Cypri cum nardo.* De cypro dictum est supra ad illud, *botrus cypri*, cap. 1, n. 14. De nardo, vide dicta ibid. n. 12.

14. *Nardus et crocus.* Nardum bis repetit, quia cum croco et cypro amat commisceri. — *Fistula.* Intelligit calamum odoratum, qui a forma solet etiam dici *juncus* odoratus. Vide Plin., lib. 12, cap. 22; Theophrast., lib. 9, cap. 7; Dioscoridem, lib. 1, c. 17. — *Cinnamomum.* Aroma quod ad nos ex oriente vel non defertur, vel raro defertur. Non est quam vulgo dicimus *canella*; hæc enim potius est *casia*. — *Universis lignis Libani.* Cunctis odoriferis arboribus et odoribus montis Libani. — *Myrrha.* Vide dicta Exod., 30, n. 23, et c. 1 hujus libri, n. 12. — *Aloe.* Planta est odorata, succum habens amarissimum, resistentem putredini et vermibus. Vide Plin., lib. 27, c. 4, et Dioscor., lib. 3, c. 22. — *Primis unguentis.* Cunctis pretiosissimis plantis et arboribus, quarum usus præcipuus in unguentis miscendis.

15. *Fons hortorum.* Supra dixerat in Ecclesiæ viridario fontem esse signatum, ut ostenderet clarum esse et limpidum; nunc aliam ejus laudem addit, quod viva et perenni scaturigine perennis sit. Fluenta Scripturarum sunt fons hortorum, quo scilicet hortuli rigantur fidelium animarum, et copiose fluunt ex monte Libano, hoc est, ore Christi, qui mons est in vertice montium.

16. *Surge aquilo.* Fuge, facesse. Aquilo diabolum significare potest, qui fidelibus noxium perfidiæ et acediæ virus adspirat. — *Veni.* Spira. Ventus auster est fervor Spiritus sancti. — *Meum.* Sponsæ meæ, cujus sunt quæ mea, ut quæ ejus mea quoque. — *Fluant aromata.* Auster enim calore suo laxat arbores, et stillare facit odoratos succos. Austro Spiritus sancti flante sentitur fragrantia virtutum Ecclesiæ.

CHAPITRE V.

Empressement de l'Epouse qui recherche son Epoux. Portrait de l'Epoux.

SPONSA.	L'ÉPOUSE.
1. Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum.	1. Que mon bien-aimé vienne donc dans son jardin, et qu'il mange du fruit de ses arbres.
SPONSUS.	L'ÉPOUX.
Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo; comedite amici, et bibite, et inebriamini, charissimi.	Je suis venu dans mon jardin, ma sœur, mon épouse: j'ai recueilli ma myrrhe avec mes parfums: j'ai mangé le rayon avec mon miel: j'ai bu mon vin avec mon lait: Mangez, mes amis, et buvez; enivrez-vous, vous qui êtes mes très-chers *amis*.
SPONSA.	L'ÉPOUSE.
2. Ego dormio, et cor meum vigilat; vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium.	2. Je dors, et mon cœur veille. *J'entends* la voix de mon bien-aimé, qui frappe: Ouvrez-moi, ma sœur, ma bien-aimée, ma colombe, ma toute pure; car ma tête est toute chargée de rosée, et mes cheveux *sont baignés* de gouttes d'eau *tombées* pendant la nuit.
3. Expoliavi me tunica mea, quo-	3. Je me suis dépouillée de ma robe! comment

Cap. V. — 2. *Ego dormio.* Bossuet fait ici commencer le quatrième jour, et l'on considère ce chapitre comme la peinture du cinquième âge de l'Eglise. — *J'entends la voix de mon bien-aimé qui frappe en disant: Ouvrez-moi.* Jésus, voyant tous les abus qui déshonoraient l'Eglise au XVIe siècle, fait entendre sa voix et demande qu'on lui ouvre, pour qu'il arrête les progrès du scandale. *Je me levai, dit l'Epouse... je lui ouvris... mais il s'en est allé.....* L'Epouse se leva, lorsque l'Eglise s'assembla au concile de Trente; elle ouvrit à son Epoux en rendant hommage à son Epoux par la pureté et l'exactitude de ses décrets; mais elle eut la douleur de voir que son Epoux s'en était allé, c'est-à-dire, de voir les désordres se perpétuer. Elle fit le portrait du Christ, et exposa clairement sa doctrine pour qu'au milieu de toutes ses erreurs personne ne se laissât séduire par les novateurs, et qu'on sût en tout et partout reconnaître la vraie doctrine au milieu de ce déluge d'erreurs et de crimes.

Cap. V. — 1. *Veniat dilectus meus.* Verba sunt sponsæ invitantis sponsum ut ad se veniat. Hortus est Ecclesia, poma sunt bona opera electorum, qui in hoc horto ut arbores florent et fructificant. His, ut cibo gratissimo, pascitur Christus. — *Veni in hortum meum.* Sponsus, ut notat D. Joannes Nyssenus, postquam a sponsa fuit invitatus, celerrime discessit, et rediens secum attulit pastoralia quædam munera, convivio lautius instruendo; atque ita parato convivio post accubitum, ut fieri solet inter epulandum, convivas ad hilaritatem invitat. Ac primo quidem sponsam alloquitur, aitque ejus invitationem sibi gratissimam fuisse, ideoque se advolasse, et socios etiam ad convivium adduxisse ad cumulandam lætitiam. — *Veni.* Non est imperativi modi, sed est indicativi præteritum. — *Messui.* Sumendum late, pro *collegi, decerpsi*. — *Comedi favum cum melle.* Tanta scilicet aviditate, ut moram non ferens mel eliquandi una cum favo voraret. Christus, adhuc loquente et invitante Ecclesia, dicit: *Ecce adsum*, Isa., 58, 9. Vocat sororem, propter humanæ naturæ communionem; sponsam, propter fidei desponsationem. Convivio vult accumbere non modo perfectos, qui sponsi socii sunt, sed etiam imperfectos pœnitentes qui proficere conantur et se in dies meliores reddere, qui per adolescentulas significantur. Myrrha, baptismus est quo Christo consepelimur. Nemo ad epulas has admittitur nisi myrrha prius inungatur, hoc est, nisi baptizatus. Cætera aromata sunt Spiritus sancti charismata reliqua. Favus est Christi corpus in alveari purissimo apis immaculatæ B. Virginis fabricatum. Mel est spiritualis dulcedo quæ ex hoc favo percipitur. Vinum est calix salutaris sanguinis Domini. Lac, doctrina secretorum divini verbi. His vescitur Christus in membris suis cum scilicet iis fideles vescuntur et fruuntur, ipseque est convivator et conviva, invitans ad hoc epulum iisdem quibus invitavit apostolos: *Comedite..... bibite ex hoc omnes.* Matth., 26; et I. Cor. 11.

2. *Ego dormio.* Verba sunt sponsæ sodalibus suis narrantis nocturnum suum somnium quod post epulas viderat. Sensus est: ego dormiebam epulis, amore et expectatione fatigata: mens tamen corporeis vinculis soluta, et de absentia sponsi sollicita, solitas suas cogitationes volvere non desinebat. Ita factum, ut cum sponsus adveniret, et se postularet intromitti, ego non satis mei compos et segnius responderim quam mihi expediret. — *Plenum est rore.* Qui nocte decidit: idem significant guttæ noctium. Hoc ait sponsus, ut illa intelligat diu dilectum in via et ante fores pulsantem perseverasse. Post Ecclesiæ primordia, pace Ecclesiæ reddita, viri perfecti se somno contemplationis dederunt. Sed pax diuturna non fuit; illam enim hæretici, gentiles et judæi turbarunt, ideoque sponsus adest ut excitet sponsam, moneatque ut ingruentibus malis occurrat. Ros et guttæ noctium blasphemias et injurias significat hæreticorum et infidelium in Christum.

3. *Expoliavi me tunica mea.* Tunica, ut explicat D. Gregor. et alii, occupationes temporales significat, quibus se ut vestibus necessario implicant qui curam suscipiunt proximorum. Id vero spiritualibus viris et contemplationi deditis molestum esse consuevit; timent enim ne affectuum pedes, quos compunctione cordis et lacrymis laverunt, iterum luto et pulvere rerum sæcularium sordidentur. — *Lavi pedes meos.* Personæ decorum servatur; solent enim puellæ pastorum et agricolarum filiæ, quæ nudis pedibus incedunt, pedes abluere antequam cubitum eant, ne sordibus pedum lodices inquinent.

la revêtirai-je? J'ai lavé mes pieds, comment pourrai-je les salir de nouveau?

4. Mon bien-aimé passa sa main par l'ouverture *de la porte*, et mes entrailles furent émues au bruit qu'il fit.

5. Je me levai pour ouvrir à mon bien-aimé; mes mains étaient toutes dégouttantes de myrrhe la plus précieuse,

6. J'ouvris ma porte à mon bien-aimé, en ayant tiré le verrou; mais il s'en était déjà allé, et il avait passé. Mon âme s'était comme fondue au son de sa voix. Je le cherchai, et je ne le trouvai point : je l'appelai, et il ne me répondit point.

7. Les gardes qui font la ronde par la ville m'ont rencontrée, ils m'ont frappée et blessée. Ceux qui gardent les murailles m'ont ôté mon manteau.

8. Je vous conjure, ô filles de Jérusalem! en cas que vous rencontriez mon bien-aimé, de lui dire que je languis d'amour.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

9. Quel est votre bien-aimé, ô la plus belle d'entre les femmes? quel est votre bien-aimé entre tous les autres, au sujet duquel vous nous avez conjurées de cette sorte?

L'ÉPOUSE.

10. Mon bien-aimé éclate par sa blancheur et par sa rougeur : il est choisi entre mille.

modo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

4. Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus.

5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo; manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima.

6. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est; quæsivi et non inveni illum; vocavi, et non respondit mihi.

7. Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem; percusserunt me, et vulneraverunt me. Tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

8. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore langueo.

FILIÆ JERUSALEM.

9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos?

SPONSA.

10. Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus.

10. *Dilectus meus candidus.* On peut comparer à ce portrait de l'Époux celui de l'Épouse, aux

---

4. *Manum.* Id est, digitum. — *Per foramen.* Per foramen seræ, cui clavis immittitur. — *Venter.* Ventris nomine in Scriptura significatur quidquid corporis a collo ad pubem usque exterius interiusque continetur, ipsa scilicet viscera; quod ut clarius explicaret Symmachus, dixit : τὰ ἔντερά μου ἐταράχθη, *viscera mea conturbata sunt.* — *Ad tactum ejus.* LXX, ut etiam hebræus, *super eum*, hoc est, sui ipsius gratia; quasi dicat : Cum cernerem illum tam laborioso digito niti ut pessulum amoveret, cor meum commotum fuit, nec diutius ferre potui illum sic irrito labore frustrari. Videns Christus primam vocationem non sufficere ut athletas Ecclesiæ suæ in aciem educeret, manum suam misit, majus lumen et copiosiorem gratiam immisit, qua excitati incommoda subire non timuerunt, quæ animarum curam comitantur.

5. *Manus meæ stillaverunt myrrham.* Cum sponsus seræ digitum inseruit sola attrectatione pessulum cum sera liquore myrrhæ electæ sic imbuit, ut sponsæ quoque manus et digiti solo contactu, cum pessulum reclusisset unguento suavissimi odoris fuerint delibuti. — *Myrrha probatissima.* In hebræo est, *myrrha transeunte*; vocant autem Hebræi *transiens*, id quod in unoquoque genere lectissimum est : sic monetam probatam vocant עֹבֵר *hober, transeuntem*, quia in mercatorum commerciis non commeat nisi moneta probatissima. Simili phrasi dicimus italice, *moneta corrente.* Potuisset sponsus pessulum removere, sed voluit id a sponsa fieri; vult enim Deus Ecclesiam secum operari, ut possit dicere : Laboravi, non ego sola, sed gratia Dei mecum. Tangens sponsus pessulum, amovet etiam levia impedimenta; sponsæ animus ardescit animarum zelo, patiendi desiderio et studio mortificationis, quod myrrha designatur, quæ etiam per digitos stillat, quia a virtutis amatoribus etiam in rebus parvis exercetur.

6. *At ille declinaverat.* Christus semper Ecclesiæ præsens est, et illi inest. Aliquando tamen dicitur abesse, cum permittit illam suis tribulationibus conflictari; redire, cum redit consolatio. — *Liquefacta est.* LXX habent, *anima mea egressa est in sermone ejus*, id est, ut vocem sponsi agnovi, deseruit me animus, et ad sponsum advolavit; simili amore soluta sum et liquefacta, ut solet cera.

7. *Invenerunt me custodes.* Vide dicta supra, c. 3, n. 3. — *Percusserunt me, et vulneraverunt.* Ea de causa custodes sponsam male mulctant, quod turbaret nocturnam quietem, et nocte intempesta clamores intempestivos cieret. — *Pallium meum.* Vox hebraica רְדִיד *redid*, peplum, seu velum significat. LXX habent, *theristrum*, quod est indumentum tenue et æstivum. Custodes sunt tyranni hæresibus imbuti, qui Ecclesiam per concionatores et doctores clamare prohibebant, et clamantes plagis male accipiebant. Hi pallium sponsæ non solum tulerunt, sed per schismata et hæreses etiam sciderunt.

8. *Adjuro vos.* Ad clamorem sponsæ multi civium evigilarunt, viri et mulieres; has rogat ut sponsum indicare velint, et in angustiis constitutæ opem aliquam ferre. Significantur preces Ecclesiæ postulantis se juvari orationibus fidelium viventium, et sanctorum qui jam cum Christo triumphant in cœlis.

9. *Qualis est dilectus!* Sunt verba sodalium. Non ignorantes interrogant; nam et ipsum et ipsam plerique probe noverant; sed illa commemoratione laudum jucunditatem captant; cunctis enim Ecclesiæ filiis, tam angelis quam hominibus, tam beatis quam viatoribus, suavissima est Christi salvatoris nostri laudatio. — *Dilectus tuus ex dilecto.* Præ cæteris dilectus.

10. *Candidus et rubicundus.* Vox rubicundus ad cutem referenda est, non ad comam. Christus est candidus, quia sine macula peccati, rubicundus sanguine suo, quem pro nobis effudit.

11. Caput ejus aurum optimum. Comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigræ quasi corvus.

12. Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima.

13. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentariis. Labia ejus lilia distillantia myrrham primam.

14. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris.

15. Crura illius columnæ marmoreæ,

11. Sa tête est *comme* un or très-pur : ses cheveux sont comme les jeunes rameaux des palmiers, et ils sont noirs comme un corbeau.

12. Ses yeux sont comme les colombes auprès des petits ruisseaux, lavées dans du lait, et qui se tiennent sur le bord des plus grands courants d'eau.

13. Ses joues sont comme de petits parterres de plantes aromatiques, qui ont été plantées par les parfumeurs : Ses lèvres sont des lis qui distillent la myrrhe la plus pure.

14. Ses mains d'or, sont faites au tour, ornées d'hyacinthes. Sa poitrine est d'un ivoire enrichi de saphirs.

15. Ses jambes sont des colonnes de marbre,

chapitres Ier et IV. C'est le même genre de peinture, c'est le même coloris, ce sont les mêmes images. Salomon reflète dans sa poésie, comme un miroir, la Judée tout entière avec ses forêts, ses fleuves, ses montagnes, ses fleurs, ses arbustes, ses palais, ses cités, mais il saisit tous les objets dont il parle par leur côté gracieux. C'est ce qui a fait dire à Bossuet que tout ce cantique abonde en objets délicieux. Ce sont, dit-il, partout des fleurs, des fruits, les plantes les plus belles, les plus variées; un printemps riant et fleuri, des campagnes fertiles, de frais jardins; des eaux, des puits, des fontaines. L'odorat est frappé des plus douces odeurs que l'art a préparées, ou qui sont l'ouvrage de la nature; on y voit des colombes, de plaintives tourterelles, du miel, du lait, des flots d'un vin exquis... S'il s'y rencontre quelques objets terribles : des rochers, des montagnes sauvages, des repaires affreux de lions, c'est pour accroître encore, par le contraste de la variété, le charme du tableau le plus gracieux (*Præfat. in Cantic.*, § IV).

---

11. *Aurum optimum. Caput vero Christi, Deus*, ut ait Apostolus I. Cor., 11, 3; divinitas vero purissima est et perfectissima; quare non immerito aurum optimum illius symbolum est. — *Elatæ palmarum.* Ἐλάτη est nomen græcum, significans germen palmæ novellum, seu involucrum instar calicis seu vaginulæ fructuum palmæ florentium. Porro vagina hac se pandente, prorumpunt flosculi numerosi modicis densis et longis villis appensi, botri magni instar coacervati. Vide figuram apud Dalechampium in historia Plantarum, lib. 3, c. 28. Huic ergo elatæ sic sua filamenta diffundenti, et flosculos ostentanti, capillos comparat sponsi. — *Nigræ quasi corvus.* Veteribus capillus niger non postrema fuit pulchritudinis nota; quare Horatius ait :

Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Comæ capitis sunt cogitationes et consilia divina, quæ nigra dicuntur, quia nobis obscura et incognita.

12. *Sicut columbæ.* Vox *columbæ* est nominativi pluralis, non genitivi singularis, et patet ex LXX, qui habent, περιστεραί, non autem περιστερᾶς. Oculus sponsi columbæ candidæ comparatur, quia formosus, castus, purus et sanctus. — *Super rivulos.* Hæ columbæ sunt reipsa formosiores, quia sæpius se aquis abluunt et nitidas faciunt, et opinione etiam aspicientium, quia limpidarum aquarum repercussu et reflexione pulchriores videntur. — *Lacte sunt lotæ.* Tam candidæ, quasi forent lacte lotæ.

13. *Genæ illius sicut areolæ.* Hoc est, genæ ipsius primo juvenilis ætatis flore, id est, molli barbæ lanugine vestitæ, similes sunt odoratis herbis, aut floribus in areola aut calathis a pigmentario dispositis. Genis sponsi significatur lenitate mixta majestas, suavitas gravitate temperata, modestia, etc. Scimus autem has virtutes non fuisse in sponso casu coacervatas, sed a Spiritu sancto peritissimo pigmentario ordine commodissimo dispositas, ut aspicientibus exempli pulchra specie, et audientibus odore famæ, non possent non maxime placere. — *Labia ejus lilia.* Confert labia sponsi cum liliis purpureis, quæ in Syria sunt laudatissima. Vide Dioscorid., lib. 2, c. 99; et Plin., lib. 21, c. 5. Laudatur suaviloquentia sponsi, in cujus labiis *diffusa est gratia*, Psal. 44, 3, et de quo dictum est : *Nunquam sic locutus est homo*, Joan., 7, 46; et a D. Petro : *Verba vitæ æternæ habes*, Joan., c. 6, n. 69. — *Myrrham primam.* Vide dicta supra, n. 5; nam recurrit eadem vox עֹבֵר *hober*. Aquila vertit, ἐκλεκτήν, *electam*. Labia Christi myrrham stillabant, quia peccatores increpabat, et ad pœnitentiam hortabatur et mortificationem.

14. *Manus illius tornatiles.* De digitis videtur intelligendum, aut per se ipsos, aut propter annulos exacte rotundos, et quasi torno elaboratos. — *Aureæ.* Pulchræ, elegantes. Vel sic appellantur propter annulos aureos digitis insertos, in quibus hyacinthi splendebant. — *Plenæ hyacinthis.* Pro hyacinthis in hebræo est, תַּרְשִׁישׁ *tharsis*, quæ vox præter alia significat etiam genus quoddam gemmæ; sed quænam illa sit incertum : illud tantum constat, significare lapillum cæruleum, cui tamen, ut marino cæruleo, candoris et ruboris aliquid permixtum sit. Noster interpres hyacinthum esse putavit. Manus Christi sunt opera ejus : sunt tornatiles, quia nihil illis ad perfectionem defuit; sunt aureæ, quia plenæ utilitatis et honestatis; sunt plenæ hyacinthis, sive tharsis, quia rubra charitate, candida puritate, cærulea sapientia. — *Venter ejus eburneus.* Quid ventris nomine significetur in Scriptura diximus supra, num. 4 : dicitur eburneus propter candorem et livorem : significat etiam, cum ebori comparat, has partes esse castissimas; nam ebur est animantis casti os incorruptibile. Recte etiam additur sapphirus, qui lapis castitatis amantissimus dicitur. — *Distinctus sapphiris.* Sanchez noster refert ad vestes candidas, sive ad balteum candidum gemmatum et sapphiris distinctum.

15. *Crura illius columnæ.* Crurum nomine tibias et femora complectitur, eaque laudat a candore, robore, soliditate. Per crura videntur significari fortitudo et perseverantia quæ om-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

posées sur des bases d'or. Sa figure est comme celle du mont Liban : et il se distingue comme les cèdres.

16. Le son de sa voix a une admirable douceur; et il est tout aimable. Tel est mon bien-aimé; tel est celui que j'aime véritablement, ô filles de Jérusalem!

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

17. Où est allé votre bien-aimé, ô la plus belle d'entre toutes les femmes! où s'est retiré votre bien-aimé, et nous l'irons chercher avec vous.

quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species ejus ut Libani, electus ut cedri.

16. Guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis; talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiæ Jerusalem.

FILIÆ JERUSALEM.

17. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus? et quæremus eum tecum.

CHAPITRE VI.

Nouvelle peinture de l'Epouse.

L'ÉPOUSE.

1. Mon bien-aimé est descendu dans son jardin, dans le parterre des plantes aromatiques, pour se nourrir dans ses jardins, et pour y cueillir des lis?

2. Je suis à mon bien-aimé, et mon bien-aimé est à moi, lui qui se nourrit parmi les lis.

L'ÉPOUX.

3. Vous êtes belle, ô ma bien-aimée, et pleine de douceur! Vous êtes belle comme Jérusalem, et terrible comme une armée rangée en bataille.

4. Détournez vos yeux de moi; car ce sont eux qui m'ont obligé de me retirer promptement. Vos cheveux sont comme *les poils* d'un troupeau de chèvres, qui se sont fait voir, en venant de la montagne de Galaad.

5. Vos dents sont comme un troupeau de bre-

SPONSA.

1. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, et lilia colligat.

2. Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

SPONSUS.

3. Pulchra es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem; terribilis ut castrorum acies ordinata.

4. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

5. Dentes tui sicut grex ovium, quæ

CAP. VI. — 3. *Pulchra es, amica mea.* Salomon revient sur les perfections de son épouse, et il la peint sous les mêmes traits qu'au chapitre Ier et au chapitre VI.

---

nium virtutum et operum sanctorum compagem sustineat, ut tibiæ totum corpus fulciunt. Bases, sive pedes aurei, sapientiam et charitatem significant : fortitudo fundatur in sapientia, ne præcipitanter agat; perseverantia in charitate, ne concidat et deficiat. — *Species ejus.* Id est, vultus et totius corporis habitus instar Libani montis aspectus jucundissimus est, et decore procerus præ cæteris hominibus, sicut cedri cæteris eminent arboribus. Christus Libano similis est, quia virtutibus viret, floret, vernat, et ut Libanus amœnus est. Est autem electus ut cedri, quia sicut cedrus alias arbores Libani excedit celsitudine, rectitudine, bono odore et incorruptibilitate; sic sponsus omnes Ecclesiæ militantis et triumphantis superat meritis, gloria, conversationis sanctitate, intentionis puritate, etc.

16. *Guttur illius suavissimum.* Quasi dicat : Non solum sponsi membra elegantissima sunt, sed etiam, vox suavissima. Sane Christus eloquio suavissimus fuit. Vide quæ diximus num. 13. — *Totus desiderabilis.* LXX habent, *totus desiderium*, ut etiam textus hebræus.

17. *Quæremus eum tecum.* Qui de Christi laudibus verba facientes audiunt, illius amore capiuntur, et ad illum diligentius quærendum accenduntur.

CAP. VI. — 1. *Descendit in hortum suum.* Quasi dicat : Quo sponsus abierit incertum mihi est; suspicor tamen illum ad areolas aromatum descendisse : ibi enim frequenter versari solet; vel quasi dicat : Quid vagor foris? intra me sponsus est, me scrutabor, in me eum reperiam. Dictum enim est supra, sponsi hortum esse Ecclesiam. — *Ad areolam aromatum.* Ad hortulum suum, in quo variis areolis distinctæ sunt plantulæ aromaticæ. — *Ut pascatur.* LXX habent, ποιμαίνειν, quæ vox etiam *pascere* significat. Hebræum etiam complectitur activum et passivum *ad pascendum*. Hortus aromatum est Ecclesia; descendit Christus ut ibi pascatur, quia quasi pabulum ei est habere in Ecclesia pascua bonarum conscientiarum, et præsepia plena bonorum operum. Ibi pascit ut pastor, pascitur ut agnus immaculatus; colligit etiam lilia bonorum desideriorum et operum fama, et liliorum odore recreatur. Vel colligere lilia, est perfectos et probatos viros de hac vita succidere, et angelis sociare.

2. *Ego dilecto meo.* Idem est quod supra, cap. 2, num. 16, dixit : *Dilectus meus mihi, et ego illi*, etc. Dum sponsa cogitat de horto adeundo, sponsum videt, et in hæc verba erumpit.

3. *Pulchra es.* Scilicet omni virtutum genere ornata. — *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Quasi dicat : Mihi soli pulchra es, et comis, et gratiosa, reliquis verenda et severa, imo mihi etiam terribilis, quia sagittis oculorum tuorum configor, vel sensus est : es terribilis ut acies militariter instructa, quæ tot difficultates ac pericula superare potueris. Ecclesia est terribilis dæmonibus, hæreticis et falsis fratribus, conversatione et disputatione, etc.

4. *Ipsi me avolare fecerunt.* Mihi quodammodo mentem eripiunt. Efficiunt ut extra me ferar. In hebræo est, ut Genebrardus interpretatur, *prævaluerunt mihi*. Quotidie Ecclesia Deo prævalet irato, cum illo precibus et lacrymis luctando, et quod vult impetrando et quasi extorquendo.

5. *Dentes tui.* Hic versiculus supra explicatus est cap. 4, num. 2.

ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, et sterilis non est in eis.

6. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis.

7. Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus.

8. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt; reginæ et concubinæ, et laudaverunt eam.

9. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

SPONSA.

10. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium, et inspicerem si floruisset vinea, et germinassent mala punica.

11. Nescivi; anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.

bis qui sont montées du lavoir, et qui portent toutes un double fruit; sans qu'il y en ait de stériles parmi elles.

6. Vos joues sont comme l'écorce d'une pomme de grenade, sans ce qui est caché au dedans de vous.

7. Il y a *dans mon palais* soixante reines et quatre-vingts femmes du second rang, avec un nombre infini de jeunes filles :

8. *Mais* une seule est ma colombe *et* ma parfaite *amie* : elle est unique à sa mère, et choisie par celle qui lui a donné la vie. Les filles l'ont vue et elles ont publié qu'elle est très-heureuse : les reines et les autres femmes lui ont donné des louanges.

9. Quelle est celle-ci, qui s'avance comme l'aurore lorsqu'elle se lève, qui est belle comme la lune et éclatante comme le soleil, et qui est terrible comme une armée rangée en bataille?

L'ÉPOUX.

10. Je suis descendu dans le jardin des noyers, pour voir les fruits des vallées, pour considérer si la vigne avait fleuri, et si les pommes de grenade avaient poussé.

11. Je n'ai plus su où j'étais; mon âme a été toute troublée dans moi, à cause des chariots d'Aminadab.

9. *Quæ est ista.* Bossuet fait ici commencer la cinquième journée. On y voit le tableau du sixième âge de l'Eglise. Ces mots : *Quelle est celle qui s'avance comme l'aurore à son lever!* nous annoncent une ère nouvelle où, après avoir longtemps lutté contre les novateurs, l'Eglise reprendra successivement et par degrés sa première beauté. Ce sera d'abord comme une aurore naissante; son éclat plus brillant que l'aurore sera comparable à l'éclat de la lune; puis acquérant encore un nouveau degré de gloire, il deviendra semblable au soleil. Elle aura néanmoins encore de rudes assauts à soutenir et de terribles épreuves à combattre. — *Son âme sera remplie de troubles à cause des chariots d'Aminadab.* C'est-à-dire, par suite de la fureur et de la violence du démon son ennemi, qui mettra tout en œuvre pour séduire, si c'était possible, les élus eux-mêmes.

11. *Propter quadrigas Aminadab.* On pense que cet Aminadab pouvait être quelque capitaine célèbre à cette époque.

---

6. *Sicut cortex.* Hoc etiam supra, eodem c. n. 3, declaratum est.

7. *Sexaginta.* Cum dicitur sexaginta et octoginta, ponitur numerus definitus pro indefinito, ut diximus etiam supra, c. 3, n. 7. Sensus esse videtur : sit magnus aliquis rex, qui multas habeat uxores reginas, et concubinas, et adolescentulas, quidquid in tam multis divisim, in mea conjuge id confertim omne reperitur : quare et te, dilecta, omnibus illis præfero, et me tali rege beatiorem duco. — *Reginæ.* Uxores ingenuæ conditionis, habitæ ut conjuges primariæ. — *Concubinæ.* Uxores legitimæ; sed secundariæ, sine ceremoniis et ritibus solemnibus nuptiarum copulatæ; servilis vel libertinæ conditionis. — *Adolescentularum.* Quæ in gynæceo asservantur, ut aliquando in conjuges assumantur.

8. *Una est columba.* Quasi dicat : Verum una est columba mea. — *Perfecta.* Id est, immaculata. — *Una est matris suæ.* Unica matris suæ. — *Electa.* Id est, summe dilecta et complacens. — *Viderunt eam.* Omnes illæ reginæ, concubinæ, puellæ. — *Laudaverunt eam.* Magna laus, cum mulieres ægre adducantur ut aliis, præsertim thori rivalibus, formam concedant per reginas, concubinas et adolescentulas, tres militantis Ecclesiæ ordines designantur, perfecti, proficientes et incipientes. Una dicitur sponsa, quia Ecclesia una est vinculo charitatis, licet plures sint peculiares fidelium congregationes. Dicitur etiam una, id est, unica, singularis, præcipua. Non esset autem unica et dilecta, nisi sic unica foret.

9. *Quæ est ista.* Verba sunt chori sodalium sponsi et sponsæ. — *Quasi aurora.* Ecclesia fuit quasi aurora ante legem scriptam, quasi luna sub lege ipsa Mosis, ut sol sub Evangelii luce. — *Terribilis.* Vide dicta supra, n. 3.

10. *Descendi.* Id est, descenderam. Sunt verba sponsi. Videtur afferre causam sui discessus, cum scilicet abiit post pulsatas sponsæ fores. — *Poma convallium.* Hebræa significant convallem torrente irriguam. Fructus vero in convallibus uberius proveniunt ob humoris majorem copiam in locis depressioribus. Poma ponuntur pro quovis genere fructus. Synagoga jure optimo vocatur hortus nucum; ut enim nucis arbor difficulter crescit, et ejus fructus, qui manus fœdat, verberibus decutitur; ita synagogæ sera fuerunt incrementa, nec fore ab illa Deus quidquam impetrabat nisi verberibus suppliciorum; fructus etiam illius, id est, opera imperfecta et sordida fæce peccatorum et frequentis idololatriæ, etc. Venit ergo in hortum sponsus, ut videat num in Dei Sabaoth vinea, recepto Evangelii nuntio, botrus aliquis fidei et obedientiæ reperiatur; num sinceræ charitatis et martyrii specimen efflorescat.

11. *Nescivi.* Versiculus est difficilis, in quo omnes divinant. Videntur esse verba sponsæ hoc sensu : Nescivi te ad hortum nucum descendisse; si hoc scivissem, magna cura fuissem libera, tibi enim timui ne in quadrigas Aminadab incideres, a quo male tractareris. Aminadab significat *populi ducem*, et multi sunt qui existimant non esse hic Aminadab nomen proprium, sed appellativum. Potuit ergo timere sponsa ne sponsus incideret in populi ducem

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

12. Revenez, revenez, ô Sulamite! revenez, revenez, afin que nous vous considérions.

FILIÆ JERUSALEM.

12. Revertere, revertere, Sulamitis : revertere, revertere, ut intueamur te.

CHAPITRE VII.

Les filles de Jérusalem font l'éloge de l'Epouse. Son amour pour l'Epoux.

L'EPOUSE.

1. Que verrez-vous dans la Sulamite, sinon des chœurs *de musique dans* un camp d'armée.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

O fille du prince! que vous avez de grâce à marcher avec cette chaussure! Les jointures de vos cuisses sont comme des colliers travaillés par la main d'un ouvrier.

2. Votre nombril est une grande coupe faite au tour, où il ne manque jamais de liqueur. Votre ventre est comme un monceau de froment tout environné de lis.

SPONSA.

1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?

FILIÆ JERUSALEM.

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Juncturæ femorum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.

2. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis.

---

12. *Revertere, Sulamitis!* D'après l'Hébreu, ce nom de Sulamite peut-être formé sur celui de Salomon : il en est le féminin, comme s'il signifiait : *Epouse de Salomon.*

CAP. VII. — 1. *Quid videbis.* La Sulamite ou l'Epouse étant l'image de l'Eglise, ce chœur de musique au milieu d'un camp est le symbole du mélange de choses agréables et terribles, de bons et de mauvais qui se trouvera toujours dans l'Eglise tant qu'elle sera ici-bas à l'état militant. — *Quam pulchri sunt gressus tui.* Dans cet éloge de l'épouse, toutes les parties du corps sont énumérées. Salomon a mis pour ce motif cette description dans la bouche des filles de Jérusalem qui étaient les suivantes de la princesse, qui l'avaient vue au bain, et qui pouvaient entrer dans ces détails sans exciter chez elle d'autre sentiment que celui de l'admiration : *Sic scriptor decoro servit*, ajoute Bossuet.

2. *Nunquam indigens poculis.* Allusion à l'usage qui existait en Orient, de se frotter le nombril de parfum et d'huile, dans l'intérêt de la santé.

---

nocte urbem obambulantem, qui sponsum in tenebris inventum, quasi mali aliquid machinantem, male mulctaret. Sic Ecclesia adhuc exigua, et chorus apostolorum, Christo timuit ea nocte, qua in hortum venit, cum incidit, vel potius occurrit Pilati satellitibus.

12. *Revertere, revertere.* Videntur verba chori mulierum quæ laudaverunt sponsam; hæ enim illius formæ delectatæ orant ut frequenter se aspiciendam præbeat, ut illius aspectu et consuetudine frui possint, et ut illius virtutes et mores imitari et laudare queant. — *Sulamitis.* Sicut a Paulo Paulam, et a Joanne Joannam deducimus : sic a Salomo, id est, Salomone deducit Sulamitis, quasi dicat, Salomonia, vel *pacifica* : quare Aquila vertit, εἰρηνεύουσαν, *pacificam*. Recte Ecclesia Sulamitis dicitur, quia est sponsa veri Salomonis Christi Domini.

CAP. VII. — 1. *Quid videbis?* Verba sponsi, vel, ut alii malunt, sponsæ respondentis chori mulierum desiderio. LXX habent, *quid videbitis*, quasi dicat : Cupitis sponsum contemplari, in ea videbitis choros castrorum, etc. — *Castrorum.* Deo militantium, quasi castra vidit Jacob Genes., 32, 2. Est Ecclesia quasi acies castrorum, quia semper ad pugnandum contra hostes instructa. — *Quam pulchri sunt gressus tui.* Voces sunt chori puellarum sponsam laudantium, quasi dicant : Quam pulchri sunt pedes tui, et quam decore elegantibus sandaliis ornati! Gressus Ecclesiæ interpretari possumus, ejus promptam celeritatem ad varias regiones pervagandas prædicationis causa. Calceamenta ex mortuis fiunt animalibus, ait Cassiodorus. In calceamentis itaque pedes sponsæ pulchri sunt, cum carne jam perdomita utitur ut solea, vel sandalio, eaque spiritui jam non est oneri, sed ornamento. Vel quando affectiones, quæ etiam pedibus significantur, constringit præceptis evangelicis et sanctorum exemplis, quibus et a luto, et a saxis, et a spinis defendatur, a luto rerum carnalium, a saxis scandalorum, a spinis tribulationum, et per hæc omnia confidenter calceata graditur. — *Filia principis.* Crediderim sensum esse : elegantibus sandaliis et vestibus ornata es, quasi filia principis. Italice diceremus : *Come una principessa, come una regina.* Ecclesia vere est filia et sponsa Christi summi principis, Regis regum, et Domini dominantium. — *Junctura femorum tuorum.* Id est, fibulæ, quibus dissectam utrinque juxta femora vestem constringis et confibulas, instar monilium sunt, quæ magno studio atque opere elaborata sunt ab artifice. Ita explicat Sanchez. Alii passim de ipsis femoribus, sive de vertebra cui femur inseritur. Genebrardus exponit de vertebris quæ femur cruri jungunt. Verius, quod probat Martinus Delrio, totus femoris ambitus intelligitur. Femora significare videntur Ecclesiæ fortitudinem. Alii aliter explicant. Junctura femorum, inquit Cassiodorus, est conjunctio duorum populorum in una fide.

2. *Umbilicus tuus.* Gemma, seu monile quod e collo suspensum ad umbilicum descendit, et partem illam decorat quæ umbilico respondet, simile videtur crateri torno elaborato, qui poculis non indiget, quia semper mundus est, ut sunt crateres qui frequenter adhibentur a convivis, ideoque etiam frequenter abluuntur. — *Nunquam indigens poculis.* Poculum non ponitur pro vase, sed pro ipsa potione, quo sensu dixit Virgilius, 1 *Georgicorum :*

Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Veteri synagogæ dixit Deus per prophetam : *Non est præcisus umbilicus tuus, et aqua non es lota*, etc. Ezech., 16, 4. De Ecclesia vero dicitur : *Umbilicus tuus sicut crater*, etc., quia postquam fides evangelica illuxit, et synagogæ primitiæ baptismo ablutæ sunt, divinique verbi cultro umbilicus spiritualiter circumcisus, populus, qui conversus est, vinum optimum salutaris doctrinæ (ut per umbilicum in matris utero fœtus assolet) inde cœpit potare, nec poculis deficit umbilicus, quia doctrina hæc est inexhausta de fonte perenni sacræ Scripturæ profluens. — *Venter tuus sicut acervus tritici.* Pars illa vestis quæ ventrem tegit, in cujus medio umbilicus est, pictura atque argumento similis mihi videtur acervo tritici, quem lilia atque alii flores vallant, quæ opere Phrygio in extima veste circumpicta sunt. Ecclesia plurimorum fidelium facta est mater; nam peperit plurimos qui singuli sunt quasi grana tritici in horreum Dominicum inferendi, quorum multitudo est cumulus in unum vinculo charitatis coacervatus, cylindro justitiæ æquatus, et pudicitiæ cæterarumque virtutum exemplis, quasi liliis vallatus.

3. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

4. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

5. Caput tuum ut Carmelus; et comæ capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus.

UNA EX FILIIS JERUSALEM.

6. Quam pulchra es et quam decora charissima, in deliciis!

7. Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris.

8. Dixi : Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus; et erunt ubera tua sicut botri vineæ; et odor oris tui sicut malorum.

3. Vos deux mamelles sont comme deux petits jumeaux de la femelle d'un chevreuil.

4. Votre cou est comme une tour d'ivoire, vos yeux sont comme les piscines d'Hésébon, situées à la porte du plus grand concours des peuples. Votre nez est comme la tour du Liban, qui regarde vers Damas.

5. Votre tête est comme le mont Carmel. Les cheveux de votre tête sont comme la pourpre du roi, liée et teinte dans les canaux.

UNE DES FILLES DE JÉRUSALEM.

6. Que vous êtes belle et pleine de grâces, ô vous qui êtes ma très-chère et les délices *de mon cœur!*

7. Votre taille est semblable à un palmier, et vos mamelles à des grappes de raisin.

8. J'ai dit : Je monterai sur le palmier, et j'en cueillerai les fruits : et vos mamelles seront *pour moi* comme des grappes de raisin, et l'odeur de votre bouche comme celle des pommes.

---

4. *Piscinæ in Hesebon.* D'après l'Hébreu : Comme les piscines qui sont à Hésébon à la porte qui est du côté de Bath-Rabbim. Hésébon est une ville au delà du Jourdain, dans la tribu de Ruben, et D. Calmet croit que Bath-Rabbim est la même que Rabbath-Ammon, capitale des Ammonites, assez voisine d'Hésébon.

---

3. *Duo ubera.* Hoc supra explicatum est, c. 4, n. 5.

4. *Sicut turris eburnea.* Hac metaphora collum laudat a candore, nitore, levore, celsitudine, rectitudine. Vide dicta c. 4, n. 4. Per collum fides Ecclesiæ commode intelligitur, quæ eboris instar candida, solida et incorrupta est. — *Sicut piscinæ in Hesebon.* Id est, oculis tuis inest splendor quidam atque serenitas ut aquis piscinarum Hesebon, quæ sunt ad portam filiæ multitudinis, quas neque limus turbat, nec ventus exagitat, ideoque claræ semper sunt et quietæ. Notum est oculi nomine puram intentionem a Christo Domino significari, Matth., 6, 22. Sunt ergo oculi claris et limpidis Hesebon piscinis similes, cum intentio nostra pura est et sincera. — *In Hesebon.* Fuit Hesebon urbs in tribu Ruben, de qua plura Adrichomius in descriptione tribus Ruben, n. 31. — *In porta filiæ multitudinis.* Idem est porta filiæ multitudinis, ac porta multorum, seu multitudinis, seu porta populo frequens. Solent enim Hebræi non infrequenter *filiorum* nomen addere ornatus duntaxat causa, ut apud Jerem., 17, 19, *porta filiorum populi* : pro *porta populi*; et *via filiæ populi*, Jerem., 4, 11, pro via quæ populo frequens est. Piscinæ hæ sunt prope portam, quæ Christus est qui se ovium ostium profitetur, Joan., 10, 7; et vere est ostium multitudinis, per quod ingredi debent quotquot regni cœlorum incolæ sunt futuri. — *Sicut turris Libani.* Quasi dicat : Nasus tuus talis mihi videtur inter capillos, seu inter ramusculos a corona pendulos, quali apparere solet turris quæ in Libano est e regione Damasci, quæ inter speciosas arbores eminet, ipsa decora, et monti etiam decus addens. Significat nasus judicii præstantiam, prudentiam, et discretionem spirituum, vimque discernendi veras virtutes a vitiis, errores a veritate, etc.

5. *Caput tuum ut Carmelus.* Est Carmelus mons Palestinæ excelsus amœnitate vinearum ac fructuum omnium copia nobilissimus. Huic simile esse dicit caput sponsæ, altius scilicet, speciosius et ornatius quam cæterarum feminarum. Caput Ecclesiæ est Christus, omni bono totus frugifer in membris suis. — *Sicut purpura regis.* Ait a capite sponsæ pendere cæsariem pulcherrimam, similem colligaturis filorum sericorum, vel laneorum, quæ destinantur paludamento regio texendo, suntque purpura recens fucatæ; postea, ne dilabantur, firmiter alligatæ in purpurariorum canalibus, ut iterum melius et penitius tingantur. Sicut Christus totus fuit charitate purpureus, sic ab eo, ut coma a capite dependentes populi, in vulnerum ejus canalibus per fidem ligno crucis alligati, duplici tinctura amoris Dei et proximi penitus imbuuntur.

6. *Charissima in deliciis.* Hebr. habet, *amor in deliciis*, quasi dicat : Mea voluptas, meus amor, meæ deliciæ. Christi deliciæ sunt esse cum filiis hominum.

7. *Statura tua.* Habitus et proceritas totius corporis assimilatur palmæ. Palmæ similis est Ecclesia, quia in inferioribus asperitatem laborum et passionum sustinet pro Christo; in superioribus vero, hoc est, in cœlestibus, pulchritudinem et suavitatem expectat præmiorum. — *Ubera tua botris.* Tradit Abraham Ezræ filius moris fuisse in Palæstina ut palmis vites adjungerentur, ita fiebat ut ex earum ramis dependerent botri, quibus similia esse ait sponsæ ubera. Possunt per ubera intelligi duo testamenta. Ut botri simul famem et sitim sedant, cibum et potum præstantes; sic duo testamenta abunde suppeditant pabulum et potionem animarum.

8. *Ascendam in palmam.* Sunt verba puellarum Sionitarum; sed singulæ de se singulariter loquuntur, et persistant in comparatione palmæ et botrorum, quasi dicat una quælibet : Cupivi tibi adhærere et cooptari in tuum album. Utinam in te ascendam, ut in palmam! utinam

9. Votre gorge est comme un vin excellent, digne d'être bu par mon bien-aimé, et longtemps goûté entre ses lèvres et ses dents.	9. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum.
L'ÉPOUSE.	SPONSA.
10. Je suis à mon bien-aimé, son cœur se tourne vers moi.	10. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus.
11. Venez donc mon bien-aimé : sortons dans les champs, demeurons dans les villages.	11. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.
12. Levons-nous dès le matin pour aller aux vignes; voyons si la vigne a fleuri, si les fleurs produisent des fruits, si les pommes de grenade sont en fleur. Là je vous offrirai mes mamelles.	12. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica; ibi dabo tibi ubera mea.
13. Les mandragores y ont répandu leur odeur. Nous y avons à nos portes toutes sortes de fruits. Je vous ai gardé, ô mon bien-aimé! les nouveaux et les anciens.	13. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma; nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

CHAPITRE VIII.

Entretiens familiers de l'Epoux et de l'Epouse.

L'ÉPOUSE.	SPONSA.
1. Qui vous donnera à moi, ô mon frère, suçant les mamelles de ma mère; que je vous trouve dehors, afin que je vous donne un baiser, et qu'à l'avenir personne ne me méprise.	1. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat?

11. *Veni, dilecte mi.* Ici commence, d'après Bossuet, la sixième journée. Dès le matin, l'Epoux et l'Epouse sortent ensemble pour aller à la campagne. Ils vont dans la maison de la mère de l'Epoux où ils doivent passer la sixième nuit.

13. *Mandragoræ dederunt odorem.* La mandragore porte des pommes assez belles et d'une odeur agréable. D. Calmet pense que le terme hébreu pourrait s'entendre des citrons ou des oranges.

---

apprehendam ramos tuos ad carpendos fructus quibus abundas! utinam ubera tua exsugam tanquam vitis racemos qui famem simul et sitim depellunt! utinam fruar suavi odore oris tui, ut me firmem et recreem! quasi dicat : Me ale et pota tuis uberibus, id est, utroque testamento ab Ecclesia subministrato secundum suam intelligentiam. Præterea me exhilara et recrea tuo ore, id est, tuo spiritu.

9. *Guttur tuum sicut vinum optimum.* Similis sponsæ laus a sponso tribuitur supra, c. 4, 11 : *Favus distillans labia tua, sponsa*, quibus metaphoris sponsæ oratio et eloquium laudatur; quasi dicat : Cantica, hymni, psalmi, preces, doctrina et prædicatio tua generosa est, et efficax, et digna Deo. — *Dilecto meo.* Ecclesiæ particulares etiam Christum dilectum suum appellant, quia etiam ipsæ eum diligunt, et ab eo diliguntur, cum etiam propter ipsas mortuus sit. — *Ad potandum.* Quod hic dicitur, *dignum dilecto meo ad potandum*, in hebræo est, *vadens ad dilectum meum ad rectitudines.* Id est, quod recta vultum ferit, suamque præstantiam et vim in cyatho ostendit. — *Labiisque et dentibus illius ad ruminandum.* Hebræa aliter habent; sed Vulgatus exprimere videtur id quod aliqui faciunt cum vinum generosum et suave hauriunt; nam illius haustulum ore versant et regustant, quasi linguam, palatum et dentes illo abluentes, ut simul et suavitate vini delectentur, et illius odore confortentur. Sane Dominus toties ab Ecclesia repetitis laudibus et canticis delectatur, et ea quasi regustat, semperque illis delectatur.

10. *Ego dilecto meo.* Sunt verba sponsæ illis similia quæ habemus cap. 2, n. 16, aut eadem : *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Sententia est : ego tota sponsi sum, quemadmodum ille me solam amat et desiderat. — *Conversio ejus.* Vox hebræa תשוקתו *thesuquatho*, cum Pagnino verti potest, *desiderium ejus.*

11. *Egrediamur in agrum.* Significat sponsa velle se per orbem nomen et fidem sponsi propagare, et spirituales ei filios gignere.

12. *Mane surgamus.* Ostendit sollicitam sedulitatem suam in studio proximos juvandi, ac præsertim recens conversos, quos florentis vineæ et florentium malorum punicorum nomine designat. — *Dabo tibi ubera mea.* Dat Ecclesia Christo ubera cum filios, quos in Christo genuit, lacte doctrinæ salutaris pascit.

13. *Mandragoræ dederunt odorem.* Olim mandragoras nuptæ studiose quærebant, vel quia philtri vim habere credebantur, vel quia juvant conceptum. Vide Genes. 30, 14. Itaque hic mandragoræ cum aliis fructibus a sponsa colligendis numerantur. Fortasse mandragoræ eos fideles significant, qui apti sunt ad lucrandas animas et filios Christo generandos; hos enim Ecclesia diligenter quærit et studiose colligit. Hi sanctitatis et doctrinæ odorem late spargunt. — *In portis nostris omnia poma.* Quasi dicat : Fructus spiritualis qui quæritur non est longe petendus; messis alba est, omnia parata sunt, et ubique lucrandarum animarum se dat occasio. — *Nova et vetera... servavi tibi.* Veteres et novos sanctos per fidem et religionem tibi adjunxit, utrumque populum, et novum et veterem tibi consecravi. Bona opera omnia quæ feci et quæ nunc facio, in honorem tuum dirigo.

CAP. VIII. — 1. *Fratrem meum.* Vox est blandientis : Vide dicta supra, c. 4, n. 9.— *Sugentem ubera.* Collactaneum meum, qui cum in mundum carne assumpta venisti, lac synagogæ meum suxisti. — *Inveniam te foris.* Hujus corporis vinculis soluta. Videtur optare foris sponsi amplexum, quasi pudore quodam ducta, si palam sponso blandiatur. — *Deosculer te.* Brachiis voluntatis et intellectus amplexans, labiis laudis et confessionis osculer te. — *Me nemo despiciat.* Facta omnibus invidenda et admirabilis, quia translata in admirabile lumen tuum.

2. Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ; ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum.	2. Je vous prendrai, et je vous mènerai dans la maison de ma mère : là vous m'instruirez; et je vous donnerai un breuvage d'un vin mêlé de parfums, et un suc nouveau de mes pommes de grenades.
3. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.	3. Sa main gauche est sous ma tête, et il m'embrasse de sa main droite.
SPONSUS.	L'ÉPOUX.
4. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.	4. Je vous conjure, ô filles de Jérusalem! de ne point faire de bruit, et de ne point réveiller celle que j'aime, jusqu'à ce qu'elle le veuille elle-même.
FILIÆ JERUSALEM.	LES FILLES DE JÉRUSALEM.
5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?	5. Qui est celle-ci qui monte du désert remplie de délices, appuyée sur son bien-aimé?
SPONSUS.	L'ÉPOUX.
Sub arbore malo suscitavi te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.	Je vous ai ressuscitée sous le pommier : c'est là que votre mère s'est corrompue; c'est là que celle qui vous a donné la vie a perdu sa pureté.
6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum; quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio; lampades ejus lampades ignis atque flammarum.	6. Mettez-moi comme un sceau sur votre cœur, comme un sceau sur votre main. Car l'amour est fort comme la mort, et le zèle de l'amour est inflexible comme l'enfer. Ses lampes sont des lampes de feu et de flammes.

CAP. VIII. — 4. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem.* Ici commence le septième jour qui répond au septième et dernier âge de l'Eglise. L'Epouse conduit son Epoux dans la maison de sa mère; c'est l'image de l'Eglise formée par la gentilité qui, sur la fin des temps, doit conduire Jésus-Christ dans la Synagogue, au milieu de la nation Juive qui est sa mère, puisque c'est de là que sont sortis les apôtres qui lui ont apporté la bonne nouvelle, l'Evangile. Les Juifs se convertiront alors, et il s'opérera aussi parmi les Gentils des conversions innombrables. Les grandes eaux qui figurent les attaques de l'ennemi seront impuissantes à empêcher ce mouvement. Cependant la persécution éclatera avec la plus grande violence. C'est pour cela que l'Epouse dit à l'Epoux : *Fuyez, ô mon bien-aimé*, retirez-vous *sur la montagne des aromates*; c'est-à-dire, retirez de ce monde vos élus, et introduisez-les avec vous dans la céleste béatitude où la charité parfaite répand l'odeur des aromates les plus excellents. C'est ainsi que les dernières paroles de ce chant mystérieux nous arrachent à ce monde pour nous transporter au sein de la Jérusalem céleste, où il n'y aura plus ni pleurs, ni gémissements, et où nous trouverons tous la félicité parfaite.

---

2. *Ducam in domum matris meæ.* Sic. c. 3, n. 4 : *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.* Vide ibi dicta. Martinus Delrio putat ductam esse similitudinem ab eo quod puellulæ facere solent, quæ cum quæsitos fratres suos foris solos offendunt, lætabundæ illos levant et in ulnas transferunt, suaviantur, et blande in domum delatos interrogant quo et quid acturi ierint, quid egerint. Infantuli, ut est ætas balbutia garrula, narrare conantur potius quam narrant; illæ verba balbutientium adulantur et osculis interrumpunt, et tandem ætatulam optatis munusculis deliniunt. Cœlestis Jerusalem est domus matris, id est, Ecclesiæ triumphantis; ibi cum Deo mutua certabimus benevolentia, et ipse qui juxta Michæam, cap. 4, n. 2, doctor noster est, mira nos docebit quæ nunc mens nostra capere non potest, sed tunc clarissimam illius faciem contemplantes facile percipiemus. — *Dabo tibi poculum.* Vina condita sunt ea quæ aromatibus miscentur aut odoribus. Delrio putat intelligi dulcem potionem qua puelluli delectantur. Ecclesia Deum remunerari quodammodo conatur dum illi offert granatorum succum, hoc est, sanguinem sanctorum martyrum.

3. *Læva ejus.* Explicatus est hic versiculus supra, c. 2, n. 6.

4. *Adjuro vos.* Sunt verba sponsi, quæ ibidem explicata sunt n. 7.

5. *Quæ est ista, quæ ascendit!* Sunt voces sodalium. Sponsa e somno excitata, majore jam animo et vulgi contemptu, nihil verita propalam sponsum amplexari, et illi inniti, Jerusalem versus tendit ex deserto. Itaque admirantes sodales sponsi, *quæ est ista*, inquiunt, *quæ ascendit*, etc. — *Deliciis affluens.* Splendide ornata. Mirantur sodales Ecclesiam ex hujus mundi deserto, ubi bonorum omnium erat penuria, ad cœlestem Jerusalem ascendere tam illustri ornatu virtutum et meritorum. Ascendit quidem, quia conatum et laborem liberi arbitrii adhibet, sed innixa super dilectum, quia subnixa ejus favore et subsidio, qui de cœlo descendit. — *Sub arbore malo.* Est vox sponsi ita respondentis, ut sodalium interrogationi satisfaciat, et eo artificio loquitur, ut laudes sponsæ non imminuendo, ipsa laudibus, licet veris, non efferatur. Sermonem ergo ad sponsam Ecclesiam dirigit, eique illam sub arbore crucis sibi adjunxisse ait, quemadmodum quondam sub arbore in paradiso Eva, illius et omnium viventium mater secundum naturam, dæmonis fraudibus decepta in peccatum lapsa fuerat.

6. *Pone me ut signaculum.* Quasi dicat : Cum tantum mihi debeas, me tanquam signum cordi tuo et brachio tuo imprime, ita ut quæ cogitas, quæ facis, mea causa facias. — *Quia fortis.* Quasi dicat : Poteris si voles hoc facere mea gratia, tibi opem ferente; nam amor omnia vincit, et omnes difficultates perrumpit, similis morti quæ omnia domat. — *Dura...*

7. Les grandes eaux n'ont pu éteindre la charité; et les fleuves n'auront pas la force de l'étouffer. Quand un homme aurait donné toutes les richesses de sa maison pour l'amour, il les mépriserait comme s'il n'avait rien donné.

L'ÉPOUSE.

8. Notre sœur est petite, et elle n'a point de mamelles. Que ferons-nous à notre sœur au jour qu'il faudra lui parler?

L'ÉPOUX.

9. Si elle est un mur, bâtissons dessus des tours d'argent : si elle est une porte, fermons-la avec des ais de bois de cèdre.

L'ÉPOUSE.

10. Pour moi, je suis un mur, et mes mamelles sont comme une tour; depuis que j'ai paru en sa présence, comme ayant trouvé la paix.

11. Le pacifique a eu une vigne dans celle qui a les peuples, il l'a donnée à des gens pour la garder, chaque homme doit rendre mille pièces d'argent, pour le fruit qu'il en retire;

12. Ma vigne est devant moi. O pacifique! vous retirez mille pièces d'argent de votre vigne, et ceux qui en gardent les fruits, en retirent deux cents!

7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam; si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

SPONSA.

8. Soror nostra parva, et ubera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

SPONSUS.

9. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

SPONSA.

10. Ego murus; et ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

11. Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos; tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu ejus mille argenteos.

12. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, et ducenti his qui custodiunt fructus ejus.

æmulatio. Zelus, qui est amoris quidam fervor, violentus et ardens est. — *Sicut infernus.* Ut ignis inferni violentissimus. — *Lampades.* Vox Hebræa proprie significat carbones ardentes et accensos, prunas. — *Ignis atque flammarum.* In Hebræo sunt tres genitivi : *Ignis flammæ Domini*, id est, ignis inflammatissimi : nam vocabulum *Domini* additur ad epitasim et exaggerationem.

7. *Aquæ multæ.* Plus quam ignis est amor; nam ne copiosa quidem aqua superinfusa extingui potest. — *Si dederit homo.* Si quis habenti hunc amorem plurimas dare velit divitias, et illum ei eripiat, repulsam patietur ab habente illum, pluris enim facit donum hoc amoris quam omnia quæ in hoc mundo magni fiunt.

8. *Soror nostra.* Sunt verba sponsæ Ecclesiæ, quæ de synagoga ad Christum convertenda loquitur, quasi dicat : Placet mihi lex amoris, de quo modo sermonem faciebas; sed sollicita sum de synagoga sorore nostra nuper conversa, quæ adhuc tenella est, nec nuptiis sponsi (qui in virtute et amore perfectas requirit) satis habilis. — *Ubera non habet.* Cum ubera cœperint eminere, tunc virgines matrimonio habiles sunt. Synagoga conversa parvula dicitur, quia multitudine modica. Dicitur ubera non habere propter paucitatem doctorum qui eam in veritate instituerent. — *In die quando alloquenda est.* Passive, ut in Hebræo. In die qua sermo fiet de ea elocanda et nuptui tradenda, cum scilicet ultimi judicii die, qua die omnia exigentur ad normam charitatis, viro tradenda erit, hoc est, Christo jungenda in superna Jerusalem

9. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* Sunt verba sponsi ad superiorem deliberationem respondentis, quasi dicat : Non deero sororculæ, supplebo, quæ deesse dicis; ea tamen lege, si firma et constans est in amore, quasi murus contra procorum insidias, contra procacium impetus. — *Si ostium est.* Si cæteris exclusis mihi uni pateat ut fidum Dei ostium, addam insuper illi nova decora et munimenta, quibus hæc pusilla muro argenteo altior et nitidior; et ostio cedrinis asseribus contecto odoratior integriorque appareat. Dominus bene utentibus prima gratia, aliam super aliam addit, qua muniantur et ornentur.

10. *Ego murus.* Verba novæ nuptæ, synagogæ scilicet nuper conversæ. Sensus est prorsus statui facere quod jubes; nam sentio jam liberalitate tua meam obedientiam præveniri; tuis enim muneribus jam factum est ut videar mihi (neque fallor) murus quidam propugnaculis argenteis nitens, et gemino ubere tu turribus paribus vallata. — *Ex quo facta sum.* Id est, ex quo pacem reperi coram sponso; gratia enim illius sum id quod sum.

11. *Vinea fuit pacifico.* Sunt verba sponsæ, id est, Ecclesiæ. Salomon vineam habuit; nam vox *Pacifico* est nomen proprium, cujus latinam significationem, ut in sequenti, posuit interpres. — *In ea, quæ habet populos.* In hebræo, ut etiam apud LXX, est, *in Baalhamon*, cujus vocis interpres significationem reddidit. — *Tradidit eam custodibus.* Agricolis custodiendam et colendam elocavit. — *Vir.* Id est, quilibet ex agricolis; nam vox hebraica איש isc, idem est Hebræis ac *vir* vel *quilibet*, *unusquisque*, *etc.* — *Affert pro fructu.* Salomoni vineæ domino. — *Mille argenteos.* Siclos.

12. *Vinea mea coram me est.* Quasi dicat : Salomon vineam suam elocabat, ego autem vineam meam, quæ nec soli bonitate, nec fructu illi cedit, propria cura excolam. — *Mille tui pacifici.* Vox *tui* est genitivi. Mille argentei tui sunt, o Salomon. — *Et ducenti.* Ipsi vero agricolæ coloni ducentos lucrantur sibi ultra illos mille quos pendunt. Habuit olim Salomon, id est Dominus, vineam, id est synagogam, ex qua fructus non contemnendos percipiebat; sed fructus, inquit Ecclesia, uberiores ex vinea mea percipientur; nam vineam illam coloni curabunt, id est, sacerdotes, prophetæ, reges : at hanc vineam Ecclesiæ ipsemet ejus Dominus sponsus homo factus excoluit et ejus sponsa; quare proventus largior fuit.

SPONSUS.

13. Qui habitas in hortis, amici auscultant; fac me audire vocem tuam.

SPONSA.

14. Fuge, dilecte mi, et assimilare capreæ, hinnuloque cervorum super montes aromatum.

L'ÉPOUX.

13. O vous qui habitez dans les jardins, nos amis sont attentifs à vous écouter : Faites-moi entendre votre voix.

L'ÉPOUSE.

14. Fuyez, ô mon bien-aimé! et soyez semblable à un chevreuil et à un faon de cerf, sur la montagne des aromates.

---

13. *Quæ habitas in hortis.* Verba sponsi, quasi dicat : O sponsa, quæ habitas in hortis, et in iis colendis occuparis, tempus est ut digrediamur, et mutuis colloquiis finem imponamus; et quia sedulam operam ponis in excolenda vinea, et quod caput est, multum me amas, æquum est ut aliquod a *me* munus petas et auferas. Itaque postula quid velis. Ipsi sodales nostri quid petas attendunt, et te quæ desideres a me impetrare cupiunt.

14. *Fuge dilecte mi.* Vox sponsæ. Fugere hic est celeriter ire et contendere more fugientium. Explicat desiderium suum, quasi dicat : Nec ego video cur peractis quæ jussisti diutius hic moremur. Flagro desiderio te penitus fruendi. Proripe te, et me tecum rape qua celeritate capreæ et hinnuli diffugiunt. Rape me ad suavissimos montes aromatum cœlestis Jerusalem. Dum ait *fuge* significat se secuturam; finit enim vota ut inchoaverat, c. 1, n. 3, dicens : *Trahe me : post te curremus in odorem unguentorum tuorum.*

⁂

PRÉFACE SUR LE LIVRE DE LA SAGESSE.

Le *livre de la Sagesse* a été attribué, par un très-grand nombre de Pères et d'interprètes, à Salomon. Quelques anciens ont cru qu'il était l'ouvrage de Philon ; mais les commentateurs modernes s'accordent en général à croire ce livre postérieur à la captivité.

D'après le style même de l'ouvrage, il paraît constant qu'il a été écrit primitivement en grec. On n'y trouve aucun mot ni aucune locution qui révèle une traduction faite sur l'Hébreu. Le tour de la phrase est entièrement grec, les hébraïsmes y sont très-rares ou se présentent tels qu'on les trouve ordinairement dans les œuvres des Juifs hellénistes.

Ce livre, dit Bossuet, respire l'éloquence grecque, comme le remarquait saint Jérôme ; mais il est écrit avec cette subtilité philosophique que l'hellénisme avait mise à la mode dans tout l'Orient, et surtout à Alexandrie sous l'empire des Macédoniens.

Nous disons avec D. Calmet, que l'auteur de ce livre est inconnu, mais qu'il a vécu depuis les Septante, puisqu'il cite leur texte, même dans les endroits où ils s'éloignent de l'Hébreu, et que dans le temps qu'il a composé son ouvrage, l'hellénisme avait déjà envahi la Judée, puisqu'il en reflète tous les caractères. Par conséquent, on ne peut guère le faire remonter au delà des Machabées.

Les Grecs l'ont mis sous le nom de Salomon, parce que l'auteur s'est perpétuellement inspiré des livres de ce prince, et qu'il y a puisé toute la substance de son ouvrage.

C'est, d'ailleurs, au nom de Salomon qu'il parle, sans doute pour donner plus de force et d'intérêt à ses réflexions et à ses maximes.

On peut diviser ce livre en trois parties. Dans la première, qui comprend les six premiers chapitres, l'auteur y exhorte à l'amour et à la recherche de la sagesse. Il représente d'une manière très-vive les biens dont les justes seront comblés après leur mort, et les maux que souffriront alors les impies; il décrit la rage et le désespoir dans lequel ils entreront à la vue de la gloire des justes, et il fait voir le jugement qu'ils porteront dans l'éternité, des plaisirs qu'ils auront goûtés durant leur vie.

Dans la seconde, qui va du chapitre VII au chapitre X, il décrit l'origine de la sagesse ; il dit qu'elle est la vapeur de la vertu de Dieu, l'effusion toute pure de la clarté du Tout-Puissant, l'éclat de la lumière éternelle, le miroir sans tache de la majesté de Dieu et l'image de sa bonté. Il emploie dans ce chapitre plusieurs expressions semblables pour représenter la grandeur, l'excellence et la beauté de la sagesse, et pour montrer qu'elle doit être préférée à tout ce qu'il y a de plus grand et de plus précieux sur la terre.

Dans la troisième partie, l'auteur rapporte les effets que la sagesse a produits dans le monde : il montre de quelle manière elle a conduit les patriarches depuis Adam jusqu'à Moïse. Il décrit les plaies de l'Egypte. Il en marque plusieurs circonstances qui ne sont point dans l'Exode, et il fait admirer la sagesse de Dieu dans la dispensation de sa miséricorde et de sa justice, et dans la juste proportion qu'il a mise entre les péchés des ennemis de son peuple et la punition de ces mêmes fautes.

Ce livre, ayant été composé après la mort d'Esdras et de Néhémias, n'a pu être inséré dans le canon des Juifs. Il fait donc partie des livres de l'Ancien Testament appelés *deutéro-canoniques*. Les protestants l'ont rejeté, mais sa divinité et sa canonicité sont incontestables.

Les écrivains du Nouveau Testament l'ont souvent cité comme un livre inspiré. C'est ce que l'on voit dans saint Matthieu (XIII, 4, XXVII, 43), et dans saint Paul (Rom., I, 20, XI, 34 ; Ephes., VI, 13, 16, 17 ; Hebr., I, 3).

Tous les anciens Pères de l'Eglise, grecs ou latins, se sont appuyés sur son autorité. Nous citerons en particulier saint Clément de Rome, saint Justin, Clément d'Alexandrie, Origène, saint Cyprien, Eusèbe, saint Hilaire, saint Epiphane, saint Basile, saint Ambroise, saint Jérôme et saint Augustin.

Les conciles et les Papes l'ont compris dans le canon des saintes Écritures. Tels sont : le concile de Sardique tenu en 347 ; le troisième concile de Carthage, en 397 ; la lettre du pape Innocent I^{er} à Exupère, évêque de Toulouse (405) ; le Synode romain sous le pape Gélase, en 474 ; le XI^{e} concile de Tolède, en 675, et le concile de Constantinople *in Trullo*, en 692.

Le concile de Trente, en le mettant au nombre de nos livres saints, n'a donc fait que proclamer une tradition qui remonte jusqu'aux premiers siècles de l'Eglise, et qui s'appuie sur le consentement unanime des Pères de l'Orient et de l'Occident.

La doctrine est d'ailleurs la même que celle de Salomon. Pour l'auteur de ce livre comme pour l'auteur du *livre des Proverbes*, la Sagesse éternelle a été engendrée de Dieu avant les temps, et il trouve des images saisissantes pour exprimer sa consubstantialité avec le Père qui l'engendre. C'est par elle que tout a été fait. C'est elle qui s'est manifestée aux patriarches et aux justes de l'ancienne loi, et c'est elle qui les a perpétuellement inspirés. C'est par elle que le genre humain doit être racheté, et le serpent d'airain a été l'image du salut qu'elle doit apporter au monde.

Elle dispose tout dans le monde physique et le monde moral avec poids et mesure. Les miracles qu'elle opère en faveur du peuple qu'elle s'est choisi ne troublent pas l'ordre et l'harmonie du monde matériel, et dans l'ordre moral sa présence constante au sein de l'humanité explique tous les événements qui se sont passés dans le monde ancien avant son incarnation.

Aucun livre n'éclaire de reflets plus vifs la philosophie de l'histoire, soit en nous montrant l'origine de toutes les erreurs des hommes et spécialement de l'idolâtrie, soit en nous rendant sensible l'action providentielle de Dieu qui punit les peuples comme ils le méritent, et qui ne châtient la nation sainte que pour la rappeler à sa mission.

Nulle part dans l'Ancien Testament le dogme de l'immortalité de l'âme n'est plus fortement affirmée contre le matérialisme d'Epicure. Rien de plus gracieux et de plus frappant que ce tableau des impies qui ne songent qu'à se livrer au plaisir. La mort les surprend au milieu de leurs jouissances, et dans leur désespoir, ils se reprochent avec amertume leur folie. Cet éloquent passage a inspiré à Racine ces beaux vers :

De quelle douleur profonde
Seront un jour pénétrés
Ces insensés qui, du monde,
Seigneur, vivent enivrés;
Quand par une foi soudaine,
Détrompés d'une ombre vaine
Qui passe et ne revient plus,
Leurs yeux du fond de l'abîme,
Près de ton trône sublime
Verront briller tes élus!

Infortunés que nous sommes!
Où s'égaraient nos esprits!
Voilà, diront-ils, ces hommes
Vils objets de nos mépris;
Leur sainte et pénible vie
Nous parut une folie.
Mais aujourd'hui triomphants
Le ciel chante leur louange,
Et Dieu lui-même les range
Au nombre de ses enfants.

En méditant ce livre, les ministres de la parole sainte y trouveront les arguments les plus puissants, et les plus beaux mouvements oratoires contre les impies de tous les temps, ces éternels ennemis de l'homme et de Dieu ; de l'homme dont ils nient l'immortalité par leur abject matérialisme, et de Dieu dont ils rejettent la Providence en supposant que, s'il a créé le monde, il reste étranger à tous les événements qui s'y passent.

LA SAGESSE.

CHAPITRE PREMIER.

Aimer la justice. Le Seigneur connaît tout, et rien n'échappera à son jugement. La mort est le fruit du péché.

1. Aimez la justice, vous qui êtes les juges de la terre; ayez du Seigneur des sentiments dignes de lui, et cherchez-le avec un cœur simple?

2. Parce que ceux qui ne le tentent point le trouvent; et il se fait connaître à ceux qui ont confiance en lui;

3. Car les pensées corrompues séparent de Dieu; et lorsque les hommes veulent tenter sa puissance, elle les convainc de folie.

4. Aussi la sagesse n'entrera-t-elle point dans une âme maligne, et elle n'habitera point dans un cœur assujéti au péché;

5. Parce que l'Esprit-Saint, qui est le maître de la science, fuit le déguisement; il se retire des

1. Diligite *a* justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate et in simplicitate cordis quærite illum: [a *III. Reg.* 3. 9. *Isai.* 26. 1.]

2. *a* Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum; apparet autem eis, qui fidem habent in illum: [a *II. Par.* 15. 2.]

3. Perversæ enim cogitationes separant a Deo, probata autem virtus corripit insipientes:

4. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogita-

Cap. I. — 5. *Spiritus enim sanctus disciplinæ.* Dès le début de la Genèse, nous avons vu une indication de la pluralité des Personnes en Dieu. Dans les Psaumes, David parle du Fils que Dieu a engendré de toute éternité, et Salomon, en nous montrant l'origine éternelle de la Sagesse, nous la représente comme l'intelligence du Père, le Verbe par lequel tout a été fait. Ici l'auteur du livre de *la Sagesse* nomme l'Esprit-Saint. C'est pour lui l'Esprit de sagesse et d'intelligence: il est partout, et par là même qu'il embrasse tout, rien ne peut échapper à sa connaissance. C'est l'Esprit de Justice et de Vérité qui doit redresser toutes nos erreurs et condamner toutes nos fautes.

Cap. I. — 1. *Qui judicatis terram.* Judices terræ, rectores populorum. — *Sentite de Domino in bonitate.* Illi de Domino in bonitate non sentiunt, qui vel de ejus potentia, vel benignitate non recte sentiunt, existimantes eum non satis potentem, vel non satis benignum, etc. Itaque exigit a judicibus veram de Deo sententiam, orthodoxamque religionem. Vel sensus est: cognoscite non ipso et praxim quam sit bonus et benignus Dominus adversus oppressos ac depositos, ut pupillos, viduas, etc. — *In simplicitate cordis.* Corde sincero.

2. *Qui non tentant illum.* Tentant Deum, qui diffidentes de Dei potentia et bonitate petunt earum declarationem et ostensionem. — *Apparet autem.* Particula *autem* non est adversativa hoc loco, sed conjunctiva, quasi dicat: Et apparet, hoc est, invenitur. — *Eis, qui fidem habent in illum.* In græco est, *his qui non diffidunt illi;* sed sensus est idem.

3. *Perversæ... cogitationes.* Σκολιοὶ γὰρ λογισμοί, discursus tortuosi, perplexi, obliqui, versuti. — *Probata autem virtus corripit insipientes.* Non est hic ἀρετή id est, *virtus*, quæ opponitur vitio, sed δύναμις, *fortitudo*, *potentia*. Sensus est: potentia Dei multis experimentis comprobata, ostendit esse insipientes eos qui de illa male sentiunt. — *Corripit.* Græce est, ἐλέγχει, id est, redarguit, convincit. Italice diceremus: *Chiaramente convince la loro stoltizia.*

4. *Malevolam animam.* Græce, κακότεχνον, *malitiosam*, malum artificiose et callide machinantem. — *In corpore.* Id est, in homine; nam corpus hoc loco totum hominem significat. *Subdito peccatis.* Græce est, κατάχρεῳ ἁμαρτίας, obnoxio, debitore propter peccata. Ille enim κατάχρεως dicitur a Græcis, qui ære alieno obstrictus est. Vel ille dicitur peccatis subditus et obnoxius, qui malo habitu peccandi contracto, quasi trahitur invitus ad peccandum a prava consuetudine, ut servi, subditi et debitores ad multa quæ nollent adiguntur.

5. *Spiritus... sanctus disciplinæ.* Est ratio quare non sit ingressura sapientia in malevolam animam, quia qui sapientiæ est auctor spiritus fugit, et a se procul fugat fraudes et prava consilia. — *Fictum.* In græco est, δόλον, *dolum;* sed noster interpres videtur legisse, δῆλον. Vel sensus est, id quod fictum est et dolosum. — *Quæ sunt sine intellectu.* Imprudentibus, prudentia destitutis, quales sunt pravæ et dolosæ. — *Corripietur a superveniente iniquitate.* Vox *corripietur* ad Spiritum sanctum refertur, et sensus videtur esse: Spiritus sanctus, superveniente iniquitate, hoc est, peccatore inique agente, qualis sit ostendetur, id est, quam abhorreat a dolis et in iniquitate, idque per inflictas sceleratis peccatorum pœnas; nam ut sequenti versiculo dicitur, *non liberabit maledicum a labiis suis.* Verbum græcum ἐλέγχομαι, corripi, confutari, redargui significat, quam significationem secutus est vulgatus; sed significat etiam *ostendi*, juxta quam acceptionem sensus est is quem exhibui. Inhærendo vulgatæ versioni, sensus erit: Spiritus sanctus *corripietur*, id est, confutabitur, et quasi victus et improperio affectus cum mœrore decedet. Quare præcipit Paulus ad Ephes., c. 4, 30: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei.*

tionibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate.

6. *a* Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledicum a labiis suis; *b* quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ ejus auditor. [a *Gal.* 5. 22. || b *Jer.* 17. 10.]

7. *a* Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. [a *Isai.* 6. 3.]

8. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium.

9. In cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

10. Quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur.

11. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam.

12. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.

13. *a* Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. [a *Ezech.* 18. 32. et 33. 11.]

14. Creavit enim, ut essent omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarum;

pensées qui sont sans intelligence; et l'iniquité survenant, le bannit de l'âme.

6. L'esprit de sagesse est plein de bonté; et il ne laissera pas impunies les lèvres du médisant, parce que Dieu sonde ses reins; il pénètre le fond de son cœur, et il entend les paroles de sa langue.

7. Car l'esprit du Seigneur remplit l'univers; et comme il contient tout, il connaît aussi tout ce qui se dit.

8. C'est pourquoi celui qui prononce des paroles d'iniquité ne peut se cacher, et il n'échappera pas au jugement qui doit tout punir.

9. Car l'impie sera interrogé sur ses pensées; et ses discours iront jusqu'à Dieu, qui les entendra pour le punir de son iniquité;

10. Parce que son oreille jalouse entend tout, et le tumulte des murmures ne lui sera point caché.

11. Gardez-vous donc des murmures, qui ne peuvent servir de rien; et ne souillez point votre langue par la médisance, parce que la parole la plus secrète ne sera point impunie, et que la bouche qui ment tuera l'âme.

12. Cessez de chercher la mort avec tant d'ardeur dans les égarements de votre vie; et n'employez pas les travaux de vos mains à acquérir ce qui vous doit perdre.

13. Car Dieu n'a point fait la mort, et il ne se réjouit point de la perte des vivants.

14. Il a tout créé, afin que tout subsiste. Toutes les créatures étaient saines dans leur origine:

---

6. *Benignus est enim spiritus sapientiæ.* Id est, quia benignus est, ideo non sinet maledicos et detractores impunitos. Benignitas enim Dei non fert eos qui aliis maledicunt et detrahunt. — *Liberabit... a labiis suis.* A pœna quam labiis suis peccando meritus est, immunem esse non sinet. — *Scrutator est verus.* Qui falli non potest, cum nihil illum lateat, et corda et renes hominum videat, id est abscondita quæque. — *Linguæ ejus.* Sermones illius.

7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Deus omnia novit, quia per suam immensitatem ubique est, omnia subit atque complectitur. — *Hoc quod continet omnia.* D. August. in Speculo legit: *Hic qui continet omnia;* sed noster interpres dixit *hoc*, vocem græcam πνεῦμα, *spiritus*, respiciens, quæ est generis neutrius. — *Continet omnia.* Omnia conservat, omnia complectitur et pervadit. — *Scientiam habet vocis.* Id est, spiritus, qui est ubique, ignorare non potest quæ quis loquitur, quamvis occulte, et submissa voce loquatur, aut etiam in corde.

8. *Corripiens judicium.* Ἐλέγχουσα ἡ δίκη. Vindicta redarguens, et impunitum peccatum non permittens. Itaque *judicium*, hic est casus nominativi, et *corripiens* est illius epithetum.

9. *In cogitationibus... impii interrogatio erit.* Cogitationes impii vocabuntur ad examen. In græco enim est, ἐξέτασις, id est, *inquisitio*, *examinatio*. — *Auditio.* Fama. — *Ad correptionem.* Ut corripiantur iniquitates illius.

10. *Auris zeli.* Auris zelatrix justitiæ. — *Tumultus murmurationum.* Θροῦς γογγυσμῶν, sonus sibilus, murmur detractionis.

11. *Quæ nihil prodest.* Est miosis; minus enim dicitur quam significatur: quæ multum noxia est. — *In vacuum non ibit.* Non evadet divinam ultionem. — *Mentitur.* Mendacio pernicioso. — *Occidit animam.* Per peccatum mortale.

12. *Nolite zelare mortem.* Id est, vobis asciscere, ut solent qui aliquid valde amant; quasi dicat: Nolite sectari ea quæ mortem afferunt. — *In errore vitæ vestræ.* Errando circa vitæ corporalis conservandæ rationes, per aliena damna grassando; errando ex inconsideratione mortis et judicii; huc illuc corpore errando, ei quibus ingeras verba detractionis quærendo. — *Acquiratis perditionem.* Μηδὲ ἐπισπᾶσθε ὄλεθρον, id est, *neque attrahatis perniciem*. Idem est quod dixerat, *nolite zelare mortem.*

13. *Deus mortem non fecit.* Deus enim voluisset omnes vivere; sed mors per peccatum, ut illius pœna, ingressa est orbem terræ.

14. *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum.* Καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, *et salutares sunt generationes mundi.* Id est quæcumque in mundo creata sunt, sunt salutaria. — *Medicamentum exterminii.* Græce, φάρμακον ὀλέθρου, *venenum perditionis;* nam in statu innocentiæ homini venenata animalia non nocuissent. — *Nec inferorum regnum in terra.* Græce est, οὐδὲ ᾅδου βασίλειον ἐπὶ γῆς, *neque orci*, aut *inferni regia est super terram;* scilicet a Deo facta; nam per hominis peccatum mors regnum suum in mundo statuit.

il n'y avait en elles rien de contagieux ni de mortel; et le règne des enfers n'était point alors sur la terre.

15. Car la justice est stable et immortelle;

16. Mais les méchants ont appelé la mort à eux par leurs œuvres et par leurs paroles; et la croyant amie, ils en ont été consumés; ils ont fait alliance avec elle, parce qu'ils étaient dignes d'une telle société.

et non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra.

15. Justitia enim perpetua est, et immortalis.

16. Impii autem manibus et verbis accersierunt illam : et æstimantes illam amicam, defluxerunt, et sponsiones posuerunt ad illam; quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

CHAPITRE II.

Raisonnement des impies qui ne croient pas à l'immortalité de l'âme.

1. Ils ont dit dans l'égarement de leurs pensées : Le temps de notre vie est court et fâcheux; l'homme, après la mort, n'a plus rien de bien à attendre, et l'on ne sait personne qui soit revenu des enfers.

2. Parce que nous sommes nés de rien, après la mort nous serons aussi comme si nous n'avions jamais été. La respiration est dans nos narines comme une fumée, et l'âme est comme une étincelle de feu qui remue notre cœur.

3. Lorsqu'elle sera éteinte, notre corps sera *réduit* en cendre; l'esprit se dissipera comme un air subtil; notre vie disparaîtra comme une nuée qui passe; elle s'évanouira comme un brouillard qui est poussé en bas par les rayons du soleil, et qui tombe étant appesanti par sa chaleur.

1. Dixerunt enim cogitantes apud se non recte : *a* Exiguum, et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis : [*a* *Job.* 7. 1. et 14. 1.]

2. Quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus : quoniam fumus flatus est in naribus nostris; et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum;

3. Qua extincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer, et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata;

16. *Impii... accersierunt illam.* Ceux qui me haïssent, avait déjà dit la Sagesse par la bouche de Salomon, aiment la mort (Prov., VIII, 36). Isaïe dit aussi dans le même sens : Nous avons fait un pacte avec la mort (XXVIII, 15). Et plus loin : Votre alliance avec la mort sera détruite, et votre pacte avec l'enfer ne subsistera pas (18). Saint Jacques dit aussi : Quand le péché est consommé, il engendre la mort (Jac., I, 15).

Cap. II. — 1. *Dixerunt enim cogitantes apud se.* Dans les siècles qui ont précédé l'avénement de Jésus-Christ, la secte d'Epicure devint dominante en Grèce et dans le monde romain. Avec l'hellénisme, cette doctrine fit invasion dans la Judée, et y forma la secte des Sadducéens. L'auteur du livre *de la Sagesse* expose ici les réflexions que faisaient ces insensés qui croyaient que la vie de l'homme se borne aux quelques années qu'il passe ici-bas, et que pour lui il n'y a rien à attendre au delà du tombeau.

---

15. *Justitia enim perpetua est et immortalis.* Id est, si homo justitiam originalem conservasset, immortalis fuisset.

16. *Manibus et verbis.* Omni conatu. — *Æstimantes illam amicam.* Hoc est quod prius dictum est, quosdam zelare mortem, eamque attrahere. — *Defluxerunt.* Græce, ἐτάκησαν, contabuerunt, quasi dicat : Mortem quæsierunt et invenerunt. — *Sponsiones.* Συνθήκην, pactum, fœdus constituerunt cum illa; sic Is. 28. 15 : *Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum.* — *Digni sunt.* Morte. — *Qui sint ex parte illius.* Id est, digni sunt esse partis illius : digni sunt mortis.

Cap. II. — 1. *Exiguum, et cum tædio.* Breve et molestum vitæ spatium. — *Refrigerium.* Ἴασις, curatio, medela; quasi dicat : Nullum invenitur medicamentum quo mors imminens averti possit. Dicitur vulgari versiculo :

Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

— *Non est qui agnitus sit.* Significat eorum errorem qui animam mortalem putant.

2. *Ex nihilo.* Αὐτοσχεδίως, ultro, temere, fortuito casu, sine Dei providentia. — *Quoniam fumus.* Ex græco sic vertere possimus : *Quoniam flatus*, vel *spiratio in naribus nostris est fumus, et sermo est scintilla in motu cordis nostri, qua extincta, cinis evadet corpus.* — *Fumus flatus est in naribus nostris.* Hac ratione probatur nos nihil futuros, quia fumus est, aut fumo similis respiratio nostra, quæ simul fit et simul deficit; quasi dicat : Ut flatus e naribus exit et evanescit in auras, sic anima, cum corpus deserit, in nihilum solvitur. — *Et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum.* In græco est καὶ ὁ λόγος σπινθὴρ; sed Budæus in Pandectas putat legendum, καὶ ὀλίγος σπινθὴρ, *et exigua scintilla*, quæ lectio planum et clarum sensum exhibet. In Vulgata nostra editione *sermo*, phrasi hebraica, accipitur pro *re*, et sententia est : et est vita nostra res quædam scintillæ similis. — *Ad commovendum cor nostrum.* Ad illud animandum, et motum vitalem illi tribuendum.

3. *A calore illius aggravata.* Cum scilicet rarefacta vi caloris, atque a circumstante frigore magis penetrata crassescit, reditque in suam aqueam naturam, et decidit.

4. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus; et nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5. *a* Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri; quoniam consignata est, et nemo revertitur. [*a* *I. Par.* 26. 15.]

6. *a* Venite ergo, et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tanquam in juventute celeriter. [*a* *Isai.* 22. 13. et 56. 12. *I. Cor.* 15. 32.]

7. Vino pretioso et unguentis nos impleamus; et non prætereat nos flos temporis.

8. Coronemus nos rosis, antequam marcescant : nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.

9. Nemo nostrum exsors sit luxuriæ nostræ : ubique relinquamus signa lætitiæ; quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors.

10. Opprimamus pauperem justum, et non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis.

11. Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ : quod enim infirmum est, inutile invenitur.

12. Circumveniamus ergo justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

4. Notre nom s'oubliera avec le temps, sans qu'il reste aucun souvenir de nos actions parmi les hommes.

5. Car le temps de notre vie n'est qu'une ombre qui passe, et après la mort il n'y a plus de retour; le sceau est posé, et nul n'en revient.

6. Venez donc et jouissons des biens présents, hâtons-nous d'user des créatures pendant que nous sommes jeunes.

7. Enivrons-nous des vins les plus excellents, parfumons-nous d'huile de senteur, et ne laissons point passer la fleur de la saison.

8. Couronnons-nous de roses avant qu'elles se flétrissent; qu'il n'y ait point de pré où notre intempérance ne se signale.

9. Que nul ne se dispense de prendre part à notre débauche; laissons partout des marques de réjouissance, parce que c'est là notre sort et notre partage.

10. Opprimons le juste dans sa pauvreté; n'épargnons point la veuve, et n'ayons aucun respect pour la vieillesse et les cheveux blancs.

11. Que notre force soit la loi de la justice, car ce qui est faible n'est bon à rien.

12. Faisons tomber le juste dans nos piéges, parce qu'il nous incommode, qu'il est contraire à notre manière de vie, qu'il nous reproche les violements de la loi, et qu'il nous déshonore en décriant les fautes de notre conduite.

10. *Opprimamus pauperem.* Quand l'homme est convaincu qu'il n'a rien à craindre de la justice de Dieu, il ne respecte plus les droits de personne. Il évite seulement de tomber sous les coups de la loi civile, mais il s'entend avec ceux qui pensent comme lui pour dépouiller le faible, n'ayant d'autre souci que d'éviter les tribunaux et les peines qu'ils pourraient lui infliger. Dans le tableau du juste persécuté, il y a tant de traits qui conviennent au Christ persécuté par les Juifs, que les Pères ont vu dans ce tableau une prophétie de la passion du Sauveur (Cf. Matth., XXVII, 40 et suiv.).

---

4. *Oblivionem accipiet per tempus.* Id est, longitudo temporis nominis nostri oblivionem inducet.

5. *Umbræ... transitus.* Tempus vitæ nostræ transit velut umbra, quæ nullum sui vestigium aut memoriam post se relinquit. — *Non est reversio finis nostri.* Non est retrogressio finis nostri, hoc est, finis noster non retrograditur, sed fixus manet et immutabilis. — *Consignata est.* Κατεσφραγίσθη, sigillo impresso consignatus, ut mutari nequeat. Videretur dicendum *consignatus*, ut concordet cum *finis*, qui est generis masculini; sed interpres respexit vocem græcam, τελευτὴ, quæ est feminina. Sic supra, c. 1, n. 7 : *Et hoc quod continet, etc.*, pro *hic qui continet*, ut ibi notavimus. Vel certe *consignata*, junxit cum *reversio*.

6. *Bonis quæ sunt.* Existentibus et præsentibus bonis. — *Creatura.* Rebus creatis. — *Tanquam in juventute.* Id est, more juvenum; vel dum sumus juvenes. Vel cum creatura adhuc est in juventute et floret, et viget, neque recreare potest. — *Celeriter.* Græce est, σπουδαίως, studiose, alacriter, suaviter.

7. *Vino pretioso et unguentis nos impleamus.* Perfundamus nos odoratis unguentis; largiter potemus pretiosum vinum. — *Flos temporis.* Græce, ἄνθος ἀέρος *flos aeris*, tempus serenum, sudum, temperatum, quale est vernum.

8. *Luxuria nostra.* Græce, ἡμετέρας ἀγερωχίας, nullum pratum expers sit insolentiæ nostræ et petulantiæ. Tales sunt multi juvenes. Talem se fuisse luget D. Augustinus in Confessionibus, lib. 2, c. 4 et sequentibus, ubi de pirorum furto et petulanti illius ætatis levitate.

9. *Hæc est pars nostra.* Quasi dicat : Quia tantum voluptatis habebimus, quantum in hac vita captare noverimus; nam nulla post mortem superest voluptas.

11. *Sit... fortitudo nostra.* Pro justo ducamus quidquid facere possumus. — *Quod... infirmum est, inutile invenitur.* Qui pauperes sunt, aut alioqui viribus et potentia destituti illi sibi et aliis sunt inutiles.

12. *Circumveniamus... justum.* Ἐνεδρεύσωμεν, insidiemur. Hæc Christo conveniunt, cui insidiati sunt scribæ et pharisæi. — *Inutilis.* Δύσχρηστος, inutilis, difficilis, incommodus, intractabilis, qui adduci non potest ut ad ea quæ volumus condescendat et conniveat. — *Diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.* Ἐπιφημίζει ἡμῖν, celebrat, evulgat longe lateque quæ nos contra legem peccamus sacrasque ceremonias.

13. Il assure qu'il a la science de Dieu, et il s'appelle le fils de Dieu.	13. a Promittit se scientiam Dei habere, et filium Dei se nominat. [a *Matth.* 27. 43.]
14. Il est devenu le censeur de nos pensées mêmes.	14. a Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. [a *Joan.* 7. 7.]
15. Sa seule vue nous est insupportable, parce que sa vie n'est point semblable à celle des autres, et qu'il suit une conduite bien différente.	15. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis, vita illius, et immutatæ sunt viæ ejus.
16. Il nous considère comme des gens qui ne s'occupent qu'à des niaiseries ; il s'abstient de notre manière de vie, comme d'une chose impure ; il préfère ce que les justes attendent à la mort, et il se glorifie d'avoir Dieu pour père.	16. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur patrem se habere Deum.
17. Voyons donc si ses paroles sont véritables : éprouvons ce qui lui arrivera, et nous verrons quelle sera sa fin.	17. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi, et sciemus quæ erunt novissima illius.
18. Car s'il est véritablement fils de Dieu, *Dieu* prendra sa défense, et il le délivrera des mains de ses ennemis.	18. a Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manibus contrariorum. [a *Ps.* 21. 9.]
19. Interrogeons-le par les outrages et par les tourments, afin que nous reconnaissions quelle est sa douceur, et que nous fassions l'épreuve de sa patience.	19. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius.
20. Condamnons-le à la mort la plus infâme, car si ses paroles sont véritables, Dieu prendra soin de lui.	20. a Morte turpissima condemnemus eum ; erit enim ei respectus ex sermonibus illius. [a *Jerem.* 11. 19.]
21. Les impies ont eu ces pensées, et ils se sont égarés, parce que leur propre malice les a aveuglés.	21. Hæc cogitaverunt, et erraverunt ; excæcavit enim illos malitia eorum.
22. Ils ont ignoré les secrets de Dieu ; ils n'ont point cru qu'il y eût de récompense à espérer	22. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt justitiæ,

21. *Hæc cogitaverunt, et erraverunt.* Quand l'homme s'est perverti l'esprit au point d'en effacer toute idée de Dieu et de sa providence, la notion de la justice n'est plus pour lui qu'un mot, et il ne reconnaît plus d'autre loi que son bon plaisir. Ces hommes voluptueux, qui vivent au milieu des roses, deviennent dans l'occasion des hommes sanguinaires, et leurs passions les entraînent jusqu'à mettre à mort les justes dont les principes et les exemples sont la condamnation de leur conduite.

---

13. *Promittit.* Ἐπαγγέλλεται. Profitetur se scientiam Dei habere. — *Scientiam Dei.* Veram Dei divinarumque rerum cognitionem. Dicebat Christus : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me*, Joan. 7, 16 ; et, *omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis*, ibid. 15, 15 ; et, *nemo novit Filium, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius*, Matth. 11, 27. — *Filium Dei se nominat.* Vide Matth. 27, 43.

14. *In traductionem.* Εἰς ἔλεγχον, in redargutionem. Redarguit et traducit nos, cogitationes et consilia nostra cognoscit, doctrinam etiam et mores nostros damnat.

15. *Gravis... ad videndum.* Καὶ βλεπόμενος, *etiam visus*, ne conspectum quidem illius ferre possumus sine molestia. — *Immutatæ sunt viæ ejus.* Græce, ἐξηλλαγμέναι, id est, multo aliæ. Respondet vox italica, *differenti. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ : neque viæ vestræ, viæ meæ*, Isa. 55, 8. *Sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris.* Ibid. 55, 9.

16. *Tanquam nugaces.* Græce, ὡς κίβδηλον, tanquam res falsa, adulterina, fucata ; nam κίβδηλος proprie dicitur, cui scoria admixta, quale numisma subæratum et adulterinum ; et ad mores translatum, significat non ingenuum et sincerum. — *Præfert novissima justorum.* Μακαρίζει ἔσχατα. Id est beata esse dicit extrema justorum. — *Gloriatur patrem.* Vide supra num. 13.

17. *Tentemus quæ ventura sunt illi.* Videamus quo tandem evadant res ejus. — *Et sciemus.* Est fere ejusdem repetitio : et sciamus quem exitum habeant res ejus.

18. *Suscipiet illum.* Succurret ei. Notum est in Scriptura verbum *suscipio* idem significare ac protego, defendo ; et *susceptorem* idem esse ac defensorem.

19. *Interrogemus.* Exploremus, Ἐτάσωμεν, probemus. — *Reverentiam* Ἐπιείκειαν, mansuetudinem, æquitatem, tranquillitatem, moderationem, qua etiam læsus veretur seipsum vindicare.

20. *Morte turpissima.* Crucis. — *Erit enim ei respectus ex sermonibus illius.* Ἔσται γὰρ αὐτοῦ ἐπισκοπὴ ἐκ λόγων αὐτοῦ, id est, erit enim ejus observatio et inspectio ex verbis ejus ; hoc est, dum affligetur a nobis, considerabimus et conspiciemus ex verbis ejus qualis sit. * Vel sententia est, ut prædixit : visitabitur, respicietur et juvabitur a Deo, ut sint hæc dicta per ironiam et sarcasmum quo Judæi Christo insultarunt. Matth. 27, 43.

22. *Sacramenta Dei.* Mysteria, secreta, arcana Dei judicia et opera, * quod scilicet voluerit Deus Christum et Christi sectatores per crucem ad gloriam pervenire. — *Judicaverunt.* Secum reputarunt, expenderunt. — *Honorem...* Γέρας, præmium.

nec judicaverunt honorem animarum sanctarum.	pour les justes, et ils n'ont fait aucun état de la gloire qui est réservée aux âmes saintes.
23. a Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. [a *Gen.* 1. 27 ; 2. 7 ; 5. 1. *Eccli.* 17. 1.]	23. Car Dieu a créé l'homme immortel, il l'a fait pour être une image qui lui ressemblât.
24. a Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum ; [a *Gen.* 3. 1.]	24. Mais la mort est entrée dans le monde par l'envie du diable ;
25. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.	25. Et ceux qui se rangent de son parti deviennent ses imitateurs.

CHAPITRE III.

Opposition entre la destinée du juste et celle de l'impie.

1. Justorum autem a animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. [a *Deut.* 33. 3. *Infr.* 5. 4.]	1. Mais les âmes des justes sont dans la main de Dieu, et le tourment de la mort ne les touchera point.
2. Visi sunt oculis insipientium mori ; et æstimata est afflictio exitus illorum,	2. Ils ont paru morts aux yeux des insensés ; leur sortie du monde a passé pour un comble d'affliction,
3. Et quod a nobis est iter exterminium ; illi autem sunt in pace.	3. Et leur séparation d'avec nous pour une entière ruine : mais cependant ils sont en paix ;
4. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.	4. Et s'ils ont souffert des tourments devant les hommes, leur espérance est pleine de l'immortalité.
5. In paucis vexati, in multis bene disponentur ; quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se.	5. Leur affliction a été légère, et leur récompense sera grande, parce que Dieu les a tentés ; et il les a trouvés dignes de lui.
6. Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum.	6. Il les a éprouvés comme l'or dans la fournaise ; il les a reçus comme une hostie d'holocauste, et il les regardera favorablement dans le temps.

24. *Invidia autem diaboli.* C'est ce qui a fait dire à Jésus-Christ, en parlant du démon : *Ille homicida ab initio* (Joan., XIII, 44). La Sagesse dit que les méchants l'imitent, et l'Évangile dit dans le même sens aux Juifs incrédules : *Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere* (Joan., *ibid.*). Et quand le Sage dit : *Deus mortem non fecit* (Cap. prim., 13), il est d'accord avec saint Paul, qui dit : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors* ; et plus loin : *Stipendia peccati mors* (Rom., V, 12, et VI, 23).

Cap. III. — 5. *In paucis vexati.* Quelles que soient les souffrances de l'homme ici-bas, elles ne sont rien comparativement à la grande récompense qu'il en obtiendra s'il les a acceptées avec résignation et supportées avec courage : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam... Momentaneum et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur* (Rom., VIII, 18 ; II. Cor., IV, 17). C'est la pensée qui a soutenu tous les martyrs au milieu de leurs tourments.

6. *Quasi holocausti hostiam.* Comme dans l'holocauste, dit Sacy, la victime est entièrement

---

23. *Deus creavit hominem inexterminabilem.* Ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, in incorruptione, ad incorruptionem, ut esset incorruptibilis. Hic est honor animarum sanctarum, quoniam Deus hominem condidit in initio, et corpore immortalem si voluisset, et insignitum imagine atque similitudine Dei in animo. — *Ad imaginem similitudinis.* Vide dicta Genes. 1, num. 26.

24. *Invidia... diaboli.* Quia diabolus hominis felicitati invidens, eum induxit ad peccandum, ex peccato autem secuta mors est.

25. *Imitantur... illum.* Græce est, πειράζουσι δὲ αὐτὸν, id est, θάνατον, *mortem.* Experiuntur autem mortem, quam diabolus invexit, hi qui sunt partis illius, nempe diaboli, qui illius tentationibus acquiescunt, et illum ducem sequuntur ; contra quam justis accidit, de quibus dicitur statim initio capitis sequentis : *Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis*, etc. Latinæ editionis sententia clara est diaboli imitatores esse eos qui ejus partes sequuntur, et sub ejus vexillo militant.

Cap. III. — 1. *Mortis.* Æternæ.

2. *Exitus.* Ex hac vita.

3. *Quod a nobis est iter.* Iter quod ingrediuntur, cum a nobis, qui in hac vita sumus, discedunt. — *Exterminium.* Σύντριμμα, *contritio.* Ducta est translatio a vasis testaceis, quæ semel comminuta, nulla ratione refici possunt. — *In pace.* Quæ exsuperat omnem sensum, et quam mundus dare non potest, ubi in idipsum requiescunt.

4. *Et si coram hominibus.* Id est, etenim quanquam apud homines tormenta passi sunt. — *Spes illorum.* Id quod sperabant. — *Immortalitate plena est.* Quia plene et in perpetuum illud possidebunt.

5. *In paucis vexati.* Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis, etc., et quidquid hic patimur, parum est comparatione cœlestis gloriæ. — *In multis bene disponentur.* Multis bonis cumulabuntur. — *Tentavit.* Probavit.

6. *Quasi holocausti hostiam accepit illos.* Gratum Deo fuit tormentorum et passionum sacri-

7. Les justes brilleront, ils étincelleront comme des feux qui courent au travers des roseaux.

8. Ils jugeront les nations, et ils domineront les peuples ; et le Seigneur *régnera* éternellement.

9. Ceux qui mettent leur confiance en lui, auront l'intelligence de la vérité, et ceux qui, étant fidèles dans son amour, demeureront attachés à lui, parce que le don *de* la paix est pour ses élus.

10. Mais les méchants seront punis selon leurs pensées ; car ils ont négligé la justice, et ils se sont retirés d'avec le Seigneur.

11. Parce que celui qui rejette la sagesse et l'instruction est malheureux : l'espérance de ces personnes est vaine, leurs travaux sont sans fruit, et leurs œuvres sont inutiles.

12. Leurs femmes sont insensées, et leurs enfants sont pleins de malice.

13. Leur postérité est maudite. Ainsi, heureuse *est* celle qui est stérile, mais qui n'a rien qui la souille, et qui a conservé sa couche pure et sans tache ; elle recevra la récompense lorsque Dieu regardera les âmes saintes.

14. *Heureux* aussi est l'eunuque dont la main n'a point commis l'iniquité, qui n'a point eu de pensées criminelles contraires *à Dieu* ; parce que sa fidélité recevra un don précieux, et une très-grande récompense au temple de Dieu.

7. a Fulgebunt justi, et tanquam scintillæ in arundineto discurrent. [a *Matth.* 13. 43.]

8. a Judicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum. [a *I. Cor.* 6. 2.]

9. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem ; et fideles in dilectione acquiescent illi ; quoniam donum et pax est electis ejus.

10. Impii autem secundum quæ cogitaverunt, correptionem habebunt ; qui neglexerunt justum, et a Domino recesserunt.

11. Sapientiam enim, et disciplinam qui abjicit, infelix est ; et vacua est spes illorum, et labore sine fructu, et inutilia opera eorum.

12. Mulieres eorum insensatæ sunt, et nequissimi filii eorum.

13. Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis ; et incoinquinata, quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum ;

14. c Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima ; dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in templo Dei acceptissima. [a *Isai.* 56. 3.]

consumée par les flammes en l'honneur de Dieu ; ainsi l'affliction, et particulièrement le martyre, est le sacrifice et l'hommage le plus parfait que la créature puisse rendre au Créateur. Et les méchants ne doivent pas s'enorgueillir de ce qu'ils ont le pouvoir d'affliger les saints, puisque Dieu ne le leur donne que pour en faire des instruments qui servent à purifier ceux qu'ils affligent.

13. *Quoniam felix est sterilis.* Chez les Juifs, on regardait la stérilité comme un opprobre. La doctrine du Sage est tout à fait conforme à celle de l'Evangile. Il appelle heureuses les femmes stériles, qui se conservent pures et sans tache. Etant saintes et pures, non-seulement du corps, mais de l'esprit, elles se rendent dignes d'être les épouses non d'un homme, mais de Dieu même. Et il ajoute, que si les hommes ignorent le prix d'un état si pur, Dieu, néanmoins en sera la récompense, lorsqu'il distribuera les couronnes aux âmes saintes (Sacy).

---

cium, quod sancti martyres et justi ab impiis vexati illi obtulerunt, quasi esset gratissimi odoris holocaustum. — *In tempore erit respectus illorum.* Suo tempore ratio illorum habebitur. * In græco est, ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσιν, *in tempore visitationis suæ fulgebunt* ; hoc est quod dicitur Matth., 13, 43 : *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.*

7. *Tanquam scintillæ.* Id est, cum splendore, agilitate et velocitate. — *In arundineto.* Græce est ἐν καλάμῃ, *in stipula*, quæ scilicet igne flagrat. * Ignis in stipula, vel in fœno, ut Zachar., 12, 6, dictum et adagiale.

8. *Judicabunt nationes.* Nam, ut habemus Matth., 19, 28 : *Sedebunt judicantes duodecim tribus Israel.* — *Dominabuntur populis.* Eos judicando. Vel erunt tanquam reges et principes qui late populis dominantur. — *Regnabit Dominus illorum.* Et ipsi Domino conregnabunt.

9. *Intelligent veritatem.* Qui toti Deo subnixi, suas in eum spes collocant, veritatem ab eo docentur. — *Acquiescent illi.* Προσμενοῦσιν αὐτῷ, *adhærebunt illi.* — *Donum et pax.* In græco est, χάρις καὶ ἔλεος, *gratia et misericordia.*

10. *Secundum quæ cogitaverunt.* Ut merentur eorum cogitata. — *Correptionem habebunt.* Punientur. — *Neglexerunt justum.* Id quod justum est, justitiam.

12. *Mulieres eorum insensatæ.* Uxores eorum erunt insipientes, et fatuæ et adulteræ, quod magnum est Domini flagellum.

13. *Maledicta creatura eorum.* Γένεσις, generatio, progenies eorum. — *Felix est sterilis, et incoinquinata.* Præstat esse sterilem, labe tamen peccati non coinquinatam, quam filios parere ex adulterio. Hoc ideo dicitur, quia olim apud Hebræos probro erat sterilitas. — *Nescivit thorum in delicto.* Fidem viro datam non fefellit, nec thorum maritalem violavit. — *In respectione animarum sanctarum.* Græce, ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν, *in visitatione animarum*, cum scilicet singulorum merita visitabuntur.

14. *Spado.* Qui filios generare non potest, et qui lege Deuteron., 23, 1, excludebatur a templo. — *Per manus suas.* Operibus. — *Adversus Deum.* Contra Dei legem, quæ luxuriæ operibus violatur. — *Dabitur… illi fidei donum electum.* Dabitur illi, propter servatam fideliter legem, eximium præmium. — *Et sors in templo Dei.* A cœlestis enim Jerusalem templo non excludetur. * Erit columna in templo Dei, ut dicitur Apocal., 3, 12.

15. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, et quæ non concidat radix sapientiæ.

16. Filii autem adulterorum in inconsummatione erunt, et ab iniquo thoro semen exterminabitur.

17. Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, et sine honore erit novissima senectus illorum.

18. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.

19. Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

15. Car le fruit des justes travaux est plein de gloire, et la racine de la sagesse ne sèche jamais.

16. Mais les enfants des adultères n'auront point une vie heureuse, et la race de la couche criminelle sera exterminée.

17. Quand même ils vivraient longtemps, ils seront considérés comme des gens de rien, et leur vieillesse la plus avancée sera sans honneur.

18. S'ils meurent plus tôt, ils seront sans espérance ; et au jour où tout sera connu, ils n'auront personne qui les console.

19. Car la race injuste aura une fin funeste.

CHAPITRE IV.

De la chasteté et de l'adultère. De la mort du juste et du méchant.

1. O quam pulchra est casta generatio cum claritate ; immortalis est enim memoria illius ; quoniam et apud Deum nota est, et apud homines.

2. Cum præsens est, imitantur illam ; et desiderant eam cum se eduxerit, et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, et spuria vitulamina

1. Mais ô combien est belle la race chaste, lorsqu'elle est jointe avec l'éclat *de la vertu !* sa mémoire est immortelle, et elle est en honneur devant Dieu et devant les hommes.

2. On l'imite lorsqu'elle est présente, et on la regrette lorsqu'elle s'est retirée : elle triomphe, et *elle* est couronnée pour jamais comme victorieuse, après avoir remporté le prix dans les combats pour la chasteté.

3. Mais la race des méchants, quelque multipliée qu'elle soit, ne réussira point ; les rejetons

16. *Filii autem adulterorum.* Le Sage parle ainsi des enfants des adultères, parce que la plupart du temps, ils imitent les mauvais exemples de leurs parents, qu'ils ont sous les yeux dès l'âge le plus tendre. Nés du crime, élevés dans le crime, ils vivent comme leurs pères, et sont ordinairement très-vicieux.

CAP. IV. — 1. *O quam pulchra est casta generatio.* On ne peut trop remarquer cet éloge de la chasteté, qui semble contraster avec l'opinion des Juifs, qui regardaient la stérilité comme un déshonneur. C'est l'aube de la doctrine de l'Evangile qui devait porter si haut le mérite des vierges et des veuves.

---

15. *Et quæ non concidat.* Et sapientia, quæ est bonorum operum radix, est ejusmodi, ut non cadat, sed firma sit et stabilis.

16. *In inconsummatione erunt.* Erunt imperfecti et immaturi, quia peribunt ante tempus, et antequam fructum ullum edant. — *Semen.* Filii ab iniquo thoro profecti et geniti.

17. *Et si quidem longæ vitæ.* Et ut sint longæ vitæ. Vel quod si contingat esse longæ vitæ. — *In nihilum computabuntur.* Nihil fient.

18. *Non habebunt spem.* Apud Deum, cum sint scelesti, et parentibus suis scelestis similes. — *Nec in die agnitionis allocutionem.* Græce, οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον, id est, *neque in die agnitionis, discretionis, vel judicii, consolationem.* — *Allocutionem.* Ita vertit noster, quasi diceret, locutionem ad cor gratam.

19. *Nationis.* Græce, γενεᾶς, *generationis.* — *Diræ sunt consummationes.* Habent exitus infelices.

CAP. IV. — 1. *Quam pulchra est casta generatio !* Præclarius est ad elegantiam decoris, et firmius ad nominis immortalitatem, filios procreare nolle, ob studium virtutis, quam illos suscipere. In græco est, κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, id est, *melior carentia filiorum cum virtute.* Fit autem comparatio cum præcedentibus, ubi de filiis adulterorum dictum est, de sterili et spadone. — *Apud Deum nota est.* Quia in Deum non cadit oblivio, et quia castitatem probat ; illud enim Dominus dicitur nosse, quod illi placet, et ignorare, quod illi displicet, ut Psal. 1, 6 : *Novit Dominus viam justorum* ; et Matth., 25, 12 : *Nescio vos.* — *Et apud homines.* Etiam conjugatos, etiam impudicos, qui facere non possunt quin castos admirentur et laudent.

2. *Cum præsens est, imitantur.* Sic apud homines nota est casta generatio, ut præsentem mirentur et imitari conentur aliqui. — *Cum se eduxerit.* Absens sui relinquit desiderium. — *Incoinquinatorum certaminum præmium vincens.* Percipiens et reportans de incontaminato certamine triumphum et præmium. Vel, ut explicat Vatablus, incontaminata præmia certamine victrix assecuta.

3. *Multigena autem impiorum multitudo.* Multitudo filiorum quos impii suscipiunt, non erit utilis, nec prosperum successum habebit. — *Spuria vitulamina.* Adulterinæ plantationes. In græco, pro *vitulamina*, est μοσχεύματα, quæ vox teneras plantas, stolones, sive malleolos significat. Noster interpres vocabulum novum videtur adinvenisse, et ad vocem μόσχος, quæ vitulum significat, respexisse. — *Non dabunt radices altas.* Non agent altas nec firmas radices.

bâtards ne jetteront point de profondes racines, et leur tige ne s'affermira point.

4. Que si, avec le temps, ils poussent quelques branches en haut, comme ils ne sont point fermes, ils seront ébranlés par les vents, et la violence de la tempête les arrachera jusqu'à la racine.

5. Leurs branches seront brisées avant que d'avoir pris leur accroissement : leurs fruits seront inutiles et âpres au goût, et l'on n'en pourra faire aucun usage.

6. Car les enfants nés d'une couche illégitime, lorsque l'on s'informe de ce qu'ils sont, deviennent des témoins qui déposent contre le crime de leur père et de leur mère.

7. Mais quand le juste mourrait d'une mort précipitée, il se trouverait dans le repos.

8. Car ce qui rend la vieillesse vénérable n'est pas la longueur de la vie, ni le nombre des années :

9. Mais la prudence de l'homme lui tient lieu de cheveux blancs, et la vie sans tache est une heureuse vieillesse.

10. Comme le juste a plu à Dieu, il en a été aimé; et Dieu l'a transféré d'entre les pécheurs parmi lesquels il vivait.

11. Il l'a enlevé de peur que son esprit ne fût corrompu par la malice, et que les apparences trompeuses ne séduisissent son âme.

12. Car l'ensorcellement des niaiseries obscurcit le bien, et les passions volages de la concupiscence renversent l'esprit même éloigné du mal.

non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

4. *a* Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita, a vento commovebuntur, et a nimietate ventorum eradicabuntur. [*a Jerem.* 17. 6. *Matth.* 7. 27.]

5. Confringentur enim rami inconsummati, et fructus illorum inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti.

6. Ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ adversus parentes in interrogatione sua.

7. Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

8. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata;

9. Cani autem sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata.

10. *a* Placens Deo factus est dilectus et vivens inter peccatores translatus est; [*a Hebr.* 11. 5.]

11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.

12. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia.

5. *Confringentur enim rami.* On peut donner à ces paroles, dit Sacy, un sens spirituel. Lorsque l'âme conçoit un dessein dont le dehors a rapport à Dieu, mais qu'elle ne forme en effet que pour se satisfaire elle-même, quoiqu'elle se dissimule cette intention secrète par de fausses vues qu'elle se propose, on peut dire que cette vertu, qui paraît bonne, est néanmoins un rejeton bâtard dont la tige ne s'affermira point. Que si elle pousse en haut quelques branches par l'utilité véritable ou apparente d'un bien passager, lorsque le temps de la tentation sera venu, la tempête arrachera jusqu'à la racine, cette plante que le Père céleste n'aura point plantée : les fruits qui en naîtront seront amers, parce qu'ils tiendront de la corruption de la tige. Il n'y a de vertu solide que celle qui repose sur un fondement inébranlable, sur la pureté et sur l'humilité.

---

4. *In tempore.* Ad tempus, Πρὸς καιρόν. — *Infirmiter posita.* Cum altas et firmas non habeant radices.

5. *Rami inconsummati.* Ἀτέλεστοι, qui non perveniunt ad finem, consummationem, perfectionem. Vide supra, c. 3, n. 16.

6. *Ex iniquis enim somnis.* Id est, ex iniquo concubitu. Sic infra, c. 7, n. 2, ait sapiens se genitum *ex semine hominis, et delectamento somni conveniente.* — *In interrogatione.* Id est, inquisitione, seu examine, quasi dicat : Si quis roget, sive inquirat unde sint orti.

7. *In refrigerio.* Ἐν ἀναπαύσει, *in requie.*

8. *Senectus venerabilis est.* Non enim alia de causa senes honore prosequimur, quam propter opinionem scientiæ et virtutis. — *Cani sunt sensus hominis.* Qui sapiens est, satis senex et canus est.

9. *Ætas senectutis vita immaculata.* Qui immaculatam vitam vivit, etiamsi juvenis sit, senilis ætatis decus et laudem non amittit.

10. *Placens Deo factus est dilectus.* Græce, εὐάρεστος τῷ Θεῷ γενόμενος ἠγαπήθη. Ex quo patet vocem *factus* jungendam cum *placens*, non autem cum *dilectus*, hoc sensu : factus placens Deo dilectus est. Is qui Deo placebat, dilectus est, et hoc beneficio affectus, quod cum inter peccatores viveret, translatus est. Videtur loqui de Enoch, de quo dicitur in libro Ecclesiastici, cap. 44, n. 16 : *Enoch placuit Deo, et translatus est in paradisum;* vel certe ad illius historiam respexisse, quæ habetur Genes. 5.

11. *Intellectum ejus.* Græce est, σύνεσιν, intelligentiam, sensum, *prudentiam.* D. Ambros legit *cor ejus.* * Græcum est dictum :

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος.
Quem Dei amant juvenis moritur.

Fictio. Δόλος, *dolus.*

12. *Fascinatio... nugacitatis obscurat bona.* Significatur malitiam et injustitiam specie honesti oculos mentis frequenter perstringere, ut quæ vere bona sunt, non videat, et contra bona putet quæ vere mala sunt. In græco est, βασκανία γὰρ φαυλότητος, fascinum enim levo, vile, nihili, nullius pretii. Italice diceremus : *Cose leggerissime e di pochissimo momento, di maniera c' incantano, che non conosciamo il vero bene.* — *Inconstantia concupiscentiæ.*

13. Consummatus in brevi explevit tempora multa;

14. Placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, et non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia;

15. Quoniam gratia Dei, et misericordia est in sanctos ejus, et respectus in electos illius.

16. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, et juventus celerius consummata, longam vitam injusti.

17. Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare munierit illum Dominus.

18. Videbunt et contemnent eum; illos autem Dominus irridebit.

19. Et erunt post hæc decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum : quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, et commovebit illos a fundamentis, et usque ad supremum desolabuntur; et erunt gementes, et memoria illorum peribit.

20. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

13. Ayant peu vécu, il a rempli la course d'une longue vie.

14. Car son âme était agréable à Dieu : c'est pourquoi il s'est hâté de le tirer du milieu de l'iniquité. Les peuples voient cette conduite sans la comprendre, et il ne leur vient point dans la pensée

15. Que la grâce de Dieu et sa miséricorde est sur ses saints, et que ses regards favorables sont sur ses élus.

16. Mais le juste mort condamne les méchants qui lui survivent; et sa jeunesse sitôt finie, est la condamnation de la longue vie de l'injuste.

17. Ils verront la fin du sage, et ils ne comprendront point le dessein de Dieu sur lui, et pourquoi le Seigneur l'aura mis en sûreté.

18. Ils la verront, *dis-je, cette fin du juste*, et ils le mépriseront. Aussi le Seigneur se moquera d'eux;

19. Après *ces vains plaisirs*, ils mourront sans honneur, et ils tomberont parmi les morts dans une éternelle ignominie, parce que le Seigneur les brisera; et ils tomberont devant lui confus et muets. Il les détruira jusqu'aux fondements; il les réduira dans la dernière désolation : ils seront percés de douleur, et leur mémoire périra pour jamais.

20. Ils paraîtront pleins d'effroi au souvenir de leurs offenses; et leurs iniquités se soulèveront contre eux pour les accuser.

13. *Consummatus in brevi.* Celui qui a bien vécu, c'est-à-dire, qui s'est donné tout entier à la vertu sans sacrifier jamais au vice, celui-là a vécu assez longtemps. C'est cette pensée qui a fait dire à Sénèque : *Non est vita major quæ longior,* et au poète Martial : *Dum numerat palmas credidit esse senem;* en comptant ses victoires, il s'est cru un vieillard.

Impetus concupiscentiæ quo agimur et rotamur; hoc enim significat phrasis græca ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας. — *Transvertit.* Μεταλλεύει, eruit, effodit, scrutatur, immutat et evertit, ut solent metalla, cum effodiuntur. Significatur vis concupiscentiæ quæ loco movet, quæ Deus bene collocavit et disposuit. — *Sensum sine malitia.* Νοῦν ἄκακον, animum, sive mentem expertem malitiæ, sincerum, simplicem, innocentem. Cum enim concupiscentiæ frena laxantur, hominis innocentia et simplicitas corrumpitur colluvie vitiorum.

13. *Consummatus in brevi.* Scilicet tempore. Non diu in hac vita commoratus. — *Explevit tempora multa.* Perfectionem virtutis adeptus est, spatiumque illud confecit, quod alii longo tempore decurrunt.

14. *Nec ponentes in præcordiis talia.* Nempe quæ sequuntur, quod scilicet *gratia Dei et misericordia est in sanctos ejus*, etc.

15. *Quoniam gratia Dei.* Hoc est quod vulgus hominum non intelligit, nimirum ex Dei gratia et beneficentia proficisci, ut quis ex hoc mundo mature eripiatur. — *Respectus in electos illius.* Oculis scilicet benignis respiciendo, et peculiarem rationem habendo.

16. *Condemnat.* Quia justi nomen, et gloria et diversitas morum et studiorum, fert quodammodo sententiam contra ipsos. — *Juventus celerius consummata.* Justi enim brevi tempore multum in virtute profecerunt; impii vero diuturno nihil.

17. *Finem sapientis.* Mortem viri justi. — *Quid cogitaverit de illo Deus.* Consilium et providentiam Dei. — *Munierit illum Dominus.* Quare securum illum fecerit Dominus in locum tutum educendo. Græce est, ἠσφάλισται.

18. *Contemnent eum.* Non intelligentes divinæ providentiæ consilium, putabunt infelicem eum fuisse qui tam cito extinctus sit.

19. *Erunt... decidentes sine honore.* Hæc est impiorum pœna, ut infami morte pereant. — *Disrumpet.* Ῥήξει, conteret, perdet. Ipsos inflatos et superbos Deus conteret. — *Sine voce.* Non habentes quid dicant aut conquerantur. — *Usque ad supremum.* Usque ad extremum, ἕως ἐσχάτου.

20. *Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi.* Cogitabunt, et quasi supputabunt, sibi timentes ob grandem summam peccatorum suorum. — *Traducent.* Ἐλέγξει, convincent, coarguent, palam declarabunt, et ante omnium oculos proponent. — *Ex adverso.* Non enim erit tunc opus aliena vel accusatione, vel testimonio, ut convincantur impii; conscientia erit pro mille testibus, et ipsa flagitia quasi ex adverso stantia illos redarguent.

CHAPITRE V.

Triomphe et félicité éternelle des justes. Regrets et punition des méchants.

1. Alors les justes s'élèveront avec une grande hardiesse contre ceux qui les auront accablés d'affliction, et qui leur auront ravi le fruit de leurs travaux.

2. Les méchants à cette vue seront saisis de trouble et d'une horrible frayeur ; ils seront surpris d'étonnement en voyant tout d'un coup, contre leur attente, les justes sauvés.

3. Ils diront en eux-mêmes, étant touchés de regret, et jetant des soupirs dans le serrement de leurs cœurs : Ce sont là ceux qui ont été autrefois l'objet de nos railleries, et que nous donnions pour exemple de personnes dignes de toutes sortes d'opprobres.

4. Insensés que nous étions, leur vie nous paraissait une folie, et leur mort honteuse ;

5. Cependant les voilà élevés au rang des enfants de Dieu, et leur partage est d'être avec les saints.

6. Nous nous sommes donc égarés de la voie de la vérité ; la lumière de la justice n'a point lui pour nous, et le soleil de l'intelligence ne s'est point levé sur nous.

7. Nous nous sommes lassés dans la voie de l'iniquité et de la perdition ; nous avons marché dans les chemins âpres, et nous avons ignoré la voie du Seigneur.

8. De quoi nous a servi notre orgueil ? qu'avons-nous tiré de la vaine ostentation de nos richesses ?

9. Toutes ces choses sont passées comme l'ombre, et comme un courrier qui court,

10. Ou comme un vaisseau qui fend les flots agités, dont on ne trouve point de trace après qu'il est passé, et qui n'imprime sur les flots nulle marque de sa route ;

11. Ou comme un oiseau qui vole au travers de l'air, sans qu'on puisse remarquer par où il

1. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.

2. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis ;

3. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes : Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii.

4. *a* Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore ; [*a* *Supr*. 3. 2.]

5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

6. Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis.

7. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.

8. Quid nobis profuit superbia ? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis ?

9. *a* Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrens, [*a* *I. Par*. 29. 15. *Supr*. 2. 5.]

10. *a* Et tanquam navis quæ pertransit fluctuantem aquam ; cujus, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus : [*a* *Prov*. 30. 19.]

11. Aut tanquam avis quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur ar-

---

Cap. V. — 1. *Tunc stabunt justi*. Il suffirait de commenter ou simplement de développer ce chapitre pour faire un discours très-éloquent sur le jugement dernier. On y trouverait les images les plus belles et les pensées les plus frappantes.

6. *Sol intelligentiæ non est ortus nobis*. Saint Paul a dit également, en parlant des impies qui restent dans l'impénitence finale : *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum* (Eph., IV, 18).

Cap. V. — 1. *Tunc*. Id est, post mortem. — *In magna constantia*. Ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ, cum multa fiducia et loquendi libertate. Opponitur enim quod superiore capite, n. 19, dictum est, *sine voce*, et *fore timidos*, etc. — *Abstulerunt labores*. Laborum mercedem, scilicet negantes se illam debere, vel fraudantes.

2. *Mirabuntur*. Ἐκστήσονται, stupebunt, extra se rapientur. — *In subitatione insperatæ salutis*. Ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας, *propter inopinatam salutem*. Quam scilicet justi consecuti sunt.

3. *Pœnitentiam agentes*. Seram nimirum et inutilem. — *In similitudinem improperii*. Εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ, *in parabolam improperii*. Sic Psal. 43, 15 : *Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis*.

6. *Sol intelligentiæ*. In græcis Vaticanis non est illud, *intelligentiæ* ; aliqui tamen codices græci habent, ἥλιος δικαιοσύνης, *sol justitiæ*.

7. *Lassati sumus*. Fatigati sumus, nam ambulavimus vias difficiles. — *Vias difficiles*. Ἐρήμους ἀβάτους, *deserta impervia*.

9. *Nuntius percurrens*. Ἀγγελία παρατρέχουσα, nuntium, vel fama prætercurrens.

11. *Argumentum*. Indicium, signum. — *Per vim itineris*. Βίᾳ ῥοίζου, *violentia stridoris*, id est, violento impetu et motu, quo strider excitatur.

gumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per vim itineris aerem ; commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius.

12. Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius ;

13. Sic et nos nati continuo desivimus esse, et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere ; in malignitate autem nostra consumpti sumus.

14. Talia dixerunt in inferno, hi qui peccaverunt :

15. *a* Quoniam spes impii tanquam lanugo est quæ a vento tollitur ; et tanquam spuma gracilis quæ a procella dispergitur ; et tanquam fumus qui a vento diffusus est ; et tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. [*a* *Ps*. 1. 4. *Prov*. 10. 28. et 11. 7.]

16. Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum.

17. Ideo accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini ; quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto suo defendet illos.

18. *a* Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. [*a* *Ps*. 17. 40. *Ephes*. 6. 13.]

19. Induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea judicium certum.

20. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem ;

21. Acuet autem duram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

22. Ibunt directe emissiones fulgurum, et tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient.

passe ; on n'entend que le bruit de ses ailes qui frappent l'air et qui le divisent avec effort ; et après qu'en les remuant il a achevé son vol, on ne trouve plus aucune trace de son passage ;

12. Ou comme une flèche lancée vers son but ; l'air qu'elle divise se rejoint aussitôt, sans qu'on reconnaisse par où elle est passée.

13. Ainsi nous ne sommes pas plus tôt nés que nous avons cessé d'être, nous n'avons pu montrer en nous aucune trace de vertu, et nous avons été consumés par notre malice.

14. Voilà ce que les pécheurs diront dans l'enfer :

15. Parce que l'espérance des méchants est comme ces petites pailles que le vent emporte ; ou comme l'écume légère qui est dispersée par la tempête ; ou comme la fumée que le vent dissipe ; ou comme le souvenir d'un hôte qui passe, et qui n'est qu'un jour en un même lieu.

16. Mais les justes vivront éternellement ; le Seigneur leur réserve leur récompense, et le Très-Haut a soin d'eux.

17. Ils recevront de la main du Seigneur un royaume admirable, et un diadème éclatant de gloire. Il les protégera de sa droite, et les défendra par la force de son bras saint.

18. Son zèle se revêtira de ses armes, et il armera ses créatures pour se venger de ses ennemis.

19. Il prendra la justice pour cuirasse, et pour casque l'intégrité de son jugement.

20. Il se couvrira de l'équité, comme d'un bouclier impénétrable.

21. Il aiguisera sa colère inflexible, comme une lance ; et tout l'univers combattra avec lui contre les insensés.

22. Les foudres iront droit à eux ; ils seront lancés des nuées, comme les flèches d'un arc bandé avec force, et ils fondront au lieu qui leur aura été marqué.

---

21. *Acuet autem duram iram in lanceam*. La colère de Dieu sera comme une lance perçante, qui pénétrera jusqu'au fond de l'âme des méchants, parce que cette terreur de la puissance irritée qu'il répandra dans leur cœur sera leur plus grand supplice. — *Et pugnabit cum illo orbis terrarum*. Toutes les créatures gémissent maintenant de ce que les méchants abusent d'elles, et de ce qu'ils les détournent en des usages contraires à la fin pour laquelle Dieu les a créées. C'est pourquoi elles se soulèveront alors contre eux. Ce n'est pas que Dieu ait besoin d'elles pour se venger de ses ennemis ; mais il leur donnera cette force pour apprendre aux méchants quelle a été leur folie de se faire des dieux de ses créatures, puisqu'elles s'armeront au contraire alors pour la querelle du Créateur, afin qu'ils soient punis par les choses mêmes dont ils auront abusé, et que les objets de leurs plaisirs deviennent les instruments de leurs supplices (Sacy).

---

12. *In locum destinatum*. Id est, in scopum.

13. *Continuo desivimus esse*. Brevissimum enim est tempus hujus vitæ. — *In malignitate... nostra*. In peccatis et malitia nostra.

16. *Cogitatio*. Φροντὶς, cura, sollicitudo de illorum bono et felicitate.

17. *Regnum decoris*. Regnum præclarum. — *Diadema speciei*. Speciosum.

18. *Armaturam*. Πανοπλίαν, universam armaturam qua totus bellator instruitur. — *Zelus illius*. In græco est in accusativo, τὸν ζῆλον αὐτοῦ, *zelum suum*, accipiet scilicet pro armatura, armabit se zelo suo. — *Armabit creaturam*. Creaturarum exercitum in aciem educet ut inimicos ulciscatur.

19. *Judicium certum*. Ἀνυπόκριτον, *non fictum*, verum, sincerum.

20. *Æquitatem*. Ὁσιότητα, *sanctitatem*.

21. *Duram iram*. Ἀπότομον ὀργὴν, duram iram, severam, inexorabilem. — *Orbis terrarum*. Omnis creatura, ut dictum est n. 18.

22. *Directe*. Græce εὔστοχοι ; ille autem dicitur εὔστοχος a Græcis qui adeo est jaculandi peritus, ut collimare possit, a scopo non aberrare. — *Exterminabuntur*. Ejicientur fulmina. — *Insilient*. Velociter ferentur fulmina.

UANL ® UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

23. La colère de Dieu, semblable à une machine qui jette des pierres, fera pleuvoir sur eux des grêles; la mer répandra contre eux sa vague irritée, et les fleuves se déborderont avec furie.

24. Un vent violent s'élèvera contre eux, et les dispersera comme un tourbillon : leur iniquité réduira toute la terre en un désert; et le trône des puissants sera renversé *en punition* de leur malice.

23. Et a petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, et flumina concurrent duriter.

24. Contra illos stabit spiritus virtutis, et tanquam turbo venti dividet illos; et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, et malignitas evertet sedes potentium.

CHAPITRE VI.

Exhortation aux rois et aux juges de la terre pour les engager à acquérir la sagesse.

1. Ainsi la sagesse est plus estimable que la force; et l'homme prudent vaut mieux que le courageux.

2. Écoutez donc, ô rois, et comprenez-le bien; recevez l'instruction, juges de la terre.

3. Prêtez l'oreille, vous qui gouvernez les peuples, et qui vous glorifiez de voir sous vous un grand nombre de nations.

4. Considérez que vous avez reçu cette puissance du Seigneur, et cette domination du Très-Haut, qui interrogera vos œuvres, et qui sondera le fond de vos pensées.

5. Parce qu'étant les ministres de son royaume, vous n'avez pas jugé équitablement, que vous n'avez point gardé la loi de la justice, et que vous n'avez point marché selon la volonté de Dieu.

6. Il se fera voir à vous d'une manière effroyable, et dans peu de temps, parce que ceux qui commandent les autres seront jugés avec une extrême rigueur;

7. Car on a plus de compassion pour les petits, et on leur pardonne plus aisément; mais les puissants seront puissamment tourmentés.

8. Dieu n'exceptera personne, et il ne respectera la grandeur de qui que ce soit; parce qu'il a fait les grands comme les petits, et qu'il a également soin de tous.

1. Melior *a* est sapientia quam vires; et vir prudens quam fortis. [a *Eccli.* 9. 18.]

2. Audite ergo reges, et intelligite, discite, judices finium terræ.

3. Præbete aures vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum;

4. *a* Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. [a *Rom.* 13. 1.]

5. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis nec custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.

6. Horrende et cito apparebit vobis; quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet.

7. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.

8. *a* Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam; quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus. [a *Deut.* 10. 17. *II. Par.* 19. 7. *Eccli.* 35. 15. *Act.* 10. 34. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Ephes.* 6. 9. *Coloss.* 3. 15. *I. Petr.* 1. 17.]

Cap. VI. — 1. *Melior est sapientia.* Ce chapitre est tout à la fois une exhortation et une instruction adressée aux rois et aux puissants de ce monde pour leur apprendre leurs devoirs, et les engager à les pratiquer. La sagesse que l'auteur sacré leur recommande est cette lumière qui éclaire tout homme venant en ce monde. C'est la lumière du Verbe de Dieu qui se manifeste d'abord en nous par la voix de la conscience et hors de nous par les lois que Jésus-Christ a établies.

4. *Interrogabit opera vestra.* Il ne consultera pas vos courtisans et vos flatteurs, mais il examinera vos œuvres, et il les jugera non pas d'après les opinions des hommes, mais selon la règle inflexible de la justice.

---

23. *Petrosa.* Πετροβόλου, petras jaciente. — *Plenæ... grandines.* Copiosæ grandines. — *Excandescet.* Indignabitur, quasi irata in illos insurget. — *Concurrent.* Inundabunt, obruent impios.

24. *Spiritus virtutis.* Ventus validus. — *Dividet illos.* Ἐκλικμήσει, *eventilabit.* — *Ad eremum perducet.* Desolabit. — *Malignitas.* Κακοπραγία, *mala opera.*

Cap. VI. — 2. *Finium terræ.* Qui late dominamini, et imperii fines amplos habetis.

3. *Qui continetis multitudines.* Οἱ κρατοῦντες πλήθους, qui regitis multitudinem, vel qui dominamini multitudini. — *In turbis nationum.* Quod multas nationes subjectas habeatis.

4. *Interrogabit.* Examinabit.

6. *Apparebit vobis.* Ἐπιστήσεται, instabit, ingruet, imminebit, adveniet, super vos stabit, superveniet. Italice dicimus, *sopra stare*, de eo quod brevi erit. — *Durissimum.* Ἀπότομον, severum, exactum, et a judice inexorabili.

7. *Exiguo.* Pauperi, vulgari, plebeio.

8. *Subtrahet personam.* Accipiet, respiciet personam. — *Æqualiter cura est illi.* Ὁμοίως τε προνοεῖ, similiter curam gerit, prospicit, providentiam habet.

9. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

10. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et non excidatis.

11. Qui autem custodierint justa juste, justificabuntur; et qui didicerint ista, invenient quid respondeant.

12. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam.

13. Clara est, et quæ nunquam marcescit sapientia, et facile videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quærunt illam.

14. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.

15. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit : assidentem enim illam foribus suis inveniet.

16. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus : et qui vigilaverit propter illam, cito securus erit.

17. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, et in viis ostendit se illis hilariter, et in omni providentia occurrit illis.

18. Initium enim illius, verissima est disciplinæ concupiscentia.

19. Cura ergo disciplinæ dilectio est; et dilectio custodia legum illius est; custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est :

20. Incorruptio autem facit esse proximum Deo.

21. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.

22. Si ergo delectamini sedibus et sceptris, o reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis :

9. Mais les plus grands sont menacés des plus grands supplices.

10. C'est donc à vous, ô rois, que j'adresse ces discours, afin que vous appreniez la sagesse, et que vous vous gardiez d'en déchoir.

11. Car ceux qui auront fait injustement les actions de justice seront traités comme justes; et ceux qui auront appris ce que j'enseigne y trouveront de quoi se défendre.

12. Ayez donc un désir ardent pour mes paroles; aimez-les, et vous y trouverez votre instruction.

13. La sagesse est pleine de lumière, et sa beauté ne se flétrit point : ceux qui l'aiment la découvrent aisément, et ceux qui la cherchent la trouvent.

14. Elle prévient ceux qui la désirent, et elle se montre à eux la première.

15. Celui qui veille dès le matin pour la posséder n'aura pas de peine, parce qu'il la trouvera assise à sa porte.

16. Ainsi occuper sa pensée de la sagesse, c'est la parfaite prudence; et celui qui veillera pour l'acquérir sera bientôt en repos.

17. Car elle tourne elle-même de tous côtés, pour chercher ceux qui sont dignes d'elle. Elle se montre à eux agréablement dans ses voies, et elle va au devant d'eux avec tout le soin de sa providence.

18. Le commencement donc de la sagesse est le désir sincère de l'instruction;

19. Le désir de l'instruction est l'amour; l'amour est l'observation de ses lois. L'attention à observer ses lois est l'affermissement de la parfaite pureté.

20. Et cette parfaite pureté approche l'homme de Dieu.

21. C'est ainsi que le désir de la sagesse conduit au royaume éternel.

22. Si donc vous avez de la complaisance pour les trônes et les sceptres, ô rois des peuples, aimez la sagesse, afin que vous régniez éternellement.

---

22. *Ut in perpetuum regnetis.* Le seul moyen pour les rois de perpétuer leur pouvoir, c'est de vivre honorablement et de bien régner. Le verset suivant n'est pas dans le Grec, mais en

---

9. *Cruciatio.* Ἔρευνα, *scrutatio.* Sed hæc se multo comitantur; nam scrutationem sequitur cruciatus sontium.

10. *Non excidatis.* Μὴ παραπέσητε, ne offendatis, sive offendiculum patiamini corruendo, et in peccatum incidatis.

11. *Justa juste.* Non est satis bonum facere, sed necesse etiam est bene facere. — *Justificabuntur.* Justi pronuntiabuntur. — *Qui respondeant.* In die judicii, et quo modo se defendant.

12. *Habebitis disciplinam.* Παιδευθήσεσθε, erudiemini.

13. *Marcescit.* Perit, interit, corrumpitur.

16. *Sensus est consummatus.* Φρονήσεως τελειότης, *prudentiæ perfectio.* — *Qui vigilaverit propter illam, cito.* Qui sedulo studuerit et quæsierit. — *Securus erit.* Ἀμέριμνος, sine cura; nam sapientia demit sollicitudines, et inanes curas expellit.

17. *In omni providentia occurrit illis.* Id est, summo studio. Vel sensus est, textui græco convenientior, sapientiam in omni consilio nostro nobis occurrere, ut nobis adsit et nos juvet. * Ultro se offert. Vide Prov., c. 9.

18. *Verissima.* Adjectivum ἀληθεστάτη, id est *verissima*, sic positum est Græcis, ut possit vel referri ad substantivum præcedens ἀρχή, vel ad sequens ἐπιθυμία. Si ad præcedens referatur, sensus erit : initium sapientiæ verissimum est disciplinæ concupiscentia.

19. *Cura... disciplinæ, dilectio est.* Est gradatio. Sensus est : ex concupiscentia disciplinæ, de qua proxime dictum est, oritur cura, seu diligentia et sollicitudo eam adipiscendi; ex hac autem sequitur dilectio sapientiæ et Dei; nam qui sciendo ut oportet proficit, crescit etiam in amore, amor autem efficit custodiam legis divinæ. *Si diligitis me, mandata mea servate.* Joan., 14, 15. — *Custoditio... legum.* Προσοχὴ δὲ νόμων, accurata et attenta diligentia et cura leges servandi. — *Consummatio incorruptionis.* Βεβαίωσις ἀφθαρσίας, constitutio, firmamentum immortalitatis, vel integritatis vitæ.

23. Aimez la lumière de la sagesse, vous tous qui commandez les peuples du monde.

24. Je représenterai maintenant ce que c'est que la sagesse, et quelle a été son origine. Je ne vous cacherai point les secrets de Dieu : mais je remonterai jusqu'au commencement de sa naissance ; je la produirai au jour et je la ferai connaître, et je ne cacherai point la vérité.

25. Je n'imiterai point celui qui est desséché d'envie, parce que l'envieux n'aura point de part à la sagesse.

26. Or la multitude des sages est le salut du monde ; et un roi prudent est le soutien de son peuple.

27. Recevez donc l'instruction par mes paroles, et elle vous sera avantageuse.

23. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis :

24. Quid est autem sapientia, et quemadmodum facta sit referam : et non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non præteribo veritatem :

25. Neque cum invidia tabescente iter habebo : quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

26. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum : et rex sapiens stabilimentum populi est.

27. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, et proderit vobis.

CHAPITRE VII.

De l'égalité des mortels. Éloge de la sagesse.

1. Car je suis moi-même un homme mortel, semblable à tous les autres, sorti de la race de celui qui le premier fut formé de terre : mon corps a pris sa figure dans le ventre de ma mère.

2. Pendant dix mois, et j'ai été formé d'un sang épaissi et de la substance de l'homme, dans le repos du sommeil.

3. Étant né, j'ai respiré l'air commun à tous, je suis tombé dans la même terre, et je me suis fait entendre d'abord en pleurant comme tous les autres.

4. J'ai été enveloppé de langes, et élevé avec de grands soins ;

5. Car il n'y a point de roi qui soit né autrement.

1. Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius, qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum caro,

2. [a] Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, et delectamento somni conveniente. [a Job. 10. 10.]

3. Et ego natus accepi communem aerem, et in similiter factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emisi plorans.

4. In involumentis nutritus sum, et curis magnis.

5. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium.

le trouve dans tous les exemplaires Latins. L'Écriture dit d'ailleurs, dans une foule d'endroits, que les chefs des peuples doivent aimer et rechercher la lumière d'en-haut, et quand Dieu veut les perdre, il leur retire ce bienfait : *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros.*

Cap. VII. — 1. *Sum quidem et ego mortalis.* L'auteur se met ici à la place de Salomon, et le fait parler. C'est ce qui a fait supposer à beaucoup d'interprètes que Salomon était lui-même l'auteur de ce livre.

2. *Decem mensium.* Il parle à la façon des Hébreux, qui comptaient le jour ou le mois commencé. D'ailleurs, beaucoup d'auteurs Latins s'expriment de même. Ainsi dans Pollion Virgile : *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Dans l'*Amphytrion*, Plaute dit : *Decimo post mense nascitur puer.*

---

24. *Quemadmodum facta sit.* Πῶς ἐγένετο, *quomodo orta.* — *Sacramenta.* Mysteria, arcana. — *Ab initio nativitatis.* Quasi dicat : Primam originem illius aperiam. Alii putant de nativitate, seu conceptione sui ipsius verba facere sapientem, de qua disserit capite sequenti.

25. *Neque cum invidia tabescente iter habebo.* Id est, non invidebo auditoribus meis sapientiam meam. Hoc est quod capite sequenti repetit, cum ait : *Quam sine fictione didici, et sine invidia communico*, n. 13. — *Non erit particeps sapientiæ.* Ut enim signum scientiæ est posse docere : qui enim charitate præditus est, aliis etiam prodesse studet.

26. *Sanitas est orbis terrarum.* Nam, ut habemus Proverb. 11, 14 : *Ubi non est gubernator, populus corruet : salus autem ubi multa consilia.*

27. *Disciplinam.* Eruditionem, doctrinam.

Cap. VII. — 1. *Sum quidem et ego.* Conciliata capite superiori attentione, auditoribus aggreditur sub sua, vel Salomonis persona, vim proprietatesque sapientiæ celebrare.

2. *Delectamento somni.* Somni nomine concubitus significatur. Sic frequenter in Scriptura *dormire cum aliqua* est cum illa concumbere. Vide supra, c. 4, n. 6. — *Conveniente.* Συνελθούσης, id est, concurrente, accedente.

3. *Similiter factam.* Similem, ὁμοιοπαθῆ, id est, similiter affectam, vel similibus passionibus obnoxiam, ut significet se iisdem miseriis cum aliis hominibus fuisse obnoxium, frigoris, caloris, etc. — *Decidi terram.* Meo pondere in terram cum nascerer ferebar, licet, ut Job loquitur, c. 3, n. 12, sim *exceptus genibus*, obstetricis nimirum, quæ ideo obstetrix dicitur, *quod obsistat ne fœtus in terram defluat*, ut ait D. Ambros., ep. 61, ad Syagrim.

4. *Involumentis.* Fasciis.

6. [a] Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, et similis exitus. [a *Job.* 1. 21. *I. Tim.* 6. 7.]

7. Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus : et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ :

8. Et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius :

9. [a] Nec comparavi illi lapidem pretiosum : quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. [a *Job.* 28. 15. *Prov.* 8. 11.]

10. Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam : quoniam inextinguibile est lumen illius.

11. [a] Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. [a *III. Reg.* 3. 13. *Matth.* 6. 33.]

12. Et lætatus sum in omnibus ; quoniam antecedebat me ista sapientia, et ignorabam quoniam horum omnium mater est.

13. Quoniam sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo.

14. Infinitus enim thesaurus est hominibus quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.

15. Mihi autem dedit Deus dicere ex

6. Il n'y a pour tous qu'une manière d'entrer dans la vie, et qu'une manière d'en sortir.

7. C'est pourquoi étant né, j'ai désiré l'intelligence, et elle m'a été donnée. J'ai invoqué *le Seigneur*, et l'esprit de sagesse est venu en moi.

8. Je l'ai préférée aux royaumes et aux trônes ; et j'ai cru que les richesses n'étaient rien au prix de la sagesse.

9. Je n'ai point fait entrer en comparaison avec elle les pierres précieuses, parce que tout l'or, au prix d'elle, n'est qu'un peu de sable, et que l'argent devant elle sera considéré comme de la boue.

10. Je l'ai plus aimée que la santé et que la beauté ; j'ai résolu de la prendre pour ma lumière, parce que sa clarté ne peut être jamais éteinte.

11. Tous les biens me sont venus avec elle, et j'ai reçu de ses mains des richesses innombrables.

12. Je me suis réjoui dans toutes ces choses, parce que cette sagesse marchait devant moi : et je ne savais pas qu'elle était la mère de tous ces biens.

13. Je l'ai apprise sans déguisement, j'en fais part aux autres, sans envie, et je ne cache point les richesses qu'elle renferme.

14. Car elle est un trésor infini pour les hommes, et *ceux* qui en ont usé sont devenus les amis de Dieu, et se sont rendus recommandables par les dons d'une science profonde.

15. Car Dieu m'a fait la grâce de parler avec

9. *Nec comparavi illi lapidem pretiosum.* L'auteur se souvient ici de ce qu'a dit de la Sagesse, Salomon, au livre des *Proverbes*. L'imitation est évidente, ainsi que dans tout le reste du chapitre.

14. *Infinitus enim thesaurus est.* Le trésor de Dieu est infini, ses richesses sont inépuisables. C'est pourquoi on les doit communiquer aux autres sans envie, puisque plus on les répand sur eux, plus on en jouit, et qu'elles ne diminuent point par la multitude de ceux qui les possèdent (D. Calmet).

---

7. *Propter hoc optavi.* Propter hoc scilicet, quia commune omnibus est initium nativitatis, et quia vidi me natum in ignorantia sicut reliquos homines ; vel propter hoc, scilicet ut vitam in quam ingressus eram, recte traducerem. — *Sensus.* Prudentia, intelligentia. — *Invocavi.* Precatus sum, oravi Deum. — *Spiritus sapientiæ.* Quæ hoc capite et sequentibus dicuntur de sapientia, explicanda sunt de sapientia ut abstrahit a creata et increata ; quædam enim increatæ conveniunt, quædam vero creatæ. Vide dicta Proverb., c. 8, n. 2.

8. *Nihil esse duxi.* Comparatione sapientiæ.

10. *Salutem et speciem.* Sanitatem et pulchritudinem. — * *Proposui pro luce habere illam.* Vatablus vertit, *præoptavi et præelegi eam luci*, scilicet corporeæ solis vel oculorum. — * *Inextinguibile est lumen illius.* Græce, *ejus splendor supprimi non potest.* Nulla vi ab illud habente eripi potest.

11. *Innumerabilis honestas.* Ἀναρίθμητος πλοῦτος, *innumerabiles divitiæ.* Aliquoties hoc libro *honestas* ponitur pro divitiis, et *honestare* pro divitem facere. — *Per manus illius.* Ἐν χερσὶν αὐτῆς, *in manibus ejus*, id est, in potestate illius, vel pendentes ab illa et ex ea sequentes.

12. *Quoniam antecedebat me ista sapientia.* Αὐτῶν ἡγεῖται σοφία, his præit, seu horum dux, fons et caput est sapientia, quæ me ad acquisitionem omnis generis bonorum deducit. — *Et ignorabam.* Significat sibi præter opinionem divitias obvenisse ; nam studio sapientiæ intentus, de illis parandis sollicitus non erat.

13. *Sine fictione didici.* Sine dolo, sincere, non frustra, sed in eum finem quem sapientia ipsa requirit. — *Sine invidia.* Liberaliter et effuse. Vide supra, c. 6, n. 25. — *Honestatem.* Πλοῦτον, *divitias.*

14. *Participes... amicitiæ.* Ἐστείλαντο φιλίαν, quod bene vertere possis, *cum Deo amicitiam strinxerunt.* — *Propter disciplinæ dona commendati.* Sapientia et disciplina Dei amicitiam conciliante.

15. *Dicere ex sententia.* Ut animo destinaveram et volueram, quod sapientia eloquentia ornata consequitur. — *Præsumere.* Ἐνθυμηθῆναι, cogitare, animo præcipere, sive præconcipere. — *Digna horum quæ mihi dantur.* Quæ deceant regem sapientem ; quæ meo statui conveniant. — *Emendator.* Διορθωτής, corrector, emendator. Deus enim dirigit et corrigit sapientes cum errant, vel ne errent.

un grand sens, et d'avoir des pensées dignes des dons que j'ai reçus, parce qu'il est lui-même le guide de la sagesse, et que c'est lui qui redresse les sages.

16. Nous sommes dans sa main nous et nos discours, avec toute la sagesse, la science d'agir, et le règlement de la vie.

17. C'est lui-même qui m'a donné la vraie connaissance de ce qui est, qui m'a fait savoir la disposition du monde, les vertus des éléments,

18. Le commencement, la fin et le milieu des temps, les changements que causent l'éloignement et le retour du soleil, la vicissitude des saisons,

19. Les révolutions des années, les dispositions des étoiles,

20. La nature des animaux, les instincts des bêtes, la force des vents, les pensées des hommes, la variété des plantes et les vertus des racines.

21. J'ai appris tout ce qui était caché et qui n'avait point encore été découvert; parce que la sagesse même, qui a tout créé, me l'a enseigné :

22. Car il y a dans elle un esprit d'intelligence qui est saint, unique, multiplié, subtil, disert, agile, sans tache, clair, doux, ami du bien, pénétrant, que rien ne peut empêcher d'agir, bienfaisant.

23. Amateur des hommes, bon, stable, infaillible, calme, qui peut tout, qui voit tout, qui

sententia, et præsumere digna horum quæ mihi dantur quoniam ipse sapientiæ dux est, et sapientium emendator;

16. In manu enim illius, et nos, et sermones nostri, et omnis sapientia; et operum scientia et disciplina.

17. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt scientiam verum : ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum,

18. Initium, et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes et commutationes temporum,

19. Anni cursus, et stellarum dispositiones,

20. Naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum.

21. Et quæcumque sunt absconsa et improvisa, didici : omnium enim artifex docuit me sapientia.

22. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens,

23. Humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem,

---

16. *Operum scientia.* Ἐργατειῶν ἐπιστήμη, *opificiorum scientia*, ratio et disciplina.

17. *Horum, quæ sunt.* Quæ existunt, scilicet in mundo. — *Dispositionem orbis terrarum.* Σύστασιν, compositionem, constitutionem ex variis partibus suis, ordinem et collocationem inter se. — *Virtutes elementorum.* Ἐνέργειαν, vim, efficaciam, vim operatricem.

18. *Temporum.* Annorum, mensium, variarumque anni tempestatum, veris, æstatis, etc., quorum initium, finem, medium se novisse ait Salomon. — *Vicissitudinum permutationes.* Cum scilicet anni partes æstuosæ vertuntur in temperatas, et deinde in algentes.

19. *Cursus.* Circulos, κύκλους, ut est in græco.

20. *Iras bestiarum.* Furores et ferociam belluarum. — *Cogitationes hominum.* Nam quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Prov. 27, 19.

21. *Improvisa.* In græco est, ἐμφανῆ, *perspicua.* Fortasse legendum ἀφανῆ, non *apparentia*: vel certe per ἐμφανῆ intelligit ea quæ subito incidunt, et ex improviso in oculos incurrunt, quorum tamen obscuræ et ignotæ sunt causæ.

22. *Spiritus intelligentiæ.* Πνεῦμα νοερόν, *spiritus capax*, ut aliqui vertunt; vel, spiritus intelligens, et etiam intelligere faciens. — *Unicus, multiplex.* Qui cum unicus sit, multiplex tamen est propter perfectiones varias quas continet, et propter varietatem donorum quæ nobis largitur. — *Subtilis.* Quia ad medullas usque pertingit, et omnia pervadit et scrutatur, etiam *profunda Dei*, ut dicitur I. Corinth., 2, 10. — *Disertus.* Quia quos replet eloquentes facit. Vox tamen græca, τρανόν, clarum, perspicuum, apertum significat, quæ etiam disertæ orationis virtutes sunt. — *Mobilis.* Εὐκίνητον, *facile mobilis; nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia*, ut ait S. Ambrosius in c. 1 Lucæ. — *Incoinquinatus.* Sicut lumen sordes non contrahit, ita nec Spiritus sanctus sordium capax est. — *Certus.* Σαφές, dilucidus, planus, perspicuus, apertus, clarus in iis quæ proponit, ita ut non dissimulet, aut decipiat. — *Suavis.* In græco tamen est ἀπήμαντον, *inviolabilis*, vel innocuus; utrumque enim vox græca significat, et eum cui noceri non potest, et eum qui alteri non nocet. — *Acutus.* Ὀξύ, quæ vox idem significare potest quod [illegible], sive ταχύ, *velox*, quod ubique præsto sit, et invocatus statim accurrat. — *Quem nihil vetat.* Quominus agat ubique, et omnibus benefaciat. — *Benefaciens.* Εὐεργετικόν, *beneficus*, propensus scilicet ad benefaciendum.

23. *Stabilis.* Facit enim Spiritus sanctus ut non solum in proposito firmissimus, sed etiam ut promoveamus et proficiamus. — *Certus.* Ἀσφαλές, quod securum significat. — *Securus.* Ἀμέριμνον, *sine sollicitudine;* quos enim possidet Spiritus sanctus, in divina voluntate illius acquiescunt, nec sunt anxie solliciti. — *Omnem habens virtutem.* Παντοδύναμον, id est, omnipotens. — *Omnia prospiciens.* Πανεπίσκοπον, id est, *omnia videns* et considerans. *Speculator omnium*, ut habet S. Ambrosius. — *Qui capiat omnes spiritus.* Διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων, *per omnes penetrans spiritus intelligibiles, mundos, subtilissimos.* Noster interpres legit, νοερόν, καθαρόν, λεπτότατον, et Spiritui sancto tribuit. *Intelligibilis.* Νοερόν. Vide dicta n. 22. — *Mundus.* Idem est quod *incoinquinatus*, de quo versiculo superiore. — *Subtilis.* De hoc etiam versiculo superiore.

omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus : intelligibilis, mundus, subtilis.

24. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia : attingit autem ubique propter suam munditiam.

25. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei, sincera; et ideo nihil inquinatum in eam incurrit :

26. a Candor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius. [a *Hebr.* 1. 3.]

27. Et cum sit una, omnia potest : et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et prophetas constituit.

28. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat.

29. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior.

30. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

renferme en soi tous les esprits, qui est intelligible, pur et subtil.

24. Car la sagesse est plus active que toutes les choses les plus agissantes; et elle atteint partout à cause de sa pureté.

25. Elle est la vapeur de la vertu de Dieu, et l'effusion toute pure de la clarté du Tout-Puissant; c'est pourquoi elle ne peut être susceptible de la moindre impureté;

26. Parce qu'elle est l'éclat de la lumière éternelle, le miroir sans tache de la majesté de Dieu, et l'image de sa bonté.

27. N'étant qu'une, elle peut tout : et toujours immuable en elle-même, elle renouvelle toutes choses; elle se répand parmi les nations dont les âmes sont saintes, et elle forme les amis de Dieu et les prophètes.

28. Car Dieu n'aime que celui qui habite avec la sagesse.

29. Elle est plus belle que le soleil, et plus élevée que toutes les étoiles; si on la compare avec la lumière, elle l'emportera;

30. Car la nuit succède au jour, mais la malignité ne peut prévaloir contre la sagesse.

25. *Vapor est enim virtutis Dei.* Voyez, dit Bossuet, cette délicate vapeur que la mer, doucement touchée du soleil, et comme imprégnée de sa chaleur, envoie jour et nuit, comme d'elle-même vers le ciel, sans diminution de son vaste sein. C'est pourtant le plus pur de sa substance, et quelque chose de même nature, quoique non de même matière que les eaux qu'elle se réserve. Ainsi, dit Salomon, la Sagesse que Dieu engendre dans l'éternité est une vapeur de sa toute-puissante vertu, et une très-pure émanation de sa clarté. Le Sage, cherche, par ces comparaisons, à nous faire entendre une génération qui n'altère ni n'entame point la substance, et dans le Père et le Fils, une distinction qui n'en ôte point l'unité (Voy. dans les *Élévations sur les mystères*, II^e Sem., Élév. III). Ces pages sont un magnifique commentaire de ce texte et des suivants.

30. *Illi enim succedit nox.* Les vrais sages, dit Sacy, sont ceux en qui la nuit de l'iniquité ne succède point au jour de la vérité et de la justice. La sagesse du monde est inégale et

---

24. *Omnibus... mobilibus.* Dixerat spiritum mobilem esse, mundum, incoinquinatum; nunc hæc eadem attributa repetit de sapientia divina. Hæc autem omnibus mobilior est, quia non eget spatio certo temporis ad operandum; nam quidquid vult, quandocumque vult, citissime operatur. — *Attingit... ubique.* Pervadit et procedit per omnia, διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων. — *Propter suam munditiam.* Quia subtilis et spiritualis et ab omni materiæ feculentia abstracta.

25. *Vapor... virtutis Dei.* Hinc probatur sapientiæ munditia (de qua proxime), puritas, simplicitas, infinitas; nam consubstantialis est Patri, sicut vapor aquæ. — *Emanatio quædam.* Metaphora ducta e flumine quod exit et emanat e fonte. — *Claritatis.* Δόξης, *gloriæ.*

26. *Candor est enim lucis æternæ.* Ἀπαύγασμα, claritas, splendor, fulgor, refulgentia, seu id in quo resplendet paterna gloria. — *Speculum sine macula.* In Filio enim, quasi in speculo limpidissimo, relucent Patris gloria et majestas. — *Imago bonitatis.* Est Filius imago Patris secundum essentiam totam et essentialia omnia attributa; sed bonitatis potissimum mentio fieri videtur, quia loquitur auctor de sapientia sibi liberaliter communicata; est autem bonitatis communicare se. Fuit vero etiam bonitatis infinitæ communicare se ipsam substantialiter, ut scilicet Pater generaret Filium, Pater vero et Filius Spiritum sanctum producerent.

27. *Cum sit una.* Una in eadem essentia Patris, una persona Filii simplex ac indivisa in sua essentia et persona, nec unquam in plura distracta; licet faciat ac regat plura, et infinitorum vim et perfectionem in se contineat. — *In se permanens.* Immota et immobilis. — *Omnia innovat.* Sive res producat, sive conservet, innovat. Cum enim pendeat esse a Deo, ipsa rei conservatio est veluti nova ejusdem productio, et succedentes circa eamdem rem mutationes atque operationes novitatem important. — *Per nationes.* In omne hominum genus, sine acceptione personarum. — *In animas sanctas.* Ut eas sanctificet et Deo amicas constituat, aut jam sanctificatas gratia *majore* cumulet. — *Prophetas constituit.* Propheta phrasis Scripturæ nonnunquam virum sanctum significat; sic Abraham propheta dicitur Genes. 20, 7, et eodem sensu cæcus natus Christum appellavit prophetam, Joan. 9, 17. Possunt tamen intelligi prophetæ, prædicandi dono præditi, qui cœlestis sapientiæ lumine illustrati, futura prædicunt.

28. *Qui cum sapientia inhabitat.* Qui justus est.

29. *Est enim... speciosior sole.* Justa causa cur diligat Deus inhabitantem cum sapientia, et quare quis expetere debeat contubernium hoc cum sapientia. — *Speciosior sole.* Nobilior, illustrior, utilior, etc. — *Super omnem dispositionem stellarum.* Positionem, situm, collocationem, ordinem, quæ ad pulchritudinem faciunt. — *Prior.* Potior.

30. *Illi enim succedit nox.* Quasi dicat : Nox lucem fugat et vincit : at vero malitiæ et iniquitatis tenebræ contra sapientiæ lucem prævalere non possunt.

CHAPITRE VIII.

Continuation de l'éloge de la sagesse.

1. Car la sagesse atteint depuis une extrémité jusqu'à l'autre, avec force, et elle dispose tout avec douceur.

2. Je l'ai aimée, je l'ai recherchée dès ma jeunesse, et j'ai tâché de l'avoir pour épouse, et je suis devenu amateur de sa beauté.

3. Elle fait voir la gloire de son origine en ce qu'elle est étroitement unie à Dieu, et qu'elle est aimée de celui qui est le Seigneur de toutes choses.

4. C'est elle qui enseigne la science de Dieu, et qui est la directrice de ses ouvrages.

5. Si l'on souhaite les richesses de cette vie, qu'y a-t-il de plus riche que la sagesse qui fait toutes choses?

6. Si l'esprit fait quelques ouvrages, qui a plus de part qu'elle dans cet art avec lequel toutes choses ont été faites?

7. Si quelqu'un aime la justice, les grandes vertus sont encore son ouvrage : c'est elle qui enseigne la tempérance, la prudence, la justice et la force, qui sont les choses du monde les plus utiles à l'homme dans cette vie.

8. Si quelqu'un désire la profondeur de la science, c'est elle qui sait le passé, et qui juge l'avenir; elle pénètre ce qu'il y a de plus subtil dans les discours, et de plus difficile à démêler dans les paraboles : elle connaît les signes et les prodiges avant qu'ils paraissent, et ce qui doit arriver dans la succession des temps et des siècles.

9. J'ai donc résolu de la prendre avec moi pour la compagne de ma vie, sachant qu'elle me fera part de ses biens, et que dans mes peines et dans mes ennuis elle sera ma consolation.

10. Elle me rendra illustre parmi les peuples; et, tout jeune que je suis, je serai honoré des vieillards :

11. On reconnaîtra la pénétration de mon esprit dans les jugements. Les plus puissants seront surpris lorsqu'ils me verront; et les princes témoigneront leur admiration sur leurs visages.

12. Quand je me tairai, ils attendront que je parle; quand je parlerai, ils me regarderont attentivement; et quand je m'étendrai dans mes discours, ils mettront leur main sur leur bouche.

13. C'est elle aussi qui me donnera l'immortalité, et c'est par elle que je rendrai la mémoire de mon nom éternelle dans la postérité.

14. Par elle je gouvernerai les peuples, et les nations me seront soumises.

15. Les rois les plus redoutables craindront lorsqu'ils entendront parler de moi. Je ferai voir que je suis bon à mon peuple et vaillant dans la guerre.

16. Entrant dans ma maison, je trouverai mon repos avec elle; car sa conversation n'a rien de désagréable, ni sa compagnie rien d'ennuyeux; mais on n'y trouve que de la satisfaction et de la joie.

17. Ayant donc pensé à ces choses, et les ayant méditées dans mon cœur; considérant que je trouverais l'immortalité dans l'union avec la sagesse,

18. Un saint plaisir dans son amitié, des richesses inépuisables dans les ouvrages de ses mains, l'intelligence dans ses conférences et ses entretiens, et une grande gloire dans la communication de ses discours, j'allais la chercher de tous côtés, afin de la prendre pour ma compagne.

19. J'étais un enfant bien né, et j'avais reçu une bonne âme.

1. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.

2. Hanc amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius :

3. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei : sed et omnium Dominus dilexit illam :

4. Doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius.

5. Et si divitiæ appetuntur in vita; quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia?

6. Si autem sensus operatur : quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex?

7. Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes : sobrietatem enim, et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

8. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis scit præterita, et de futuris æstimat : scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum : signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et sæculorum.

9. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum : sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et tædii mei.

10. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis :

11. Et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me.

12. Tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus ori suo imponent.

13. Præterea habebo per hanc immortalitatem : et memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam.

14. Disponam populos : et nationes mihi erunt subditæ.

15. Timebunt me audientes reges horrendi; in multitudine videbor bonus, et in bello fortis.

16. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa : non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam et gaudium.

17. Hæc cogitans apud me, et commemorans in corde meo; quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ.

18. Et in amicitia illius delectatio bona, et in operibus manuum illius honestas sine defectione, et in certamine loquelæ illius sapientia, et præclaritas in communicatione sermonum ipsius : circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.

19. Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam.

inconstante. Elle paraît forte et juste aujourd'hui, et elle sera demain lâche et injuste. Elle est mêlée de clarté et de ténèbres, de bien et de mal. Mais la sagesse de Dieu et des hommes de Dieu est toujours égale. Elle a pour principe le Père des lumières, dont saint Jacques dit qu'il n'est susceptible ni de vicissitude ni d'ombre. Elle n'a pour but en toutes choses que de lui plaire, et demeurant toujours attachée à Dieu, elle devient immuable comme lui-même.

Cap. VIII. — 1. *Attingit ergo a fine usque ad finem.* Ce verset nous montre la Sagesse divine atteignant son but avec autant de force que de douceur, au moyen des causes secondes qu'elle dispose avec un art merveilleux, ménageant dans toute la nature les transitions et n'agissant jamais brusquement. Dans ce chapitre, d'ailleurs, tous les traits sous lesquels la Sagesse éternelle est décrite sont à méditer, parce qu'ils sont tous d'une admirable profondeur.

6. *Quis... magis quam illa est artifex?* Le Verbe est la source de tous les arts, parce que c'est en lui que se trouve le type primitif de tous les êtres. Il est l'image du Père, il en a tous les traits, et c'est à sa ressemblance que tous les êtres sont créés. C'est pour cela qu'il nous est représenté comme étant à la fois la cause efficiente et exemplaire de toutes choses.

12. *Tacentem me sustinebunt.* Allusion à la grande renommée dont jouissait Salomon : *Universa terra*, est-il dit au livre des Rois (III. Reg., X, 24), *desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus.* Et ailleurs (III. Reg., IV, 34) : *Veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.*

Cap. VIII. — 1. *Attingit ergo.* Particula illativa *ergo* videtur hoc loco vim habere adversativæ, et poni loco *autem*, ut est in græco. Sensus est : sapientiam non vincet malitia; nam infinita potentia sua universæ naturæ principium finemque complectitur, nec aptius quidlibet in quolibet genere, melius, elegantius, firmius constitui potest, quam quo modo sapientia illud constituit. — *Suaviter.* Χρηστῶς, utiliter, commode, benigne.

2. *Sponsam... assumere.* Sponsa dicitur sapientia, ob singularem amorem quo diligitur, delectationem quæ ex illa capitur, intimam conjunctionem et generationem spiritualis prolis quæ per illam suscipitur.

3. *Generositatem illius glorificat.* Quasi dicat : Inde apparet quanta sit ejus nobilitas, quod cum Deo commoratur.

4. *Doctrix.* Græce est, μύστις, mystis, initiatrix, sacerdos arcanorum, et scientiæ Dei conscia, et eorum apud homines interpres. — *Electrix operum illius.* Sapientia non solum docet quid sentiendum, sed etiam ut bonis operibus; quæ ad Deum referuntur, quid eligendum et quomodo aptis mediis utendum sit.

5. *Quæ operatur omnia.* Per quam omne bonorum genus hominibus provenit.

6. *Sensus.* Intelligentia artificum.

7. *Si justitiam quis diligit.* Si quis justitiam quærit. — *Labores hujus magnas habent virtutes.* Labores quos suscipit sapientia, eximias pariunt virtutes. — *Sobrietatem.* Σωφροσύνην, *temperantiam.* — *Virtutem.* Ἀνδρείαν, *fortitudinem.*

8. *Æstimat.* Judicat, conjecturam facit. — *Versutias sermonum.* Fraudulenta et fallacia verba, sophismata. — *Argumentorum.* Αἰνιγμάτων, *ænigmatum.* — *Signa et monstra.* Res prodigiosas auctor intelligit, quales sunt cometæ, eclipses, et alia quæ in rebus naturalibus monstruosa sunt. — *Eventus temporum.* Consequentis ætatis eventus explorans.

9. *Ad convivendum.* Ut mihi esse perpetua vitæ socia. — *Erit allocutio cogitationis.* Παραίνεσις φροντίδων, *curarum et tædii lenimentum*, moderatio, alleviatio.

10. *Ad turbas.* Apud populum. — *Juvenis.* Juvenis existens; licet sim juvenis.

11. *In judicio.* Cum ferendum erit judicium; cum dicenda sententia.

12. *Sustinebunt.* Expectabunt donec os solvam, et promam quæ sentio. — *Manus ori suo imponent.* Silentes me audient, nec contra hiscere audebunt.

13. *Immortalitatem.* Nominis et famæ.

14. *Disponam.* Gubernabo.

15. *Reges horrendi.* Quorum potentia terrori est. — *Bonus.* Idoneus rebus in pace administrandi.

16. *Intrans in domum meam.* Respirans a publicis negotiis, et domestico otio fruens.

17. *Hæc cogitans.* Quæ scilicet sequuntur. — *Immortalitas est in cognatione.* Græce est, *immortalitas est in cognatione sapientiæ*, id est, immortalitatem iis provenire qui cognationem habent cum illa.

18. *Honestas.* Πλοῦτος, *divitiæ.* — *Et in certamine loquelæ.* In græco est, ἐν συγγυμνασίᾳ ὁμιλίας αὐτῆς φρόνησις, *in coexercitatione sermonis et consuetudinis cum illa prudentia*; hoc est, per hoc quod quis exercetur, simul cum illa colloquendo et conversando, acquiritur prudentia. — *Præclaritas.* Εὔκλεια, *famæ claritas*, paratur cum illa communicando. — *Assumerem.* Sponsam, uxorem, intimam contubernalem.

19. *Puer... eram ingeniosus.* Quare studii laborem juvabat docilitas ingenii. — *Animam bonam.* Ingenii acumine et aliis præclaris dotibus præditam.

20. Et devenant bon de plus en plus, je suis venu dans un corps qui n'était point souillé.

21. Et comme je savais que je ne pouvais avoir la continence si Dieu ne me la donnait, et c'était déjà un effet de la sagesse, de savoir de qui je devais recevoir ce don; je m'adressai au Seigneur, je lui fis ma prière, et je lui dis de tout mon cœur :

20. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

21. Et ut scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum : adii Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis præcordiis meis :

CHAPITRE IX.

Prière de Salomon pour demander à Dieu la sagesse.

1. Dieu de mes pères, Dieu de miséricorde, qui avez tout fait par votre parole;

2. Qui avez formé l'homme par votre sagesse, afin qu'il eût la domination sur les créatures que vous avez faites;

3. Afin qu'il gouvernât le monde dans l'équité et dans la justice, et qu'il prononçât des jugements avec un cœur droit;

4. Donnez-moi cette sagesse qui est assise auprès de vous dans votre trône, et ne me rejetez pas du nombre de vos enfants;

5. Parce que je suis votre serviteur, et le fils de votre servante; un homme faible, qui dois vivre peu, et qui suis peu capable d'entendre les lois et de bien juger.

6. Car encore que quelqu'un paraisse consommé parmi les enfants des hommes, il sera néanmoins considéré comme rien si votre sagesse n'est point en lui.

7. Vous m'avez choisi pour être le roi de votre peuple, et le juge de vos fils et de vos filles.

1. Deus *a* patrum meorum, et Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo. [a *I. Reg.* 3. 9.]

2. Et sapientia tua constituisti hominem ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta est;

3. Ut disponat orbem terrarum in æquitate et justitia, et in directione cordis judicium judicet;

4. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis :

5. *a* Quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum judicii et legum. [a *Ps.* 115. 16.]

6. Nam et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur.

7. *a* Tu elegisti me regem populo tuo, et judicem filiorum tuorum, et filiarum : [a *I. Par.* 28. 4. 5. *II. Par.* 1. 9.]

21. *Non possum esse continens nisi Deus det.* Le Sage met la continence au nombre des vertus réservées qu'on ne trouve que dans les hommes humbles qui se défient d'eux-mêmes, et qui, au lieu de se reposer sur leur nature et leurs résolutions, ne s'en rapportent qu'à Dieu, à qui ils s'adressent par la prière. Bossuet observe que dans la prière suivante que le Sage fait pour obtenir la continence, il n'est question que de la sagesse. C'est que dans la sagesse se trouvent comprises la continence et toutes les autres vertus.

Cap. IX. — 1. *Fecisti omnia verbo tuo.* C'est par le Verbe de Dieu que tout a été fait, l'Écriture le répète en une foule d'endroits. Le Verbe n'est pas autre chose que la Sagesse éternelle du Père qui a créé l'homme et qui l'a mis à la tête de toutes les créatures, le faisant roi de cet univers, non pour qu'il s'en glorifie sottement, mais pour qu'il gouverne avec équité et justice, qu'il ait un cœur droit et une intention pure, et que son autorité tourne à l'avantage de tous les êtres qui l'environnent.

7. *Judicem filiorum tuorum et filiarum.* Tout le peuple, dit D. Calmet, est sous la puis-

---

20. *Et cum essem magis bonus.* Vulgatæ nostræ versionis sensus videtur esse : crescente magis magisque bonitate, consecutus sum corporis munditiam. In græco est, μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν ἦλθον εἰς σῶμα ἀμίαντον; et sensus esse videtur : non quia ingeniosus, sed potius quia bonus eram, corpus incoinquinatum adeptus sum; significans bonitatem animæ, quam Dei munere habuit, fuisse causam munditiæ corporis.

21. *Continens.* Ἐγκρατής, id est, compos; quasi dicat : Non possum assequi sapientiam. Sic Ecclesiastici 6, 28, dicitur eodem sensu : *Investiga illam; et manifestabitur tibi, et continens factus, ne derelinquas eam;* et c. 15, 1 : *Qui continens est justitiæ, apprehendet illam* : quibus locis pro *continens*, in græco est ἐγκρατής.

Cap. IX. — 1. *Deus patrum meorum.* Quem patres mei coluerunt. — *Domine misericordiæ.* Idem est quod Dominus misericors, quemadmodum appellatur Deus, et rex gloriæ, Act. 7, 2, et Psalm. 23, 8, 9; id est, Deus aut rex gloriosus. — *Verbo tuo.* Jussu tuo; nam *dixit, et facta sunt.*

3. *Disponat.* Ut disponeret, id est, gubernaret. — *In directione cordis.* Ἐν εὐθύτητι ψυχῆς, *in rectitudine animæ.* Recto animo et mente. — *Judicium judicet.* Jus diceret.

4. *Da mihi.* Qui juvenis sum, et regno administrando parum idoneus. — *Sedium tuarum assistricem sapientiam.* Da ut particeps sim sapientiæ quæ supremæ sedi tuæ assidet. — *Reprobare a pueris tuis.* Excludere a numero servorum tuorum.

5. *Filius ancillæ tuæ.* Significat se filium eorum esse qui coluissent Deum, et nominatim matris suæ religiosæ feminæ, vel fortassis totius synagogæ. — *Exigui temporis.* Cujus vita brevis est. — *Minor ad intellectum judicii.* Minus idoneus, nisi adjuves, ad intelligendum quid justum sit, et ad ferendum rectum judicium juxta legem tuam.

6. *Et si.* Etiamsi. — *Consummatus.* Perfectus.

8. Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, et in civitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio;

9. *a* Et tecum sapientia tua, quæ novit opera tua, quæ et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid esset placitum oculis tuis, et quid directum in præceptis tuis. [a *Prov.* 8. 22. 27. *Joan.* 1. 1.]

10. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te :

11. Scit enim illa omnia, et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia.

12. Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum juste, et ero dignus sedium patris mei.

13. *a* Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? [a *Isai.* 40. 13. *Rom.* 11. 34. *I. Cor.* 2. 16.]

14. Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentiæ nostræ.

15. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

16. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt; et quæ in prospectu sunt,

8. Et vous m'avez commandé de bâtir un temple sur votre montagne sainte, et un autel dans la cité où vous habitez, qui fût fait sur le modèle de ce tabernacle saint que vous avez préparé dès le commencement.

9. Et votre sagesse qui est avec vous est celle qui connaît vos ouvrages, qui était présente lorsque vous formiez le monde, et qui sait ce qui est agréable à vos yeux et quelle est la rectitude de vos préceptes.

10. Envoyez-la du ciel, votre sanctuaire, et du trône de votre grandeur, afin qu'elle soit et qu'elle travaille avec moi, et que je sache ce qui vous est agréable.

11. Car elle a la science et l'intelligence de toutes choses; elle me conduira dans mes œuvres avec circonspection, et me protégera par sa puissance.

12. Ainsi mes actions vous seront agréables; je conduirai votre peuple avec justice, et je serai digne du trône de mon père.

13. Car qui est l'homme qui puisse connaître les desseins de Dieu? ou qui pourra pénétrer ses volontés?

14. Les pensées des hommes sont timides, et nos prévoyances sont incertaines.

15. Parce que le corps qui se corrompt appesantit l'âme; et cette demeure terrestre abat l'esprit par la multiplicité des soins.

16. Nous ne comprenons que difficilement ce qui se passe sur la terre, et nous ne discernons

sance de Dieu qui est le Père commun de tous les hommes. C'est pour ce motif que les rois doivent traiter leurs sujets avec la sagesse, la prudence, la douceur et la bonté que Dieu montre dans ses rapports avec ses créatures.

9. *Et affuit tunc cum orbem terrarum faceres.* Allusion à ce qui est dit de la sagesse et de son origine éternelle au livre des *Proverbes* : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio* (Cf. Prov., VIII, 22 et seq.).

13. *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei?* Ce verset et les suivants montrent qu'aux yeux du Sage la révélation était nécessaire pour éclairer l'homme sur les desseins de Dieu et pour le soutenir dans l'accomplissement du devoir. L'homme livré à lui-même n'aurait pu trouver sa voie, parce que sa raison abandonnée à elle-même devient cahos et incertitude. Les sens l'appesantissent et l'obscurcissent, comme l'ont remarqué les païens eux-mêmes : *Quantum non noxia corpora tardant, Terreni que hebetant artus, moribundaque membra.*

---

8. *Dixisti.* Voluisti, imperasti. — *In monte sancto.* Monte Moria. — *In civitate habitationis tuæ.* In Jerusalem, quam tibi elegisti, ut in ea habitares et haberes templum et altare. — *Similitudinem tabernaculi.* Quod templum factum est ad similitudinem tabernaculi quod per Mosen fieri jussisti.

9. *Et tecum sapientia tua.* Scilicet præparavit tabernaculum : communicatus est enim Beseleeli spiritus Dei, sapientia, et intelligentia et scientia, ut opus perficeret. Exod. 31, 3. — *Sciebat.* Scilicet sapientia. — *Directum.* Rectum, justum, voluntati tuæ rectissimæ consentaneum.

10. *Sede magnitudinis.* Ἀπὸ θρόνου δόξης, *a throno gloriæ.* — *Mecum laboret.* Mihi adsit et me adjuvet.

11. *Sobrie.* Σωφρόνως, juxta præscriptum rectæ rationis, moderate, discrete, ne modus excedatur, aut mensura.

12. *Disponam.* Gubernabo, regam. — *Sedium.* Regio throno a patre accepto.

13. *Quis enim hominum poterit.* Argumentatur a necessitate sapientiæ. — *Consilium Dei.* Voluntatem Dei; nam βουλή, idem aliquando est quod βούλησις, et θέλησις, *voluntas aut volitio.*

14. *Timidæ.* Vel quia cogitatæ res non succedunt ut putabant et optabant; vel quia hoc experti, segnius et timidius deliberant et decernunt. — *Incertæ providentiæ.* Ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι, fallaces opiniones, adinventiones, consilia nostra.

15. *Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam.* Corruptibilis corporis nexus cum animo incorruptibili, magnum affert ad intelligendum impedimentum. — *Terrena inhabitatio.* Γεῶδες σκῆνος, *terrenum tabernaculum*, intelligit corpus. — *Sensum.* Νοῦν, intellectum, mentem. — *Multa cogitantem.* Πολυφρόντιδα, mentem plenam curarum, quæ animum distrahunt a fixa et constanti meditatione, ita ut sæpius demittere se cogatur ad inferiora et viliora objecta.

16. *Difficile æstimamus.* Si difficile cognoscimus hæc obvia et vicina, quanto difficilius remota a sensibus. — *Æstimamus.* Εἰκάζομεν, imaginamur, conjectura assequimur.

qu'avec peine ce qui est devant nos yeux. Mais qui pourra découvrir ce qui se passe dans le ciel?

17. Et qui pourra connaître votre pensée, si vous ne donnez vous-même la sagesse, et si vous n'envoyez votre Esprit-Saint du plus haut des cieux,

18. Afin qu'il redresse les sentiers de ceux qui sont sur la terre, et que les hommes apprennent ce qui vous est agréable?

19. Car c'est par la sagesse, Seigneur, qu'ont été guéris tous ceux qui vous ont plu dès le commencement.

invenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt quis investigabit?

17. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis:

18. Et sic correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, et quæ tibi placent didicerint homines?

19. Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio.

CHAPITRE X.

Merveilles opérées par la sagesse en faveur des justes de l'ancienne loi.

1. C'est elle qui conserva celui que Dieu avait formé le premier pour être le père du monde, ayant d'abord été créé seul. C'est elle aussi qui le tira de son péché.

2. Et qui lui donna la force de gouverner toutes choses.

3. Lorsque l'injuste, dans sa colère, se sépara d'elle, il périt malheureusement par la fureur qui le rendit le meurtrier de son frère.

4. Et lorsque le déluge inonda la terre, la sagesse sauva encore le monde, ayant gouverné le juste par un bois méprisable.

1. Hæc illum *a* qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit. [a *Gen.* 1. 27.]

2. *a* Et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia. [a *Gen.* 2. 7.]

3. *a* Ab hac ut recessit injustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit. [a *Gen.* 4. 8.]

4. *a* Propter quem, cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans. [a *Gen.* 7. 21.]

17. *Sensum autem tuum quis sciet.* Saint Paul a dit dans le même sens : *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* (I. Cor., II, 11 et seq.). Quand nous parlons de Dieu et de ses desseins providentiels, nous ne devons pas perdre de vue ces grands principes et nous inspirer, par conséquent, perpétuellement de sa parole plutôt que de nos pensées, parce que nous ne savons de Dieu et de ses œuvres que ce qu'il lui a plu de nous révéler.

Cap. X. — 1. *Hæc illum qui primus formatus est.* Le Sage nous montre la Sagesse éternelle, le Verbe ou le Fils formant le premier homme, et l'enrichissant de tous les dons qui faisaient sa gloire dans l'état d'innocence. La séduction d'Ève le fait tomber; après sa chute, c'est la Sagesse éternelle qui le délivre. Le Fils de Dieu s'offre à son Père, et se sacrifie ainsi dès le commencement pour nous. On ne peut trop admirer, dans nos livres saints, écrits par tant d'auteurs différents et à des époques si éloignées les unes des autres, cette unité de doctrine qui fait que depuis les premières lignes de la Genèse jusqu'aux dernières syllabes de l'Apocalypse, on trouve invariablement la même doctrine. C'est une preuve matérielle que toutes les pages de nos livres saints viennent de la même inspiration. Différents écrivains les ont rédigées, mais c'est le même Esprit, l'Esprit de Dieu qui les a dictées.

---

17. *Sensum.* Βουλήν, consilium voluntatem.

18. *Et sic.* Effectus sapientiæ, qua juvante, mores corriguntur. — *Et quæ tibi placent.* Alius ejusdem effectus, docere homines omnia vitæ consilia, et opera referre ad voluntatem Dei. — *Didicerint.* Ἐδιδάχθησαν, docti sunt, eruditi sunt.

19. *Sanati sunt.* Ἐσώθησαν, *salvi facti sunt.*

Cap. X. — 1. *Qui primus formatus est.* Adamum intelligit. — *Custodivit.* Quamdiu solus fuit sine femina, custoditus est in innocentia per sapientiam et gratiam.

2. *Eduxit illum a delicto.* Beneficio ejusdem sapientiæ per pœnitentiam liberatus est a peccato. — *Virtutem continendi omnia.* Ἰσχὺν κρατῆσαι ἁπάντων, vim et facultatem dominandi omnibus, et gubernandi universum genus humanum.

3. *Ab hac.* Sapientia. — *Injustus.* Cain, qui ita appellatur κατ' ἐξοχήν. — *In ira sua.* Iratus est enim Cain vehementer, et concidit vultus ejus, cum Deus ad ipsum et munera ejus non respiceret. — *Per iram homicidii fraterni deperiit.* Ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς, *fratricidialibus deperiit furoribus.* — *Deperiit.* Συναπώλετο, *simul periit* : non eodem tempore, sed simili mortis genere, scilicet violento; nam Gen., 4, 23, 24, indicatur ipsum a Lamech occisum fuisse. Vide ibi dicta.

4. *Propter quem.* Cain, cujus scelera posteri ejus imitabantur : in græco est, δι' ὅν, *propter quod.* — *Cum aqua deleret terram.* Tempore diluvii. — *Sanavit.* Salvavit διέσωσε. *Contemptibile lignum.* Arcam intelligit. Vocat, ut aliqui volunt contemptibile lignum, vel quod Noe filiique arcam fabricando contemnerentur ab aliis, et stulti haberentur; vel quia ad tantam sustinendam et arcendam aquarum eluvionem, nullo pacto sufficere videretur. — *Justum.* — Noe. *Gubernans.* Κυβερνήσασα. Proprium verbum regiminis navalis.

5. *a* Hæc et in consensu nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit. [a *Gen.* 11. 2.]

6. *a* Hæc justum a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in pentapolim : [a *Gen.* 19. 17. 22.]

7. Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, et incerto tempore fructus habentes arbores, et incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

8. Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed et insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuissent.

9. Sapientia autem hos, qui se observant : a doloribus liberavit.

10. *a* Hæc profugum iræ fratris justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. [a *Gen.* 28. 5. 10.]

11. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum.

5. Lorsque les nations conspirèrent ensemble pour s'abandonner au mal, c'est elle qui connut le juste; qui le conserva irrépréhensible devant Dieu, et qui lui donna la force de vaincre la tendresse qu'il ressentait pour son fils.

6. C'est elle qui délivra le juste lorsqu'il fuyait du milieu des méchants qui périrent par le feu tombé *du ciel* sur les cinq villes,

7. Dont la corruption est marquée par cette terre qui fume encore, qui est demeurée toute déserte, où les arbres portent des fruits qui ne mûrissent point, et où l'on voit une statue de sel, qui est le monument d'une âme incrédule.

8. Car ceux qui ne se sont pas mis en peine d'acquérir la sagesse non-seulement sont tombés dans l'ignorance du bien, mais ils ont encore laissé aux hommes des marques de leur folie, sans que leurs fautes aient pu demeurer cachées.

9. Mais la sagesse a délivré de tous les maux ceux qui ont eu soin de la révérer.

10. C'est elle qui a conduit, par des voies droites, le juste lorsqu'il fuyait la colère de son frère; elle lui a fait voir le royaume de Dieu, lui a donné la science des saints, l'a enrichi dans ses travaux, et lui en a fait recueillir de grands fruits.

11. C'est elle qui l'a aidé contre ceux qui voulaient le surprendre par leurs tromperies, et qui l'a fait devenir riche.

5. *Hæc et in consensu nequitiæ.* Le Sage attribue à la Sagesse éternelle ou au Verbe de Dieu une intervention perpétuelle dans tous les événements de l'Ancien Testament. Il s'est chargé du salut du monde. En attendant que son heure soit venue, il se prépare les voies. Il apparaît à Noé, à Abraham, à Jacob, à tous les patriarches, et toutes ces apparitions, dit Bossuet, sont comme une espèce d'apprentissage, comme un essai de son incarnation. Il ne regardait plus la nature humaine comme étrangère à la sienne, depuis qu'il avait été résolu, pour ce motif, qu'un jour il s'unirait à elle et qu'il se ferait homme comme nous. Tous les

---

5. *In consensu nequitiæ.* Significat consensum turrim ædificare aggredientium. Genes., 11, 2. — *Contulissent.* Ἐθνῶν συγχυθέντων, cum se gentes congregassent, conjunxissent, commiscuissent, conspirassent ad ædificandam turrim. — *Scivit justum.* Agnovit, sive probavit justum. Intelligit Abraham. — *Sine querela Deo.* Inculpatum apud Deum, et in quo Deus non haberet quod reprehenderet. — *In filii misericordia.* Ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν, *in filii visceribus fortem custodivit,* cum scilicet confirmando ne viscera ejus ita filii amore tangerentur ut illi parceret, et ab imperato sacrificio abstineret.

6. *Justum.* Loth intelligit. — *Pereuntibus impiis.* Sodomitis incendio pereuntibus. — *Fugientem.* Cladem urbis. — *Pentapolim.* Quinque civitates, Sodomam, Gomorrham, Adama, Seboim et Segor.

7. *In testimonium nequitiæ.* Divina vindicta punitæ, visitur usque ad hanc diem fumigans et deserta terra quæ igne de cœlo misso conflagravit. — *Incerto tempore.* Ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτά, *imperfectis tempestatibus fructus ferentes plantæ*, hoc est, fructus intempestivos. — *Incredibilis animæ.* Id est, incredulæ. Statuam salis intelligit incredulæ uxoris Loth monumentum. — *Figmentum.* Στήλη, columna, statua.

8. *Sapientiam... prætereuntes.* Παροδεύσαντες qui sapientiam contempserunt, vel ab ejus semitis exorbitarunt. Sententia versionis est, eos qui sapientiam spernunt, et pœnam hanc sustinere, quod ejus dignitatem non percipiant, et quod amentiæ suæ infamem et indelebilem relinquant memoriam.

9. *Qui se observant.* Colentes, admirantes, venerantes ipsam; græce enim est, θεραπεύοντας.

10. *Profugum iræ fratris.* Intelligit Jacob iram Esau fugientem. Vide Genes. 27, 44 et seq. — *Per vias rectas.* Quæ tendebant in Mesopotamiam, quo ille ibat. Alii de semitis rectis morum accipiunt. — *Ostendit illi regnum Dei.* Exhibita visione scalæ ad cœlum pertingentis, Genes. 28, 12 et seq. — *Scientiam sanctorum.* Rerum sanctarum, quæ spectant ad Ecclesiam tum militantem, tum triumphantem, vel scientiam quæ convenit sanctis, sanctosque facit, ut est peculiare donum Spiritus sancti; vel de angelis visis in scala, cæterisque scalæ mysteriis. Vel scientia sanctorum idem est ac scientia loci sancti; ubi Deus coli vellet eo tempore, unde loco nomen Bethel, id est domus Dei, Genes. 28, 19, et 31, 13. — *Honestavit illum in laboribus.* Εὐπόρησεν αὐτὸν ἐν μόχθοις, locupletavit in ærumnis vel per ærumnas et duros labores, qui narrantur in Genesis c. 29, 30 et 31. — *Complevit labores illius* Ἐπλήθυνε τοὺς πόνους αὐτοῦ, id est, labores Jacob in pascendis gregibus soceri fœtu multiplici locupletavit.

11. *In fraude circumvenientium illum.* Ἐν πλεονεξίᾳ κατισχυόντων αὐτόν, *in avaritia opprimentium eum*, vel *prævalentium ei*, vel *cum per avaritiam opprimeretur*, scilicet a socero Laban, qui ut italice dicimus, *stava sugli avantagi, e faceva superchierie al genero.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

qu'avec peine ce qui est devant nos yeux. Mais qui pourra découvrir ce qui se passe dans le ciel?

17. Et qui pourra connaître votre pensée, si vous ne donnez vous-même la sagesse, et si vous n'envoyez votre Esprit-Saint du plus haut des cieux,

18. Afin qu'il redresse les sentiers de ceux qui sont sur la terre, et que les hommes apprennent ce qui vous est agréable?

19. Car c'est par la sagesse, Seigneur, qu'ont été guéris tous ceux qui vous ont plu dès le commencement.

invenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt quis investigabit?

17. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis;

18. Et sic correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, et quæ tibi placent didicerint homines?

19. Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio.

CHAPITRE X.

Merveilles opérées par la sagesse en faveur des justes de l'ancienne loi.

1. C'est elle qui conserva celui que Dieu avait formé le premier pour être le père du monde, ayant d'abord été créé seul. C'est elle aussi qui le tira de son péché.

2. Et qui lui donna la force de gouverner toutes choses.

3. Lorsque l'injuste, dans sa colère, se sépara d'elle, il périt malheureusement par la fureur qui le rendit le meurtrier de son frère.

4. Et lorsque le déluge inonda la terre, la sagesse sauva encore le monde, ayant gouverné le juste par un bois méprisable.

1. Hæc illum [a] qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit. [a *Gen.* 1. 27.]

2. [a] Et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia. [a *Gen.* 2. 7.]

3. [a] Ab hac ut recessit injustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit. [a *Gen.* 4. 8.]

4. [a] Propter quem, cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans. [a *Gen.* 7. 21.]

---

17. *Sensum autem tuum quis sciet.* Saint Paul a dit dans le même sens : *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* (I. Cor., II, 11 et seq.). Quand nous parlons de Dieu et de ses desseins providentiels, nous ne devons pas perdre de vue ces grands principes et nous inspirer, par conséquent, perpétuellement de sa parole plutôt que de nos pensées, parce que nous ne savons de Dieu et de ses œuvres que ce qu'il lui a plu de nous révéler.

CAP. X. — 1. *Hæc illum qui primus formatus est.* Le Sage nous montre la Sagesse éternelle, le Verbe ou le Fils formant le premier homme, et l'enrichissant de tous les dons qui faisaient sa gloire dans l'état d'innocence. La séduction d'Eve le fait tomber; après sa chute, c'est la Sagesse éternelle qui le délivre. Le Fils de Dieu s'offre à son Père, et se sacrifie ainsi dès le commencement pour nous. On ne peut trop admirer, dans nos livres saints, écrits par tant d'auteurs différents et à des époques si éloignées les unes des autres, cette unité de doctrine qui fait que depuis les premières lignes de la Genèse jusqu'aux dernières syllabes de l'Apocalypse, on trouve invariablement la même doctrine. C'est une preuve matérielle que toutes les pages de nos livres saints viennent de la même inspiration. Différents écrivains les ont rédigées, mais c'est le même Esprit, l'Esprit de Dieu qui les a dictées.

---

17. *Sensum.* Βουλήν, consilium voluntatem.

18. *Et sic.* Effectus sapientiæ, qua juvante, mores corriguntur. — *Et quæ tibi placent.* Alius ejusdem effectus, docere homines omnia vitæ consilia, et opera referre ad voluntatem Dei. — *Didicerint.* Ἐδιδάχθησαν, docti sunt, eruditi sunt.

19. *Sanati sunt.* Ἐσώθησαν, *salvi facti sunt.*

CAP. X. — 1. *Qui primus formatus est.* Adamum intelligit. — *Custodivit.* Quamdiu solus fuit sine femina, custoditus est in innocentia per sapientiam et gratiam.

2. *Eduxit illum a delicto.* Beneficio ejusdem sapientiæ per pœnitentiam liberatus est a peccato. — *Virtutem continendi omnia.* Ἰσχὺν κρατῆσαι ἁπάντων, vim et facultatem dominandi omnibus, et gubernandi universum genus humanum.

3. *Ab hac.* Sapientia. — *Injustus.* Cain, qui ita appellatur κατ' ἐξοχήν. — *In ira sua.* Iratus est enim Cain vehementer, et concidit vultus ejus, cum Deus ad ipsum et munera ejus non respiceret. — *Per iram homicidii fraterni deperiit.* Ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς, *fratricidialibus deperiit furoribus.* — *Deperiit.* Συναπώλετο, *simul periit* : non eodem tempore, sed simili mortis genere, scilicet violento; nam Gen., 4, 23, 24, indicatur ipsum a Lamech occisum fuisse. Vide ibi dicta.

4. *Propter quem.* Cain, cujus scelera posteri ejus imitabantur : in græco est, δι' ὃν, *propter quod.* — *Cum aqua deleret terram.* Tempore diluvii. — *Sanavit.* Salvavit. Διέσωσε. — *Contemptibile lignum.* Arcam intelligit. Vocat, ut aliqui volunt contemptibile lignum, vel quod Noe filiique arcam fabricando contemnerentur ab aliis, et stulti haberentur; vel quia ad tantam sustinendam et arcendam aquarum eluvionem, nullo pacto sufficere videretur. — *Justum.* — Noe. *Gubernans.* Κυβερνήσασα. Proprium verbum regiminis navalis.

---

5. [a] Hæc et in consensu nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit. [a *Gen.* 11. 2.]

6. [a] Hæc justum a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in pentapolim : [a *Gen.* 19. 17. 22.]

7. Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, et incerto tempore fructus habentes arbores, et incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

8. Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed et insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuissent.

9. Sapientia autem hos, qui se observant : a doloribus liberavit.

10. [a] Hæc profugum iræ fratris justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. [a *Gen.* 28. 5. 10.]

11. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum.

5. Lorsque les nations conspirèrent ensemble pour s'abandonner au mal, c'est elle qui connut le juste; qui le conserva irrépréhensible devant Dieu, et qui lui donna la force de vaincre la tendresse qu'il ressentait pour son fils.

6. C'est elle qui délivra le juste lorsqu'il fuyait du milieu des méchants qui périrent par le feu tombé *du ciel* sur les cinq villes,

7. Dont la corruption est marquée par cette terre qui fume encore, qui est demeurée toute déserte, où les arbres portent des fruits qui ne mûrissent point, et où l'on voit une statue de sel, qui est le monument d'une âme incrédule.

8. Car ceux qui ne se sont pas mis en peine d'acquérir la sagesse non-seulement sont tombés dans l'ignorance du bien, mais ils ont encore laissé aux hommes des marques de leur folie, sans que leurs fautes aient pu demeurer cachées.

9. Mais la sagesse a délivré de tous les maux ceux qui ont eu soin de la révérer.

10. C'est elle qui a conduit, par des voies droites, le juste lorsqu'il fuyait la colère de son frère; elle lui a fait voir le royaume de Dieu, lui a donné la science des saints, l'a enrichi dans ses travaux, et lui en a fait recueillir de grands fruits.

11. C'est elle qui l'a aidé contre ceux qui voulaient le surprendre par leurs tromperies, et qui l'a fait devenir riche.

---

5. *Hæc et in consensu nequitiæ.* Le Sage attribue à la Sagesse éternelle ou au Verbe de Dieu une intervention perpétuelle dans tous les événements de l'Ancien Testament. Il s'est chargé du salut du monde. En attendant que son heure soit venue, il se prépare les voies. Il apparaît à Noé, à Abraham, à Jacob, à tous les patriarches, et toutes ces apparitions, dit Bossuet, sont comme une espèce d'apprentissage, comme un essai de son incarnation. Il ne regardait plus la nature humaine comme étrangère à la sienne, depuis qu'il avait été résolu, pour ce motif, qu'un jour il s'unirait à elle et qu'il se ferait homme comme nous. Tous les

---

5. *In consensu nequitiæ.* Significat consensum turrim ædificare aggredientium. Genes., 11, 2. — *Contulissent.* Ἐθνῶν συγχυθέντων, cum se gentes congregassent, conjunxissent, commiscuissent, conspirassent ad ædificandam turrim. — *Scivit justum.* Agnovit, sive probavit justum. Intelligit Abraham. — *Sine querela Deo.* Inculpatum apud Deum, et in quo Deus non haberet quod reprehenderet. — *In filii misericordia.* Ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν, *in filii visceribus fortem custodivit,* cum scilicet confirmando ne viscera ejus ita filii amore tangerentur ut illi parceret, et ab imperato sacrificio abstineret.

6. *Justum.* Loth intelligit. — *Pereuntibus impiis.* Sodomitis incendio pereuntibus. — *Fugientem.* Cladem urbis. — *Pentapolim.* Quinque civitates, Sodomam, Gomorrham, Adama, Seboim et Segor.

7. *In testimonium nequitiæ.* Divina vindicta punitæ, visitur usque ad hanc diem fumigans et deserta terra quæ igne de cœlo misso conflagravit. — *Incerto tempore.* Ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτά, *imperfectis tempestatibus fructus ferentes plantæ,* hoc est, fructus intempestivos. — *Incredibilis animæ.* Id est, incredulæ. Statuam salis intelligit incredulæ uxoris Loth monumentum. — *Figmentum.* Στήλη, columna, statua.

8. *Sapientiam... prætereuntes.* Παροδεύσαντες qui sapientiam contempserunt, vel ab ejus semitis exorbitarunt. Sententia versionis est, eos qui sapientiam spernunt, et pœnam hanc sustinere, quod ejus dignitatem non percipiant, et quod amentiæ suæ infamem et indelebilem relinquant memoriam.

9. *Qui se observant.* Colentes, admirantes, venerantes ipsam; græce enim est, θεραπεύοντας.

10. *Profugum iræ fratris.* Intelligit Jacob iram Esau fugientem. Vide Genes. 27, 44 et seq. — *Per vias rectas.* Quæ tendebant in Mesopotamiam, quo ille ibat. Alii de semitis rectis morum accipiunt. — *Ostendit illi regnum Dei.* Exhibita visione scalæ ad cœlum pertingentis. Genes. 28, 12 et seq. — *Scientiam sanctorum.* Rerum sanctarum, quæ spectant ad Ecclesiam tum militantem, tum triumphantem, vel scientiam quæ convenit sanctis, sanctosque facit, ut est peculiare donum Spiritus sancti; vel de angelis visis in scala, cæterisque scalæ mysteriis. Vel scientia sanctorum idem est ac scientia loci sancti; ubi Deus coli vellet eo tempore, unde loco nomen Bethel, id est domus Dei, Genes. 28, 19, et 31, 13. — *Honestavit illum in laboribus.* Εὐπόρησεν αὐτὸν ἐν μόχθοις, locupletavit in ærumnis vel per ærumnas et duros labores, qui narrantur in Genesis c. 29, 30 et 31. — *Complevit labores illius.* Ἐπλήθυνε τοὺς πόνους αὐτοῦ, id est, labores Jacob in pascendis gregibus soceri fœtu multiplici locupletavit.

11. *In fraude circumvenientium illum.* Ἐν πλεονεξίᾳ κατισχυόντων αὐτόν, *in avaritia opprimentium eum,* vel *prævalentium ei,* vel *cum per avaritiam opprimeretur,* scilicet a socero Laban, qui ut italice dicimus, *stava sugli avvantagi, e faceva soperchierie al genero.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

12. Elle l'a protégé contre ses ennemis; elle l'a défendu des séducteurs, et l'a engagé dans un rude combat, afin qu'il demeurât victorieux, et qu'il sût que la sagesse est plus puissante que toutes choses.

13. C'est elle qui n'a point abandonné le juste lorsqu'il fût vendu; mais elle l'a délivré des mains des pécheurs; elle est descendue avec lui dans la fosse.

14. Et elle ne l'a point quitté dans ses chaînes; jusqu'à ce qu'elle lui eût mis entre les mains le sceptre royal, et qu'elle l'eût rendu maître de ceux qui l'avaient traité si injustement. Elle a convaincu de mensonge ceux qui l'avaient déshonoré; et lui a donné un nom éternel.

15. C'est la sagesse qui a délivré le peuple juste, et la race irrépréhensible, de la nation qui l'opprimait.

16. Elle est entrée dans l'âme du serviteur de Dieu, et elle s'est élevée avec des signes et des prodiges, contre les rois redoutables.

17. Elle a rendu aux justes la récompense de leurs travaux, elle les a conduits par une voie admirable; elle leur a tenu lieu de couvert pendant le jour, et de la lumière des étoiles pendant la nuit.

18. Elle les a conduits par la mer Rouge, et elle les a fait passer au travers des eaux profondes.

19. Elle a enseveli leurs ennemis dans la mer, et elle les a retirés du fond des abîmes. Et ainsi les justes ont remporté les dépouilles des méchants.

12. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia.

13. *a* Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam. [a *Gen.* 37. 28.]

14. Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: et mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, et dedit illi claritatem æternam. [a *Gen.* 41. 40. *Act.* 7. 9.]

15. *a* Hæc populum justum, et semen sine querela liberavit a nationibus, quæ illum deprimebant. [a *Exod.* 1. 11.]

16. Intravit in animam servi Dei, et stetit contra reges horrendos in portentis et signis.

17. Et reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili: et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem:

18. *a* Transtulit illos per mare Rubrum, et transvexit illos per aquam nimiam. [a *Exod.* 14. 22. *Ps.* 77. 13.]

19. Inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum eduxit illos. *a* Ideo justi tulerunt spolia impiorum. [a *Exod.* 12. 35.]

Pères ont vu dans ces manifestations de la Sagesse, aux justes de l'ancienne loi, une figure de l'incarnation elle-même, qui devait avoir pour effet de rendre permanente la présence corporelle du Christ au milieu de nous par la merveille de l'Eucharistie.

---

12. *Ab inimicis, et a seductoribus.* Possunt intelligi Laban et cognati ejus, qui recedentem persequebantur; vel etiam Esau, qui redeunti insidiabatur. Adde Chananæos et Pherezæos, quos Jacob post cladem Sichimitarum timebat valde, Genes., 34, 30: sed eos terror Dei invasit, et non sunt ausi persequi recedentes, ibid., c. 35, n. 5. — *Certamen forte.* Intelligit luctam cum angelo, ibid., 32, 24, in qua Jacob prævaluit.

13. *Venditum justum.* Joseph. Vide Gen. 37, 28. — *A peccatoribus.* Græce est, ἐξ ἁμαρτίας, *a peccato*, quod aliqui interpretantur de peccato ad quod sollicitabatur Joseph ab uxore Putipharis, Genes., 39, n. 7. Vel per peccatores intelligit fratres Joseph illum occidere volentes, et postea mercatoribus vendentes. * Vel per peccatum intelligitur culpa, cujus, licet innocens, reus factus fuerat, nimirum attentati adulterii cum uxore domini sui. — *In foveam.* Vel cisternam veterem, vel carcerem in Ægypto.

14. *Sceptrum regni.* Nam toti Ægypto præfuit, dignitate et potestate primus a rege. — *Qui eum deprimebant.* Qui eum deprimebant, fratres scilicet, Putipharem et uxorem, et eos qui male eum in carcere tractabant, vinciendo, cædendo, etc. — *Maculaverunt illum.* Accusaverunt, infamaverunt. — *Claritatem æternam.* Gloriam et splendorem Ægyptiacæ præfecturæ, cujus memoria erit æterna.

15. *Populum justum.* Populum Israeliticum, quem ex Ægypti servitute liberavit. — *Justum.* Nihil tale merentem. — *Semen sine querela.* Irreprehensibile, inculpatum, quod nulla superstitione maculatum erat in Ægypto. — *Nationibus.* Ægyptiis.

16. *Intravit.* Sapientia. — *Servi Dei.* Mosis. — *Stetit contra.* In græco est, ἀντέστη, *restitit.* — *Reges horrendos.* Rex unus fuit Pharao contra quem stetit Moses; sed regum nomine intelliguntur etiam principes Pharaonis coram quibus editæ sunt plagæ. — *Horrendos.* Φοβεροῖς, terribiles, potentes, sævos.

17. *Mercedem laborum suorum.* Intelligit compensationem copiosam mercedis pro laboribus præteritis, quæ facta est cum vasa et supellectilem pretiosam Ægyptiorum abstulerunt Hebræi. Vide Exod. 3, 21, 22; et c. 11, 2; et c. 12, 35. — *In via mirabili.* Per mare Rubrum et desertum, inducta nube cujus velamento in die protegerentur ab æstu, et noctu splendore ignis tenebras discutiendo. Intelligit columnam ignis et nubis, de qua vide Exod. 13, 21. — *In luce stellarum.* Intelligit illuminationem ignis, * qui vicem stellarum de nocte fulgentium implebat.

18. *Nimiam.* Multam.

19. *Ab altitudine inferorum eduxit illos.* Ἐκ βάθους ἀβύσσου ἀνέβρασεν αὐτούς, *ex profunditate abyssi ebullire fecit illos*: quod aliqui de Ægyptiorum cadaveribus ad littora ejectis intelligunt, alii de Hebræis liberatis e profundo alveo maris, et ad littus eductis; quæ interpretatio communior est latinorum interpretum. — *Spolia.* Ægyptiorum.

20. *a* Et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter: [a *Exod.* 15. 1.]

21. Quoniam sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.

20. Ils ont honoré, par leurs cantiques, votre saint nom, ô Seigneur! et ils ont loué tout ensemble votre main victorieuse.

21. Parce que la sagesse a ouvert la bouche des muets, et qu'elle a rendues éloquentes les langues des petits enfants.

CHAPITRE XI.

Merveilles opérées par la Sagesse en faveur des Israélites. Plaies de l'Egypte.

1. Direxit *a* opera eorum in manibus prophetæ sancti. [a *Exod.* 16. 1.]

2. Iter fecerunt per deserta quæ non habitabantur: et in locis desertis fixerunt casas.

3. *a* Steterunt contra hostes, et de inimicis se vindicaverunt. [a *Exod.* 17. 13.]

4. *a* Sitierunt, et invocaverunt te, et data est illis aqua de petra altissima, et requies sitis de lapide duro. [a *Num.* 20. 11.]

5. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, a defectione potus sui, et in eis, cum abundarent, filii Israel, lætati sunt;

6. Per hæc, cum illis deessent, bene cum illis actum est.

7. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti injustis.

8. Qui cum minuerentur in traduc-

1. C'est elle qui les a conduits heureusement dans toutes leurs œuvres par le saint prophète.

2. Ils ont marché par des lieux inhabités, ils ont dressé leurs tentes dans les déserts.

3. Ils ont résisté à leurs ennemis, et ils se sont vengés de ceux qui les attaquaient.

4. Ils ont eu soif, et ils vous ont invoqué, et vous leur avez fait sortir de l'eau d'un rocher très-élevé; vous avez désaltéré leur soif d'une pierre très-dure.

5. Car comme leurs ennemis avaient été punis en ne trouvant point d'eau, au même temps que les enfants d'Israël se réjouissaient d'en avoir en abondance;

6. Il fit au contraire alors grâce aux siens, en leur donnant de l'eau dans leur extrême besoin.

7. Car au lieu des eaux d'un fleuve qui coulait toujours, vous donnâtes du sang humain à boire aux méchants.

8. Et au lieu que ce sang avait fait mourir les

20. *Et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum.* Le Sage passe ainsi en revue tous les principaux événements de l'histoire du peuple de Dieu, depuis Adam jusqu'à Moïse, et il les confirme en les rappelant. C'est ainsi que tous nos livres saints forment une chaîne que rien n'interrompt et un tout, dont toutes les parties se soutiennent mutuellement. Il attribue spécialement à l'inspiration divine le magnifique cantique que Moïse composa en action de grâces après le passage de la mer Rouge, et que tout le peuple chanta avec l'enthousiasme de la reconnaissance.

Chap. XI. — 3. *Steterunt contra hostes.* Les Israélites ont résisté à tous leurs ennemis, non-seulement aux Amalécites, mais encore au roi Arad qui les avait attaqués (Num., XXI, 1), aux Madianites, dont les filles les avaient pervertis (Num., XXV), à Og, roi de Basan, et à Sehon, roi des Amorrhéens (Deut., III, 1; Num., XXI).

---

20. *Decantaverunt.* Canticum Mosis, quod habemus Exod. 15, 1. — *Pariter.* Ὁμοθυμαδόν, *uno animo*, uno ore.

21. *Os mutorum.* Qui prius præ timore loqui non audebant. — *Linguas infantium.* Imperitorum vel puerorum, qui et ipsi canebant cum reliquis.

Cap. XI. — 1. *Direxit.* Εὐόδωσε, prospere duxit, bona duxit via, fecit ut exitus felices haberent eorum opera. — *In manibus prophetæ.* Per prophetam, scilicet Mosen.

2. *Casas.* Σκηνάς, tabernacula, tentoria.

3. *Contra hostes.* Pugnam intelligit contra Amalech in Raphidim, Exod. 17, 8. * Amorrhæos, Basanitas.

4. *Sitierunt.* Vide Exod. 17, 2; et Num. 20, 2. — *Requies sitis.* In græco est, ἴαμα, sanitas, curatio, remedium, consolatio, refrigerium.

5. *Per quæ enim pœnas passi sunt.* Sententia est: eo in quo puniti sunt Ægyptii, in eodem cum Hebræis bene actum est. Ægyptii siti vexati sunt, cum aquæ eorum in sanguinem sunt conversæ, Exod. 7, 20, et potus illos deficeret: contra vero Hebræis large a Domino suppeditatæ sunt in deserto. — *Cum abundarent filii Israel.* Non in deserto, percussa petra, sed in Ægypto; nam aquas ipsi puras lætantes bibebant.

6. *Cum illis deessent.* Hebræis scilicet in deserto. — *Bene cum illis actum est.* Divino munere suppeditatis aquis.

7. *Fonte... sempiterni fluminis.* Πηγῆς ἀενάου, *fonte perenni.* — *Humanum sanguinem.* Est memorata plaga sanguinis, Exod. 7, 17.

8. *Qui cum minuerentur.* Causa exprimitur ob quam plaga illa sanguinis Ægyptii puniti sunt, et sitim passi; quia nimirum Hebræorum masculos aquis suffocarant; per quæ enim quis peccat, per hæc et torquetur. — *Cum minuerentur.* Ægyptii scilicet, multis siti pereuntibus. — *In traductione infantium occisorum.* Εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, *in correptionem, sive redargutionem infanticidialis præcepti.* — *Dedisti illis abundantem aquam.* Hebræis in deserto. — *Insperate.* Non enim Hebræi duntaxat desperaverant et murmuraverant, sed non nihil etiam Aaron et Moses subdubitaverant. Vide quæ dixi Numer. 20, n. 12.

Egyptiens, en leur reprochant leur cruauté dans le meurtre des enfants, vous avez donné à votre peuple de l'eau en abondance par un prodige auquel il ne s'attendait pas.

9. Et vous avez fait voir par cette soif, qui arriva alors, de quelle manière vous releviez ceux qui sont à vous, et vous faites périr ceux qui les combattent.

10. Car après que vos enfants eurent été éprouvés par un châtiment mêlé de miséricorde, ils reconnurent de quelle sorte vous tourmentiez les impies.

11. En effet, vous avez éprouvé les premiers, comme un père qui avertit lorsqu'il châtie, et vous avez condamné les autres, comme un roi qui punit sévèrement.

12. Ils étaient même également tourmentés, soit dans l'absence ou dans la présence.

13. Car en se souvenant du passé, ils trouvaient pour eux un double sujet de peines et de larmes.

14. Et ayant appris que ce qui avait fait leur tourment était devenu un bien pour les autres, ils commencèrent à reconnaître le Seigneur, étant surpris de l'événement des choses.

15. Et ils admirèrent enfin celui-là même qui avait été le sujet de leur raillerie dans cette cruelle exposition à laquelle il avait été abandonné, voyant la différence qu'il y avait entre leur soif et celle des justes.

16. Et parce que vous avez voulu punir les pensées extravagantes de l'iniquité de ces peuples, et les erreurs de quelques-uns qui adoraient des serpents muets et des bêtes méprisables, vous avez envoyé contre eux une multitude d'animaux muets pour vous venger d'eux.

17. Afin qu'ils sussent que chacun est tourmenté par la même chose par laquelle il pèche.

tione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperate.

9. Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum necares.

10. Cum enim tentati sunt, et quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur.

11. Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti.

12. Absentes enim et præsentes similiter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tædium, et gemitus cum memoria præteritorum.

14. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15. Quem enim in expositione prava projectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt, non similiter justis sitientes.

16. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, a quod quidam errantes colebant mutos serpentes, et bestias supervacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam. [a *Infr.* 12. 24.]

17. Ut scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.

17. *Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.* Cette loi du talion trouve son application sous l'action providentielle plus souvent qu'on ne pense. Elle est dans beaucoup d'endroits proclamée dans les saintes Écritures. Après le déluge, Dieu dit : *Quicumque effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius* (Gen., IX, 6). Le prophète Isaïe s'écrie : *Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis! et qui spernis nonne et ipse sperneris* (Is., XXXII, 1). Habacuc dit à Babylone : *Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis* (Hab., II, 8). Et dans l'Evangile, Notre Seigneur dit : *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt* (Matth., XXVI, 52). *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* (Luc., VI).

---

9. *Necares.* Ἐκόλασας, *castigasti.*

10. *Tentati sunt.* Per sitim vexati. — *Et quidem cum misericordia disciplinam accipientes.* Quasi dicat : Quam tamen vexationem misericorditer et in illorum bonum permisit Deus. — *Scierunt.* Ex iis quæ ipsi passi essent. — *Judicati impii.* Vexati Ægypti. — *Tormenta paterentur.* Sitis extremæ illos necantis.

11. *Hos quidem.* Scilicet Hebræos. — *Interrogans.* * Καταδικάζων ἐξήτασας, id est, *damnatos torsisti.*

12. *Absentes enim.* Sive ab Hebræis Ægyptii recederent, neque se cum illis miscerent, sive cum illis versarentur, siti similiter vexabantur.

13. *Duplex.* Duplici nomine dolore ac tristitia affecti sunt Ægyptii, ubi acceperunt mirabile divinumque sitis remedium in deserto Hebræis datum, simulque et memoriam revocarunt quam ipsos quondam duro vexasset sitis, cum Hebræi nullam paterentur.

14. *Cum enim audirent.* Id est, Ægyptii cum audirent ea in re beneficio affectos Hebræos in qua ipsi afflicti punitique fuerant, videlicet in aqua sedante sitim illorum, et in Ægypto, et postea in deserto. — *Secum.* Id est, cum Hebræis. — *Commemorati sunt Dominum.* Ἤσθοντο τοῦ Κυρίου, senserunt, deprehenderunt, cognoverunt potentiam Domini. — *Admirantes in finem exitus.* Quasi dicat : Quem tandem finem et exitum habuissent res Hebræorum.

15. *Quem.* Mosen. — *In expositione prava.* Cum in flumine expositus est, ut aquis suffocaretur. Vide Exod. 2, 3. — *Deriserunt.* Contempserant Ægyptii. — *Non similiter justis sitientes.* Non aliquantum sitientes, ut Hebræi, sed gravissime et usque ad mortem.

16. *Cogitationibus... insensatis.* Intelligit errorem idololatriæ Ægyptiorum. — *Mutos serpentes.* Ἄλογα ἑρπετὰ, *serpentes ratione carentes.* — *Supervacuas.* Εὐτελῆ, *viles.* — *Mutorum animalium.* Ratione carentium ; nam hic est ἀλόγων.

18. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia invisa, a immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, [a *Levit.* 26. 22. *Infr.* 16. 1. *Jer.* 8. 17.]

19. Aut novi generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes :

20. Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed et aspectus per timorem occidere.

21. Sed et sine his uno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, et dispersi per spiritum virtutis tuæ : sed omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti.

22. Multum enim valere, tibi soli supererat semper, et virtuti brachii tui quis resistet?

23. Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta roris antelucani quæ descendit in terram.

24. Sed misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25. Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti : nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.

18. Car il n'était pas difficile à votre main toute-puissante, qui a tiré tout le monde d'une matière informe, d'envoyer contre eux une multitude d'ours et de fiers lions,

19. Ou de bêtes d'une espèce nouvelle et inconnue, pleines de fureur, qui jetassent les flammes par les narines, ou qui répandissent une noire fumée, ou qui lançassent d'horribles étincelles de feu de leurs yeux ;

20. Qui non-seulement auraient pu les exterminer par leurs morsures, mais dont la seule vue les aurait fait mourir de frayeur.

21. Sans cela même ils pouvaient périr d'un seul souffle, persécutés par leurs propres crimes, et renversés par le souffle de votre puissance : mais vous réglez toutes choses avec mesure, avec nombre et avec poids.

22. Car la souveraine puissance est à vous seul, et vous demeure toujours, et qui pourra résister à la force de votre bras?

23. Tout le monde est devant vous comme ce petit grain qui donne à peine la moindre inclinaison à la balance, et comme une goutte de la rosée du matin qui tombe sur la terre.

24. Mais vous avez compassion de tous les hommes, parce que vous pouvez tout ; et vous dissimulez leurs péchés, afin qu'ils fassent pénitence.

25. Car vous aimez tout ce qui est, et vous ne haïssez rien de tout ce que vous avez fait, puisque si vous l'aviez haï vous ne l'auriez point créé.

24. *Sed misereris omnium.* Dieu fait voir principalement sa toute-puissance dans la bonté qu'il a pour les hommes, selon que l'Eglise le publie dans ses prières : *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè et miserando manifestas.* Il a compassion de leur misère, parce qu'il en connaît la profondeur et qu'il en prévoit l'effroyable suite. Il dissimule leurs péchés comme s'il ne les voyait pas, afin que par cette patience infatigable, il les attire peu à peu à rentrer en eux-mêmes et à se convertir à lui par une sincère pénitence. Car si un père aime son fils dans sa désobéissance même et dans son déréglement, parce qu'il est son père : combien plus Dieu aimera-t-il les âmes, lors même qu'elles sont abandonnées au péché, lui qui en est le Créateur et le Père unique! Heureux ceux qui comprennent cette bonté infinie de Dieu, et qui, au lieu d'en abuser, s'en servent pour leur salut (*Sacy*).

---

18. *Impossibilis.* Impotens. — *Orbem terrarum.* Res et species orbis. — *Ex materia invisa.* Græce, ἀμόρφου, id est, *informi*, inornata, incomposita ; nam antequam Deus separaret aquas a terris, *terra erat inanis et vacua*, ut dicitur Genes., c. 1, n. 2 ; vel, ut vertunt LXX, *invisibilis et incomposita.*

19. *Novi generis.* Νεοκτίστους, *noviter creatas.* — *Ira plenas.* Feroces. — *Fumi odorem proferentes.* Βρόμους λικμωμένους καπνοῦ, *sonitus fumi ventilantes* : id est, exhalantes cum strepitu fumidum vaporem. Βρόμος, quod noster vertit *odorem*, significat fremitum, fragorem, ingentem sonitum, qualem venti, vel maris undæ edunt, vel concussa terra, vel crepitans ignis. *Odorem* vertit Vulgatus, quod horrendis hisce bestiis etiam fœtida exhalatio et halitus oris pestifer addendus videretur.

20. *Læsura.* Βλάβη, *læsio.*

21. *Uno spiritu.* Ἑνὶ πνεύματι. Italice dicimus : *In un soffio, in un fiato* : uno flatu. — *Persecutionem passi ab ipsis factis suis.* Ὑπὸ τῆς δίκης διωχθέντες, *ab ultione acti*, impulsi, agitati. — *Ab ipsis factis suis.* Propter acta et peccata. — *Dispersi.* Λικμηθέντες, agitati tanquam ventilabro. — *Per spiritum virtutis tuæ.* Per spiritum validum et vehementem iræ tuæ vindicis. — *Sed omnia in mensura.* Sententia est : sed iram moderatus es, certa quadam ratione atque proportione et æquitate utens.

22. *Multum... valere.* Valde posse, viribus pollere. — *Tibi soli supererat semper...* Tibi soli semper adest abunde.

23. *Tanquam momentum stateræ.* Ῥοπὴ, significare videtur hoc loco minimum aliquem scrupum aut granum quod in alteram lancem immitti solet, cum aurificis statera aliquid examinatur.

24. *Quia omnia potes.* Sane miseretur, qui non ulciscitur cum facile possit. — *Dissimulas.* Non statim punis, sed expectas ut agant pœnitentiam.

25. *Nec enim odiens.* Quasi dicat : Si odisses, non fecisses.

26. Qu'y a-t-il qui pût subsister si vous ne le vouliez pas? ou qui se pût conserver sans votre ordre?	26. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset, conservaretur?
27. Mais vous êtes indulgent envers tous, parce que tout est à vous, ô Seigneur, qui aimez les âmes.	27. Parcis autem omnibus : quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas.

CHAPITRE XII.

Comment Dieu châtie, et quelle leçon nous pouvons retirer de ses châtiments.

1. O Seigneur, que votre esprit est bon, et qu'il est doux dans toute sa conduite!	1. O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus!
2. C'est pour cela que vous châtiez peu à peu ceux qui s'égarent; vous les avertissez des fautes qu'ils font, et vous les instruisez, afin que se séparant du mal ils croient en vous, ô Seigneur!	2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis : et de quibus peccant, ad mones et alloqueris : ut relicta malitia, credant in te, Domine.
3. Vous aviez en horreur ces anciens habitants de votre terre sainte,	3. *a* Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, [*a* *Deut.* 9. 3; 12. 29; 18. 12.]
4. Parce qu'ils faisaient des œuvres détestables par des enchantements et des sacrifices impies.	4. Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia injusta.
5. Ils tuaient sans compassion leurs propres enfants, ils mangeaient les entrailles des hommes, et ils dévoraient le sang contre votre ordonnance sacrée.	5. Et filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio sacramento tuo.
6. Ils étaient tout ensemble les pères et les parricides des âmes cruellement abandonnées; et vous les avez voulu perdre par les mains de nos pères;	6. Et auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti per manus parentum nostrorum.

Cap. XII. — 2. *Ut relicta malitia credant in te, Domine.* C'est ainsi que Dieu a châtié les nations Chananéennes qui avaient mérité, par leurs crimes, d'être exterminées. Cette extermination n'eut lieu que peu à peu, afin de laisser à ces nations coupables le temps de se convertir.

5. *Et comestores viscerum hominum.* Ces détails ne se trouvent qu'ici. Les historiens profanes ne nous ont pas transmis ces horreurs; mais ils nous ont raconté ces sacrifices humains, dans lesquels les parents offraient eux-mêmes leurs enfants, croyant apaiser par là la divinité. C'était au dieu Moloch que les Chananéens offraient ces horribles sacrifices, et c'était dans la vallée d'Ennon, près de Jérusalem, que ces abominations se passaient.

---

26. *Quod a te vocatum non esset.* Quod a te creatum non esset et conservatum, quod a te non juberetur permanere et durare.

27. *Parcis autem omnibus.* Deus hominibus parcit, quia amator est animarum quæ ipsius sunt, ut reliqua omnia, nec decet patrem familias prodigere res pretiosiores.

Cap. XII. — 1. *Bonus et suavis.* Sic etiam David ait : *Dulcis et rectus Dominus*, Psal. 24, v. 8. — *In omnibus.* In omnibus rebus, maxime in hominibus, tam in pœnis quam in præmiis.

2. *Qui exerrant.* Τοὺς παραπίπτοντας, *cadentes, labentes*, scilicet in peccata. — *Partibus corripis.* Κατ' ὀλίγον, *paulatim*, vel *sensim* corripis. — *Admones et alloqueris.* Ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς, *in memoriam revocando instituis*, admones, castigas et increpas. — * *Credant in te.* Tibi confidant, et confidendo obediant.

3. *Illos... antiquos.* Chananæos intelligit, aliosque populos qui ante Hebræos terram sanctam incoluerant. — *Quos exhorruisti.* Odio habuisti propter eorum scelera, de quibus mox.

4. *Per medicamina.* Ἔργα φαρμακειῶν, *opera veneficiorum et maleficiorum injusta.* Ἀνοσίους, *impia*, * *cruenta*, sacrilega, non sacra.

5. *Filiorum suorum necatores.* Enumeratio criminum gentium illarum quæ genere quodam sacrificii necabant proprios filios, eorum vescebantur visceribus, et sanguinem sorbebant. — *A medio sacramento tuo.* Id est, devoratores sanguinis, et auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti, a medio sacramento tuo, id est, a terra quam Chananæi habitabant, quæ sacra erat et sancta, quia populo sancto destinata. Vel sensus est : perdidisti *a sacramento tuo*, id est, e medio sustulisti, ut sacramentis et sacrificiis tuis locum præparares purgatum ab impiis gentilium ceremoniis.

6. *Auctores.* Αὐθέντας, quæ vox in recentiori significatione accipitur a latino interprete, cum vertit *auctores*; nam αὐθέντης, antiquiore significatione, eum significat qui propria manu se vel alium occidit, quem alio vocabulo αὐτόχειρας Græci appellant. Itaque cum Vulgatus dicit *auctores*, subintellige *cædis*. — *Animarum inauxiliatarum.* Auxilio destitutarum. — *Perdere voluisti.* Ne impia sacra ibi celebrarentur, aut in loco illo proximo ubi tuum locaturus eras altare.

7. Ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium carior est terra.	7. Afin que cette terre qui vous était la plus chère de toutes devînt le digne héritage des enfants de Dieu.
8. Sed et his tanquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent.	8. Mais cependant vous avez épargné *ces méchants*, comme étant des hommes, et vous leur avez envoyé des guêpes pour être les avant-coureurs de votre armée, afin qu'elles les exterminassent peu à peu.
9. Non quia impotens eras in bello subjicere impios justis, aut bestiis sævis, aut verbo duro simul exterminare :	9. Ce n'est pas que vous ne puissiez assujétir par la guerre les impies aux justes, ou les faire périr tout d'un coup par des bêtes cruelles, ou par la rigueur d'une seule de vos paroles :
10. *a* Sed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. [*a* *Exod.* 23. 30. *Deut.* 7. 22.]	10. Mais exerçant sur eux vos jugements par degrés, vous leur donniez lieu de faire pénitence, quoique vous n'ignorassiez pas que leur nation était méchante, que la malice leur était naturelle, et que leur pensée ne pourrait jamais être changée.
11. Semen enim erat maledictum ab initio : nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.	11. Car leur race était maudite dès le commencement; ce n'était pas par la crainte de qui que ce soit que vous les épargniez ainsi dans leurs péchés.
12. Quis enim dicet tibi : Quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti?	12. Car qui est celui qui vous dira : Pourquoi avez-vous fait cela? ou qui s'élèvera contre votre jugement? ou qui paraîtra devant vous pour prendre la défense des hommes injustes? ou qui vous accusera quand vous aurez fait périr les nations que vous avez créées?
13. Non enim est alius Deus quam tu, *a* cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non injuste judicas judicium? [*a* *I. Pet.* 5. 7.]	13. Car après vous, qui avez soin généralement de tous les hommes, il n'y a point d'autre Dieu devant lequel vous ayez à faire voir qu'il n'y a rien d'injuste dans les jugements que vous prononcez.
14. Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti.	14. Il n'y a ni roi ni prince qui puisse s'élever contre vous en faveur de ceux que vous aurez fait périr.
15. Cum ergo sis justus, juste omnia disponis; ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas a tua virtute.	15. Cependant étant juste comme vous êtes, vous gouvernez toutes choses justement, et vous regardez comme une chose indigne de votre puissance, de condamner celui qui ne mérite point d'être puni.
16. Virtus enim tua justitiæ initium est : et ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.	16. Car votre puissance est le principe même de la justice, et vous êtes indulgent envers tous, parce que vous êtes le Seigneur de tous.

15. *Cum ergo sis justus, juste omnia disponis.* Quoique Dieu soit souverainement indépendant, il y a une chose que sa sainteté ne peut méconnaître, c'est la justice et la vérité. S'il agissait contre la justice et la vérité, il agirait contre lui-même, ce qui répugne. C'est ce qui faisait dire à Bossuet, que quand Dieu agit, il a lui-même besoin d'avoir raison.

---

7. *Ut dignam.* In græco est, ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται Θεοῦ παίδων ἡ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ, hoc est, *ut terra quæ apud te omnium maxime erat honorata* (vel *omnium erat pretiosissima*) *acciperet coloniam dignam pueris Dei*, vel *coloniam puerorum Dei dignam se*, id est acciperet dignam se coloniam constantem pueris, sive servis et cultoribus Dei. — *Perciperent.* Jansenius legendum contendit, *perciperet*, ut concordat cum voce *terra*. — *Peregrinationem.* Ἀποικίαν, *coloniam*. — *Puerorum Dei.* Servorum Dei.

8. *Vespas.* De veris vespis sive crabronibus Chananæis infestis intelligendum est. Vide Exod. 23, 28; et Deut. 7, 20. — *Paulatim exterminarent.* Paulatim, ut otium se corrigendi, aut imminentem cladem effugiendi haberent.

9. *Verbo.* Imperio. — *Simul.* Græce est, ὑφ' ἕν, ad unum omnes, eodem temporis momento.

10. *Partibus.* Κατὰ βραχὺ, *paulatim*, per partes, sensim. — *Judicans.* Puniens. — *Non ignorans.* Id est, licet non ignorares. — *Naturalis malitia.* Ἔμφυτος ἡ κακία, insita et valde radicata. — *In perpetuum.* Omnino mutari non poterat, quia obstinata erat in malo.

11. *Nec timens.* Et licet neminem timeres, adeo indulgenter tua bonitate ductus, cum illis agebas.

12. *Quis tibi imputabit.* Quis tibi crimini aut vitio dabit?

13. *Ut ostendas.* Id est, sed ut ostendas, * cui ostendas tanquam superior aut pari.

15. *Exterum.* Alienum. — *A tua virtute.* A tua potentia.

16. *Virtus... tua.* Ἰσχὺς, *robur, potentia.* — *Justitiæ initium est.* Tunc se exerit virtus et potentia tua, cum exigit justitia. Potentia tua initium capit se prodendi cum justitia id exigit. Verum quia ἀρχὴ non solum significat *initium*, sed etiam *principatum*, sensus esse potest : potentiam vim suam justitia moderari, ut nihil plus faciat quam præscribat ipsa justitia. — *Ob hoc quod omnium Dominus es.* Rebus enim suis domini libenter parcunt.

17. Vous faites voir votre puissance lorsqu'on ne vous croit pas souverainement puissant, et vous confondez l'audace de ceux qui ne vous connaissent pas.

18. Mais comme vous êtes le dominateur souverain, vous êtes lent et tranquille dans vos jugements, et vous nous gouvernez avec une grande réserve, parce qu'il vous sera toujours libre d'user de votre puissance quand il vous plaira.

19. Vous avez appris à votre peuple par cette conduite, qu'il faut être juste et porté à la douceur, et vous avez donné sujet à vos enfants d'espérer qu'en les jugeant, vous leur donnerez lieu de faire pénitence de leurs péchés.

20. Car si, lorsque vous avez puni les ennemis de vos serviteurs, et ceux qui avaient si justement mérité la mort, vous l'avez fait avec tant de précaution, et si vous leur avez donné du temps, afin qu'ils pussent se convertir de leur mauvaise vie;

21. Avec combien de circonspection avez-vous jugé vos enfants, aux pères desquels vous avez donné votre parole avec serment en faisant alliance avec eux, et leur promettant de si grands biens!

22. Lors donc que vous nous faites souffrir quelque châtiment, vous tourmentez nos ennemis en plusieurs manières, afin que nous pensions votre bonté avec une sérieuse attention; et que, lorsque vous nous faites éprouver votre justice, nous espérions en votre miséricorde.

23. C'est pourquoi, ceux qui avaient mené une vie injuste et insensée, vous leur avez fait souffrir d'horribles tourments par les choses mêmes qu'ils adoraient :

17. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, et horum, qui te nesciunt, audaciam traducis.

18. Tu autem, dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, et cum magna reverentia disponis nos; subest enim tibi, cum volueris, posse.

19. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet justum esse et humanum, et bonæ spei fecisti filios tuos; quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ.

20. Si enim inimicos servorum tuorum, et debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus et locum per quæ possent mutari a malitia;

21. Cum quanta diligentia judicasti filios tuos, quorum parentibus juramenta et conventiones dedisti; bonarum promissionum!

22. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes; et cum de nobis judicatur, speremus misericordiam tuam.

23. Unde et illis, qui in vita sua insensate et injuste vixerunt per hæc, quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.

19. *Docuisti autem populum tuum.* La manière dont Dieu punit doit nous servir de leçon et nous apprendre la conduite que nous devons tenir envers ceux qui nous offensent. Quoiqu'il soit tout-puissant, il punit lentement, il punit avec douceur, n'élevant jamais la peine à la hauteur de la faute, il punit le coupable de manière à le rendre meilleur en lui faisant sentir ses torts.

---

17. *Virtutem.* Potentiam cogeris exercere et ostendere. — *Qui non crederis.* Ab impiis. — *In virtute consummatus.* Vim et potentiam perfectam habere. — *Qui te nesciunt.* Infidelium idololatrarum. — *Traducis.* Ἐξελέγχεις, confutas, redarguis, punis.

18. *Dominator virtutis.* Δεσπόζων ἰσχύος, *qui dominaris fortitudini.* — *Cum tranquillitate.* Ἐν ἐπιεικείᾳ, in æquitate, non summo jure, cum moderatione. — *Cum magna reverentia.* Μετὰ πολλῆς φειδοῦς, *cum multa parcitate*, id est, multum nobis parcens. — *Disponis.* Regis, gubernas. — *Subest enim tibi, cum volueris, posse.* Non punis statim peccata, nec merito supplicio, quia id potes quando et quomodo vis; et cum fuerit opportunum, tibique placuerit, nullus evadet potentiam tuam.

19. *Per talia opera.* Facilitatis et clementiæ. — *Justum esse et humanum.* Justitiam clementiæ et humanitatis suavitate temperare. — *Et bonæ spei fecisti filios tuos.* Et ad bonam spem erexisti filios tuos, quod si deliquerint, eosque pœnituerit, illos denuo recipies, et gratiæ tuæ participes facies.

20. *Inimicos servorum tuorum.* Chananæos. — *Debitos morti.* Morte dignos. — *Attentione.* Circumspectione et præmeditatione, quasi cavens ne modum excederes in pœnis.

21. *Cum quanta diligentia.* Quam sollicita, exquisita et accurata diligentia existimandus es judicasse filios tuos! Italice diceremus : *Con quanto riguardo, rispetto, o risparmio!* — *Quorum parentibus juramenta.* Quorum majoribus tanta tam sancte promisisti, pacta et conventa firmans juramento.

22. *Cum ergo das nobis disciplinam.* Ἡμᾶς οὖν παιδεύων, *nos ergo erudiens*, instituens, castigans; quasi dicat : Hoc est discrimen inter justos Deo charos et inter horum inimicos impios, quod cum primos moderatis Deus castiget verberibus, secundos acrius flagellat. — *Ut bonitatem tuam.* Ut cum cura cogitemus, perpendamus, sollicite judicantes bonitatem tuam, hoc est, ut expendentes cum judicio bonitatem tuam, solliciti simus ne nimirum illa excidamus. Vel sensus est : ut cum de aliis judicamus, et illos punimus, faciamus hoc modeste, Dei sequentes exemplum erga nos. — *Et cum de nobis judicatur.* Κρινόμενοι δὲ, *judicati autem :* cum alii de nobis sententiam ferunt. — *Speremus.* Προσδοκῶμεν, *expectemus.*

23. *Insensate.* Ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς, *in stultitia vitæ :* idololatriam et alia peccata admittendo. — *Per hæc, quæ coluerunt.* Per eas ipsas res quas coluerunt. — *Dedisti summa tormenta.* In græco est tantum ἐβασάνισας, *torsisti.* Intelligit tormenta per viles bestiolas iis inflicta, qui easdem bestiolas colebant tanquam numina. Colebant Chananæi Beelzebub, id est, *deum muscarum :* ideo muscis, sive crabronibus vexati sunt.

24. *a* Etenim in erroris via diutius erraverunt, deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes. [a *Supr.* 11. 16. *Rom.* 1. 23.]

25. Propter hoc tanquam pueris insensatis judicium in derisum dedisti.

26. Qui autem ludibriis et increpationibus non sunt correcti, dignum Dei judicium experti sunt.

27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt; propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos.

24. Car ils s'étaient égarés longtemps dans la voie de l'erreur, prenant pour des dieux les plus vils d'entre les animaux, et vivant comme des enfants sans raison.

25. C'est pourquoi vous vous êtes joué d'eux en les punissant, comme des enfants insensés.

26. Mais ceux qui ne se sont pas corrigés par cette manière d'insulte et de réprimande ont éprouvé une condamnation digne de Dieu.

27. Car ayant la douleur de se voir tourmentés par les choses mêmes qu'ils prenaient pour des dieux, et voyant qu'on s'en servait pour les exterminer et pour les perdre, ils reconnurent le Dieu véritable, qu'ils faisaient profession de ne pas connaître; c'est pourquoi ils furent enfin accablés par la dernière condamnation.

CHAPITRE XIII.

De l'idolâtrie.

1. Vani *a* autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex; [a *Rom.* 1. 18.]

2. *a* Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. [a *Deut.* 4. 19. et 17. 3.]

3. Quorum si specie delectati, deos putaverunt; sciant quanto his domina-

1. Ainsi tous les hommes qui n'ont point la connaissance de Dieu ne sont que vanité; ils n'ont pu comprendre par les biens visibles le souverain Etre, et ils n'ont point reconnu le Créateur par la considération de ses ouvrages.

2. Mais ils se sont imaginé que le feu, ou le vent, ou l'air le plus subtil, ou la multitude des étoiles, ou l'abîme des eaux, ou le soleil et la lune, étaient les dieux qui gouvernaient le monde.

3. Que s'ils les ont crus des dieux parce qu'ils étaient charmés de leur beauté, qu'ils conçoivent

27. *Verum Deum agnoverunt.* Les créatures qu'ils avaient prises pour des dieux s'étant retournées contre eux, ils ont reconnu le Dieu véritable qu'ils ne connaissaient pas auparavant; mais ils l'ont connu, dit Bossuet, malgré eux, avec dissimulation, dans le sens de ces paroles du Prophète : *Et scietis quia ego sum Dominus percutiens* (Ezech., VII, 9). Cette connaissance n'a servi qu'à les rendre plus coupables, puisqu'au lieu de s'en servir pour sortir de l'erreur, ils n'en ont usé que pour blasphémer et insulter le Dieu dont la puissance s'était manifestée à eux.

Cap. XIII. — 2. *Sed aut ignem, aut spiritum.* Ils ont adoré les signes célestes que le zodiaque parcourt sous les divers noms qu'ils ont donnés aux constellations, le soleil sous le nom de Phœbus, la lune sous celui de Diane, et ils ont ainsi formé l'Olympe en personnifiant les éléments de la nature. C'est ce que disent Cicéron, Macrobe, Arnobe, Eusèbe, saint Augustin. Il y a aussi des philosophes qui ont pris pour les principes du monde ces éléments. Les uns ont dit que tout venait du feu, d'autres de l'eau, d'autres de l'air, etc.

---

24. *In erroris via diutius erraverunt.* Processit horum idololatria et superstitio longius quam cæterorum qui cultum deferebant rebus majoris cujusdam pretii, ut soli, stellis, elementis. — *Diutius.* Μακρότερον, *longius.* — *Supervacua.* Ἄτιμα, *inhonorata*, vilia.

25. *Judicium.* Punitionem. — *In derisum.* Velut puerilibus et ridiculis pœnis punivisti.

26. *Ludibriis et increpationibus.* Quibus non profuit per animalia illa viliora, ut per vespas vel crabrones, admonitio et punitio. — *Dignum Dei judicium.* Graviorem, et qualem meriti fuerant pœnam.

27. *In quibus enim patientes.* Ordo et sensus verborum est hujusmodi : *Videntes*, sive sentientes Chananæi, et cognoscentes in his rebus, *in quibus*, id est, per quas *patientes*, id est, vexati et afflicti, *indignabantur*, id est, moleste ferebant, *per hæc*, inquam, *quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur*, id est, per ipsas res se exterminari, *agnoverunt verum Deum quem olim negabant se nosse.* — *Finis condemnationis.* Extrema seu perfecta condemnatio; quia his malis vexati, nihilominus a tam crasso errore recedere noluerunt.

Cap. XIII. — 1. *Vani.* Μάταιοι, *stulti.* — *Quibus non subest.* Id est, inest. — *De his quæ videntur bona.* Ex bonis quæ videntur; ex visibilibus bonis, ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν. — *Eum qui est.* Deum, qui de se ipso dixit : *Ego sum qui sum*, Exod. 3, 14.

2. *Ignem.* Quem Vulcani nomine colebant. — *Spiritum.* Πνεῦμα. Videtur ventum significare, quem pro Deo cultum testatur etiam Seneca 4. Natura. Quæst. c. 17. — *Citatum aerem.* Ταχινὸν ἀέρα, aerem celerem et mobilem, quem sub Junonis nomine tanquam numen adorabant. — *Gyrum stellarum.* Orbem stellis insignem, cœlum stellarum. — *Nimiam aquam.* Βίαιον ὕδωρ, *violentam aquam*, copiosam maris aquam, fluctibus et tempestatibus violenter agitatam, quam Thetyris nomine aut Neptuni colebant.

3. *Specie.* Pulchritudinis. — *Speciei... generator.* Auctor pulchritudinis.

de là combien celui qui en est le dominateur doit être encore plus beau; car c'est l'auteur de toute beauté qui a donné l'être à toutes ces choses.

4. Que s'ils ont admiré le pouvoir et les effets de ces créatures, qu'ils comprennent de là combien est encore plus puissant celui qui les a créées.

5. Car la grandeur et la beauté de la créature peut faire connaître et rendre visible le Créateur.

6. Et néanmoins ces personnes sont un peu plus excusables que les autres, car s'ils tombent dans l'erreur, on peut dire que c'est en cherchant Dieu, et en s'efforçant de le trouver.

7. Ils le cherchent parmi ses ouvrages; et ils sont emportés par la beauté des choses qu'ils y voient.

8. Mais d'ailleurs ils ne méritent point de pardon.

9. Car s'ils ont pu avoir assez de lumière pour connaître l'ordre du monde, comment n'ont-ils pas découvert plus aisément celui qui en est le dominateur?

10. Mais ceux-là sont vraiment malheureux et n'ont que des espérances mortes, qui ont donné le nom de dieux aux ouvrages de la main des hommes, à l'or, à l'argent, aux inventions de l'art, aux figures des animaux, et à une pierre de nul usage, qui *devient une statue par* le travail d'une main antique.

11. Car un ouvrier habile coupe par le pied dans une forêt, un arbre bien droit; il en ôte adroitement toute l'écorce, et se servant de son art, il en fait quelque meuble utile pour l'usage de la vie.

tor eorum speciosior est; speciei enim generator hæc omnia constituit.

4. Aut si virtutem, et opera eorum mirati sunt; intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis;

5. A magnitudine enim speciei et creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri;

6. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, et volentes invenire.

7. *a* Etenim, cum in operibus illius conversentur, inquirunt; et persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur. [a *Rom.* 1. 21.]

8. Iterum autem nec his debet ignosci.

9. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum: quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt?

10. Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum et argentum, artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

11. *a* Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, et hujus docte eradat omnem corticem, et arte sua usus, diligenter fabricet vas utile in conversationem vitæ; [a *Isai.* 44. 12. *Jerem.* 10. 3.]

5. *Cognoscibiliter poterit creator.* L'Écriture nous dit, en une foule d'endroits, que ce monde sensible peut conduire l'homme à la connaissance de Dieu : *Cœli enarrant gloriam Dei.* C'est aussi ce que proclame la saine philosophie; et le dernier concile du Vatican a condamné le sentiment contraire. Mais les anciens avaient fermé les yeux à cette lumière, et c'est, d'après saint Paul, ce qui les a fait condamner : *Invisibilia ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur... ita ut sint inexcusabiles.* C'est la même doctrine que le Sage expose ici.

6. *In his minor est querela.* Ceux qui se sont égarés en contemplant les astres, qu'ils ont pris pour des dieux, sont moins excusables que ceux qui ont adoré les ouvrages de leurs mains, comme l'auteur l'explique plus loin, verset 11.

---

4. *Virtutem et opera.* Græcæ voces, δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, potentiam sive facultatem, et efficientiam sive efficacitatem significant. — Fortior. Potentior, et majore agendi vi præditus.

5. *A magnitudine enim speciei et creaturæ.* Ἐκ γὰρ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων, *ex magnitudine enim pulchritudine creaturarum.* Sensus Vulgatæ editionis est : ex ipsis creaturis et earum pulchritudine. — *Cognoscibiliter.* Ἀναλόγως, per proportionem, per analogiam.

6. *Minor est querela.* Minorem reprehensionem merentur qui solem, lunam, etc., coluerunt. — *Errant, Deum quærentes.* Veniam aliquam merentur, quod Deum sibi proposuerint inquirendum, et in rerum pervestigatione defixi, rerumque naturalium capti pulchritudine ac vi[illegible] ipsis rebus divinitatem tribuerint, quibus nihil melius valebant intueri.

7. *Conversantur.* Ἀναστρεφόμενοι, occupando se in cognitione et eorum usu.

8. *Iterum autem.* Quamvis quadam ex parte minus reprehendendi videantur rerum nobilium ac utilium cultores, adhuc tamen gravi culpa non vacant, nec veniam erroris merentur.

9. *Si... tantum potuerunt scire.* Si tantum valuerunt ingenio, ut obscuritate naturæ involuta perciperent, et cœlestium corporum proprietates et motum. — *Æstimare.* Στοχάσασθαι, *conjecturis capere;* videtur hoc verbo indicare, non penitus exactam de rebus etiam naturalibus haberi scientiam. — *Sæculum.* Τὸν αἰῶνα, mundum significat. — *Quomodo hujus Dominum.* Potuissent faciliore et breviore opera illorum auctorem et gubernatorem intelligentia consequi, cum animadverterent nec existere temere aut per se, nec posse conservari absque principio et primaria causa, sub cujus ditione et arbitrio cuncta sint, et a qua omnia pendeant.

10. *Inter mortuos spes illorum est.* Inter mortuos censendi, et quorum desperata sit salus. * Vel sensus est : habent fiduciam in simulacris nihil agere valentibus. — *Opus manus antiquæ.* Venerationem enim majorem apud idololatras conciliabat operis antiquitas.

11. *In conversationem.* In usum.

12. Il se sert du bois qui est demeuré de son travail pour se préparer à manger.

13. Et voyant que ce qui lui reste n'est bon à rien, que c'est un bois tortu et plein de nœuds, il le taille avec soin tout à loisir, il lui donne une figure par la science de son art, et il en fait l'image d'une homme,

14. Ou de quelqu'un des *plus* vils animaux; et le frottant avec du vermillon, il le peint de rouge, il lui donne une couleur empruntée, et en ôte avec adresse toutes les taches et tous les défauts.

15. Après cela il fait à sa statue une niche qui lui soit propre; il la place dans une muraille, et il la fait tenir avec du fer,

16. De peur qu'elle ne tombe; et il use de cette précaution sachant qu'elle ne se peut aider elle-même, parce que ce n'est qu'une statue, et qu'elle a besoin d'un secours étranger.

17. Il lui fait ensuite des vœux, et il l'implore pour ses biens, pour ses enfants, ou pour un mariage. Il ne rougit point de parler à un bois sans âme.

18. Il prie pour sa santé celui qui n'est que faiblesse; il demande la vie à un mort, et il appelle à son secours celui qui ne peut se secourir.

19. Pour avoir des forces dans un voyage, il s'adresse à celui qui ne peut marcher; et lorsqu'il pense à acquérir ou à entreprendre quelque chose, et qu'il est en peine du succès de tout ce qui le regarde, il implore celui qui est inutile à tout.

12. Reliquiis autem ejus operis, ad præparationem escæ abutatur;

13. Et reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, et vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scientiam suæ artis figuret illud, et assimilet illud imagini hominis,

14. Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, et rubicundum faciens fuco colorem illius, et omnem maculam, quæ in illo est, perliniens;

15. Et faciat ei dignam habitationem, et in pariete ponens illud, et confirmans ferro,

16. Ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adjuvare se; imago enim est, et opus est illi adjutorium.

17. Et de substantia sua, et de filiis suis, et de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est;

18. Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, et pro vita rogat mortuum, et in adjutorium inutilem invocat;

19. Et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest; et de acquirendo, et de operando, et de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

CHAPITRE XIV.

Origine de l'idolâtrie. Maux dont elle est la source.

1. Un autre aussi ayant entrepris de se mettre en mer, et commençant à faire voile sur les flots impétueux, invoque un bois plus fragile que n'est le bois qui le porte.

1. Iterum alius navigare cogitans, et per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum invocat.

14. *Perliniens rubrica.* Les anciens estimaient extraordinairement le vermillon, et n'en usaient que comme d'une chose très-précieuse. Il y a des auteurs qui ont prétendu que les païens n'adoraient pas le bois, et la pierre et les objets qui en étaient composés; mais Lactance, Tertullien, saint Cyprien, saint Justin, saint Athanase, Clément d'Alexandrie et tous les Pères qui ont vécu au milieu d'eux, affirment le contraire. Nous trouverons dans les Prophètes, et spécialement dans Baruch (VI), la reproduction de ce que dit ici le Sage. C'est ce qui a fait dire au poète :

> *Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena*
> *Vivere et esse; homines sic isti omnia ficta*
> *Vera putant. Credunt signis cor esse in ahenis.*

---

12. *Ad præparationem escæ.* Ad ignem excitandum ut coquantur cibi.

13. *Quod ad nullos usus facit.* Pertinet hoc ad idoli vilitatem magis ostendendam. — *Lignum curvum.* Σκολιὸν, tortuosum, inæquale, flexuosum, distortum, et ad bonos usus artis ineptum. — *Vorticibus plenum.* Ὄζοις συμπεφυκὸς, nodis agnatis refertum, vel ramis nodosum. — *Per vacuitatem suam.* Ἐν ἐπιμελείᾳ ἀργίας αὐτοῦ, sedulo et accurate in otio, et cum tempus vacuum habet.

14. *Comparet.* Simile faciat truncum illum. — *Perliniens rubrica.* Rubeum colorem inducens. — *Fuco.* Fucus in genere est omnis color adulterinus : est etiam φῦκος, *fucus*, herba marina, rubeum colorem inducens. — *Perliniens.* Et colore illo tegens ne appareat.

15. *Habitationem.* Οἴκημα; videtur intelligere ædiculam ligneam in qua idolum includatur, vel basim. — *Confirmans ferro.* Stabiliens et firmans ne decidat.

16. *Prospiciens.* Providens. — *Non potest adjuvare se.* Si cadat, non potest se erigere, sed alieno indiget auxilio.

17. *De substantia sua.* De divitiis, re familiari, negotiatione quæstuosa, etc. — *Votum faciens.* Προσευχόμενος, orans. — *Inquirit.* Consulit, et quid facto opus sit inquirit.

Cap. XIV. — 1. *Iterum.* Id est, præterea; quasi dicat : Videre est aliam hominum dementiam. — * *Fragilius lignum invocat.* Neptunum, aut alios marinos deos ex ligno.

2. Car le désir de gagner a inventé la structure de ce bois, et l'ouvrier en a formé un vaisseau par son adresse.

3. Mais c'est votre providence, ô Père *céleste*, qui le gouverne; car c'est vous qui avez ouvert un chemin au travers de la mer, et une route très-assurée au milieu des flots,

4. Pour faire voir que vous pouvez sauver de tous les périls, quand on s'engagerait même sur la mer sans le secours d'aucun art.

5. Mais afin que les ouvrages de votre sagesse ne fussent point inutiles, les hommes ne craignent pas de confier leur vie à un peu de bois; et passant la mer, ils se sauvent des dangers avec un vaisseau *fragile*.

6. Aussi dès le commencement du monde, lorsque vous fîtes périr les géants superbes, un vaisseau fut l'asile et le dépositaire de l'espérance de l'univers; et étant gouverné par votre main, il conserva au monde la tige de laquelle il devait renaître.

7. Car le bois qui sert à la justice, est béni.

8. Mais le bois dont on fait l'idole est maudit lui-même, aussi bien que l'ouvrier qui l'a faite; celui-ci, parce qu'il a fait une idole; et celui-là, parce que, n'étant qu'un bois fragile, on lui donne le nom de dieu.

9. Car Dieu a également en horreur l'impie et son impiété;

10. Et l'ouvrage souffrira la même peine que l'ouvrier qui l'a fait.

11. C'est pourquoi les idoles des nations ne seront point épargnées; parce que les créatures de Dieu sont devenues un objet d'abomination, un sujet de tentation aux hommes, et un filet où les pieds des insensés se sont pris.

2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit et artifex sapientia, fabricavit sua.

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat; *a* quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, [*a* *Exod.* 14. 22.]

4. Ostendens quoniam potens es ex omnibus salvare, etiam si sine arte aliquis adeat mare.

5. Sed ut non essent vacua sapientiæ tuæ opera; propter hoc etiam et exiguo ligno credunt homines animas suas, et transeuntes mare per ratem liberati sunt.

6. *a* Sed et ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen nativitatis, quæ manu tua erat gubernata. [*a* *Gen.* 6. 4. et 7. 7.]

7. Benedictum est enim lignum, per quod fit justitia.

8. *a* Per manus autem quod fit idolum, maledictum est et ipsum, et qui fecit illud; quia ille quidem operatus est; illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est. [*a* *Psalm.* 113. 4. *Baruc.* 6. 3.]

9. Similiter autem odio sunt Deo, impius et impietas ejus.

10. Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit tormenta patietur.

11. Propter hoc et in idolis nationum non erit respectus; quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, et in tentationem animabus hominum, et in muscipulam pedibus insipientium.

Cap. XIV. — 3. *Dedisti et in mari viam.* Parmi les historiens anciens, les uns attribuent l'invention de l'art de la navigation à Neptune, Atlas, Minerve, Danaüs ou Prométhée, d'autres à Jason, le chef de l'expédition des Argonautes, d'autres aux Crétois ou aux Phéniciens. Il y a du vrai dans toutes ces opinions, parce que la navigation s'est successivement perfectionnée par degré, et qu'à chacun de ces individus ou de ces peuples se rattache une invention particulière. Mais le Sage remonte plus haut. Il rattache cet art à la construction de l'arche de Noé qui est, en effet, le vaisseau le plus ancien dont l'histoire fasse mention.

---

2. *Illud.* Navigium intelligit. — *Artifex sapientia fabricavit sua.* Artifex sua sapientia fabricavit illud : non enim artifex est epitheton sapientiæ.

3. *Tua autem, Pater.* Ne ipsa quidem ars navigandi satis est ad eximendos homines a periculis maris, sed divina requiritur providentia, qua cuncta gubernantur. — *Dedisti et in mari viam.* Respicit historiam transitus maris Rubri. Exod., 14, 22.

4. *Sine arte.* Ignarus nandi.

5. *Sed ut non essent.* Voluit Deus non solum potentiam suam declarare liberando sine navi periculosum iter per aquas conficientes, sed sapientiam etiam manifestare, rationem docendo navis conficiendæ et regendæ, ut se, deposito metu, homines mari committerent. — *Vacua.* Ἀργά, otiosa. — *Exiguo ligno.* Navis scilicet. — *Credunt... animas ejus.* Seipsos et vitam suam.

6. *Ab initio.* Tempore Noe. — *Cum perirent.* Aquis diluvii. — *Spes orbis terrarum.* Ii qui supererant, et per quos spes erat propagandi genus humanum. — *Ad ratem.* Ad arcam Noe. — *Remisit.* Ἀπέλιπε, *reliquit.* — *Sæculo.* Mundo. — *Semen nativitatis.* Proles ex qua alia proles susciperetur, et propagaretur genus humanum. — *Quæ manu tua erat gubernata.* Arcam intelligit, quæ non velis, non remis, non alia humana industria agebatur.

7. *Benedictum est enim.* Arca cursum suum tenuit, nec periclitata est, quia Deus illi benedixit, quemadmodum aliis navibus benedicit quibus juste utitur, scilicet ad usum aliquem honestum.

8. *Per manus autem quod fit idolum.* Idolum autem manufactum. — *Quia ille quidem operatus est.* Artifex est maledictus, quia idolum fabricatus est. — *Illud autem.* Ipsum etiam idolum est maledictum et execrabile, quia, cum sit ex fragili materia, deus tamen appellatur.

9. *Similiter.* Æque. — *Impius.* Qualis est idoli fabricator. — *Et impietas.* Qualis cernitur in superstitioso opere idoli.

10. *Quod factum est.* Idolum. — *Tormenta patietur.* In ignem mittetur, quo torqueretur idolum, si doloris et sensus esset capax.

11. *In idolis nationum non erit respectus.* Non parcetur idolis. Vel non erit qui idola res-

12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum; et adinventio illorum corruptio vitæ est;

13. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14. Supervacuitas enim hominum advenit in orbem terrarum; et ideo brevis illorum finis est inventus.

15. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem; et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia.

16. Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, et tyrannorum imperio colebantur figmenta.

17. Et hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod longe essent, e longinquo figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt; ut illum, qui aberat, tanquam præsentem colerent sua sollicitudine.

18. Provexit autem ad horum culturam et hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

19. Ille enim volens placere illi, qui

12. Le premier essai de former des idoles a été le commencement de la prostitution; et leur perfection a été l'entière corruption de la vie humaine;

13. Car les idoles n'ont point été dès le commencement, et elles ne seront point pour toujours.

14. C'est la vanité des hommes qui les a introduites dans le monde; c'est pourquoi on en verra bientôt la fin.

15. Un père affligé de la mort précipitée de son fils fit faire l'image de celui qui lui avait été ravi si tôt; et il commença à adorer comme Dieu celui qui, comme homme, était mort un peu auparavant; il lui établit parmi ses serviteurs un culte et des sacrifices.

16. Cette coutume criminelle s'étant autorisée de plus en plus dans la suite des temps, l'erreur fut observée comme une loi, et les idoles furent adorées par le commandement des princes.

17. Les hommes aussi, ne pouvant honorer ceux qui étaient bien loin d'eux, firent apporter leur tableau du lieu où ils étaient; et ils proposèrent devant tout le monde l'image du roi à qui ils voulaient rendre honneur, pour révérer ainsi, comme présent, avec une soumission religieuse, celui qui était éloigné.

18. L'adresse admirable des sculpteurs, augmenta encore beaucoup ce culte dans l'esprit des ignorants.

19. Chacun d'eux voulant plaire à celui qui

12. *Initium enim fornicationis.* Le Sage appelle le culte des idoles une fornication ou une prostitution, parce qu'il le regarde comme une violation de l'alliance faite par l'homme avec Dieu, alliance que tous les écrivains sacrés assimilent au mariage, comme nous l'avons dit à l'occasion de l'allégorie du *Cantique des cantiques*.

15. *Acerbo enim luctu.* Le culte des morts dut en effet dégénérer en idolâtrie, et c'est pour éviter cet inconvénient que l'on dissimula le tombeau de Moïse aux Juifs, et que ce législateur n'appuya pas autant sur l'immortalité de l'âme que sur les autres croyances. La tendresse des enfants pour leurs parents amena la même erreur. Liber, Pan, Mercure, Apollon, sont les premiers auteurs du culte qu'on rendit à leur père Jupiter. Enée fait faire des prières à son père Anchise et lui promet des temples : *Nunc pateras libate Jovi, precibusque vocate Anchisen genitorem.* Il ne faut pas confondre le polythéisme avec le culte des idoles. Cette dernière erreur, plus grossière, n'est venue qu'après l'autre, et le Sage en indique ici les principales causes. Les chefs des nations contribuèrent beaucoup aux progrès de l'idolâtrie. Ils firent faire leurs statues et les firent vénérer de leur vivant. Leur absolutisme les fit considérer comme des dieux, et les peuples adorèrent tout particulièrement leur fondateur. C'est ainsi que les Egyptiens adorèrent Isis, les Maures, Juba; les Carthaginois, Uranus; les Latins, Faunus; les Sabins, Sancus; les Romains, Romulus; Athènes, Minerve; Samos, Junon; Paphos, Vénus; Lemnos, Vulcain; Delphes, Apollon, etc.

---

piciat et colat. — *In odium factæ sunt.* Conversæ sunt ab impiis in *abominationem;* in græco est, εἰς βδέλυγμα. — *In tentationem.* Εἰς σκάνδαλον, *in scandalum,* in offendiculum; dæmon enim laqueos et tendiculas incautis ponit, eos per creaturarum dulcedinem illiciendo. — *In muscipulam.* Εἰς παγίδα, quæ vox laqueum, sive decipulam significat, quæ humi defigitur. Muscipulæ nomen commode exprimit latentem in creaturis illicem delectationem.

12. *Fornicationis.* Idololatriæ, quæ est fornicatio, imo adulterium quoddam, quo Deus deseritur. — *Exquisitio.* Ἐπίνοια, excogitatio, inventio. — *Corruptio vitæ est.* Corruptio præcipue significat ea vitia quæ magis abhorrent ab humana natura, eamque deterius pervertunt, et quodammodo corrumpunt.

13. *Ab initio.* Ante diluvium, ob recentem adhuc memoriam creationis. — *Erunt.* Permanebunt; nam idololatria aliquando exterminabitur.

14. *Supervacuitas.* Κενοδοξία, *propter inanem gloriam.* — *Et ideo brevis.* Quia idololatria levem causam habuit, hoc est, vanam gloriam, ideo tam levi nixa fundamento, perpetuo durare non potest. — *Finis est inventus.* Pro, finis invenietur; vel sermo est de aliquibus peculiaribus idolis et eorum cultu, qui jamdudum obsolevit.

15. *Quasi homo.* Quippe homo. *Inter servos.* Τοῖς ὑποχειρίοις, *subactis.*

17. *Et hos.* Altera hæc est idololatriæ causa. — *In palam.* Coram, ἐν ὄψει. — *Evidentem.* Ἐμφανῆ, visibilem, expressam. — *Colerent sua sollicitudine.* Κολακεύωσι διὰ τῆς σπουδῆς, *adularentur studiose.*

18. *Provexit.* Imperitos ad idolorum culturam incitavit eximia artificis diligentia in idolis elaborandis.

19. *Qui se assumpsit.* Conduxit ad opus faciendum. — *In melius.* Quam posset pulcherrime, et maxime ad vivum.

l'employait, épuisa tout son art pour faire une figure parfaitement achevée.

20. Et le peuple ignorant, surpris par la beauté de cet ouvrage, commença à prendre pour un dieu celui qu'un peu auparavant il avait honoré comme un homme.

21. Ç'a été là la source de l'illusion de la vie humaine, de ce que les hommes, ou pour satisfaire leur affection particulière, ou pour se rendre trop complaisants aux rois, ont donné à des pierres et à du bois un nom incommunicable.

22. Il n'a pas même suffi aux hommes d'être dans ces erreurs touchant la connaissance de Dieu; mais vivant dans une grande confusion causée par l'ignorance, ils donnent le nom de paix à des maux si grands et en si grand nombre.

23. Car ou ils immolent leurs propres enfants, ou ils font en secret des sacrifices infâmes, ou ils célèbrent des veilles pleines d'une brutalité furieuse;

24. De là vient qu'ils ne gardent plus aucune honnêteté, ni dans leur vie, ni dans leur mariage; mais l'un tue l'autre par envie, ou l'outrage par l'adultère.

25. Tout est dans la confusion, le sang, le meurtre, le larcin, la tromperie, la corruption, l'infidélité, le tumulte, le parjure, le trouble des gens de bien,

26. L'oubli de Dieu, l'impureté des âmes, l'avortement, l'inconstance des mariages, et les dissolutions de l'adultère et de l'impudicité.

27. Car le culte des idoles abominables est la cause, le principe et la fin de tous les maux.

se assumpsit, elaboravit arte sua, ut similitudinem in melius figuraret.

20. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat nunc deum æstimaverunt.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio; quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt.

22. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed et in magno viventes inscientiæ bello, tot et tam magna mala pacem appellant.

23. [a] Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes. [a *Deut.* 18. 10. *Jer.* 7. 6.]

24. Neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat.

25. Et omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio et infidelitas, turbatio et perjurium, tumultus bonorum,

26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ et impudicitiæ.

27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, et initium et finis.

23. *Aut enim filios suos sacrificantes.* Quand l'homme eut altéré la notion de Dieu et perdu de vue le Dieu véritable, il tomba moralement dans les fautes les plus graves : *Tradidit illos Deus... in immunditiam*, dit saint Paul. Les sacrifices humains, l'adultère, l'homicide, le vol, le parjure, on se crut tout permis, et les passions humaines n'eurent plus de frein, puisqu'elles durent s'autoriser dans leurs excès de l'exemple des dieux eux-mêmes. La loi naturelle fut méconnue ; et quand le dogme s'obscurcit, la morale s'altéra dans la même proportion.

---

20. *Abducta.* Attracta, illecta. — *Per speciem operis.* Propter operis pulchritudinem. — *Ante tempus.* Πρὸ ὀλίγου, paulo ante.

21. *Incommunicabile.* Scilicet creaturis. — *Nomen.* Dei.

22. *Et non suffecerat.* Pro, quasi non sufficeret. — *Inscientiæ bello.* Tenebris ignorantiæ. — *Tot et tam magna.* Statum adeo infelicem, bonum, tranquillum et pacatum existimant, sua mala non sentientes.

23. *Obscura sacrificia.* Κρύφια μυστήρια; occulta, clandestina, secreta sacrificia in arcanis et secretis locis, lucis, antris, etc., celebrata, ut licentius vacetur libidini, etc. — *Insaniæ plenas.* In græco est, *insanas ex aliis legibus*, seu *ritibus comessationes agentes*, vel *agitantes*.

24. *Vitam.* Vitæ honestatem. — *Neque nuptias mundas.* Cum tamen, ut ait D. Paulus ad Hebr. 13, 4, debeat esse connubium honorabile in omnibus, et torus immaculatus. — *Per invidiam.* Λοχῶν, *struens insidias.* — *Adulterans.* Uxorem alterius.

25. *Omnia commista sunt.* Magna est criminum omnis generis colluvies. — *Coruptio.* Vide dicta supra n. 12. — *Turbatio.* Ταραχὴ, *tumultus, turbæ.* — *Tumultus bonorum.* Θόρυβος ἀγαθῶν, bonarum rerum perturbatio et confusio, vel bonorum hominum vexatio, et in bonos tumultus excitatus.

26. *Immemoratio.* Oblivio. — *Animarum inquinatio.* Vitium gulæ et luxuriæ, quæ fœda sunt et obscœna. — *Nativitatis.* Generationis scilicet, per vitium contra naturam. Aliqui nativitatem pro fœtu accipiunt, se prole quæ supponatur, cum quis alienas uxores aggrediens, prolem reddit incertam. — *Nuptiarum inconstantia.* Γάμων ἀταξία, confusio, inordinatio, inconstantia nuptiarum, ut cum uxorum communio inducitur, vel cum facile et sine causa uxores solvuntur, et dirimuntur matrimonia. — *Mœchiæ.* Adulterii. — *Impudicitiæ.* Lasciviæ.

27. *Omnis mali causa est.* Nam, ut docet D. Paulus ad Rom. 1, 24, idolorum cultores *tradidit.... Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam : ut contumeliis afficiant corpora sua*, etc. — *Causa est, et initium et finis.* Id est, causa, ut appellatur, totalis. * Vel dicitur *et finis*, quia etiam pro illicitarum cupiditatum successu grates diis agebantur.

28. Aut enim dum lætantur, insaniunt; aut certe vaticinantur falsa, aut vivunt injuste, aut pejerant cito;

29. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, male jurantes noceri se non sperant.

30. Utraque ergo illis evenient digne, quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, et juraverunt injuste, in dolo contemnentes justitiam.

31. Non enim juratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper injustorum prævaricationem.

28. Car ou ils s'abandonnent à la fureur dans leurs plaisirs, ou ils font des prédictions pleines de mensonge, ou ils vivent dans l'injustice, ou ils se parjurent sans aucun scrupule,

29. Parce qu'ayant mis leur confiance en des idoles qui n'ont point d'âme, ils ne craignent point d'être punis de leurs parjures.

30. Mais ils recevront la punition de ce double crime, parce qu'ils ont eu des sentiments impies de Dieu en révérant les idoles, et parce qu'ils ont fait de faux serments, sans se mettre en peine de blesser la justice par leur perfidie.

31. Car ce n'est point la puissance de celui par qui on a juré, mais la justice armée contre les pécheurs, qui punit toujours l'infidélité des hommes injustes.

CHAPITRE XV.

Aveuglement des idolâtres. Culte des animaux.

1. Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia.

2. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam; et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

3. Nosse enim te, consummata justitia est; et scire justitiam et virtutem tuam, radix est immortalitatis.

4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,

1. Mais vous, ô notre Dieu, vous êtes doux, véritable et patient, et vous gouvernez tout avec miséricorde.

2. Car quand nous aurions péché, nous ne laisserions pas d'être à vous, nous qui savons quelle est votre grandeur : et si nous ne péchons pas, nous savons que vous nous comptez au rang de ceux qui vous appartiennent.

3. Vous connaître, c'est la parfaite justice; et comprendre votre équité et votre puissance, c'est la racine de l'immortalité.

4. Aussi nous ne nous sommes pas laissé séduire aux inventions dangereuses de l'art des hommes, au vain travail de la peinture, à une figure taillée et embellie d'une variété de couleurs,

Cap. XV. — 4. *Non enim in errorem induxit nos.* Après leur sortie d'Egypte, les Juifs furent encore pendant longtemps enclins à l'idolâtrie, et Moïse usa de tous les moyens pour combattre ce penchant funeste. Mais après la captivité, ils sont tellement désabusés de cette erreur, que nous n'en voyons plus paraître la moindre trace parmi eux.

---

28. *Dum lætantur, insaniunt.* Εὐφραινόμενοι μεμήνασιν, effuse, ut ultra modum lætantur et insaniunt. — *Vaticinantur falsa.* Quasi numine correpti essent, pro divinis aut prophetis se venditant. — *Pejerant cito.* Deorum nomen temere interponendo, et facile juramenta concipiendo.

29. *Confidunt in idolis.* Idola colunt. — *Male.* Falso. — *Noceri se non sperant.* Nocumentum non timent : deorum suorum inanimatorum iram non reformidant.

30. *Utraque ergo.* Versiculi sententia est impii duabus de causis pœnas dabunt, vero Deo illas exigente : altera est, quia illo neglecto coluerunt idola ; altera, quia jurisjurandi religionem injuste perfregerunt et fraudulenter. Licet enim in idolis verum numen non insit, tamen cum per errorem illis divinitatem tribuerent, ex conscientia, ut vocant, erronea, rei erant perjurii. Vide Augustininum, epist. 154, et habetur 22, quæst. 1, c. *movet.*

31. *Non enim juratorum virtus.* Non potentia eorum per quos quis juravit. Sententia est : dabunt pœnas, non idolis eas repetentibus, quæ nullam vim habent, etc. — *Sed peccantium pœna.* Sed ultrix peccatorum justitia, prave factorum pœnas ab injustis semper expetit. — *Perambulat.* Puniens. In græco est ἐπεξέρχεται, *invadit infesta.*

Cap. XV. — 1. *Suavis.* Benignus, beneficus, χρηστὸς. — *Verus.* Tum in essentia, quæ non est ficta, quemadmodum idolorum ; tum in dictis et promissis et minis, quæ fallacia non sunt. — *Disponens.* Gubernans.

2. *Etenim si peccaverimus.* Videtur sensus pendere ex antecedentibus, hoc modo : idola cultoribus suis nec male facere possunt si peccent, nec bene, si a peccatis abstineant. Tu autem, qui verus es Deus, bonus et potens, nos, si peccaverimus, per potentiam, ratione cujus tui sumus, punire potest ; si vero non peccaverimus, vales afficere beneficiis, nosque in eorum numero habere et computare adversus quos tuam illam benigniorem curam providentiamque ostendis.

3. *Nosse enim te.* Ut par est, te amando. — *Consummata.* Perfecta ; quasi dicat : Sine Dei cognitione nulla est perfecta justitia. — *Justitiam et virtutem.* In græco est unica vox, τὸ κράτος, *potentiam.* — *Radix est immortalitatis.* Principium ; fide enim inchoatur vita æterna, quia est prima dispositio ad justificationem.

4. *In errorem.* In idololatriam. — *Malæ artis excogitatio.* Intelligit artem inventricem et excogitatricem idolorum. — *Umbra picturæ.* Picturæ umbris et coloribus corpora exprimentis, et idola ad humanam conformantis figuram. — *Labor sine fructu.* Qui labor inutilis est. — *Effigies sculpta.* Εἶδος σπιλωθὲν, species, effigies, figura maculata coloribus variis.

5. Dont la vue donne de la passion à un insensé, et lui fait aimer le fantôme d'une image morte.

6. Ceux qui aiment le mal sont dignes de mettre leur espérance en de semblables dieux, aussi bien que ceux qui les font, ceux qui les aiment, et ceux qui les adorent.

7. Un potier qui manie la terre molle comme il lui plaît, en fait par son travail tous les vases dont nous nous servons : il forme de la même boue ceux qui sont destinés à des usages honnêtes, ou à d'autres qui ne le sont pas; et il est le juge de l'usage que doivent avoir tous ces vases.

8. Après cela il forme par un vain travail un dieu de la même boue, lui qui a été formé de la terre un peu auparavant, et qui peu après y doit retourner, lorsqu'on lui redemandera l'âme qu'il avait reçue en dépôt.

9. Il ne pense point à la peine qu'il doit souffrir, ni à la brièveté de sa vie : mais il ne s'applique qu'à disputer de l'excellence de son art avec les ouvriers en or et en argent. Il imite ceux qui travaillent en airain, et il met sa gloire à faire des ouvrages entièrement inutiles.

10. Son cœur n'est que cendre; son espérance est plus vile que la terre, et sa vie plus méprisable que la boue;

11. Parce qu'il ignore celui qui l'a formé, celui qui lui a inspiré cette même âme par laquelle il travaille, et qui par son souffle a imprimé dans lui l'esprit de vie.

12. Les uns se sont imaginé que notre vie n'est qu'un jeu; et les autres, qu'il n'y a d'autre occupation dans la vie, que d'amasser de l'argent; et qu'il faut acquérir du bien par toutes sortes de voies, même criminelles.

5. Cujus aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.

6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, et qui faciunt illos, et qui diligunt, et qui colunt.

7. [a] Sed et figulus mollem terram premens, laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, et similiter quæ his sunt contraria; horum autem vasorum quis sit usus, judex est figulus. [a *Rom.* 9. 21.]

8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto; ille qui paulo ante de terra factus fuerat, et post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat.

9. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus et argentariis; sed et ærarios imitatur et gloriam præfert, quoniam res supervacuas fingit.

10. Cinis est enim cor ejus, et terra supervacua spes illius, et luto vilior vita ejus;

11. Quoniam ignoravit qui se finxit, et qui inspiravit illi animam quæ operatur, et qui insufflavit ei spiritum vitalem.

12. Sed et æstimaverunt lusum esse vitam nostram, et conversationem vitæ compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo acquirere.

---

9. *Concertatur aurificibus et argentariis.* C'était un métier très-lucratif, et l'ouvrier y tenait à cause des profits qu'il faisait. Quand les apôtres attaquèrent ces superstitions, ils eurent contre eux une masse d'ouvriers et de marchands qui se soulevèrent, parce qu'ils se sentaient attaqués directement dans leurs intérêts. Ainsi à Éphèse, quand saint Paul renversa le culte de la grande Diane, ses prédications excitèrent un soulèvement, principalement parmi les artisans et les marchands qui vivaient des statues et des petits temples qu'ils vendaient à ceux qui honoraient cette déesse.

---

5. *Insensato.* Ἄφροσιν, insensatis, stultis, imprudentibus. — *Dat concupiscentiam.* Excitat ad turpem amorem; nam reperti sunt qui idolorum statuas obscœne turpiterque adamaverint.

6. *Malorum amatores.* Illi amatores idolorum quæ mala sunt. — *Digni sunt.* Hac pœna digni sunt, ut suam in idolis locent spem inanem, infrugiferam, perniciosam. — *Illos.* Pro *illa* : vel illos, scilicet deos.

7. *Quæ munda sunt in usum vasa.* Τά τε τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, vasa destinata ut serviant in usum purum et mundum.

8. *Ille.* Figulus. — *Reducit se.* Solvitur. — *Repetitus animæ debitum.* Repetente morte illi creditam animam.

9. *Cura est illi, non quia laboraturus est.* Non curat laborem quem modici quæstus causa subit, studio provectus æmulandi nobiliorum artifices, aurifices argentarios, ærarios, qui et ipsi idola fabricant. — *Nec quoniam brevis illi vita est.* Οὐδ' ὅτι βραχυτελῆ βίον ἔχει, *nec quoniam vitam agit parum quæstuosam*; nam βραχυτελής, idem est ac *exigui proventus* : non cogitat se tenuem et angustam vitam agere contentum in tam vili opificio. — *Concertatur.* Ἀντερείδεται, contendit, pugnat, certat : Italice diceremus, *fa a competenza.* — *Gloriam præfert.* Δόξαν ἡγεῖται, gloriam esse existimat. — *Res supervacuas.* Κίβδηλα, imposturas, res adulterinas et falsas.

10. *Cinis est enim cor ejus.* Mirum non est si talibus ex rebus figulus gloriam aucupetur, quia luteus et cinereus est totus, nec supra ea quæ manibus tractat, hoc est, argillam et lutum, assurgit. — *Terra supervacua.* Γῆς εὐτελεστέρα ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ, id est, *terra vilior spes illius.* Nostræ Vulgatæ sensus esse potest : spes illius non se attollit super terram supervacuam, id est, inutilem.

11. *Ignoravit qui se finxit.* Scilicet Deum.

12. *Lusum esse vitam nostram.* Ignorantes ob quem finem creati essent homines, et quibus studiis et operibus insistere deberent, nec reputantes rem serio agi, et actionum nostrarum nobis rationem reddendam esse. — *Conversationem vitæ.* Τὸν βίον πανηγυρισμὸν ἐπικερδῆ, vitam esse quasi nundinas ad lucrum captandum comparatas.

13. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, et sculptilia fingit.

14. Omnes enim insipientes, et infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, et imperantes illi :

15. Quoniam omnia idola nationum deos æstimaverunt, [a] quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. [a *Ps.* 113. 5. et 134. 16.]

16. Homo enim fecit illos; et qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere.

17. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam.

18. Sed et animalia miserrima colunt; insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.

19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, et benedictionem ejus.

13. Mais celui-là sait bien qu'il est plus coupable que les autres, qui forme d'une même terre des vases fragiles et des idoles.

14. Mais tous ceux qui sont les ennemis de votre peuple, et qui le dominent, sont superbes, malheureux et insensés, plus qu'on ne peut dire;

15. Parce qu'ils prennent pour des dieux toutes les idoles des nations, qui ne peuvent se servir ni de leurs yeux pour voir, ni de leurs narines pour respirer, ni de leurs oreilles pour entendre, ni des doigts de leurs mains pour toucher, ni de leurs pieds pour marcher :

16. Car c'est un homme qui les a faites : et celui qui a reçu de Dieu l'esprit de vie les a formées. Or nul homme n'a le pouvoir de faire un dieu qui lui soit semblable.

17. Puisqu'étant lui-même mortel, avec ses mains criminelles, il ne forme qu'un ouvrage mort : ainsi il vaut mieux que ceux qu'il adore, parce qu'il vit quelque temps, quoiqu'il doive mourir après; au lieu que ces idoles n'ont jamais vécu.

18. Ils adorent jusqu'aux plus vils des animaux qui, étant comparés aux autres bêtes sans raison, sont au-dessous d'elles.

19. La vue même de ces animaux ne peut donner que de l'horreur à ceux qui les regardent. Ils ne sont point de ceux qui ont été loués et bénis de Dieu.

---

15. *Neque oculorum usus est ad videndum.* Allusion à ces mots du Psalmiste : *Os habent et non loquentur : oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient; nares habent et non odorabunt* (Ps. CXIII).

18. *Sed et animalia miserrima colunt.* Le fétichisme est la forme la plus abjecte du polythéisme. C'est en Égypte et dans l'Inde que cette erreur a reçu le plus de développement. Elle se rattache à la métempsycose, qui n'est elle-même qu'une altération du dogme de l'immortalité de l'âme.

---

13. *Scit.* Id est, facile scire et animadvertere potuisse. — *Se super omnes delinquere.* Se graviter peccare, et minus excusabilem esse, cum nullo negotio potest intelligere Deum illum non esse, nec pro tali proponendum, quem ex luto, ut reliqua officinæ suæ vasa finxisset.

14. *Omnes enim insipientes.* In græco est, *omnes autem*, etc.; non enim declarantur præcedentia; sed postquam in specie quorumdam insipientiam et infelicitatem explicavit, lignarii scilicet, argentarii et figuli, jam in genere disserit de insipientia et infelicitate omnium hominum populi Dei, qui cuncta idola gentium deos esse putaverunt. * Vel sensus est : sed illi desipiunt qui opera illius pluris faciunt cum ipse artifex. — *Supra modum animæ superbi.* Id est, plus quam valeant aut possint superbi; sic Isa., 16, 6, de Moab dicitur : *Superbia ejus, et arrogantia ejus; et indignatio ejus, plus quam fortitudo ejus.* In græco est, τάλανες ὑπὲρ ψυχὴν νηπίου, *miseri plus quam animæ infantis;* pueri enim putant statuas vivere, juxta illud Lucilii :

Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, et esse homines...

Lactantius loco hoc poetæ citato addit : *At ego multo imprudentiores esse dico; illi enim simulacra homines putant esse, hi deos.* — *Imperantes illi.* Καταδυναστεύσαντες αὐτόν, *qui potentia oppresserunt eum.*

16. *Illos.* Deos. — *Qui spiritum mutuatus est.* Homo qui spiritum et animam quasi mutuo habet, et in morte redditurus est. — *Sibi similem.* Viventem.

17. *Mortuum.* Vitam et sensum non habentem. — *Melior.* Excellentior. — *Cum esset mortalis.* Cum esset homo.

18. *Animalia miserrima.* Ζῷα δὲ τὰ ἔχθιστα, *odio dignissima*, vilissima, turpissima et hominibus infesta, ut muscæ sunt, serpentes et crocodili. Porro sensus versiculi, alioqui valde difficilis, hic mihi esse videtur, ex superiori pendens : figuli et alii opifices idola fingunt, quæ ipsis artificibus viliora sunt, et quanquam etiam animalia quædam vilissima, turpissima et odio dignissima colunt, tamen adhuc insensata idola animalibus illis sunt deteriora; nam animalia illam vitam participant, cujus idola penitus sunt expertia. Itaque cum dicitur *insensata enim*, accipiendum est pro *insensata tamen.* * Vel sensus est : mente et sensu carentia, id est, reliqua animalia si comparentur cum his quæ idololatræ colunt, apparebit hæc idololatrarum deteriora et viliora esse.

19. *Sed nec aspectu.* Nec tamen, quia dixi animalia illa esse meliora idolis, ea quis bona et pulchra esse existimet; nam turpia sunt, et fœda, et noxia, etc. * Vel sententia est, animalia quæ coluntur turpia esse. — *Bona potest conspicere.* Tanquam bona et pulchra; quasi dicat : Nemo ex reliquis animalibus illorum aspectu delectatur, adeo sunt turpia et

CHAPITRE XVI.

Parallèle de la manière dont Dieu traite ses amis et ses ennemis. Plaies d'Egypte opposées aux bienfaits que Dieu a accordés aux Hébreux.

1. C'est pourquoi ils ont été tourmentés par ces sortes d'animaux, selon qu'ils le méritaient; et ils ont été exterminés par une multitude de bêtes.

2. Mais au lieu de ces peines, vous avez traité favorablement votre peuple, en lui donnant la nourriture délicieuse qu'il avait désirée, en lui préparant des cailles comme une viande d'un excellent goût.

3. Les Egyptiens étant pressés de manger avaient aversion des viandes mêmes les plus nécessaires, à cause des plaies dont Dieu les avait frappés : mais ceux-ci n'ayant été dans le besoin que fort peu de temps, goûtèrent une viande toute nouvelle.

4. Car il fallait qu'une ruine inévitable fondît sur ces premiers, qui exerçaient une *cruelle* tyrannie sur votre peuple; que vous fissiez voir seulement à ceux-ci de quelle manière vous exterminiez leurs ennemis.

5. Il est vrai que des bêtes cruelles et furieuses ont aussi attaqué vos enfants, et que des serpents venimeux leur ont donné la mort.

6. Mais votre colère ne dura pas toujours; ils ne furent que peu de temps dans ce trouble pour leur servir d'avertissement : et vous leur donnâtes un signe de salut, pour les faire souvenir des commandements de votre loi.

1. Propter hæc, et per his similia passi sunt digne tormenta, et per multitudinem bestiarum exterminati sunt.

2. Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, a quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, novum saporem, escam parans eis ortygometram; [a *Num.* 11. 31.]

3. Ut illi quidem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostensa et missa sunt, etiam a necessaria concupiscentia averterentur. Illi autem in brevi inopes facti, novam gustaverunt escam.

4. Oportebat enim illis sine excusatione quidem supervenire interitum exercentibus tyrannidem; his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

5. a Etenim cum illis supervenit sæva bestiarum ira, morsibus perversorum colubrorum exterminabantur. [a *Num.* 21. 6.]

6. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

Cap. XVI. — 1. *Per his similia passi sunt digne tormenta.* La Sage en revient à la pensée qu'il a exprimée plus haut (Cap. XI), c'est que les méchants sont punis par où ils pèchent. Il applique de nouveau ce principe aux Egyptiens, et le prouve par de nouveaux développements.

---

horribilia. — *Effugerunt... Dei laudem, et benedictionem.* Ægyptii muscas, vermes et alia ex putri nascentia colebant; hæc autem benedictionem, quam Deus communiter aliis animalibus impertivit, Genes. 1, 22, adepta non sunt, cum initio creata non sint, sed postea ex putri extiterint : ita Cantacuzenus. Alii de serpente intelligunt, cui in astuto illo Evæ deceptore maledixit : ita Jansenius, Emman. Sa, et alii. Lorinus putat, ἐξέπτυσαν, *effugerunt*, idem significare quod *effugaverunt*, ut sensus sit : turpia illa animalia, quæ idololatræ colebant, laudem et benedictionem quæ vero Deo debetur, effugaverunt, id est, ademerunt et sustulerunt, eamque sententiam ex eo confirmat, quod id quod habemus hujus libri, c. 1, n. 5 : *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum*, græce φεύξεται δόλον, active accipi possit : *effugabit fictum*. Vide ipsum Lorinum latius de hoc disputantem.

Cap. XVI. — 1. *Propter hæc.* Διὰ τοῦτο, *propter hoc*, id est, propter idololatriæ peccatum. — *Per his similia passi sunt digne tormenta.* Δι' ὁμοίων ἐκολάσθησαν, id est, *similibus tormentis cruciati sunt.* — *Multitudinem bestiarum.* Vide c. 11, n. 16.

2. *Pro quibus tormentis.* Quorum tormentorum loco. — *Bene disposuisti.* Beneficio affecisti. — *Concupiscentiam delectamenti.* Id quod optarunt et delectarent gustum. Historiam habes Num. 11, 31. — *Ortygometram.* Quid sit diximus loco Numerorum citato, hoc est, coturnicem grandiorem.

3. *Illi quidem.* Ægyptii. — *Concupiscentes escam.* Famelici. — *Ea.* Animalia, et muscas et ranas et similia, quæ cibos illorum contaminabant. — *A necessaria concupiscentia.* Esca concupita. Tanta erat muscarum, ranarum, etc., fœditas, ut etiam in summa fame Ægyptii cibum capere non possent. — *Hi autem.* Hebræi. — *In brevi inopes facti.* Paulo ante deficientibus cibis quos optabant. — *Novam gustaverunt escam.* Ortygometras, hoc est coturnices.

4. *Sine excusatione.* Ἀπαραίτητον, *inevitabilem.* — *Exterminabantur.* Ἐβασανίζοντο, cruciabantur.

5. *Illis.* Hebræis. — *Morsibus.* Vide historiam Num. 21. — *Exterminabantur.* Διεφθείροντο, *interimebantur.*

6. *Non in perpetuum.* Non usque ad omnium interitum. — *In brevi.* Ad breve tempus. — *Signum habentes salutis.* Serpentem æneum intelligit. — *Ad commemorationem.* Ut sic monerentur Dei præceptis obedire, et non murmurare et conqueri.

7. Qui enim conversus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium salvatorem;

8. In hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo.

9. a Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animæ illorum; quia digni erant ab hujuscemodi exterminari. [a *Exod.* 8. 24. et 10. 4. *Apoc.* 9. 7.]

10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes; misericordia enim tua adveniens sanabat illos.

11. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, et velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non possent tuo uti adjutorio.

12. Etenim neque herba, neque malagma sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.

13. a Tu es enim, Domine, qui vitæ et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis et reducis; [a *Deut.* 32. 39. *I. Reg.* 2. 6. *Tob.* 13. 2.]

14. Homo autem occidit quidem per malitiam, et cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est;

15. Sed tuam manum effugere impossibile est.

16. a Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt; novis aquis, et grandinibus, et pluviis persecutionem passi, et per ignem consumpti. [a *Exod.* 9. 23.]

17. Quod enim mirabile erat, in aqua,

7. Car celui qui regardait *ce serpent* n'était pas guéri par ce qu'il voyait, mais par vous-même, qui êtes le Sauveur de tous les hommes.

8. Et vous avez fait voir en cette rencontre, à nos ennemis, que c'est vous qui délivrez de tout mal.

9. Car pour eux, ils ont été tués par les seules morsures des sauterelles et des mouches, sans qu'ils aient trouvé de remède pour sauver leur vie, parce qu'ils étaient dignes d'être ainsi exterminés.

10. Mais pour vos enfants, les dents mêmes empoisonnées des dragons ne les ont pu vaincre, parce que votre miséricorde survenant les a guéris.

11. Ils étaient mordus de ces bêtes, afin qu'ils se souvinssent de vos préceptes; et ils étaient guéris à l'heure même, de peur que, tombant dans un profond oubli de votre loi, ils ne missent un obstacle à votre secours.

12. Aussi n'est-ce point une herbe, ou quelque chose appliquée sur leur mal qui les a guéris; mais c'est votre parole, ô Seigneur, qui guérit toutes choses.

13. Car c'est vous, Seigneur, qui avez la puissance de la vie et de la mort, et qui menez jusqu'aux portes de la mort et en ramenez.

14. Un homme en peut bien tuer un autre par sa méchanceté; mais lorsque l'esprit sera sorti du corps il ne l'y fera pas revenir, et il ne rappellera point l'âme, lorsqu'elle se sera retirée;

15. Pour vous, Seigneur, il est impossible d'échapper à votre main.

16. C'est pourquoi lorsque les impies ont déclaré qu'ils ne vous connaissaient point, ils ont été frappés par la force de votre bras; ils ont été tourmentés par des plaies extraordinaires, par des grêles et par des orages, et ils ont été consumés par le feu.

17. Et ce qu'on ne peut assez admirer, le feu

7. *Sed per te omnium salvatorem.* On voit par ces paroles que les Juifs savaient que le serpent d'airain n'avait été dans le désert qu'une image du Rédempteur, et qu'il n'avait eu d'efficacité qu'à ce titre. Jésus-Christ n'a donc fait que leur parler le langage de leurs traditions, lorsqu'il s'est fait l'application de ce symbole, en disant : *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis* (Joan., III).

16. *Novis aquis.* Il revient aux plaies d'Egypte, et il nous donne sur ces plaies des détails qui ne se rencontrent pas ailleurs. Ainsi il nous parle d'un feu inextinguible que l'eau ne faisait qu'exciter. Et il nous montre les éléments les plus contraires s'unissant ensemble, comme le feu et l'eau, pour exécuter les vengeances du Seigneur. Quant à ces flammes que l'eau alimente, on trouve quelque chose de semblable au sujet du sacrifice d'Elie (III. Reg., XVIII, 34, et de Néhémie, II. Mach., I, 20).

---

7. *Qui enim conversus est.* Vel de resipiscentia et pœnitentia potest intelligi, vel de conversione conjectuque oculorum ad serpentem æneum. Posterior sensus magis est consentaneus verbis sequentibus. Etsi non dubitandum pœnituisse illos qui serpentem respectabant, ut sanitatem adipiscerentur. — *Non per hoc quod videbat.* Quasi dicat : Non inerat serpenti vis naturalis quæ sanitatem tribueret.

11. *In memoria enim sermonum tuorum examinabantur.* Ut divinorum præceptorum tuorum diutius recordarentur. — *Examinabantur.* Ἐνεκεντρίζοντο, pungebantur, mordebantur : quod Vulgatus dixit, *examinabantur*, significat, probabantur, exercebantur. — *Non possent tuo uti adjutorio.* Redderent se indignos et incapaces auxilii tui.

12. *Malagma.* Fomentum vim habens molliendi, et dolorem mitigandi : μάλαγμα, ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, quod est *mollire*. — *Sermo.* Jussio.

14. *Exierit.* E corpore. — *Quæ recepta est.* In aliam vitam.

16. *Novis aquis, et grandinibus.* Ξένοις ὑετοῖς, *peregrinis pluviis;* raro enim in Ægypto decidebant pluviæ, grandines, etc. Italice diceremus, *Con istrane pioggie.* — *Et per ignem consumpti.* Nam grando et ignis mixta ferebantur, Exod., 9, 24.

17. *Valebat.* Poterat, operabatur. — *Vindex est enim orbis justorum.* Loquitur de mundo elementari; ignis enim et aqua, et omnia elementa, quodammodo conspirabant ad ultionem sumendam de inimicis populi Dei.

brûlait encore davantage dans l'eau même qui éteint tout : parce que tout le monde s'arme pour la vengeance des justes.

18. Le feu quelquefois tempérait son ardeur pour ne pas brûler les animaux qui avaient été envoyés contre les impies, afin que voyant cette merveille, ils reconnussent eux-mêmes que c'était par un jugement de Dieu qu'ils souffraient ces maux.

19. Quelquefois aussi ce même feu, surpassant ses propres forces, redoublait ses flammes au milieu des eaux, afin de détruire tout ce qu'avait produit cette terre injuste.

20. Mais vous avez donné au contraire à votre peuple la nourriture des anges : vous leur avez fait pleuvoir du ciel un pain préparé sans aucun travail, qui renfermait en soi tout ce qu'il y a de délicieux, et tout ce qui peut être agréable au goût;

21. Car la substance de votre créature, faisait voir combien est grande votre douceur envers vos enfants, puisque s'accommodant à la volonté de chacun d'eux, elle se changeait en tout ce qui lui plaisait.

22. La neige et la glace, soutenaient sans se fondre la violence du feu, afin que vos ennemis sussent qu'au même temps que la flamme qui brûlait parmi la grêle, et qui étincelait au milieu des pluies, consumait tous leurs fruits,

23. Elle oubliait sa propre force pour servir à la nourriture des justes.

24. Car la créature vous étant soumise comme à son Créateur, redouble sa force pour tourmenter les méchants, et se ralentit pour contribuer au bien de ceux qui mettent leur confiance en vous.

25. C'est pourquoi *la manne*, se transformant en toutes sortes de goûts, obéissait à votre grâce,

quæ omnia extinguit, plus ignis valebat; vindex est enim orbis justorum.

18. Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia; sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio patiuntur persecutionem.

19. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescebat undique, ut iniquæ terræ nationem exterminaret.

20. *a* Pro quibus angelorum esca nutrivisti populum tuum, et paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem. [*a* *Exod.* 16. 14. *Num.* 11. 7. *Ps.* 75. 25. *Joan.* 6. 31.]

21. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: et deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.

22. *a* Nix autem et glacies sustinebant vim ignis, et non tabescebant; ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis, ardens in grandine et pluvia coruscans, [*a* *Exod.* 9. 24.]

23. Hic autem iterum ut nutrirentur justi, etiam suæ virtutis oblitus est.

24. Creatura enim tibi factori deserviens, exardescit in tormentum adversus injustos; et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

25. Propter hoc et tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ

22. *Nix autem et glacies.* Le feu ne pouvait fondre la neige ou la glace, c'est-à-dire la grêle lancée contre les Egyptiens, tandis que la manne durcie, comme la neige ou la grêle, se fondait aux premiers rayons du soleil. C'est aussi le Sage qui nous apprend seul ce détail sur la manne, c'est qu'elle changeait de goût selon la volonté ou les dispositions des individus. Il le tenait sans doute de la tradition, ou il en avait été instruit par l'Esprit de Dieu en sa qualité d'écrivain inspiré.

---

18. *Mansuetabatur ignis.* Mansuescebat. Significat ranas et muscas, aliaque animalia in ultionem Ægyptiis immissa, non potuisse igne consumi, nec ignem in illa quidquam valuisse quandiu Deus voluit. Hoc autem licet scriptum non habeatur in Exodo, tamen per manus verisimile est auctorem hujus libri accepisse.

19. *Supra virtutem ignis, exardescebat.* Aqua illum extinguere non valente.

20. *Pro quibus.* Id est, quorum loco, sive e contrario. — *Angelorum esca.* Ita dictum est manna, quia angelorum ministerio factum, et adeo delicatum, ut non alio cibo angeli videantur usuri, si quo illis vescendum foret. — *De cœlo.* Quia nimirum ex aere, quod sæpe in sacris Scripturis cœlum dicitur, decidebat.

21. *Substantia enim tua.* Vocat substantiam manna, cibum scilicet illum quem novo miraculo Deus subsistere faciebat. — *Quam in filios habes.* Quam erga fideles tuos exerces. — *Deserviens uniuscujusque voluntati.* Quem enim saporem sibi quis expetebat, eum in manna experiebatur, hujusque suavitatis participes erant omnes, sive justi essent, sive peccatores.

22. *Nix autem et glacies.* Manna intelligit, cujus natura parum differre videbatur a natura nivis et glaciei. Sane Exod., 16, 14, dicitur manna apparuisse in solitudine *in similitudinem pruinæ.* * Vel intelligit grandinem quæ in Ægyptios ferebatur, quæ licet igni admixta descenderet, non tamen solvebatur. — *Non tabescebant.* Non liquefiebant, non solvebantur. — *Fructus inimicorum.* Fructus qui in agris Ægyptiorum erant.

23. *Hic autem.* Ignis. — *Iterum.* In græco est, πάλιν quod hic *e contra* significare existimo.

24. *Exardescit in tormentum.* Ad torquendum excandescit. — *Lenior fit.* Ἀνίεται, vim suam remittit.

25. *In omnia transfigurata.* Scilicet varios sapores accipiens manna. — *Gratiæ tuæ.* Providentiæ tuæ benignæ. — *Qui a te desiderabant.* Peculiarem aliquem saporem. In græco est, πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλησιν, quæ vertere possis juxta indigentium, vel juxta orantium sive precantium voluntatem; nam δέομαι, et indigere significat et orare.

tuæ deserviebat, ad voluntatem eorum qui a te desiderabant :

26. Ut scirent filii tui quos dilexisti, Domine, *a* quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat. [*a* *Deut.* 8. 3. *Matth.* 4. 4.]

27. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat;

28. Ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare.

29. Ingrati enim spes tanquam hibernalis glacies tabescet, et disperiet tanquam aqua supervacua.

qui est la nourriture de tous, s'accommodant à la volonté de ceux qui vous témoignaient leur indigence :

26. Afin que vos enfants, que vous aimez, reconnaissent, ô Seigneur ! que ce ne sont point les fruits que produit la terre qui nourrissent les hommes, mais que c'est votre parole qui conserve ceux qui croient en vous.

27. Car cette même manne qui ne pouvait être consumée par le feu se fondait aussitôt qu'elle avait été chauffée par le moindre rayon du soleil;

28. Afin que tout le monde sût qu'il faut prévenir le lever du soleil pour vous bénir, et qu'on doit vous adorer au point du jour.

29. Car l'espérance de l'ingrat se fondra comme la glace de l'hiver, et elle s'écoulera comme une eau inutile.

CHAPITRE XVII.

Jugements de Dieu. Ténèbres de l'Egypte.

1. Magna sunt enim judicia tua, Domine, et inenarrabilia verba tua : propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt.

2. *a* Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ : vinculis tenebrarum et longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt. [*a* *Exod.* 10. 23.]

3. Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt paventes horrende, et cum admiratione nimia perturbati.

1. Vos jugements sont grands, ô Seigneur ! et vos paroles sont ineffables : c'est pourquoi les âmes sans science se sont égarées.

2. Car les méchants s'étant persuadés qu'ils pourraient dominer la nation sainte, ont été liés par une chaîne de ténèbres et d'une longue nuit, et renfermés dans leur maison. Ils ont langui dans cet état, malgré les efforts qu'ils faisaient pour se soustraire à cette providence qui ne cesse jamais d'agir.

3. Et pendant qu'ils s'imaginaient pouvoir demeurer cachés dans la nuit obscure de leurs péchés, ils se trouvèrent dispersés, et comme mis en oubli sous un voile de ténèbres, saisis d'un horrible effroi, et frappés d'un profond étonnement.

---

26. *Nativitatis fructus.* Id est, e terra nati. — *Sermo tuus.* Jussio et voluntas tua.

27. *Ab exiguo radio solis.* Exod., 16, 21, dicitur quod, cum sol incaluisset, manna liquefiebat.

28. *Ad benedictionem tuam.* Id est, ad munus mannæ accipiendum, vel ad gratiarum actionem pro manna.

29. *Ingrati enim spes.* Quasi dicat : Gratiæ Deo agendæ sunt pro beneficiis acceptis : qui secus facit, sibi fontem præcludit gratiarum quas frustra sperat se accepturum. — *Hibernalis glacies.* Glacies hieme concreta, quæ vere liquescit et solvitur. — *Aqua supervacua.* Ὕδωρ ἄχρηστον, *aqua inutilis.*

Cap. XVII. — 1. *Inenarrabilia verba tua.* Res quas sapientissimo consilio tuo facis. — *Indisciplinatæ animæ.* Imperiti et stulti illa non intelligentes.

2. *Dum enim persuasum habent.* Cum sibi persuaderent. — *Iniqui.* Ægyptios intelligit. — *Nationi sanctæ.* Genti Hebræorum. — *Vinculis tenebrarum.* Vincula hæc et compedes densitatem tenebrarum Ægyptiarum indicant, quas palpabiles appellat sacer textus, Exod. 10, 21. * In græco, δέσμιοι σκότους, *captivi tenebrarum*, qui propter tenebras in publicum prodire non audebant. — *Fugitivi perpetuæ providentiæ.* Φυγάδες τῆς αἰωνίου προνοίας, *exules a perpetua providentia* divina quæ perpetuo homines per solem illuminat.

3. *Et dum putant se latere.* Λανθάνειν γὰρ νομίζοντες id est, *quia putabant se latere.* Causa illa affertur propter quam Ægypti tenebras passi sunt. — *In obscuris peccatis.* In peccatis secretis, in tenebris commissis. * Qui tenebras quærebant ad occultanda peccata, invenerunt tenebras iisdem puniendis. — *Tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, paventes.* Vel quia tenebræ illæ eos ab invicem separabant, ita ut unus alterius curam gerere non posset, sed unusquisque quasi alterius oblitus esset; vel quia a Dei cura rejecti erant, quia veluti eorum oblitus, non visitabat eos lumine cœlesti, sicut reliquos homines, ut tenebræ illæ dicantur velamentum oblivionis divinæ, quemadmodum præcedenti versiculo dixit eos jacuisse exules a divina providentia; vel certe (quæ maxime simplex et genuina mihi videtur explicatio) *tenebricosum oblivionis velamentum*, vel ut est in græco ἀφεγγεῖ λήθης παρακαλύμματι, nihil est aliud quam *tenebræ letheæ*, id est tenebræ densissimæ. Sic etiam in libro Job mentio fit *Cocyti*, c. 21, n. 33; vulgari enim ævi illius phrasi usi sunt interpretes, licet nec Cocytum crederent, nec Lethes fluvium, quæ poetarum fabulis inducta sunt. — *Cum admiratione nimia perturbati.* Καὶ ἰνδάλμασιν ἐκταρασσόμενοι, spectris, visis, phantasmatibus conturbati.

4. Les lieux secrets où ils s'étaient retirés ne les défendaient point de la crainte, parce qu'il s'élevait des bruits qui les effrayaient et qu'ils voyaient paraître des spectres affreux qui les remplissaient encore d'épouvante.

5. Il n'y avait point de feu si ardent qui pût leur donner quelque clarté; et les flammes toutes pures des étoiles ne pouvaient éclairer cette horrible nuit.

6. Il leur paraissait tout d'un coup des éclairs de feu qui les remplissaient de crainte, et étant épouvantés par ces fantômes qu'ils ne faisaient qu'entrevoir, tous ces objets leur en paraissaient encore plus effroyables.

7. C'est alors que toutes les illusions de l'art des magiciens devinrent inutiles, et que cette sagesse dont ils faisaient gloire fut convaincue honteusement de fausseté.

8. Car, au lieu qu'ils faisaient profession de bannir le trouble et la crainte de l'âme dans la langueur, ils languissaient eux-mêmes ridiculement dans l'épouvante dont ils étaient tous remplis.

9. Lors même qu'il ne leur paraissait rien qui les pût troubler, les bêtes qui passaient et les serpents qui sifflaient les mettant comme hors d'eux-mêmes, les faisaient mourir de peur : et ils eussent voulu s'empêcher de voir, et de respirer l'air, quoique cela soit impossible.

10. Car comme la méchanceté est timide, elle se condamne par son propre témoignage; et, étant épouvantée par la mauvaise conscience, elle se figure toujours les maux plus grands qu'ils ne sont.

11. Aussi la crainte n'est autre chose que le trouble de l'âme qui se croit abandonnée de tout secours.

4. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat : quoniam sonitus descendens perturbabat illos, et personæ tristes illis apparentes pavorum illis præstabant.

5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

6. Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus : et timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur :

7. *a* Et magicæ artis appositi erant derisus, et sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. [*a* *Exod.* 7. 22. et 8. 7.]

8. Illi enim qui promittebant timores et perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant.

9. Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat : transitu animalium et serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant : et aerem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10. Cum sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis : semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.

11. Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum.

Cap. XVII. — 9. *Transitu animalium et serpentium.* Dans l'Exode (cap. X, 21), il est dit seulement que Moïse étendit sa main vers le ciel, et que l'Egypte fut couverte de ténèbres si épaisses, qu'elles devinrent palpables. Le Sage nous décrit ici ces ténèbres qui avaient rendu l'air si épais qu'on ne pouvait se mouvoir, et qu'aucune lumière ne pouvait l'éclairer. Il nous dépeint ces apparitions qui achevèrent d'effrayer les Egyptiens en leur faisant entendre les sifflements des serpents et les cris des bêtes qu'ils vénéraient comme des dieux. Ces ténèbres les enveloppèrent, parce que trop souvent ils s'étaient enfoncés dans l'obscurité pour y commettre des crimes, et ils étaient ainsi punis par où ils avaient péché.

10. *Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.* Le trouble de leur conscience ajoutait encore à ces horreurs en enflammant leur imagination qui grossissait la réalité déjà si terrible; d'après cette pensée du poète Ménandre : *Male conscium sibi, quamvis audacissimum sua semper pavidum reddit conscientia.*

---

4. *Quæ... illos... custodiebat.* In qua latebant. — *Personæ.* Larvæ, spectra. — *Tristes.* Aliquid amplius est in græco, ἀμειδήτοις κατηφῆ προσώποις, *tristibus mœstæ vultibus.*

6. *Deteriora esse quæ videbantur.* Scilicet quam essent.

7. *Magicæ artis.* Cui multum fidere et tribuere solebant Ægyptii. — *Appositi erant.* Κατέκειτο, *jacebant*, nec ullum habebant usum. — *Derisus.* Ἐμπαίγματα, ludibria, præstigia. — *Et sapientiæ gloriæ.* Sensus est : et fuit contumeliosa correptio jactantiæ, maleficorum, qua gloriabantur quasi sapientes essent. Corripuit enim eorum jactantiam Deus, et redarguit, nec simpliciter redarguit, sed cum insigni eorum contumelia et vituperio.

8. *Ab anima languente.* Νοσούσης, *ægrotante.* — *Hi cum derisu.* In græco est, καταγέλαστον εὐλάβειαν ἐνόσουν, *ridiculo timore laborabant.*

9. *Nihil illos ex monstris perturbabat.* Intelligit prodigia a Mose patrata ad quæ se magi interritos exhibuerunt. * Vel sensus est : etiamsi phantasmata illa abfuissent, terrebant satis transitus animalium. — *Transitu animalium.* Quæ subinde percurrebant, obiterque transibant ante magos, ut et ante alios in tenebris versantes. — *Peribant.* Maxime commovebantur, ut sibi quodammodo perire viderentur. — *Negantes se videre.* Negantes se ferre posse.

10. *Cum sit... timida nequitia.* Nam, ut ait Seneca, epist. 97, *tuta scelera esse possunt, secura non possunt.* — *Dat testimonium condemnationis.* Seipsam proprio testimonio condemnans. — *Præsumit.* Anticipata opinione, vel præsagitione suspicatur gravia et molesta.

11. *Proditio cogitationis auxiliorum.* Προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων, id est, nihil est timor nisi proditio, destitutio, sive defectio auxiliorum a ratione, sive ratiocinatione proficiscentium. Vel abjectio consiliorum mediorumque ne cogitationem de iis suscipiat quæ juvare possent.

12. Et dum ab intus minor est expectatio, majorem computat inscientiam ejus causæ, de qua tormentum præstat.

13. Illi autem qui impotentem vere noctem, et ab infimis, et ab altissimis inferis supervenientem, eumdem somnum dormientes,

14. Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione; subitaneus enim illis et insperatus timor supervenerat.

15. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

16. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem,

17. Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

18. Aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus invisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo : deficientes faciebant illos præ timore.

19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, et non impeditis operibus continebatur.

20. Solis autem illis superposita erat

12. Et moins elle attend de soulagement au dedans d'elle, plus elle grossit, sans les bien connaître, les sujets qu'elle a de se tourmenter.

13. Mais étant alors tous abattus d'un même sommeil dans cette effroyable nuit qui leur était survenue du plus profond des enfers,

14. Ils étaient effrayés d'un côté par ces spectres qui leur apparaissaient, et de l'autre par la défaillance même de leur esprit qui se trouvait surpris par des craintes soudaines auxquelles ils ne s'attendaient pas.

15. Que si quelqu'un était tombé, il demeurait renfermé sans chaînes dans cette prison.

16. Car soit que ce fût un paysan, ou un berger, ou un homme occupé aux travaux de la campagne, qui fût ainsi surpris, il se trouvait dans une nécessité inévitable, et dans un abandonnement entier,

17. Parce qu'ils étaient tous liés d'une même chaîne de ténèbres. Un vent qui soufflait, le concert des oiseaux qui chantaient agréablement sur les branches touffues des arbres, le murmure de l'eau qui coulait avec impétuosité,

18. Le grand bruit que les pierres faisaient en tombant, le mouvement des animaux qui se jouaient ensemble, sans qu'ils se pussent apercevoir, le hurlement des bêtes cruelles, ou les échos qui retentissaient du creux des montagnes, toutes ces choses frappant leur oreille les faisaient mourir d'effroi.

19. Car tout le reste du monde était éclairé d'une lumière très-pure, et s'occupait à son travail sans aucun empêchement.

20. Eux seuls se trouvaient accablés d'une

20. *Imago tenebrarum quæ superventura illis erat.* Ces ténèbres signifiaient les maux éternels qui attendaient les Egyptiens après leur mort. Car c'est toujours sous cette image que l'Evangile, les livres du Nouveau Testament et l'Eglise, dans sa liturgie, nous peignent la damnation éternelle. Le Sage ajoute qu'ils étaient plus insupportables à eux-mêmes que leurs ténèbres à cause de leurs remords, de leurs frayeurs continuelles, et de leur désespoir qui étaient plus intolérables que l'obscurité dans laquelle ils étaient plongés.

---

12. *Et dum ab intus minor est expectatio.* Græce, Ἔνδοθεν δὲ οὖσα ἥττων ἡ προσδοκία. Existimo sensum esse : et cum in se minus sit malum quod expectatur aut timetur. — *Majorem computat.* Majus esse existimat malum illud adhuc inexploratum, quod tormentum et cruciatum allaturum est.

13. *Impotentem vere noctem.* Ἀδύνατον ὄντως νύκτα, id est, κατὰ ἀδύνατον ὄντως νύκτα, tempore impotentis illius noctis. Vocatur impotens, tum quia reddebat Ægyptios impotentes ad agendum, tum quia vitari non poterat nec illustrari, tum quia ex impotentis Plutonis recessibus, ubi meræ tenebræ, proficiscebatur. Vide sequentia. — *Ab infimis, et ab altissimis.* Sunt synonyma, id est, a profundissimis. In græco est, ἐξ ἀδυνάτου ᾅδου μυχῶν, *ex impotentis inferni recessibus.* Dicitur autem infernus impotens, quod nulla ibi sit utilis alicujus operi faciendi facultas. — *Eumdem somnum dormientes.* Omnes male, et terroribus perturbato somno dormiebant. * Vel per somnum intelligit impotentiam aliquid in tenebris illis agendi.

14. *Animæ deficiebant traductione.* Ψυχῆς παρελύοντο προδοσίᾳ, *animæ dissolvebantur defectione*, sive *proditione*, ipsa nimirum anima præ timore seipsam destituente.

15. *Decidisset.* Timore consternatus. — *Custodiebatur in carcere.* Ex eo loco in quo jacebat se commovere non poterat, nec audebat, non minus quam si carcere conclusus teneretur.

16. *Præoccupatus.* Tenebris deprehensus et circumfusus. — *Necessitatem.* Ibi manendi ubi eum occupaverant tenebræ et timor.

17. *Spiritus sibilans.* Πνεῦμα συρίζον, ventus, vel aura sibilans. — *Avium sonus suavis.* Mœstis ac trepidis nihil accidit jucundum. — *Vis aquæ decurrentis nimium.* Ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ, *rhythmus et consentus aquæ euntis vi*, cum impetu, et violenter currentis. Adeo etiam ea quæ alioqui voluptatem afferre solent; Ægyptiis timorem incutiebant.

18. *Ludentium animalium.* Σκιρτώντων ζώων, lascivientium et saltantium animalium cursus strepitum aliquem ciens, ipsis animalibus non visis.

19. *Limpido.* Claro. — *Continebatur.* Occupabatur.

20. *Illis.* Ægyptiis. — *Superventura.* Videtur interpres respexisse vocem νὺξ, et cum illa participium *superventura* junxisse.

profonde nuit, image des ténèbres qui leur étaient réservées, ils étaient plus insupportables à eux-mêmes que leurs propres ténèbres.

gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

CHAPITRE XVIII.

Colonne de feu. Plaies des premiers-nés.

1. Cependant, Seigneur, vos saints étaient éclairés d'une très-grande lumière, et ils entendaient les cris des Egyptiens sans voir leur visage. Ils vous glorifiaient de ce qu'ils ne souffraient pas les mêmes choses.

2. Ils vous rendaient grâces de ce que ceux qui les avaient si maltraités auparavant n'étaient plus en état de leur nuire; et ils vous priaient de continuer à mettre cette différence entre eux et leurs ennemis.

3. C'est pourquoi ils ont eu une colonne ardente pour guide dans un chemin inconnu, et elle leur servait comme d'un soleil, qui, sans les incommoder, rendait leur voyage heureux.

4. Pour ce qui est des autres, ils étaient certainement dignes d'être privés de lumière et de souffrir une prison de ténèbres, eux qui tenaient renfermés vos enfants, par qui la lumière incorruptible de votre loi commençait à se répandre dans le monde.

5. Et parce qu'ils avaient résolu de faire mourir les enfants des justes, après que vous eûtes sauvé l'un d'eux qui avait été exposé; pour les punir de ce crime, vous avez fait mourir un très-grand nombre de leurs enfants, et vous les avez perdus dans les abîmes des eaux.

6. Cette même nuit, avait été auparavant prédite à nos pères; afin que, connaissant la vérité des promesses que Dieu leur avait jurées, et qu'ils avaient crues, ils en demeurassent plus assurés.

1. Sanctis [a] autem tuis maxima erat lux, et horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non et ipsi eadem passi erant, magnificabant te : [a *Exod.* 10. 23.]

2. Et qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant : et ut esset differentia, donum petebant.

3. [a] Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, et solem sine læsura boni hospitii præstitisti. [a *Exod.* 14. 24. *Ps.* 77. 14. et 104. 39.]

4. Digni quidem illi carere luce, et pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari.

5. [a] Cum cogitarent justorum occidere infantes : et [b] uno exposito filio, et liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, et [c] pariter illos perdidisti in aqua valida. [a *Exod.* 1. 16. || b *Id.* 2. 3. || c *Ibid.* 14. 27.]

6. Illa enim nox ante cognita est a patribus nostris, ut vere scientes quibus juramentis crediderunt, animæquiores essent.

Cap. XVIII. — 1. *Sanctis autem tuis.* Dans le Grec, ces deux versets se rapportent aux Egyptiens, et se traduisent ainsi : *Les Egyptiens entendaient la voix des Hébreux sans voir leur visage, et les déclaraient heureux de ne pas souffrir les mêmes choses : ils leur rendaient grâces de ce qu'ils ne se vengeaient pas des injustices qu'ils avaient souffertes, et ils leur demandaient pardon des inimitiés qu'ils avaient exercées contre eux.* Le sens de la Vulgate se lie mieux avec ce qui suit : car le but de ce chapitre est de faire ressortir la différence que Dieu a mise entre les Juifs et les Egyptiens. Ainsi il oppose aux ténèbres de l'Egypte la nuée lumineuse qui a conduit Israël dans le désert.

6. *Ante cognita est a patribus nostris.* Avant de frapper les Egyptiens, Moïse annonçait toujours à l'avance de quelles plaies ils allaient être atteints, pour montrer qu'il agissait au nom de Dieu, maître de la vie et de la mort, et souverain dominateur de tous les éléments.

Cap. XVIII. — 1. *Sanctis autem tuis.* Populo Hebræorum. — *Horum.* Hebræorum. — *Audiebant.* Ægyptii. — *Quia non et ipsi.* Laudabant Deum Hebræi quia se videbant ab illis malis immunes quibus vexabantur Ægyptii.

2. *Læsi erant.* Ab Ægyptiis. — *Lædebantur.* Scilicet amplius. — *Ut esset differentia.* Ut differrent ab Ægyptiis quos Dominus flagellabat.

3. *Propter quod.* Ἀνθ' ὧν, vice et loco tenebrarum. — *Ignotæ viæ.* In deserto. — *Sine læsura.* Innocuum. — *Boni hospitii.* Desertum intelligit, in quo a Domino bene habiti sunt, et nubis obumbratione in æstu, illuminatione ignis per noctem; et cibo mannæ de cœlo demisso, *etc.*

4. *Illi.* Ægyptii. — *Inclusos custodiebant filios tuos.* Ex Ægypto discedere non permittentes, et tanquam mancipia custodientes. — *Incipiebat... dari.* Ἤμελλε... δίδοσθαι. Italicæ phrasi plane respondet, qua dicimus : *Doveva darsi*, debebat dari, futurum erat ut daretur. — *Sæculo.* Mundo.

5. *Justorum... infantes.* Hebræorum, proposito edicto ut quidquid esset masculini sexus in flumen projiceretur. — *Uno exposito.* Mosen intelligit. — *In traductionem illorum.* Ægyptiorum, εἰς ἔλεγχον, *in redargutionem;* ut scilicet mirabilibus et portentis ab ipso patratis redarguti, et in pœnam vexati, Israelitas dimitterent. — *Abstulisti.* Occidendo Ægyptiorum primogenitos. — *In aqua valida.* Maris Rubri.

6. *A patribus nostris.* Quibus facta est promissio terræ Chanaan, qui licet fortasse præcise noctem illam ignoraverint, id tamen quod ea nocte gestum est Deo revelante cognoverunt.

7. Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem justorum, injustorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læsisti adversarios : sic et nos provocans magnificasti.

9. Absconse enim sacrificabant justi pueri bonorum, et justitiæ legem in concordia disposuerunt : similiter et bona et mala recepturos justos, patrum jam decantantes laudes.

10. Resonabat autem inconveniens inimicorum vox, et flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. [a] Simili autem pœna servus cum domino afflictus est, et popularis homo regi similia passus. [a *Exod.* 12. 29.]

12. Similiter ergo omnes, uno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant : quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.

13. De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum cum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei esse.

14. Cum enim quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet,

15. Omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit.

16. Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, et stans replevit omnia morte, et usque ad cœlum attingebat stans in terra.

7. Ainsi votre peuple eut la joie de voir en même temps le salut des justes, et la ruine des méchants.

8. Car comme vous punîtes alors nos ennemis, vous nous avez aussi unis à vous et comblés de gloire.

9. Cependant les justes, les enfants des saints, offraient en secret le sacrifice. Ils établissaient entre eux cette loi sainte, qu'ils participeraient également aux biens et aux maux, et ils chantaient des cantiques de louanges de leurs pères.

10. Mais en même temps on entendait les voix confuses de leurs ennemis, et les cris lamentables de ceux qui pleuraient la mort de leurs enfants.

11. L'esclave était puni comme le maître, et un homme du peuple comme le roi même.

12. Ainsi il y avait partout des morts sans nombre, et tous frappés de la même mort. Ceux qui étaient demeurés en vie ne pouvaient suffire à ensevelir les morts : car ce qu'il y avait de plus considérable en chaque famille avait été exterminé en un moment.

13. Ils n'avaient point cru tous les autres prodiges, à cause de leurs magiciens; mais après ce meurtre de leurs premiers-nés ils commencèrent à confesser que ce peuple était le peuple de Dieu.

14. Car lorsque tout reposait dans un paisible silence, et que la nuit était au milieu de sa course,

15. Votre parole toute-puissante vint du ciel, du trône royal et fondit tout d'un coup sur cette terre destinée à la perdition.

16. *Votre ange*, comme exterminateur impitoyable, ayant une épée tranchante, et portant votre irrévocable arrêt, remplit tout de meurtre, et se tenant sur la terre, il atteignit jusqu'au ciel.

12. *De omnibus enim non credentes.* Dès le troisième prodige, les magiciens avaient été obligés de confesser leur impuissance, et de dire : *Le doigt de Dieu est ici.* Mais il fallut qu'on en vînt à la mort des premiers-nés pour convaincre le Pharaon et son peuple avec lui. Le Sage nous montre cette plaie comme un châtiment du crime qu'avaient commis le roi et la nation en mettant à mort tous les enfants mâles des Juifs à mesure qu'ils naissaient.

Scivit et Moses cui Deus præcepit ut nomine suo diceret Pharaoni : *Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi : Dimitte filium meum ut serviat mihi; et noluisti dimittere eum : ecce ego interficiam filium tuum primogenitum*, Exod. 4, 22, 21. * Sciverunt etiam Mose prædicente, Exod. 11, 4. — *Vere.* Ἀσφαλῶς, secure, certo, indubitate. — *Quibus juramentis.* Quam fidelibus, ut videntes quam fideliter præstaret Deus quæ promiserat et juramento confirmaverat, bono et fidenti animo essent. * Juramentum et Chananitidæ populo danda habemus Genes. 22, 16.

7. *Suscepta est... a populo tuo sanitas.* Populus tuus salutem consecutus est, quemadmodum Ægyptii exitium experti.

8. *Provocans.* Ad tui cultum et amorem. — *Magnificasti.* Magnis illustribusque beneficiis affecisti.

9. *Sacrificabant.* Agnum paschalem. * Exod. 12, 28. — *Justi.* Hebræi. — *Pueri bonorum.* Παῖδες ἀγαθῶν, filii bonorum parentum, sanctorum scilicet patriarcharum. — *Justitiæ legem in concordia disposuerunt.* Statuerunt unanimiter legem quam illi daturus erat Dominus servare. Vel statuerunt bona et mala æquo tolerare, parati ad prospera et adversa. — *Patrum jam decantantes laudes.* Ipsos patriarchas celebrando. Vel sensus est, ipsos decantasse laudes a patribus acceptas et illis quasi per manus traditas.

10. *Inconveniens.* Confusa, ἀσύμφωνος, non consona, inconcinna, incondita. — *Ploratorum infantium.* Quos exterminator angelus occiderat.

12. *Nomine.* Genere, scilicet primogenitorum interfectorum. — *Præclarior natio.* Soboles, id est, primogeniti.

13. *De omnibus... non credentes.* Nihil credentes, quia a veneficiis et præstigiatoribus decipiebantur. — *Spoponderunt populum Dei esse.* Ὡμολόγησαν, *confessi sunt.*

15. *Omnipotens sermo tuus.* Jussio tua. — *Exterminii terram.* Ὀλεθρίας γῆς, perniciosæ, perditæ, exitialis terræ.

16. *Insimulatum.* Ἀνυπόκριτον, non simulatum, non fictum, sed efficax et quod serio sine mora et tergiversatione angeli capessiverunt. — *Usque ad cœlum attingebat.* Loquitur de angelo, poetico propemodum schemate, tanquam de magno ac potente gigante, qui cum pedibus terræ insisteret, caput tamen inter nubes conderet.

profonde nuit, image des ténèbres qui leur étaient réservées, ils étaient plus insupportables à eux-mêmes que leurs propres ténèbres.

gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

CHAPITRE XVIII.

Colonne de feu. Plaies des premiers-nés.

1. Cependant, Seigneur, vos saints étaient éclairés d'une très-grande lumière, et ils entendaient les cris des Egyptiens sans voir leur visage. Ils vous glorifiaient de ce qu'ils ne souffraient pas les mêmes choses.

2. Ils vous rendaient grâces de ce que ceux qui les avaient si maltraités auparavant n'étaient plus en état de leur nuire; et ils vous priaient de continuer à mettre cette différence entre eux et leurs ennemis.

3. C'est pourquoi ils ont eu une colonne ardente pour guide dans un chemin inconnu, et elle leur servait comme d'un soleil, qui, sans les incommoder, rendait leur voyage heureux.

4. Pour ce qui est des autres, ils étaient certainement dignes d'être privés de lumière et de souffrir une prison de ténèbres, eux qui tenaient renfermés vos enfants, par qui la lumière incorruptible de votre loi commençait à se répandre dans le monde.

5. Et parce qu'ils avaient résolu de faire mourir les enfants des justes, après que vous eûtes sauvé l'un d'eux qui avait été exposé; pour les punir de ce crime, vous avez fait mourir un très-grand nombre de leurs enfants, et vous les avez perdus dans les abîmes des eaux.

6. Cette même nuit, avait été auparavant prédite à nos pères; afin que, connaissant la vérité des promesses que Dieu leur avait jurées, ils en demeurassent plus assurés.

1. Sanctis *a* autem tuis maxima erat lux, et horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non et ipsi eadem passi erant, magnificabant te : [a *Exod.* 10. 23.]

2. Et qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant : et ut esset differentia, donum petebant.

3. *a* Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, et solem sine læsura boni hospitii præstitisti. [a *Exod.* 14. 24. *Ps.* 77. 14. et 104. 39.]

4. Digni quidem illi carere luce, et pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari.

5. *a* Cum cogitarent justorum occidere infantes : et *b* uno exposito filio, et liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, et *c* pariter illos perdidisti in aqua valida. [a *Exod.* 1. 16. || b *Id.* 2. 3. || c *Ibid.* 14. 27.]

6. Illa enim nox ante cognita est a patribus nostris, ut vere scientes quibus juramentis crediderunt, animæquiores essent.

Cap. XVIII. — 1. *Sanctis autem tuis.* Dans le Grec, ces deux versets se rapportent aux Egyptiens, et se traduisent ainsi : *Les Egyptiens entendaient la voix des Hébreux sans voir leur visage, et les déclaraient heureux de ne pas souffrir les mêmes choses : ils leur rendaient grâces de ce qu'ils ne se vengeaient pas des injustices qu'ils avaient souffertes, et ils leur demandaient pardon des inimitiés qu'ils avaient exercées contre eux.* Le sens de la Vulgate se lie mieux avec ce qui suit : car le but de ce chapitre est de faire ressortir la différence que Dieu a mise entre les Juifs et les Egyptiens. Ainsi il oppose aux ténèbres de l'Egypte la nuée lumineuse qui a conduit Israël dans le désert.

6. *Ante cognita est a patribus nostris.* Avant de frapper les Egyptiens, Moïse annonçait toujours à l'avance de quelles plaies ils allaient être atteints, pour montrer qu'il agissait au nom de Dieu, maître de la vie et de la mort, et souverain dominateur de tous les éléments.

Cap. XVIII. — 1. *Sanctis autem tuis.* Populo Hebræorum. — *Horum.* Hebræorum. — *Audiebant.* Ægyptii. — *Quia non et ipsi.* Laudabant Deum Hebræi quia se videbant ab illis malis immunes quibus vexabantur Ægyptii.

2. *Læsi erant.* Ab Ægyptiis. — *Lædebantur.* Scilicet amplius. — *Ut esset differentia.* Ut differrent ab Ægyptiis quos Dominus flagellabat.

3. *Propter quod.* Ἀνθ' ὧν, vice et loco tenebrarum. — *Ignotæ viæ.* In deserto. — *Sine læsura.* Innocuum. — *Boni hospitii.* Desertum intelligit, in quo a Domino bene habiti sunt, et nubis obumbratione in æstu, illuminatione ignis per noctem; et cibo mannæ de cœlo demisso, *etc.*

4. *Illi.* Ægyptii. — *Inclusos custodiebant filios tuos.* Ex Ægypto discedere non permittentes, et tanquam mancipia custodientes. — *Incipiebat... dari.* Ἤμελλε... δίδοσθαι. Italicæ phrasi plane respondet, qua dicimus : *Doveva darsi*, debebat dari, futurum erat ut daretur. — *Sæculo.* Mundo.

5. *Justorum... infantes.* Hebræorum, proposito edicto ut quidquid esset masculini sexus in flumen projiceretur. — *Uno exposito.* Mosen intelligit. — *In traductionem illorum.* Ægyptiorum, εἰς ἔλεγχον, *in redargutionem;* ut scilicet mirabilibus et portentis ab ipso patratis redarguti, et in pœnam vexati, Israelitas dimitterent. — *Abstulisti.* Occidendo Ægyptiorum primogenitos. — *In aqua valida.* Maris Rubri.

6. *A patribus nostris.* Quibus facta est promissio terræ Chanaan, qui licet fortasse præcise noctem illam ignoraverint, id tamen quod ea nocte gestum est Deo revelante cognoverunt.

---

7. Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem justorum, injustorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læsisti adversarios : sic et nos provocans magnificasti.

9. Absconse enim sacrificabant justi pueri bonorum, et justitiæ legem in concordia disposuerunt : similiter et bona et mala recepturos justos, patrum jam decantantes laudes.

10. Resonabat autem inconveniens inimicorum vox, et flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. *a* Simili autem pœna servus cum domino afflictus est, et popularis homo regi similia passus. [a *Exod.* 12. 29.]

12. Similiter ergo omnes, uno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant : quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.

13. De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum cum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei esse.

14. Cum enim quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet,

15. Omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit.

16. Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, et stans replevit omnia morte, et usque ad cœlum attingebat stans in terra.

7. Ainsi votre peuple eut la joie de voir en même temps le salut des justes, et la ruine des méchants.

8. Car comme vous punîtes alors nos ennemis, vous nous avez aussi unis à vous et comblés de gloire.

9. Cependant les justes, les enfants des saints, offraient en secret le sacrifice. Ils établissaient entre eux cette loi sainte, qu'ils participeraient également aux biens et aux maux, et ils chantaient des cantiques de louanges de leurs pères.

10. Mais en même temps on entendait les voix confuses de leurs ennemis, et les cris lamentables de ceux qui pleuraient la mort de leurs enfants.

11. L'esclave était puni comme le maître, et un homme du peuple comme le roi même.

12. Ainsi il y avait partout des morts sans nombre, et tous frappés de la même mort. Ceux qui étaient demeurés en vie ne pouvaient suffire à ensevelir les morts : car ce qu'il y avait de plus considérable en chaque famille avait été exterminé en un moment.

13. Ils n'avaient point cru tous les autres prodiges, à cause de leurs magiciens; mais après ce meurtre de leurs premiers-nés ils commencèrent à confesser que ce peuple était le peuple de Dieu.

14. Car lorsque tout reposait dans un paisible silence, et que la nuit était au milieu de sa course,

15. Votre parole toute-puissante vint du ciel, du trône royal et fondit tout d'un coup sur cette terre destinée à la perdition.

16. *Votre ange*, comme exterminateur impitoyable, ayant une épée tranchante, et portant votre irrévocable arrêt, remplit tout de meurtre, et se tenant sur la terre, il atteignit jusqu'au ciel.

---

12. *De omnibus enim non credentes.* Dès le troisième prodige, les magiciens avaient été obligés de confesser leur impuissance, et de dire : *Le doigt de Dieu est ici.* Mais il fallut qu'on en vînt à la mort des premiers-nés pour convaincre le Pharaon et son peuple avec lui. Le Sage nous montre cette plaie comme un châtiment du crime qu'avaient commis le roi et la nation en mettant à mort tous les enfants mâles des Juifs à mesure qu'ils naissaient.

Scivit et Moses cui Deus præcepit ut nomine suo diceret Pharaoni : *Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi : Dimitte filium meum ut serviat mihi; et noluisti dimittere eum : ecce ego interficiam filium tuum primogenitum*, Exod. 4, 22, 23. * Sciverunt etiam Mose prædicente, Exod. 11, 4. — *Vere.* Ἀσφαλῶς, secure, certo, indubitate. — *Quibus juramentis.* Quam fidelibus, ut videntes quam fideliter præstaret Deus quæ promiserat et juramento confirmaverat, bono et fidenti animo essent. * Juramentum et Chananitidæ populo danda habemus Gen. 22, 16.

7. *Suscepta est... a populo tuo sanitas.* Populus tuus salutem consecutus est, quemadmodum Ægyptii exitium experti.

8. *Provocans.* Ad tui cultum et amorem. — *Magnificasti.* Magnis illustribusque beneficiis affecisti.

9. *Sacrificabant.* Agnum paschalem. * Exod. 12, 28. — *Justi.* Hebræi. — *Pueri bonorum.* Παῖδες ἀγαθῶν, filii bonorum parentum, sanctorum scilicet patriarcharum. — *Justitiæ legem in concordia disposuerunt.* Statuerunt unanimiter legem quam illi daturus erat Dominus servare. Vel statuerunt bona et mala æquo tolerare, parati ad prospera et adversa. — *Patrum jam decantantes laudes.* Ipsos patriarchas celebrando. Vel sensus est, ipsos decantasse laudes a patribus acceptas et illis quasi per manus traditas.

10. *Inconveniens.* Confusa, ἀσύμφωνος, non consona, inconcinna, incondita. — *Ploratorum infantium.* Quos exterminator angelus occiderat.

12. *Nomine.* Genere, scilicet primogenitorum interfectorum. — *Præclarior natio.* Soboles, id est, primogeniti.

13. *De omnibus... non credentes.* Nihil credentes, quia a veneficiis et præstigiatoribus decipiebantur. — *Spoponderunt populum Dei esse.* ὡμολόγησαν, *confessi sunt.*

15. *Omnipotens sermo tuus.* Jussio tua. — *Exterminii terram.* Ὀλεθρίας γῆς, perniciosæ, perditæ, exitialis terræ.

5. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis*. Quasi dicat : verbum Dei excelsi, in cœlis excelsis habitans, est fons sapientiæ. — *In excelsis*. Vel est epithetum Dei, vel sapientiæ, quæ terrena non est, sed cœlestis. — *Ingressus illius*. Græce, πορεῖαι αὐτῆς gressus, viæ, semitæ. Sensus est : viæ et rationes juxta quas sapientia in gubernandis creaturis procedit, sunt fixæ et perpetuæ instar mandatorum æternorum. Vel sensus est : via ad sapientiam sunt mandata æternum duratura; quare totam hanc sententiam aliqui sic vertunt : *Fons sapientiæ sermo Dei celsissimus est; et aditus sempiterna ejus præcepta*.

LE LIVRE DE L'ECCLÉSIASTIQUE.

PROLOGUE.

On peut voir dans la Loi, dans les Prophètes, et dans ceux qui les ont suivis, beaucoup de choses très-grandes et très-sages qui rendent Israël digne de louange pour sa doctrine et pour sa sagesse, puisque non-seulement les auteurs de ces discours ont dû être très-éclairés, mais que les étrangers mêmes peuvent devenir, par leur moyen, très-habiles à parler et à écrire.

C'est en cette manière que Jésus, mon aïeul, après s'être appliqué avec grand soin à la lecture de la Loi et des Prophètes, et des autres livres que nos pères nous ont laissés, a voulu lui-même écrire de ce qui regarde la doctrine et la sagesse, afin que ceux qui désirent apprendre s'étant instruits par ce livre, s'appliquent de plus en plus à la considération de leurs devoirs, et s'affermissent dans une vie conforme à la loi de Dieu.

Je vous exhorte donc, vous qui voudrez lire ce livre, à y apporter une disposition favorable et une attention particulière, et à nous pardonner s'il semble qu'en quelques endroits, voulant rendre toute la beauté et toute la force de l'original, nous ne pouvons trouver des paroles qui en expriment tout le sens : car les mots hébreux n'ont plus la même force lorsqu'ils sont traduits en une langue étrangère; ce qui n'arrive pas seu-

Multorum nobis, et magnorum, per legem et prophetas, aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est; in quibus oportet laudare Israel doctrinæ et sapientiæ causa; quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse et dicentes et scribentes doctissimos fieri. Avus meus Jesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, et prophetarum, et aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt; voluit et ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam et sapientiam pertinent; ut desiderantes discere, et illorum periti facti, magis magisque attendant animo, et confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, et attentiori studio lectionem facere, et veniam habere in illis in quibus videmur, sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed et ipsa lex, et prophetæ, cæteraque

PROLOGUE. — *Avus meus Jesus.* Le traducteur attribue l'ouvrage qu'il traduit à Jésus, fils de Sirach, son grand-père, et il suppose que les livres sacrés des Hébreux étaient alors entre les mains des étrangers qui pouvaient en faire leur profit. La traduction des Septante avait donc été faite avant la sienne, et c'est sans doute l'exemple de ces traducteurs qui l'a engagé à mettre lui-même en grec le livre que son grand-père avait écrit en hébreu. — *Deficiunt verba hebraica.* La traduction la mieux faite fait beaucoup perdre à l'original, surtout quand il s'agit d'un poëme. Le traducteur de l'*Ecclésiastique* s'excuse de n'avoir pu faire passer dans le grec toute la force de l'hébreu, et il ne paraît pas avoir eu pour les Septante l'admiration qu'ont eue ceux qui les ont crus inspirés. — *Nam in octavo et trigesimo anno.* Nous croyons que le traducteur veut parler de la 38e année de son âge et non de la 38e année de Ptolémée-Evergète. Car il nous semble plus probable qu'il a voulu désigner Evergète Ier, et ce prince n'a régné que 25 ans.

Multorum nobis, et magnorum. Clare ex græco sic vertas : *Cum multa magnaque nobis per legem et prophetas, aliosque qui post eos secuti sunt, tradita sint, ob quæ merito laudes Israelitas nomine eruditionis et sapientiæ, et unde non solum ipsi lectores possint docti evadere, sed, si sint studiosi, etiam exteris tam dicendo quam scribendo utiles esse queant; avus meus Jesus, cum se multum dedisset lectioni legis et prophetarum, etc., voluit et ipse aliquid horum scribere, etc.* — *Qui secuti sunt illos.* Doctores et peritos legis. — *Loquentes.* In græco est, ἀναγινώσκοντας, *legentes;* sed sensus potest esse idem, quasi dicat : non tantum ex Hebræorum libris proficiunt loquentes scilicet hebraice, et hæc legere valentes, sed alii etiam ab his accipientes. — *Necesse est esse peritos.* Γίνεσθαι fieri peritos. — *Ut desiderantes discere.* Clare sic Vatabl. : *Unde studiosi, et qui se his dedissent, multo majorem ad legitime vivendum profectum facerent.* — *Veniam habere.* Veniam dare, συγγνώμην ἔχειν. *In quibus videmur, sequentes imaginem.* Græca clare, *Ignoscite nobis, sicubi videamur, dum in interpretatione elaboravimus, quarumdam dictionum vim non esse assecuti.* Sequi imaginem sapientiæ est conari exprimere eam sapientiam quæ clarius elucet in autographo. — *Nam deficiunt.* Græce οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ, non idem valent, non eamdem vim habent. — *Inter se dicuntur.* In propria lingua, quasi dicat : Autographa hebraica multum differunt a græcis, vel latinis in quæ convertuntur. — *In octavo et trigesimo anno.* Vel loquitur de anno ætatis suæ vel de anno trigesimo octavo post scriptum hoc volumen Ecclesiastici, vel a libertate Judæis data per Ptolomæum Philadelphum. Vide Josephum 12. Antiq., cap. 2. — *Evergetis.* Quæ vox liberalem et beneficum significat. — *Inveni... libros.* Græce est, ἀφόμοιον, id est, exemplar, alii legunt ἐφόδιον, viaticum; alii ἀφορμήν, id est, occasionem. — *Addere diligentiam.* Afferre, adhibere diligentiam. *Multa vigilia attuli doctrinam.* Multam vigiliam et studium adhibui. — *In spatio temporis.* Quo in Ægypto fui. — *Ad illa quæ ad finem ducunt.* Ut hæc præcepta et documenta ederem.

aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo et trigesimo anno temporibus Ptolemæi Evergetis regis, postquam perveni in Ægyptum, et cum multum temporis ibi fuissem, inveni ibi libros relictos non parvæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum et necessarium putavi et ipse aliquam addere diligentiam et laborem interpretandi librum istum; et multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, et illis qui volunt animum intendere, et discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

lement en ce livre-ci; mais la Loi même, les Prophètes et les autres livres sont fort différents dans leur version de ce qu'ils sont dans leur propre langue. Etant donc venu en Egypte en la trente-huitième année, sous le règne de Ptolémée-Evergète, et y ayant demeuré longtemps, j'y ai trouvé ce livre qui y avait été laissé, et qui contenait une excellente doctrine : c'est pourquoi j'ai cru qu'il était utile et même nécessaire de travailler avec soin à le traduire. Ainsi, m'étant appliqué à cette traduction pendant quelque temps avec beaucoup de veilles et de soin, je l'ai achevée enfin, et j'ai mis ce livre en état d'être publié pour servir à ceux qui voudront penser à eux-mêmes, et apprendre de quelle manière ils doivent se conduire dans la résolution qu'ils auront formée de régler leur vie selon la loi du Seigneur.

CHAPITRE PREMIER.

Origine de la sagesse. Eloge de la crainte du Seigneur.

1. Omnis *a* sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum. [*a III. Reg.* 3. 9. et 4. 29.]

2. Arenam maris, et pluviæ guttas, et dies sæculi quis dinumeravit? Altitudinem cœli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est?

3. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit?

4. Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.

5. Fons sapientiæ verbum Dei in ex-

1. Toute sagesse vient de Dieu, le souverain Seigneur, elle a toujours été avec lui, et elle y est avant tous les siècles.

2. Qui a compté le sable de la mer, les gouttes de la pluie et les jours de la durée du monde? qui a mesuré la hauteur du ciel, l'étendue de la terre et la profondeur de l'abîme?

3. Qui a pénétré la sagesse de Dieu, laquelle précède toutes choses.

4. La sagesse a été créée avant tout, et la lumière de l'intelligence est dès le commencement.

5. Le Verbe de Dieu, au plus haut des cieux,

CAP. I. — 1. *Omnis sapientia a Domino Deo est.* Ici, comme aux livres des *Proverbes* et de la *Sagesse*, l'auteur considère la sagesse comme éternellement issue de Dieu qui en est le Père. Elle est avant tous les siècles, elle est le Verbe de Dieu dont personne n'a jamais pu pénétrer les infinies profondeurs. Ce Verbe est la source de toute sagesse humaine, ses commandements sont notre loi que Dieu a gravée au fond de nos consciences, et qu'il a promulguée dans ses différentes révélations. C'est à ces révélations que nous devons toutes les connaissances que nous possédons sur Dieu et sur nous-mêmes. L'unité de doctrine des *Proverbes*, de l'*Ecclésiaste*, de la *Sagesse* et de l'*Ecclésiastique* est frappante; on conçoit que l'on ait souvent désigné ces livres sous le même nom et qu'on les ait tous attribués au même auteur. Ainsi, parmi les anciens, ils sont souvent appelés indistinctement les *livres de Salomon*, et dans sa liturgie, l'Eglise les comprend indistinctement sous le nom de *livres sapientiaux*. Tout ce qu'ils renferment peut être, en effet, considéré comme les oracles de la Sagesse éternelle du Verbe, qui éclaire tout homme venant en ce monde.

CAP. I. — 1. *Omnis sapientia.* Intelligi hæc debent de sapientia, ut abstrahit ab increata et creata. Itaque dicuntur aliqua quæ magis increatæ, aliqua vero quæ creatæ potius conveniunt. — *Ante ævum.* Ante sæculum, quasi dicat : Sapientia est ante omne tempus, et, ut loquitur S. Paulus ad Tit., 1, 2, *ante tempora sæcularia.*

3. *Investigavit.* Græce, *investigabit.* His sententiis alludit ad Isa., 40, 12 : *Qui mensus est pugillo aquas, etc.;* et Job., 38, 4 : *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ,* etc.

4. *Prior omnium creata est sapientia.* Dicit sapientiam creatam, id est, possessam a Deo, id est, apud Deum in rerum natura extitisse et substitisse. Siracides enim sequitur Septuaginta, qui Prov. 8, 22, pro *Dominus possedit me,* ut habent hebræa et noster, vertunt ἔκτισε, id est, *creavit,* quasi idem sit creavit quod possedit. Sapientia vero creata prior omnium creata est, quia ab initio sæculi et temporis eam cum angelis condidit. Vel creata est *prior et ab ævo,* quia creari decreta est ab æterno. Sapientia etiam increata quæ secundum humanitatem creata est in tempore, ab æterno genita est secundum divinitatem. — *Intellectus prudentiæ.* Prudens intelligentia. Intellectus prudentiæ idem est cum sapientia; sed Siracides rem eamdem variis effert dicendi formulis. — *Ab ævo.* Ab omni æternitate, vel ab omni tempore imaginario, fuit enim ab æterno sapientia increata in Deo formaliter, creata vero eminenter, objective, exemplariter et efficienter, sive ut in causa exemplari et efficiente.

5. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Quasi dicat : verbum Dei excelsi, in cœlis excelsis habitans, est fons sapientiæ. — *In excelsis.* Vel est epithetum Dei, vel sapientiæ, quæ terrena non est, sed cœlestis. — *Ingressus illius.* Græce, πορεῖαι αὐτῆς gressus, viæ, semitæ. Sensus est : viæ et rationes juxta quas sapientia in gubernandis creaturis procedit, sunt fixæ et perpetuæ instar mandatorum æternorum. Vel sensus est : via ad sapientiam sunt mandata æternum duratura; quare totam hanc sententiam aliqui sic vertunt : *Fons sapientiæ sermo Dei celsissimus est; et aditus sempiterna ejus præcepta.*

est la source de la sagesse. Ses voies sont les commandements éternels.

6. A qui la racine de la sagesse a-t-elle été découverte, et qui a pénétré ses artifices?

7. A qui la conduite de la sagesse a-t-elle été révélée et montrée à nu? et qui a compris la multiplicité de ses démarches?

8. Il n'y a que le Très-Haut, le Créateur qui peut tout, le Roi puissant et infiniment redoutable qui est assis sur son trône, le Dieu souverain dominateur.

9. C'est lui qui l'a créée (dans le Saint-Esprit), qui l'a vue, qui l'a nombrée et qui l'a mesurée.

10. Il l'a répandue sur tous ses ouvrages et sur toute chair, selon le partage qu'il en a fait, il l'a donnée à ceux qui l'aiment.

11. Or la crainte du Seigneur, est la gloire et un sujet de se glorifier; c'est une source de joie et une couronne d'allégresse.

12. La crainte du Seigneur réjouira le cœur *du juste*; elle *lui* donnera la joie, l'allégresse et la longue vie.

13. Celui qui craint le Seigneur se trouvera heureux à la fin de sa vie, et il sera béni au jour de sa mort.

14. [L'amour de Dieu est la sagesse vraiment digne d'être honorée.

15. Ceux à qui elle se découvre l'aiment aussitôt qu'ils l'ont vue et qu'ils ont connu la magnificence de ses ouvrages.]

16. La crainte du Seigneur est le principe de la sagesse: elle est créée avec les hommes fidèles dès le sein de leur mère; elle accompagne les femmes choisies, et elle se fait remarquer dans les justes et dans les infidèles.

celsis, et ingressus illius mandata æterna.

6. Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit?

7. Disciplina sapientiæ cui revelata est, et manifestata? et multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

8. Unus est altissimus Creator Omnipotens, et Rex potens, et metuendus nimis, sedens super thronum illius et dominans Deus.

9. Ipse creavit illam in Spiritu Sancto, et vidit, et dinumeravit, et mensus est.

10. Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et præbuit illam diligentibus se.

11. Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.

12. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam, et gaudium, et longitudinem dierum.

13. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur.

14. Dilectio Dei honorabilis sapientia.

15. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum.

16. a Initium sapientiæ, timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est cum electis feminis graditur et cum justis et fidelibus agnoscitur. [a *Ps.* 110. 10. *Prov.* 1. 7. et 9. 10.]

14. *Dilectio Dei.* Ce qui est enfermé entre deux crochets ici et dans toute la suite, est ce qui ne se trouve pas dans le Grec de l'édition romaine.

15. *Quibus autem apparuerit.* Allusion à la vision de Salomon, qui vit en songe la Sagesse, et qui dut l'éclat de son règne à la faveur dont elle l'a honoré (III. Reg., 5 et suiv.).

---

6. *Radix sapientiæ.* Syrus vertit, *radices;* arabicus, *fundamenta.* — *Cui revelata est.* Quasi dicat: Nemo sapientiæ originem, rationes et modos cognoscit, quia radix sapientiæ est Deus, quam nemo perfecte intelligit. — *Astutias.* In bonum capit Siracides, ut etiam LXX in Proverbiis.

7. *Disciplina sapientiæ.* Idem dicit aliis verbis quod dixit versu præcedenti. Disciplina sapientiæ est ipsa ordinata sapientiæ methodus, dispositio et ratio, qua cuncta sapienter constituit. Multiplicatio ingressus, multiplicitas est viarum et modorum ejus.

8. *Super thronum illius.* Id est, super thronum suum. Græce αὐτοῦ, masculini, non αὐτῆς, feminini.

9. *Ipse creavit illam in Spiritu sancto.* Videntur hæc dici de sapientia creata, quam cum creaturis, angelis, v. g., creavit Spiritus sancto, hoc est, cum Spiritu sancto, et etiam ex amore, qui tribuitur Spiritui sancto, non autem propter commodum suum, cum ipse nulla re opus habeat. Si locum hunc accipias de sapientia increata, *in Spiritu sancto*, intellige, *cum Spiritu sancto*, quem una cum Filio produxit; procedit enim a Patre et Filio.

10. *Et effudit illam super omnia opera sua.* Quæ in illis elucet. — *Secundum datum suum.* Prout scilicet cuique eam dare et communicare voluerit. ' In græco est, κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ, Medici δόσιν vocant, quantum cuique sumere opus est.

11. *Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.* Sensus est: timor Domini conciliat et affert gloriam, lætitiam, etc.

12. *Timor Domini delectabit cor.* Testimonio præsertim bonæ conscientiæ. — *Et longitudinem dierum.* Syrus, *vitam æternam* vertit; potest etiam intelligi de diuturnitate hujus vitæ quam timentibus se largitur Dominus.

13. *Timenti Dominum bene erit in extremis.* Syrus: *Qui timet Deum, bonus fiet finis ejus.* In extremis ergo intellige in morte, judicio divino et æterna gloria. — *Defunctionis.* Mortis. — *Benedicetur.* A Deo et ab hominibus. Sane Christus dicet: *Venite, benedicti*, etc.

14. *Dilectio Dei honorabilis sapientia.* Tigurina, *amor Dei præclara est sapientia*, ut alii vertunt.

15. *Quibus... apparuerit in visu.* Quibus se videndam præbuerit et cognoscendam. — *Diligunt eam in visione.* Per solam hanc visionem amore illius capiuntur. — *In agnitione magnalium suorum.* Magnificorum scilicet operum ejus.

16. *Initium sapientiæ, timor Domini.* Eadem sententia habetur Psal. 110, 10; et Prov., 1,

17. Timor Domini, scientiæ religiositas.

18. Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit.

19. Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.

20. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo à fructibus illius.

21. Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius.

22. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.

23. Et vidit, et dinumeravit eam; utraque autem sunt dona Dei.

24. Scientiam, et intellectum prudentiæ sapientia compartietur; et gloriam tenentium se, exaltat.

25. Radix sapientiæ est timere Dominum, et rami illius longævi.

26. In thesauris sapientiæ intellectus, et scientiæ religiositas; execratio autem peccatoribus sapientia.

17. (La crainte du Seigneur est la sanctification de la science.

18. Cette sanctification garde le cœur *de l'homme*; elle le rend juste et elle le remplit de satisfaction et de joie.

19. Celui qui craint le Seigneur sera heureux, et il sera béni au jour de sa *mort*.)

20. La crainte de Dieu est la plénitude de la sagesse, et elle rassasie ceux qu'elle possède, de l'abondance de ses fruits.

21. Elle comble toute leur maison des biens qu'elle produit, et leurs celliers de ses trésors.

22. La crainte du Seigneur est la couronne de la sagesse; elle donne la plénitude de la paix, et les fruits du salut.

23. Elle connaît la sagesse et le nombre de ses merveilles, et l'une et l'autre est un don de Dieu.

24. La sagesse répand la science et la lumière de la prudence, elle élève en gloire ceux qui lui demeurent attachés.

25. La crainte du Seigneur est la racine de la sagesse, et ses branches sont d'une longue durée.

26. (L'intelligence et la science religieuse se trouvent dans les trésors de la sagesse: mais la sagesse est en exécration aux pécheurs.)

7, ubi *initium* in hebræo est ראשית *reschith*, et græce ἀρχή, quæ voces et principium et principatum significant, et sensus esse potest: timor Domini initium est et primitiæ sapientiæ. Vel timor Dei, atque religio, etc., in virtutibus moralibus principatum tenet. Vel timor Dei primus sapientiæ effectus est. — *Cum fidelibus in vulva concreatus est.* Quasi dicat: Plerique fideles etiam in utero accipiunt a Deo donum quoddam, quo ad pietatem proclives sunt. Sic de se dicebat Job., c. 31, n. 18: *Ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris egressa est mecum.* Vel sensus est timor Dei ita adhæret fidelibus, ac si in utero matris illis esset concreatus. — *Cum electis feminis.* Et cum eximiis feminis fidelibus graditur, ut etiam cum viris, utrasque comitans et deducens per viam mandatorum Dei. Aliqui legunt *seminis*, cum in græco sit, σπέρματος; et favet syrus qui habet: *Cum semine eorum constituta est misericordia ejus;* et arabicus qui vertit: *Cum semine bonorum excellentia illius.* — *Et cum justis et fidelibus agnoscitur.* Vatablus, *apud justos et fideles visitur.*

17. *Timor Domini, scientiæ religiositas.* Timor Domini est *scientia*, id est, sciens, prudens, et vera religio et pietas, sive pius Dei cultus.

18. *Religiositas custodiet et justificabit cor.* Alii vertunt: *Sanctitas autem cor incolume, justumque reddet, et eidem jucunditatem afferet et gaudium.* Sunt hæc similia iis quæ dixerat n. 11 et 12.

19. *Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.* Repetit et inculcat, verbis parum mutatis, quod dixerat supra, n. 13.

20. *Plenitudo sapientiæ est timere Deum.* Sicut inchoatus amor est inchoata sapientia, ita perfectus amor est consummata et perfecta sapientia; nihil enim aliud est vere sapere, quam Deum timere et pie colere et revereri. — *Plenitudo a fructibus illius.* Id est, plenitudo fructuum sapientiæ cumulat timentes Deum, vel, ut est in græco, eos *inebriat*, id est, saturat, replet.

21. *Omnem domum illius.* Animam scilicet; nam, ut dicitur Sap. 7, sedes sapientiæ anima justi. Vel etiam sermo est de domo materiali et fructibus temporalibus; nam Deum et regnum ejus quærentibus etiam hæc adjiciuntur, Matth. 6, 33. — *Implebit a generationibus.* Fructibus scilicet qui generantur a sapientia. — *Et receptacula a thesauris illius.* Est repetitio prioris hemistichii, et sensus idem aliis verbis expressus.

22. *Corona sapientiæ, timor Domini.* Timor Domini vocatur corona, quod timentes Deum corona sapientiæ exornet. ' Magnum eruditionis ornamentum pietas. — *Replens pacem.* Græce, ἀναθάλλων, *germinans*. Pax Hebræis, non tantum pacem significat, sed etiam omne bonum complectitur. — *Salutis fructum.* Græce, ὑγίειαν ἰάσεως, *sanitatem incolumitatis.*

23. *Et vidit, et dinumeravit eam.* Dixerat supra neminem dinumerasse aut vidisse sapientiam præter unum Deum; nunc dicit ex Dei beneficio etiam timorem Dei videre et dinumerare sapientiam, hoc est, sapientiæ rationes et opera, saltem ex parte. — *Utraque autem sunt dona Dei.* Timor scilicet et sapientia; vel pax et salus, de quibus versiculo præcedenti.

24. *Compartietur.* Inter hos auditores et discipulos. Græce, ἐξώμβρησε, in imbris morem immisit, quod magnam copiam significat. Porro scientia quam largitur sapientia fortasse est cognitio credendorum, sicut intellectus prudentiæ, cognitio agendorum. — *Tenentium se.* Possidentium, *et complectentium se gloria extollit*, ut alii vertunt.

25. *Radix sapientiæ.* Initium sapientiæ. *Rami illius longævi.* Græce, μακροημερεύσεις, *longævitas*. Dat enim timor Dei longitudinem dierum, ut supra dixerat, *n.* 12. Vide ibi dicta.

26. *Intellectus.* Intelligentia. — *Scientiæ religiositas.* Scientia religiosa, sive religio sciens et prudens, non ignorans et errans, qualis superstitio. — *Execratio.* Res execrabilis.

27. La crainte du Seigneur chasse le péché.
28. Car celui qui est sans crainte ne pourra devenir juste, parce que l'émotion de la colère qu'il a dans le cœur est sa ruine.
29. L'homme patient attendra jusqu'au temps destiné *de Dieu*, et après cela la joie lui sera rendue.
30. L'homme de bon sens retiendra en lui-même ses paroles jusqu'à un certain temps, et les lèvres de plusieurs publieront sa prudence.
31. Les règles de la conduite sont enfermées dans les trésors de la sagesse.
32. Mais le pécheur aura en exécration le culte de Dieu.
33. Mon fils, si vous désirez la sagesse avec ardeur, conservez la justice, et Dieu vous la donnera.
34. Car la crainte du Seigneur est la sagesse et la science; et ce qui lui est agréable,
35. C'est la foi et la douceur; (et il comblera les trésors de celui en qui elles se trouvent).
36. Ne soyez point rebelle aux impressions de la crainte de Dieu, et ne vous approchez point de lui avec un cœur double.
37. Ne soyez point hypocrite devant les hommes, et que vos lèvres ne vous soient point un sujet de chute et de scandale.
38. Soyez attentif à vos paroles, de peur que vous ne tombiez et ne déshonoriez votre âme;
39. Et que Dieu découvrant ce qui était caché en vous, ne vous brise au milieu de l'assemblée;
40. Parce que vous vous êtes approché du Seigneur avec une disposition maligne, et que votre cœur est plein de déguisement et de tromperie.

27. Timor Domini expellit peccatum;
28. Nam qui sine timore est, non poterit justificari; iracundia enim animositatis illius, subversio illius est.
29. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis.
30. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius.
31. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ.
32. Execratio autem peccatori, cultura Dei.
33. Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi.
34. Sapientia enim et disciplina timor Domini; et quod beneplacitum est illi,
35. Fides, et mansuetudo; et adimplebit thesauros illius.
36. Ne sis incredibilis timori Domini; et ne accesseris ad illum duplici corde.
37. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labiis tuis.
38. Attende in illis, ne forte cadas; et adducas animæ tuæ inhonorationem.
39. Et revelet Deus absconsa tua, et in medio synagogæ elidat te;
40. Quoniam accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia.

---

27. *Timor Domini expellit peccatum.* Sive quod jam admissum est, sive quod tentat intrare. Præsertim vero timor impatientiæ, murmuris, et iracundiæ, et similium expellit, de quibus pergit versu sequenti.

28. *Qui sine timore est.* Græce, ἀνὴρ θυμώδης, *vir iracundus*, et qui præ iracundia aut verbis aut factis injurius est in alios; hic sane, nisi mores mutet, justificari non poterit, id est, justus non erit. — *Iracundia enim animositatis.* Græce, *nam ruinam ei creat ipsius ad iram præcipitas* : nam ruit in contumelias, maledictiones, blasphemias, etc.

29. *Usque in tempus sustinebit patiens.* Usque dum afflictionis reique adversæ impressio transeat. — *Et postea redditio jucunditatis.* Cum scilicet sese aperiet serenitas, nubibus molestiarum discussis. * Vir lenis ad tempus perferet injurias; sed postea illi gaudium orietur ex patientia.

30. *Bonus sensus.* Vir sensatus et prudens; vir cordatus. — *In tempus.* Opportunum. — *Abscondet verba illius.* Verba sua; sibi imperabit ne loquatur, cum potius tacendum est. — *Et labia multorum.* Et hinc laudem a multis feret, quasi sensatus.

31. *Significatio disciplinæ.* In græco est, *parabola scientiæ*. Parabolæ ab Hebræis vocantur sententiæ graves, abditæ, doctæ, prudentes, quæ vitam et mores instruunt. Has tanquam gemmas habet sapientia in thesauris suis.

32. *Execratio.* Res execrabilis. — *Cultura Dei.* Θεοσέβεια, ut in græco, religio, pietas, Dei cultus.

33. *Conserva justitiam.* Græce, ἐντολάς, præcepta, Dei mandata.

34. *Sapientia enim et disciplina.* Supple, est timor Domini connexa scilicet cum timore Domini, ex quo oritur justitia et mandatorum observatio. — *Quod beneplacitum est illi.* Quod placet Domino.

35. *Fides.* Fidelitas, quæ facit ut fideliter præstemus officia quæ Deo, proximis et nobis debemus. — *Mansuetudo.* Quæ potissimum in passione cernitur, ut scilicet æquo animo feramus adversa. — *Adimplebit thesauros illius.* Qui scilicet habet fidem et mansuetudinem.

36. *Incredibilis.* Μὴ ἀπειθήσῃς, ut est in græco, ne sis rebellis, contumax, inobediens. * In græco, tota hæc sententia sic se habet : μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ Κυρίου, ἐνδεὴς ὤν, *ne timori Dei* (id est, præceptis Dei) *sis inobsequens, si forte egens fueris* : noli egestate abduci ab officio. — *Accesseris ad illum.* Timorem scilicet Domini, et consequenter ad ipsum Dominum. — *Duplici corde.* Non sincero, sed ficto et cum hypocrisi. Vel partim fidens, partim diffidens.

37. *Ne fueris hypocrita.* Virtutem et pietatem quam non habes præ te ferens. — *Scandalizeris in labiis tuis.* Mentiendo, et sanctitatem simulando, offendiculum tibi ipsi objiciens, et ruinam concilians.

38. *Attende in illis.* Quid scilicet loquaris, quid labiis proferas, quid proloquaris. — *Animæ tuæ.* Tibi. — *Inhonorationem.* Probrum, dedecus.

39. *In medio synagogæ.* Magnæ multitudinis. — *Elidat te.* Dejiciat, prosternat te.

40. *Maligne.* Ficte ac dolose.

CHAPITRE II.

Exhortation à la patience. Mieux vaut tomber entre les mains de Dieu qu'en celles des hommes.

1. Fili, *a* accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, et timore, et præpara animam tuam ad tentationem. [*a Matth.* 4. 1. *II. Tim.* 3. 12.]
2. Deprime cor tuum, et sustine; inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus; et ne festines in tempore obductionis.
3. Sustine sustentationes Dei; conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua.
4. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe; et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe;
5. *a* Quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. [*a Sap.* 3. 6.]
6. Crede Deo, et recuperabit te; et dirige viam tuam, et spera in illum. Serva timorem illius, et in illo veterasce.
7. Metuentes Dominum sustinete misericordiam ejus; et non deflectatis ab illo ne cadatis.
8. Qui timetis Dominum, credite illi; et non evacuabitur merces vestra.

1. Mon fils, lorsque vous entrerez au service de Dieu (demeurez ferme dans la justice et dans la crainte *du Seigneur*, et) préparez votre âme à la tentation.
2. Humiliez votre cœur, et attendez avec patience. (Prêtez l'oreille et recevez les paroles de la sagesse,) et ne vous hâtez point au temps de l'obscurité ;
3. (Souffrez les suspensions de Dieu); demeurez uni à Dieu, et ne vous lassez point d'attendre, afin que votre vie soit à la fin plus abondante.
4. Acceptez donc de bon cœur tout ce qui vous arrivera : (demeurez en paix dans votre douleur); et au temps de votre humiliation conservez la patience.
5. Car l'or (et l'argent) s'épurent par le feu : mais les hommes que Dieu veut recevoir au nombre des siens s'éprouvent dans le fourneau de l'humiliation.
6. Ayez confiance en Dieu, il vous tirera de tous ces maux. Rendez votre voie droite, et espérez en lui; (conservez sa crainte et y vieillissez).
7. Vous qui craignez le Seigneur, attendez sa miséricorde, et ne vous détournez point de lui, de peur que vous ne tombiez.
8. Vous qui craignez le Seigneur, croyez en lui; et vous ne perdrez point votre récompense.

Cap. II. — 1. *Ad tentationem.* Il s'agit ici de l'épreuve à laquelle nous sommes soumis lorsque Dieu nous envoie des chagrins ou des souffrances à supporter. Nous devons les accepter avec humilité et nous y résigner avec patience.

3. *Sustine sustentationes.* Supportez les délais que Dieu met à vous délivrer. Car comme le dit saint Paul (I. *Cor.*, X) : *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum ut possitis sustinere.*

Cap. II. — 1. *In justitia.* Observatione mandatorum Dei. — *Præpara animam tuam ad tentationem.* Para te ad tentationem sustinendam et superandam.

2. *Deprime cor tuum.* Humilitas enim animique demissio magnum contra ingruentem tentationem remedium est. In græco est, εὔθυνον, *dirige* cor tuum, ad normam scilicet divinæ legis. — *Et sustine.* Græce, καρτέρησον, *tolera*, flagella scilicet a Deo immissa, et divinæ legis difficultates. *Viriliter age : et confortetur cor tuum, et sustine Dominum*, dicitur Psalm. 26, 14. — *Inclina aurem tuam.* Aliud tentationum remedium affertur, ut scilicet qui tentatur pronis auribus excipiat recta suadentium monita, quæ *verba intellectus* appellat. — *Et ne festines in tempore obductionis.* Quasi dicat : Ne tua impatientia te præcipites, consilium capiendo tempore obductionis, cum scilicet mens perturbata quasi quibusdam nebulis obducta est et velata, ne possit verum cernere. In græco est, ἐπαγωγῆς, *inductionis*, *illationis*, cum scilicet in te fertur aut immittitur tentatio.

3. *Sustine sustentationes Dei.* Expecta expectationes Dei, quibus scilicet expectatur auxilium a Deo; sumitur enim sustentatio pro expectatione, ut ad Rom. 3, 26 : *In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus.* — *Conjungere Deo.* Græce, κολλήθητι, conglutinare per arctissimum orationis, affectus et adhæsionis constantis vinculum. — *Et sustine.* Græce, μὴ ἀποστῇς, *ne desciscas*, ne recedas, ne tentationis impetu divellaris. — *Ut crescat in novissimo vita tua.* Ut in fine tentationis crescat lætitia tua in præsens et postea æternum gaudium; hæc enim vitæ nomine designantur.

4. *Omne quod tibi applicitum fuerit.* Quidquid acciderit, et a Deo immissum et applicitum tibi fuerit. — *Accipe.* Δέξαι ἀσμένως, *suscipe libenter*, habent græca. — *Et in humilitate tua patientiam habe.* Cum scilicet dejeceris, affligeris, ad humilem statum redigeris. Græce est, ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον, hoc est, *mutationem humiliationis tuæ longanimiter feras.*

5. *Receptibiles.* Græce, δεκτοί, accepti et grati Deo.

6. *Crede Deo.* Confide. — *Recuperabit te.* Græce, ἀντιλήψεταί, suscipiet te, et restituet te in pristinum statum, efficiet ut priorem statum recuperes. * Curam tui geret. — *Veterasce.* Consenesce.

7. *Sustinete misericordiam.* Expectate misericordiam.

8. *Credite.* Confidite. — *Non evacuabitur merces vestra.* Non amittetis mercedem.

9. Vous qui craignez le Seigneur, espérez en lui; et sa miséricorde viendra vous combler de joie.

10. (Vous qui craignez le Seigneur, aimez-le : et vos cœurs seront remplis de lumière.)

11. Considérez, mes enfants, tout ce qu'il y a eu d'hommes parmi les nations; et sachez que jamais personne qui a espéré au Seigneur n'a été confondu.

12. Qui est l'homme qui soit demeuré ferme dans les commandements de Dieu, qui en ait été abandonné? qui est celui qui l'a invoqué, et qui ait été méprisé de lui?

13. Car Dieu est plein de bonté et de miséricorde; il pardonne les péchés; (il sauve au jour de l'affliction, et il est le protecteur de tous ceux qui le cherchent dans la vérité).

14. Malheur au cœur double, aux (lèvres corrompues), aux mains souillées de crimes, et au pécheur qui marche sur la terre par deux voies.

15. Malheur à ceux qui manquent de cœur, qui ne se fient point à Dieu, et que Dieu pour cette raison ne protége point.

16. Malheur à ceux qui ont perdu la patience, (qui ont quitté les voies droites, et qui se sont détournés dans des routes égarées).

17. Et que feront-ils lorsque le Seigneur commencera à examiner toutes choses?

18. Ceux qui craignent le Seigneur ne seront point incrédules à sa parole; et ceux qui l'aiment demeureront fermes dans sa voie.

19. Ceux qui craignent le Seigneur rechercheront ce qui lui est agréable, et ceux qui l'aiment seront remplis de sa loi.

20. Ceux qui craignent le Seigneur prépareront leurs cœurs, et sanctifieront leurs âmes en sa présence.

21. (Ceux qui craignent le Seigneur garderont

9. Qui timetis Dominum, sperate in illum; et in oblectationem veniet vobis misericordia.

10. Qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra.

11. Respicite filii nationes hominum; et scitote quia nullus speravit in Domino, et confusus est.

12. a Quis enim permansit in mandatis ejus, et derelictus est? aut quis invocavit eum, et despexit illum? [a *Ps.* 30. 1.]

13. Quoniam pius et misericors est Deus, et remittet in die tribulationis peccata; et protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

14. Væ duplici corde, et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et a peccatori terram ingredienti duabus viis. [a *III. Reg.* 18. 21.]

15. Væ dissolutis corde qui non credunt Deo; et ideo non protegentur ab eo.

16. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas.

17. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus?

18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius; et a qui diligunt illum conservabunt viam illius. [a *Joan.* 14. 23.]

19. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei; et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

20. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.

21. Qui timent Dominum, custodiunt

13. *Quoniam pius et misericors.* Tous ces sentiments sur la miséricorde de Dieu et sur la confiance que nous devons avoir en lui sont bien souvent répétés dans les Psaumes, et c'était ce qui faisait la consolation et l'espoir de David au milieu de toutes ses adversités.

---

9. *In oblectationem veniet vobis misericordia.* Misericordia Dei quam speratis vos oblectabit, cum eam speratam, hoc est, salutem præsentem et æternam largietur.

10. *Illuminabuntur corda vestra.* Lumine non tam cognitionis quam consolationis et gaudii, juxta illud Isa. 58, 10 : *Orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam.*

11. *Nationes hominum.* Græce, ἀρχαίας γενεὰς, *antiquas generationes.*

13. *In die tribulationis.* Pœnitentiæ scilicet; cum quis se propterea affligit quod peccaverit. — *In veritate.* Vere et sincere.

14. *Duplici corde.* Fictis, hypocritis, dolosis, pietatem simulantibus cum sint impii. — *Labiis scelestis.* Mendacibus ac impiis. — * *Manibus malefacientibus.* Χερσὶ παρειμέναις, manibus remissis, pigris. — *Terram ingredienti duabus viis.* Dixerat de duplicitate cordis et oris; nunc idem notat in operibus. Illi ergo duplici via ingrediuntur, qui se temporibus, locis et personis quibuscum agunt accommodantes, modo pietatem simulant, modo cum impiis gradiuntur. Tales sunt qui cum catholicis catholici personam induunt, cum hæreticis hæretici.

15. *Væ dissolutis corde.* Væ remissis et tepidis, qui molliter et tepide adhærent Deo, nec illi plane confidunt; hos enim Deus permittit mergi, ut Petrum in fluctibus.

16. *Sustinentiam.* Græce, *patientiam.*

17. *Inspicere.* Inquirere, judicare.

18. *Incredibiles.* Increduli, diffidentes, inobedientes; hoc enim significat verbum græcum ἀπειθήσουσι. — *Viam illius.* Dei legem, virtutem, honestatem.

19. *Replebuntur lege ipsius.* Eam plane inquirent, cognoscent, exequentur.

20. *Præparabunt corda sua.* Component animæ suæ statum, cogitationes, desideria, actiones et mores, ut eos conforment legi ac voluntati Dei. — *Sanctificabunt animas suas.* Græce, *humiliabunt animas suas.* Hæc enim submissio et reverentia est præparatio ad Dei dona excipienda. Eadem est sanctitas animæ et sanctificatio Dei, qua scilicet Deus summa reverentia sanctificatur et colitur.

21. *Usque ad inspectionem.* Visitationem illius, donec scilicet ipse benigno vultu nos respiciat, et a malis liberet; vel usque ad inspectionem, id est, usque ad judicium.

mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius,

22. Dicentes : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum.

23. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est.

ses commandements, et ils auront patience jusqu'à ce qu'il jette les yeux sur eux,

22. En disant : Si nous ne faisons pénitence,) c'est dans les mains du Seigneur que nous tomberons, et non dans les mains des hommes :

23. Car autant que sa majesté *divine* est élevée, autant est grande sa miséricorde.

CHAPITRE III.

Des devoirs des enfants envers leurs parents.
Douceur et humilité.

1. Filii sapientiæ, ecclesia justorum; et natio illorum, obedientia et dilectio.

2. Judicium patris audite, filii, et sic facite ut salvi sitis.

3. Deus enim honoravit patrem in filiis; et judicium matris exquirens, firmavit in filios.

4. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur.

5. Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.

6. Qui honorat patrem suum, jucun-

1. (Les enfants de la sagesse forment l'assemblée des justes, et le peuple qu'ils composent n'est qu'obéissance et amour.)

2. Écoutez, enfants, les avis de votre père, et suivez-les de telle sorte que vous soyez sauvés.

3. Car Dieu a rendu le père vénérable aux enfants, et il a affermi sur eux l'autorité de la mère.

4. Celui qui aime Dieu lui offrira d'instantes prières pour ses péchés; (il s'empêchera d'y retomber, et il sera exaucé après avoir prié durant plusieurs jours).

5. Celui qui honore sa mère est comme un homme qui amasse un trésor.

6. Celui qui honore son père trouvera sa joie

22. *Dicentes : Si pœnitentiam non egerimus.* La Vulgate porte : Ceux qui craignent le Seigneur auront patience en disant : Si nous ne faisons pénitence, c'est dans les mains du Seigneur que nous tomberons et non dans les mains des hommes. C'est une chose horrible! Mais leur patience sera soutenue par l'espérance en sa miséricorde; car autant la majesté de Dieu est élevée, autant est grande sa miséricorde. Le Grec réunissant le verset 20 au verset 22 porte : Ceux qui craignent le Seigneur... humilieront leurs âmes en sa présence en disant : Nous tomberons volontiers entre les mains du Seigneur, plutôt qu'entre les mains des hommes, car autant sa Majesté est élevée, autant est grande sa miséricorde. C'est ce que répondit David au prophète Gad : *Melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum* (II. Reg., XXIV, 14). Le sens du Grec est vrai par rapport aux châtiments que Dieu exerce dans le temps; mais le sens de la Vulgate est vrai par rapport aux vengeances de Dieu dans l'éternité. Car, comme l'a dit saint Paul : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis* (Hebr., X, 31).

Cap. III. — 2. *Judicium patris audite, filii.* Du verset 2 au verset 19, l'auteur commente le précepte du Décalogue, qui fait un devoir aux enfants d'honorer leurs parents, et qui leur promet une récompense dès ce monde : *Honora patrem et matrem et diu vives super terram*, et comme dit saint Paul : *Ut bene sit tibi et sis longævus super terram* (Ephes., VI, 3).

---

22. *In manus Domini, et non in manus hominum.* In Dei ultrices manus, quæ, ut potentiores sunt, ita acrius puniunt, præsertim post hanc vitam.

23. *Secundum enim magnitudinem ipsius.* Sententia est : justi et pii, ut supra dictum est, patientiam habebunt, præparabunt et sanctificabunt corda sua, in eo spes omnes suas defigent, non nescii misericordiam magnitudini illius parem, ac propterea infinitam esse.

Cap. III. — 1. *Filii sapientiæ.* Sapientes qui sapientiæ student, qui sapientiæ dogmata avide hauriunt, imbibunt, amant et exequuntur. Hi sunt Ecclesia, id est, cœtus et congregatio justorum; quasi dicat : Vere sapientes sunt justi. — *Et natio illorum, obedientia et dilectio.* Genus, prosapia et indoles eorum est obedientia et dilectio; quasi dicat : Tales plane addicti sunt, totique vacant et student obedientiæ et dilectioni, ut ex ea progeniti esse videantur. * Vel sensus est : et fructus eorum obedientia, etc. Vide Sap. 1, 14.

2. *Judicium patris.* Sententiam, præceptum, præscriptum. — *Ut salvi sitis.* Ut præsentem et æternam salutem consequi possitis. Alludit ad illud Deut. 5, 16 : *Ut longo vivas tempore, et bene sit tibi.*

3. *Deus enim honoravit patrem in filiis.* Quasi dicat : Ideo obediendum parenti, quia Deus suum honorem, jus et imperium in parentes transcripsit, jubens filiis ut parentes, quasi Dei vicarios colant. — *Et judicium matris exquirens, firmavit in filios.* Confirmavit matris jus, auctoritatem, præceptum apud filios, illudque exquirit, hoc est, severe exigit, servarique vult, et contumacem punit.

4. *Qui diligit Deum.* Parentes honorando : quare græca et syrus habent, *qui honorat patrem.* — *Exorabit pro peccatis.* Expiabit peccata, veniam peccatorum obtinebit. Deus enim honorem parentibus delatum sibi exhibitum putat, et in eos qui in parentes pii sunt, et ipse est indulgens. — *In oratione dierum.* Oratione quotidiana. * Vel est hypallage, pro *in diebus orationis*, ut hoc eodem c. n. 6.

5. *Sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.* Hunc honorem, quasi ingentem bonorum operum et meritorum thesaurum sibi reponit.

6. *Jucundabitur in filiis.* Deo illi pro pietate in parentes rependente jucunditatem ex filiis probis, et egregiis naturæ et gratiæ dotibus instructis.

dans ses enfants; et il sera exaucé au jour de sa prière.

7. Celui qui honore son père jouira d'une longue vie; et celui qui obéit au père, assistera sa mère.

8. (Celui qui craint le Seigneur honorera son père et sa mère), et il servira comme ses maîtres ceux qui lui ont donné la vie.

9. Honorez votre père par vos actions, par vos paroles, (et par toute sorte de patience),

10. Afin qu'il vous bénisse (et que sa bénédiction demeure sur vous jusqu'à la fin).

11. La bénédiction du père affermit la maison des enfants, et la malédiction de la mère la détruit jusqu'aux fondements.

12. Ne glorifiez point de ce qui déshonore votre père, car sa honte n'est point votre gloire.

13 Le fils tire sa gloire de l'honneur de son père : et un père sans honneur est le déshonneur de son fils.

14. Mon fils, soulagez votre père dans sa vieillesse, et ne l'attristez point durant sa vie;

15. Que si son esprit s'affaiblit, supportez-le, et ne le méprisez pas à cause de l'avantage que vous avez au-dessus de lui; car la charité dont vous aurez usé envers votre père ne sera point mise en oubli;

16. Dieu vous récompensera aussi pour avoir supporté les défauts de votre mère.

17. Il vous établira dans la justice; il se souviendra de vous au jour de l'affliction; et vos péchés se fondront comme la glace en un jour serein.

18. Combien est infâme celui qui abandonne son père! et combien est maudit de Dieu celui qui aigrit l'esprit de sa mère!

dabitur in filiis, et in die orationis suæ exaudietur.

7. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore; et qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8. Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt.

9. *a* In opere et sermone, et omni patientia honora patrem tuum : [a *Exod.* 20. 12. *Deut.* 5. 6. *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. *Ephes.* 6. 2.]

10. Ut superveniat tibi benedictio ab eo, et benedictio illius in novissimo maneat.

11. *a* Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta. [a *Gen.* 27. 27. et 49. 2.]

12. Ne glorieris in contumelia patris tui; non enim est tibi gloria, ejus confusio;

13. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore.

14. Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius;

15. Et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in virtute tua; eleemosyna enim patris non erit in oblivione.

16. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum.

17. Et in justitia ædificabitur tibi, et in die tribulationis commemorabitur tui; et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.

18. Quam malæ famæ est, qui derelinquit patrem; et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.

---

7. *Qui obedit patri, refrigerabit matrem.* Hæc enim ipsa obedientia refrigerium præstat matri, ut contra qui refractarius est patri, grandi tristitia afficit matrem. Vel sensus est : qui patri obedit, conabitur matrem refrigerare; nam eo matris refrigerio obedientiam parenti præstabit.

8. *Quasi dominis.* Præcipuus enim parentum cultus in obedientia consistit et obsequio.

9. *Patientia.* Ut scilicet patris asperitas, imperium, mores difficiles, ac vitia tolerentur.

10. *Benedictio illius in novissimo maneat.* Divinus favor usque ad vitæ finem duret, teque prosequatur, nec in extrema illa hora deserat, cum ratio judicii reddenda dictorum factorumque.

11. *Firmat domos.* Facit ut filius prole et familia, eaque divite, honorata et splendida dotetur, decoretur et perduret. — *Maledictio autem matris.* Pari jure et patris.— *Eradicat fundamenta.* Easdem domos funditus evertit.

12. *Ne glorieris in contumelia patris tui.* Quod aliquando insipientes filii faciunt, qui si jussis parentum restiterint, jugumque confregerint, verba etiam arrogantia et contumeliosa in parentes protulerint, cum æqualibus gloriantur, quasi egregium patrassent facinus et strenue se gessissent. — *Non enim est tibi gloria ejus confusio.* Apud enim cordatos et sapientes dedecus est refractarium esse parenti, et multo magis contumeliosum in illum.

13. *Gloria enim hominis ex honore patris sui.* Provenit scilicet, et cernitur.

14. *Suscipe senectam.* Græce ἀντιλαβοῦ, adjuva, subleva.

15. *Si defecerit sensu.* Græce σύνεσιν, intellectu mentis vigore, prudentia, sapientia. — *Veniam da.* Tolera, ne culpes, ne subsannes. — *In virtute tua.* Eo quod videaris tibi viribus mentis et corporis prævalere. — *Eleemosyna enim patris non erit in oblivione.* Pietas, benevolentia et misericordia patri exhibita. Deus illius recordabitur, ut scilicet pro ea bona rependat.

16. *Pro peccato matris.* Tolerato, impatientia, jurgiis, morositate.

17. *In justitia ædificabitur tibi.* Pro justitia, pietate exhibita, ædificabitur tibi domus: familia tua, liberi tui multiplicabuntur, et benedictionibus replebuntur. — *Commemorabitur tui.* Deus erit tui memor, vel ipsa pietas in parentes memoriam tui quodammodo refricabit Deo, ut tibi benefaciat.

18. *Quam malæ famæ est.* Græce, ὡς βλάσφημος, *tanquam blasphemus est.* Execrabilis, infamis est.

19. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris.

20. *a* Quanto magnus est, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam; [a *Philip.* 2. 3.]

21. Quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur.

22. *a* Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. [a *Prov.* 25. 27.]

23. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

24. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus ejus non eris curiosus.

25. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

26. Multos quoque supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum

27. Cor durum habebit male in novissimo; et qui amat periculum, in illo peribit.

19. Mon fils, accomplissez vos œuvres avec douceur; et vous vous attirerez non-seulement l'estime, mais aussi l'amour des hommes.

20. Plus vous êtes grand, plus humiliez-vous en toutes choses; et vous trouverez grâce devant Dieu.

21. Car il n'y a que Dieu dont la puissance soit grande, et il est honoré par les humbles.

22. Ne cherchez point ce qui est au-dessus de vous, et ne tâchez point de pénétrer ce qui surpasse vos forces; mais pensez toujours à ce que Dieu vous a commandé, (et n'ayez point la curiosité d'examiner la plupart de ses ouvrages) :

23. Car vous n'avez que faire de voir de vos yeux ce qui est caché.

24. Ne vous appliquez point avec empressement à la recherche des choses non nécessaires (et n'examinez point avec curiosité les divers ouvrages de Dieu).

25. Car il vous a découvert beaucoup de choses qui étaient au-dessus de l'esprit de l'homme.

26. Plusieurs, se sont laissé séduire à leurs fausses opinions; et l'illusion de leur esprit les a retenus dans la vanité et dans le mensonge.

27. Le cœur dur sera accablé de maux à la fin de sa vie; et celui qui aime le péril y périra.

19. *Fili, in mansuetudine opera tua perfice.* Jésus-Christ a résumé toutes les maximes renfermées dans la dernière partie de ce chapitre par ce précepte : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Qui major est in vobis fiat sicut minister* (Matth., XI).

22. *Altiora te ne quæsieris.* A l'époque où l'auteur de l'*Ecclésiastique* a écrit son livre, l'hellénisme avait envahi la Judée. La manie de philosopher était à la mode, et l'on subtilisait sur une foule de questions inutiles qui dégénéraient en jeux de mots. Le goût de l'allégorie était devenu prédominant, et l'on cherchait comme Philon, à platoniser la loi mosaïque. Ces subtilités n'étaient pas sans danger: le Sage condamne cet excès de curiosité, comme au moyen-âge l'auteur de l'*Imitation* s'éleva contre les abus de la scolastique qui éloignaient l'esprit des questions sérieuses pour le jeter dans des questions frivoles. — *Quid prodest magna cavillatio de occultis et obscuris rebus!... Quid curæ nobis de generibus et speciebus* (Cf. *De Imitat. Christi*, lib. 1, cap. III).

27. *Cor durum habebit male in novissimo.* Le cœur dur, dit Sacy, est celui qui, étant tendre sur lui-même, est devenu comme de pierre à l'égard de son salut. Il n'est plus touché ni de la crainte de Dieu, ni des remords de sa conscience, ni de l'horreur de l'enfer, ni de la pensée du paradis. Il a d'autant plus perdu de vue toutes ces choses, qu'il est même insensible à cette perte. *Il se trouvera dans le mal au dernier jour,* parce qu'il ne pensera à sa maladie que lorsqu'elle sera devenue incurable. Et comme au lieu de craindre les périls, il les a toujours aimés, *il y périra.*

---

19. *Super hominum gloriam.* Præter gloriam et honorem benevolentiam etiam tibi conciliabis.

20. *Quanto magnus es.* Quanto es major. — *Invenies gratiam.* Deus enim superbis resistit, humilibus vero dat gratiam.

21. *Quoniam magna potentia Dei solius.* Quia Deus est summa celsitudo, propterea summa erga eum exhibenda humilitas.

22. *Fortiora te ne scrutatus fueris.* Hebræi difficiliora et captum superantia vocant fortiora, duriora, altiora, profundiora.

23. *Non est enim tibi necessarium.* Liptote, seu miosis, adeo non est necessarium, ut etiam si noxium.

24. *Scrutari multipliciter.* Græce, μὴ περιεργάζου : est autem περιεργία, *curiositas*, superflua anxietas, et quædam diligentiæ redundantia et supervacua operositas.

25. *Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Quasi dicat : Deus multas res naturales et supernaturales, necessarias et utiles, quæ captum nostrum superant, nobis ostendit et revelavit, ut illis ingenium occuparemus, hoc ergo agamus, nec ad supervacua frustra, curiose, inutiliter et noxie transcendamus. Vel sensus est : multa homini ostensa esse, quæ aliquo modo percipiat, penitus autem illa illorumque causas et effectus et affectiones cognoscere non possit.

26. *Supplantavit.* Decepit, evertit. — *Suspicio illorum.* Opiniones et suspiciones quibus tanquam rebus certis adhæserunt, nimium sibi credentes. — *Et in vanitate detinuit sensus illorum.* Et falsis mendacibusque opinionibus mentes eorum imbuit, quibus illi detenti sunt, dum eas mordicus tuentur.

27. *Cor durum habebit male.* Cor durum opponi tum mansuetudini et humilitati, quam commendavit num. 10 et 20; tum obedientiæ, quam filiis commendavit n. 2 et sequent. Itaque cor durum est cor superbum et obstinatum. Dicitur male habere in novissimo, quia tandem superbia, pertinacia et inobedientia multa important incommoda, et tandem maximum malum æternæ damnationis. — *Qui amat periculum, in illo peribit.* Qui pericula non cavent

28. (Le cœur qui marche par deux voies ne réussira point, et l'âme corrompue y trouvera un sujet de chute.)

29. Le cœur rebelle sera accablé de douleurs, et le pécheur ajoutera péché sur péché.

30. L'assemblée des superbes demeurera incurable, parce que la tige du péché s'enracinera dans eux, sans qu'ils le connaissent.

31. Le cœur du sage paraîtra par sa sagesse; et l'oreille de l'homme de bien écoutera la sagesse avec une extrême ardeur.

32. (Le cœur sage et intelligent s'abstiendra du péché; et il réussira dans les œuvres de justice.)

33. L'eau éteint le feu, lorsqu'il est le plus ardent; et l'aumône résiste au péché.

34. Dieu, qui doit récompenser les bonnes œuvres, la considère *cette aumône*; et il s'en souvient dans la suite; et celui qui l'a faite trouvera un appui au temps de sa chute.

28. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, et pravus corde in illis scandalizabitur.

29. Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum.

30. Synagogæ superborum non erit sanitas; frutex enim peccati radicabitur in illis, et non intelligetur.

31. Cor sapientis intelligitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.

32. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et in operibus justitiæ successus habebit.

33. a Ignem ardentem extinguit aqua et eleemosyna resistit peccatis. [a *Dan.* 4. 24.]

34. Et Deus prospector est ejus qui reddit gratiam; meminit ejus in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum.

CHAPITRE IV.

Exhortation à l'aumône. Avantages de la sagesse. Bonne et mauvaise honte.

1. Mon fils, ne privez pas le pauvre de son aumône, et ne détournez point les yeux de lui.

1. Fili, a eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas à paupere. [a *Tob.* 4. 7.]

CAP. IV. — 1. *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes.* Cette parole, dit Sacy, fait voir que ce qu'on donne aux pauvres leur appartient, selon l'intention de Dieu, et qu'on les prive de ce qui leur est dû, en ne leur faisant pas l'aumône, parce que Dieu a donné les biens aux riches, afin qu'ils en fussent de légitimes dispensateurs et qu'ils ne refusassent pas d'en faire part à ceux qui sont aussi bien qu'eux ses images et les membres de son Fils. C'est d'où est venue cette parole assez connue, peu comprise et moins pratiquée, que le superflu des riches est le nécessaire des pauvres.

---

nec se ab iis removent, quamvis se putent securos, tandem in iis pereunt. Qui enim multum navigant, fere naufragium tandem faciunt; et qui frequenter in bello versantur, hostium telis fere cadunt. Et sic de aliis hujusmodi; nam, ut ait Seneca in Hercule furente: *Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.* Idem judicium de peccandi periculis.

28. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus.* Ille ingreditur duas vias qui tendit in duo contraria, et Deo servire vult et diabolo; divinæ legi obsequi et mundo. Non habent autem hi successum, quia neutri satisfaciunt. — *Et pravus corde in illis scandalizabitur.* Et qui rectam viam non insistit, sed pravo et obliquo corde modo hanc vult tenere, modo illam; in viis illis scandalizabitur, hoc est, impinget, offendet, corruet.

29. *Cor nequam.* Durum; est enim in græco σκληρά, cor pertinax, obfirmatum in malo. — *Gravabitur in doloribus.* Quia sua nequitia, duritia, et obstinatione thesaurizat sibi iram Dei, juxta illud ad Rom., 2, 5: *Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.* — *Et peccator adjiciet ad peccandum.* Peccatum enim aliud trahit peccatum, et propter habitum pravum crescit ad illud inclinatio.

30. *Synagogæ superborum non erit sanitas.* Cœtus superborum difficile sanatur. To sanitas græco est, ἴασις, sanatio, curatio, medela. — *Frutex enim peccati radicabitur in illis.* Noxia enim hæc planta peccati per pravos habitus altas radices agit, ut facile extirpari non possit. — *Et non intelligetur.* Non advertetur, quia dum perturbationibus nostris cedimus, et illis paremus, habitum contrahimus non advertentes.

31. *In sapientia.* Audienda scilicet, legenda, meditanda, opere exercenda. — *Auris bona.* Quæ cordi bono et docili servit. * In græco est, καὶ οὖς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία σοφοῦ, *et auris auditoris* (id est, auris attenta) *desiderium est sapientis.* Animat magistrum discipuli attentio. — *Cum omni concupiscentia.* Aviditate, excipiet avidissime sapientiam.

32. *Intelligibile.* Intelligens. — *Successus habebit.* Nam, juxta illud Psal. 1, 3, omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

33. *Eleemosyna resistit peccatis.* Nam *misericordes misericordiam consequentur,* Matth., 5, 7.

34. *Deus prospector est.* Deus providet, et de omnibus prospicit. — *Qui reddit gratiam.* Qui benefacit. — *Meminit ejus in posterum.* Eleemosynæ scilicet, ut eam suo tempore remuneretur. — *Inveniet firmamentum.* Quasi dicat: Si eleemosynarius in adversa labatur, fulciet eum Dominus, roboravit, eriget, et in pristinum statum restituet.

CAP. IV. — 1. *Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.* Id est, pauperem eleemosyna. Vox *defraudes* significat eleemosynam pauperi ex charitate deberi. — *Et oculos tuos ne transvertas a paupere.* Ne averseris pauperes. Sic etiam Tobias filio præcipiebat: *Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini,* Tob., 4, 7. In græco est μὴ παρελκύσῃς, *ne protrahas oculos indigentis.* Longa nimirum expectatione petito eleemosynæ.

2. Animam esurientem ne despexeris; et non exasperes pauperem in inopia sua.

3. Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.

4. Rogationem contribulati ne abjicias; et non avertas faciem tuam ab egeno.

5. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, et non relinquas quærentibus tibi retro maledicere;

6. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum.

7. Congregationi pauperum affabilem te facito, et presbytero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum.

8. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde illi pacifica, in mansuetudine.

9. Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi; et non acide feras in anima tua.

10. In judicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum;

11. Et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserebitur tui magis quam mater.

12. Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit inquirentes se, et præibit in via justitiæ.

13. Et qui illam diligit, diligit vitam; et qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus.

2. Ne méprisez pas celui qui a faim, et n'aigrissez pas le pauvre dans son indigence.

3. N'attristez point le cœur du pauvre, et ne différez point de donner à celui qui souffre.

4. Ne rejetez point la prière de l'affligé, et ne détournez point votre visage du pauvre.

5. Ne détournez point vos yeux du pauvre (de peur qu'il ne se fâche;) et ne donnez point sujet à ceux qui vous demandent de vous maudire derrière vous.

6. Car celui qui vous maudit dans l'amertume de son âme sera exaucé dans son imprécation; il sera exaucé par celui qui l'a créé.

7. Rendez-vous affable à l'assemblée (des pauvres: humiliez votre âme devant les anciens,) et baissez la tête devant les grands.

8. Prêtez l'oreille au pauvre (sans chagrin: acquittez-vous de ce que vous devez,) et répondez-lui favorablement et avec douceur.

9. Délivrez de la main du superbe celui qui souffre injure, et n'en concevez pas une amertume de cœur.

10. (Lorsque vous rendrez un jugement,) ayez pitié des orphelins, et devenant comme leur père, tenez lieu de mari à leur mère,

11. Et vous serez, à l'égard du Très-Haut, comme un fils (obéissant;) et il aura compassion de vous plus qu'une mère n'en a de son fils.

12. La sagesse inspire la vie à ses enfants: elle prend en sa protection ceux qui la cherchent: (et elle marche devant eux dans la voie de la justice).

13. Celui qui l'aime aime la vie; et ceux qui veillent pour la trouver jouiront de sa paix.

5. *Ab inope ne avertas oculos tuos.* Il ne suffit pas de donner; mais il faut encore donner convenablement pour soi et pour celui qui reçoit. On double le prix de son aumône en la faisant avec les sentiments qu'on doit avoir. Ces sentiments sont indiqués dans ce chapitre: il faut donner avec empressement, avec douceur et à propos.

---

2. *Animam esurientem ne despexeris.* Græce, μὴ λυπήσῃς, ne contristes. — *Et non exasperes pauperem in inopia sua.* Non addas afflictionem afflicto, malum quo premitur tua inmisericordia exasperando.

3. *Datum.* Eleemosynam. — *Angustianti.* Ei qui in angustiis versatur.

4. *Contribulati.* Afflicti, pauperis.

5. *Propter iram.* Per iram. Vel propter iram intelligitur de ira pauperis, ne scilicet exasperatus, et tibi iratus, malum tibi a Deo precetur. Intelligi etiam potest de ira Dei. — *Et non relinquas.* Occasionem scilicet. — *Quærentibus.* Pauperibus eleemosynam postulantibus. — *Tibi retro maledicere.* Secreto, post tergum tuum.

7. *Presbytero.* Seniori. — *Magnato.* Viro primario. Μεγιστᾶνι, ut est in græco.

8. *Declina.* Inclina. — *Redde debitum tuum.* Eleemosynæ, affabilitatis, facilitatis in audiendo, sive aliud quodcumque debitum, cujusmodi illud est quod operariis pauperibus pro exhibito opere reddendum est. — *Pacifica.* Cum pace et mansuetudine.

9. *Non acide feras in anima tua.* Non sit tibi tædio hoc præstare, ne sis piger, lentus aut tardus ad eum liberandum. Vel non ægre feras, aut indigneris propter incommodum tuum. * In græco est, μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῷ κρίνειν σε; *noli esse trepidus ubi tibi judicandum est.* Id est, noli accusatoris injusti potentiam extimescere, sed ex legibus judica.

10. *Pupillis misericors.* Judicis est pupillos ita ab injuria defendere ac si pater illorum esset, et viduas defendere ad eum modum quo illas earum mariti, si viverent, tuerentur.

11. *Et eris.* Et sumitur pro *idcirco.* — *Miserebitur tui magis quam mater.* Non modo te ut filium curabit, sed erit tibi matre indulgentior et blandior.

12. *Vitam inspirat.* Vitam gratiæ et gloriæ, quæ est vita supernaturalis, beata et æterna. — *Suscipit inquirentes se.* In suam fidem ac tutelam recipit. — *Et præibit in via justitiæ.* Quasi facem præferens ostendensque quid justum sit et sanctum, quid injustum et impium, ad recta et justa capessenda excitans, et a pravis deterrens et avertens.

13. *Qui vigilaverint ad illam.* Qui solliciti fuerint in ea quærenda. — *Placorem.* Placiditatem, suavitatem, jucunditatem, et lætitiam sapientiæ; hæc enim significat græcum εὐφροσύνης.

14. Ceux qui la possèdent auront pour héritage la vie : et Dieu versera sa bénédiction partout où elle entrera.

15. Ceux qui la servent seront obéissants au *Dieu saint*, et ceux qui l'aiment seront aimés de Dieu.

16. Celui qui l'écoute jugera les nations, et celui qui est attentif à la regarder, demeurera en assurance.

17. S'il a confiance en elle, il l'aura pour héritage, et sa postérité la possèdera.

18. Car la sagesse marche avec lui dans la tentation, et elle le choisit entre les premiers.

19. Elle le conduit dans la crainte, dans la frayeur et dans les épreuves : et elle l'exercera par les peines dont ses instructions sont accompagnées, jusqu'à ce qu'elle l'ait sondé dans ses pensées, et qu'elle se soit assurée du fond de son âme.

20. Elle l'affermira; elle retournera à lui par un chemin droit, et elle le comblera de joie ;

21. Elle lui découvrira ses secrets, et (elle mettra en lui un trésor de science et d'intelligence de la justice.)

14. Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt ; et quo introibit, benedicet Deus.

15. Qui serviunt ei, obsequentes erunt sancto : et eos, qui diligunt illam, diligit Deus.

16. Qui audit illam, judicabit gentes : et qui intuetur illam, permanebit confidens.

17. Si crediderit ei, hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius.

18. Quoniam in tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum.

19. Timorem et metum, et probationem inducet super illum ; et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, et credat animæ illius.

20. Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et lætificabit illum.

21. Et denudabit absconsa sua illi, et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum justitiæ.

18. *Quoniam in tentatione ambulat cum eo. L'Ecclésiastique* veut nous prémunir contre le découragement dans lequel nous pourrions tomber, si nous nous laissions arrêter par les premières difficultés que nous rencontrons dans la pratique de la vertu. Il compare la sagesse à un homme qui veut éprouver la fidélité de son ami ; il ne lui confie pas ses secrets avant de l'avoir préalablement éprouvé. C'est ainsi qu'Abraham, Isaac, Jacob, Moïse et tous les justes de l'ancienne loi ont été éprouvés avant d'être mis par la Sagesse en possession de ses trésors.

---

14. *Vitam hæreditabunt.* Præsentem sæpe longævam, et futuram semper æternam. Pro *vitam*, in græco est, δόξαν, *gloriam*; via enim ad gloriam perennem est sapientia. — *Et quo.* Quocumque. — *Introibit.* Aliqui clarius legunt, *introibunt* : non sapientia, sed qui tenuerint eam, illis *benedicet Deus*, prospera cuncta concedens; sententia tamen est eadem.

15. *Obsequentes erunt sancto.* Servient Deo.

16. *Qui audit illam.* Qui obedit illi, græce enim est, ὑπακούων. — *Judicabit gentes.* Futurum *judicabit* hic et alibi sæpe accipiendum est pro modo potentiali. Quasi dicat : Poterit judicare; aptus dignusque est qui judicet. — *Qui intuetur illam.* Ut illam audiat, et doctrinam illius excipiat. — *Permanebit confidens.* Græce, κατασκηνώσει πεποιθώς, *habitabit securus*, quasi in asylo sub sapientiæ tutela latens.

17. *Si crediderit ei.* Si firmiter et fideliter adhæserit ei, si se illi plane crediderit. — *Hæreditabit illam.* Tum in hac vita per gratiam, tum potius in futura per gloriam. *Et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Græce, καὶ ἐν κατασχέσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ, *et in possessione sive detentione* (sapientiæ scilicet) *erunt generationes ipsius.* Filii enim parentes imitati, sapientes et ipsi erunt, et sapientiam possidebunt ad se quasi hæreditate transmissam.

18. *In tentatione ambulat cum eo.* In græco est, ὅτι διεστραμμένως πορεύσεται μετ' αὐτοῦ ἐν πρώτοις, id est, *quia oblique, distorte, dure ambulat cum eo in primis*, vel *in principio*. Quasi dicat : Sapientia, et Deus qui est prima sapientia, sui studiosum initio duris et asperis exercet. * Sapientiæ etiam initia dura sunt radices amaræ, fructus suaves. — *Et in primis eligit eum.* In principio, quasi dicat : Sapientia, et Deus qui est prima sapientia, sui studiosum et discipulum solet initio per tentationes et aspera quæque probare, et per hæc probatum sibi eligere tanquam se dignum, cui se insinuet, quem erudiat et suis thesauris ditet.

19. *Timore et metum, et probationem inducet super illum.* Vox illa *probationem* non est in textu græco, sed addita est ab interprete majoris explicationis gratia. Sensus est : sapientia suos discipulos probat et explorat per timorem et metum ad probationem, qui scilicet sit probatio illorum. — *Cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ.* Græce, ἐν παιδείᾳ αὐτῆς, id est, *in disciplina vel castigatione sua.* Sapientia enim sive ethica christiana castigat et resecat motus iræ, superbiæ, gulæ, concupiscentiæ, atque ita in erudiendo nos cruciat. — *In cogitationibus suis.* Græce, ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς, id est, *in justificationibus suis*, in legibus nimirum suis, ut exploret et cognoscat an se illis per omnia subjiciat, licet molestiam aliquam afferant. — *Credat animæ.* Confidat illius constantiæ, et tuto ei dogmata sua communicari posse existimet.

20. *Et firmabit illum.* Jam probatum et exploratum stabili et firmo virtutis pacisque statu collocabit. — *Et iter adducet directum ad illum.* Faciet viam expeditiorem sublatis difficultatibus, qua ipsa sapientia redeat ad illum. Græce est, καὶ πάλιν ἐπανήξει κατ' εὐθεῖαν πρὸς αὐτόν, id est, *et rursus redibit recta ad illum.* Dixerat enim n. 18, sapientia initio obliquum ambulare cum discipulo suo ut illum probet : hic vero ait eamdem ad jam probatum recta redire. — *Lætificabit illum.* Præsentia sua.

21. *Denudabit absconsa.* Arcana revelabit, patefaciet. — *Thesaurizabit.* Abunde, et quasi thesauro ditabit illum.

22. Si autem oberraverit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui.

23. Fili, conserva tempus, et devita à malo.

24. Pro anima tua ne confundaris dicere verum.

25. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.

26. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.

27. Ne reverearis proximum tuum in casu suo ;

28. Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.

29. In lingua enim sapientia dignoscitur; et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus justitiæ.

30. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

31. a Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te omni homini pro peccato. [a *Infr.* 6. 6.]

32. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii.

22. Mais s'il s'égare, elle l'abandonnera et le livrera entre les mains de son ennemi.

23. Mon fils, ménagez le temps, et gardez-vous du mal.

24. Ne rougissez point (de dire la vérité) lorsqu'il s'agit de votre âme.

25. Car il y a une confusion qui fait tomber dans le péché, et il y en une autre qui attire la gloire et la grâce.

26. N'ayez point d'égard à la qualité des personnes contre votre salut; (et ne vous laissez point aller au mensonge aux dépens de votre âme.)

27. Ne respectez point votre prochain dans sa chute :

28. Et ne retenez point la parole lorsqu'elle peut être salutaire. (Ne cachez point votre sagesse dans sa beauté) ;

29. Car la sagesse se fait connaître par la langue ; (et le sens, la science) et la doctrine paraissent dans la parole (de l'homme sensé.) Sa fermeté consiste dans les œuvres de justice.

30. Ne contredisez en aucune sorte la parole de vérité, et ayez confusion du mensonge où vous êtes tombé par ignorance.

31. Ne rougissez point de confesser vos péchés, mais ne vous soumettez pas à toute personne pour le péché.

32. Ne résistez point en face à l'homme puissant, et ne vous raidissez pas contre le cours du fleuve.

25. *Est enim confusio.* Il y a deux sortes de honte, l'une bonne et l'autre mauvaise. *L'Ecclésiastique* en détermine les causes et en indique le caractère dans les versets suivants. C'est la troisième partie du chapitre.

---

22. *Si autem aberraverit, derelinquet eum.* Si nimirum defecerit, et a via sapientiæ et justitiæ exciderit. — *In manus inimici sui.* Græce, εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ, *in manus casus sui*; sinet eum ferri in casum et ruinam suam, vel quo illum rapit peccatum suum : peccatum enim admissum aliis peccatis viam sternit, et in exitium sempiternum inducit.

23. *Fili conserva tempus.* Observa tempus, occasionem scilicet, opportunitatem ; est enim in græco καιρόν.

24. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Ut vitam serves ne verearis verum proloqui, ut v. g., cum fides profitenda est. Vel verum dicas ut animam tuam serves a peccato et pœna peccati.

25. *Est enim confusio adducens peccatum.* Pudor scilicet vitiosus de quo superiori versiculo. — *Et est confusio adducens gloriam.* Cum aliquem scilicet pudet peccare, aut peccasse, aut eo christianæ perfectionis non pervenisse quo debuisset.

26. *Ne accipias faciem adversus faciem tuam.* Id est, adversus te ipsum, ut scilicet præ personæ potentis reverentia mentiaris, aut taceas veritatem quam eloqui necessarium est. Accipere faciem, est timere aut revereri faciem aut personam; utrumque enim significat τὸ πρόσωπον. * Vel sensus est : noli cuiquam homini ita morem gerere, ut tibi inde periculum crees contra animam tuam, id est, contra te ipsum tuo malo et ad tuam ruinam.

27. *Ne reverearis.* Ne reformides. — *In casu suo.* Cum cadit in peccatum aliquod.

28. *Nec retineas verbum.* Correptionis, instructionis, consilii. — *In tempore salutis.* Cum illi saluti esse potes. — *Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.* Cum pulchrum et decorum est eam promere, quod fit cum eam promi possit Dei gloria, et proximorum salus.

29. *Et firmamentum in operibus justitiæ.* Quasi dicat : Optima confirmatio et persuasio sapientiæ et doctrinæ est ea quæ fit non per verba, sed per opera justitiæ, ab ipso docente facta. * Vel sententia est : in operibus justitiæ, hoc est, in judiciis et deliberationibus sensati alicujus ac prudentis hominis, dictum plurimum valere, et firmamentum addere ad faciendam justitiam, ideoque non esse dissimulanda quæ vera sunt et rationi consentanea.

30. *De mendacio ineruditionis tuæ confundere.* De mendacio scilicet indisciplinate, imprudenter et temere prolato confundere, nec illud tueri velis.

31. *Non confundaris confiteri peccata tua.* Sunt enim qui se nunquam errasse, aut imprudenter egisse confiteri volunt. — *Et ne subjicias te omni homini pro peccato.* Quasi dicat : Aliud tamen extremum devita, ut dum pertinax esse non vis, nimium te dejicias, et cujuslibet hominis sine delectu sententiam sequaris, cum te quasi peccantem monere volunt, et tuæ vitæ rationes juxta sensum et voluntatem suam te accommodare cupiunt. * In græco est, μὴ ὑποστρώσῃς σεαυτὸν ἀνθρώπῳ μωρῷ, *ne subjicias te cuiquam stulto.* Aristophanes bene initio Pluti rem duram esse ait : δοῦλον γίνεσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, *servum esse insanientis hominis.*

32. *Noli resistere contra faciem potentis.* Sive princeps sit, sive multitudo populi, quia non magis illi potes resistere quam adverso cursu fluminis rapide decurrentibus obniti. In græco est, μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου, *ne accipias personam dynastæ.* Nihil injustum facias in ejus gratiam.

33. (Prenez la défense de la justice pour sauver votre âme;) combattez jusqu'à la mort pour la justice, et Dieu combattra pour vous, (*et renversera vos ennemis.*)
34. Ne soyez point prompt à parler, et en même temps lâche et négligent dans vos œuvres.
35. Ne soyez point comme un lion dans votre maison, en vous rendant terrible à vos domestiques, et opprimant ceux qui vous sont soumis.
36. Que votre main ne soit point ouverte pour recevoir, et fermée pour donner.

33. Pro justitia, agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.
34. Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis, et remissus in operibus tuis.
35. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.
36. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta.

CHAPITRE V.

Ne point s'appuyer sur les richesses. Ne pas différer sa conversion. S'attacher à la justice et être circonspect dans ses paroles.

1. Ne vous appuyez point sur les richesses (injustes;) et ne dites point : J'ai suffisamment de quoi vivre : (car tout cela ne vous servira de rien au temps de la vengeance et au jour de l'obscurité).
2. Ne vous abandonnez pas dans votre puissance aux mauvais désirs de votre cœur :
3. Et ne dites pas : (Que je suis puissant !) Qui aura le pouvoir de me faire rendre compte de mes actions? car Dieu certainement en tirera la vengeance.
4. Ne dites pas : J'ai péché, et que m'en est-il arrivé de mal? car le Très-Haut est lent à punir les crimes ;
5. Ne soyez point sans crainte de l'offense qui vous a été remise, et n'ajoutez pas péché sur péché.

1. Noli attendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris : Est mihi sufficiens vita : nihil enim proderit in tempore vindictæ et obductionis.
2. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui ;
3. Et ne dixeris : Quomodo potui? aut quis me subjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
4. Ne dixeris : Peccavi, et quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.
5. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum.

Cap. V. — 4. *Est patiens redditor.* Dieu suspend, dit Bossuet, longtemps l'arrêt de sa vengeance, parce qu'il est terrible et irrévocable. Il est patient, parce qu'il est éternel.

5. *De propitiato peccato.* Ne soyez point sans crainte au sujet de l'offense qui vous a été remise, et surtout ne vous reposez pas sur la miséricorde du Seigneur au point d'en prendre l'occasion de l'offenser de nouveau. Car, comme le dit Sacy, les crimes sont des blessures profondes de l'âme, qui la laissent très-faible après même que la plaie est refermée... N'ajoutez pas le péché de l'ingratitude et de la tiédeur à tous les péchés passés, de peur que vous ne retombiez, selon l'Évangile, en un état pire que le premier.

---

33. *Pro justitia agonizare pro anima tua.* Agonizare, id est, certa, omnes vires exerendo ut animam tuam serves, justitiam servando et tuendo.

34. *Noli citatus esse in lingua tua.* In græco triplex est lectio ; nam vulgatus noster legit, ταχὺς, *velox, citatus*; alii habent, τραχὺς, *durus, asper*; alii, θρασὺς, *audax, temerarius*. Videtur melior nostra lectio; nam sic constat antithesis inter citum in lingua et remissum in opere.

35. *Sicut leo in domo tua.* Clamans, sæviens in subditos. — * *Evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.* Pro omnibus hisce verbis in græco tantum est, φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου : ille dicitur φαντασιοκοπῶν, qui quæ imaginationi suæ objiciuntur, ea tanquam certa sibi persuadet, suspicionibus suis credendo non minus quam si ea vidisset quæ hariolatur.

Cap. V. — 1. *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Noli fidere, aut gaudere divitiis male partis. Porro quælibet divitiæ appellari possunt divitiæ iniquitatis, vel quia invidiæ sunt et fallaces, vel quia iniquitatis illecebræ, vel quia frequenter malis artibus quæsitæ juxta vulgatum illud dictum : *Omnis dives aut iniquus, aut iniqui hæres*; vel tandem quia iniqui et impii putant eas solas esse divitias, non enim norunt divinas atque cœlestes. — *Sufficiens vita.* Quæ sufficiunt ad victum, cultum, alimenta. — *In tempore vindictæ et obductionis.* Mortis scilicet, cum de iniquis vindicta sumitur a Deo, et omnia obducta sunt et clausa, nec ulla spes evadendi manus omnipotentis. * Vide supra, c. 2. 2.

2. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.* Ne velis tibi tantum licere quantum potes. Vel, quod idem fere est, ne multum consecteris concupiscentias tuas, et illis parcas et obsequaris.

3. *Et ne dixeris : Quomodo potui.* Efficere scilicet et consequi quod volui et concupivi. In græco est, τίς με δυναστεύσει, *quis mihi dominabitur*, et legem imponet? Syrus vertit, *quis potens ut ego?* vel etiam vox ista scelestorum exprimit affectum, qui dolent si quando oblatam aliquam peccandi occasionem neglexerint. — *Aut quis me subjiciet propter facta mea?* Cur non pecco, cum possim impune?

4. *Est patiens redditor.* Longanimis, sed qui tarditatem supplicii gravitate compenset.

5. *De propitiato peccato.* Jansenius, Glossa et alii putant legendum, *de propitiatu peccati* :

6. Et ne dicas : Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.
7. a Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. [a *Prov.* 10. 6.]
8. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.
9. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te.
10. a Noli anxius esse in divitiis injustis, non enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. [a *Prov.* 11. 4. 28.]
11. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam; sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.
12. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.
13. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas; et cum sapientia proferas responsum verum.
14. Si est tibi intellectus responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris.
15. Honor et gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subversio est ipsius.
16. Non appelleris susurro, et lingua tua ne capiaris, et confundaris.

6. Ne dites pas : La miséricorde du Seigneur est grande; il aura pitié de la multitude de mes péchés.
7. Car son indignation est prompte aussi bien que sa miséricorde, et il regarde les pécheurs dans sa colère.
8. Ne différez point à vous convertir au Seigneur, et ne remettez pas de jour en jour :
9. Car sa colère éclatera tout d'un coup, et il vous perdra au jour de la vengeance.
10. Ne vous embarrassez point pour *acquérir* les richesses injustes, car elles ne vous serviront point au jour de l'obscurcissement et de la vengeance.
11. Ne tournez point à tout vent, et n'allez point par toutes sortes de routes; car c'est ainsi que le pécheur se fait connaître par la duplicité de sa langue.
12. Soyez ferme dans la voie du Seigneur, dans la vérité de vos sentiments et dans votre science, et que la parole de paix et de justice vous accompagne toujours.
13. Écoutez avec douceur ce qu'on vous dit, afin d'acquérir l'intelligence et de rendre avec sagesse une réponse qui soit véritable.
14. Si vous avez de l'intelligence, répondez à votre prochain, sinon que votre main soit sur votre bouche (de peur que vous ne soyez surpris dans une parole indiscrète, et que vous ne tombiez dans la confusion.)
15. *Car* l'honneur et la gloire accompagnent le discours de l'homme sensé : mais la langue de l'imprudent est la ruine de son âme.
16. Évitez de passer pour un semeur de rapports, et que votre langue ne vous devienne pas un piége (et un sujet de confusion.)

13. *Esto mansuetus ad audiendum.* Cette douceur est la patience qui fait que l'homme se possède : *In patientia possidebitis animas vestras.* C'est la condition essentielle de l'attention qui est elle-même nécessaire pour bien saisir le sens de ce que l'on entend. Le Grec de l'édition romaine peut se traduire simplement : Soyez prompt à écouter et lent à répondre. Ce qui revient à ces paroles de l'apôtre saint Jacques : *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum* (Epist. I, 19).

---

cum in græco sit, περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου, quasi sensus sit : *de peccatorum propitiatione facienda, ne sis absque cura et sollicitudine*; sed non minus commodum sensum exhibet nostra versio, quæ ἐξιλασμοῦ accepit pro jam facta propitiatione. *Nemo enim scit dignus ne sit amore, an odio*, ut dicitur c. 9, 1 libri Ecclesiastis; et ut remissa sit culpa, pœna timeri potest quæ luenda sit.

7. *Cito proximant.* Cito aderunt; brevis enim est vitæ cursus, quantumvis longa sit et diuturna. — *In peccatores respicit...* Peccatores petit ira illius. In græco est, καταπαύσει, *requiescet*, quod pœnæ diuturnitatem significat.

10. *Noli anxius esse.* Est idem versiculus hic cum primo hujus capitis, eademque sententia.

11. *Non ventiles te in omnem ventum.* Noli te agitare, accommodare ad omnem hominum tentationem et cupiditatum ventum. — *Et non eas in omnem viam.* Idem significatur quod proxime explicato hemistichio. — *Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Ut pro varietate personarum nunc affirmet, nunc neget, nunc laudet, nunc vituperet.

12. *In via Domini.* Via Domini est recta fides et operatio. — *Et in veritate sensus.* In vera animi sententia et vera prudentiæ judicio. — *Et in scientia.* Sententiæ scilicet et judicii certitudine. — *Et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.* Ex constantia mentis et judicii sequitur constantia oris et sermonis. Sententia ergo est : ut verbum tuum unum, uniforme, verum, pacificum et justum; nam bilinguis hominis verbum est duplex, difforme, falsum, ideoque turbulentum, et ad lites et discordias concitandas idoneum.

13. *Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas.* Qui enim loquenti patentes aures non accommodat, quid dicatur bene percipere non potest. * Vulgatus legit πραΰς, *mansuetus*; nunc in græco est, ταχὺς, *velox*. Esto velox ad audiendum, tardus ad respondendum.

14. *Si est tibi intellectus.* Si ea de quibus interrogaris, aut de quibus inter amicos disputatur, intelligis, responde; si vero ea captum tuum superant, sapienter tace, ne stultum aliquid proloquaris, et te ridendum aliis propines :

* Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖσσον, ἢ σιγὴν ἔχε,
Aut dic aliquid silentio melius, aut sile,

ut est in veteri verbo.

16. *Non appelleris susurro.* Susurro est qui occulte maledicendo et alterius dicta refe-

17. Car comme le voleur tombe dans la confusion (et le repentir), la langue double s'attire aussi une très-grande condamnation; (le semeur de rapports *attire sur soi* la haine, l'inimitié et l'infamie).	17. Super furem enim est confusio et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem; susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia.
18. Faites également justice aux petits et aux grands.	18. Justifica pusillum, et magnum similiter.

CHAPITRE VI.

De l'amitié et de ses avantages. Il faut travailler de bonne heure à acquérir la sagesse.

1. Ne devenez pas, d'ami que vous êtes, ennemi de votre prochain; car le méchant aura pour partage la honte et l'ignominie, ainsi que le pécheur envieux, et qui a la langue double.	1. Noli fieri pro amico inimicus proximo; improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis.
2. Ne vous élevez point comme un taureau dans les pensées de votre cœur, de peur que votre folie ne brise votre force;	2. a Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus; ne forte elidatur virtus tua per stultitiam. [a *Rom.* 12. 16. *Philip.* 2. 3.]
3. Qu'elle ne consume vos feuilles et ne perde vos fruits, et que vous ne deveniez comme un arbre desséché dans le désert.	3. Et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo.
4. Car l'âme maligne perdra celui en qui elle se trouvera; elle le rendra la joie de ses ennemis, (et elle le conduira au sort des impies.)	4. Anima enim nequam disperdet qui se habet et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum.
5. La parole douce acquiert beaucoup d'amis (et adoucit les ennemis;) et la langue de l'homme vertueux a une abondance de douceur.	5. Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos; et lingua eucharis in bono homine abundat.
6. Ayez beaucoup d'amis qui vivent en paix avec vous; mais choisissez pour conseil un homme entre mille.	6. Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille.

Cap. VI.— 2. *Non te extollas.* Le Grec rapportant au dernier membre de la phrase ces mots : *Velut taurus*, peut se traduire : De peur que votre âme ne s'emporte comme un taureau; que vous ne consumiez vos feuilles et ne perdiez vos fruits. Ces dernières images nous montrent l'orgueil enlevant à l'âme sa beauté figurée aussi par les feuilles et ses mérites représentés par les fruits.

---

rendo, odium in alium et dissensionem molitur. — *Et lingua tua ne capiaris, et confundaris.* Fere enim susurronis duplicitas, falsitas et fallacia deprehenditur, exploditur, odio habetur, et susurro sibi infamiam conciliat.

17. *Denotatio pessima.* Nota ignominiæ.

18. *Justifica pusillum, et magnum similiter.* Fama cujuslibet proximi tui, sive magnus sit, sive parvus, sit tibi quasi sacra et inviolabilis. Ne potentem laudes justamque pronunties, pauperem vero et eum a quo nihil tibi times libere carpas, sed cum omnibus justitiam cole.

Cap. VI. — 1. *Noli fieri pro amico inimicus proximo.* Susurrando, et occulte ei detrahendo ac nocendo, * ex amico inimicum facere. Sunt hæc consentanea et congruentia cum iis quæ dixerat extremo superiore capite de susurrone, cum quo nectanda. — *Improperium enim et contumeliam.* Omnis malus, velut justam malitiæ suæ sortem et pœnam debitam, hæreditabit probrum et contumeliam; sed præsertim eamdem hæreditabit peccator invidus et bilinguis, qui ex invidia et linguæ intemperantia clam amico detrahit, eique nocet. Cum dicitur *et omnis peccator*, illud *et* significat *præsertim*; sic Marc., 16, 7 : *Dicite discipulis, et Petro*, id est, præsertim Petro.

2. *Non te extollas.* Ne te extollas per cogitationem animæ, id est, animositatis tuæ, ut putes te omnia posse instar tauri, qui cæteras pecudes fugat, sternit et exagitat; quia sicut taurus cornupeta ligatur ab armentorum magistris, stabulo concluditur, aut etiam occiditur : ita virtus tua, aut potius stulta ferocitas, elidetur et frangetur.

3. *Et folia tua comedat.* Similitudine frondosæ arboris idem docet quod superiore versu. Videtur hisce duobus versibus allusum ad historiam Nabuchodonosor, qui superbiens in feram mutatus est, cujus etiam *eversio* arboris allegoria Danieli ostensa est ejus prophetiæ c. 4.

4. *Anima... nequam disperdet qui se habet.* Anima nequam, mens improba, exitio erit ei qui eam habet. — *Et in gaudium inimicis dat illum.* Qui lætantur ejus malis et infortuniis. — *Et deducet in sortem impiorum.* Ut quorum mores imitatus est, eorumdem pœnis plectatur.

5. *Lingua eucharis.* Lingua gratiosa; hoc enim significat vox græca εὔχαρις, quam hic retinet interpres, lingua eloquens, diserta. — *In bono homine abundat.* Juxta Vulgatam nostram sensus esse potest, multum proficere linguæ gratiam et eloquentiam cum probitate illiusque opinione conjunctam. Hujusmodi enim lingua *abundat*, hoc est, abunde et largiter fert fructum. In græco est, γλῶσσα εὔχαρις πληθυνεῖ εὐπροσήγορα, hoc est, *linguæ gratiosa multiplicat affabiles compellationes*, salutationes scilicet et humanitatis significatione plenos sermones.

6. *Multi pacifici sint tibi.* Cum multis pacifice vivas, imo cum omnibus. In græco textu non est vox εἰρηνικοὶ, quæ pacificos significat, eos scilicet, qui paci conciliandæ student; sed est εἰρηνεύοντες; id est, in pace viventes aut degentes, et sensus est quem dixi.

7. Si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas ei.	7. Si vous voulez faire un ami, prenez-le après l'avoir éprouvé, et ne vous fiez pas sitôt à lui.
8. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.	8. Car tel est ami; qui ne l'est que tant qu'il y trouve son avantage; et il cessera de l'être au jour de l'affliction.
9. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam; et est amicus qui odium et rixam, et convicia denudabit.	9. Tel est ami, qui se change en ennemi; et tel est ami qui découvre sa haine, et qui se répand en querelle et en injures.
10. Est autem amicus socius mensæ, et non permanebit in die necessitatis.	10. Tel est ami qui ne l'est que pour la table; et qui ne le sera plus au jour de l'affliction.
11. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, et in domesticis tuis fiducialiter aget :	11. Si votre ami demeure ferme et constant, il vivra avec vous comme votre égal, et il agira avec liberté parmi ceux de votre maison.
12. Si humiliaverit se contra te, et a facie tua absconderit se, unanimem habebis amicitiam bonam.	12. S'il s'humilie en votre présence, et qu'il se retire de devant vous, votre amitié sera fidèle, et elle s'entretiendra par l'union de vos cœurs.
13. Ab inimicis tuis separare, et ab amicis tuis attende.	13. Séparez-vous de vos ennemis, et donnez-vous de garde de vos amis.
14. Amicus fidelis, protectio fortis; qui autem invenit illum, invenit thesaurum.	14. L'ami fidèle est une forte protection; celui qui l'a trouvé a trouvé un trésor.
15. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.	15. Rien n'est comparable à l'ami fidèle; et l'or et l'argent ne méritent pas d'être mis en balance avec la sincérité de sa foi.
16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ et immortalitatis; et qui metuunt Dominum, invenient illum.	16. L'ami fidèle est un remède qui donne la vie (et l'immortalité;) et ceux qui craignent le Seigneur trouveront un tel ami.

7. *Ne facile credas ei.* Il y a dans l'amitié des degrés. Autant que possible, il faut tâcher d'être bien avec tout le monde ou du moins de n'avoir pas d'ennemis : *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes* (Rom., XII, 18). Mais il ne faut pas donner sa confiance à tout le monde. Avant de se fier à une personne, il faut l'éprouver : *Jesus non credebat semetipsum eis* (Joan., II, 24).

16. *Medicamentum vitæ et immortalitatis.* Il est visible par ces dernières paroles, dit Sacy, que cet excellent ami que décrit le Sage est celui qui l'est selon Dieu, et qui nous aime pour nous rendre amis de Dieu. C'est celui-là qui nous procure *la vie et l'immortalité*. Un ami du monde ne donnera pas tout son bien à son ami; mais ces vrais amis tâchent de donner à ceux qu'ils aiment tout ce qu'ils ont et tout ce qu'ils espèrent de Dieu; parce que ses biens étant infinis, ils les attirent sur eux à mesure qu'ils les répandent sur les autres; et plus ils donnent, plus ils s'enrichissent.

---

7. *In tentatione posside eum.* Prius eum tenta et proba, deinde experimentis probatum amicitiam junge. Vox *posside* idem valet ac para, quære.

8. *Secundum tempus suum.* Cum scilicet ex amico se commodi aliquid decerpere posse confidit; nam, ut ait ille : *Vulgus amicitias utilitate probat.*

9. *Amicus qui convertitur ad inimicitiam.* Ob levem causam; sunt enim aliqui adeo morosi et delicati, ut qualibet offensiuncula commoveantur, et ab amico discedant. — *Qui odium... denudabit.* Vel quæ inter vos dum essetis amici nata sunt, per quæ soluta est amicitia; vel quæ cum aliis quidem intercesserunt, sed cum amico pro amicitia confidenter, sed fortasse parum prudenter, communicaveras.

11. *Erit tibi quasi coæqualis.* Constantem amicum ut æqualem tracta, licet sis major; nam amicitia aut æquales invenit, aut facit; ideoque permitte ut inter domesticos tuos libere agat.

12. *Si humiliaverit se contra te.* Si se coram te ex modestia, verecundia, reverentia submiserit, aut absconderit, non ausus fuerit tecum libere agere, etc.; non tamen propterea illum despicias, sed potius chariorem illum habeto, et unanimem cum illo tuere amicitiam. Græca tam versiculum hunc quam sequentem de ficto amico accipiunt, sic enim habent : *Et est amicus socius mensarum, et non permanebit in die necessitatis tuæ; et in bonis tuis erit tanquam tu, et in domesticis tuis fiducialiter aget* (nimium scilicet sibi arrogans in domo et bonis alienis); *si humiliatus fueris, erit contra te, et a facie tua abscondet se.*

13. *Ab inimicis tuis separare.* Ut prudentiæ est cavere inimicos, ita amicis nimium non confidere, nam et falsi amici sunt aliqui, et qui ex amico amarunt, aliquando mutata voluntate, inimici fiunt.

14. *Protectio fortis.* Græce, κραταιὰ, *tegmen*, vel *tegumentum forte*, præsidium, protectio. — *Qui invenit illum.* In græco est, ὁ δὲ εὑρὼν, quod est participium præteriti temporis. Ut etiam est præteriti, illud, *invenit thesaurum*, εὗρε θησαυρόν.

15. *Nulla est comparatio.* Græce, οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, *non est permutatio*, aut commutatio, quæ scilicet digna sit, aut æqualis. Nihil ei comparari potest ut æquivalens. — *Contra bonitatem fidei illius.* Quæ conferri possit cum pretio fidei ipsius.

16. *Amicus fidelis, medicamentum vitæ.* Nam fidelis amicus tam in corporis quam animi ægritudinibus amico adest, illumque opere et consilio juvat. — *Et immortalitatis.* Sic Prov. 15, 4, *lingua placabilis* appellatur *lignum vitæ*, quia nimirum amicus ope, et præsertim consilio salutaris suggerendo, amici vitam facit diuturniorem aut a periculis avertendo, aut detergendo mœrores, qui terminum vitæ contractiorem faciunt; aut a vitiis deterrendo, per quæ immortalem illam beatamque vitam amittimus.

17. Autant que l'homme craint le Seigneur, autant sera-t-il heureux en amis, parce que son ami lui sera semblable.

18. Mon fils, dès votre premier âge, aimez à être instruit : et vous acquerrez une sagesse qui vous durera jusqu'à la vieillesse.

19. Approchez-vous de la sagesse comme celui qui laboure et qui sème ; et attendez en paix ses excellents fruits.

20. Vous travaillez un peu à la cultiver, et vous mangerez bientôt de ses fruits.

21. Que la sagesse est amère aux personnes indociles ! l'insensé ne demeurera point avec elle.

22. Elle sera à son égard comme ces pierres pesantes qui servent à éprouver la force des hommes, et il cherchera bientôt à s'en décharger.

23. Car la sagesse qui rend l'homme intelligent selon le nom qu'elle porte, n'est pas découverte à plusieurs : (mais dans ceux à qui elle est connue, elle demeure ferme jusqu'à ce qu'elle les conduise à la vue de Dieu.)

17. Qui timet Deum, æque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.

18. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam.

19. Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius ;

20. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius ;

21. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors.

22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam.

23. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta ; quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei.

22. *Quasi lapidis virtus.* Il y avait dans les villes de Palestine de ces grosses pierres sur lesquelles les hommes s'exerçaient et éprouvaient leur force. Il en est parlé dans Zacharie, XII, 3. L'*Ecclésiastique* veut dire que, pour l'insensé, il en est de la sagesse comme de ces grosses pierres. Il en approche, mais ne se sentant pas de force à les vaincre, il les rejette.

---

17. *Qui timet Deum.* Qui pii sunt, justi ac timentes Deum, constantem ac fidelem amicitiam cum Deo colunt, idque illis retribuit Dominus, ut quando ipsi fideles amici sunt Deo, ita et quos ipsi habent amicos inter homines, eos experiantur fideles et in amore perseverantes. — *Quoniam secundum illum erit amicus illius.* Ut se ipse cum Deo gesserit, talem erga se amicum experietur. Palacius putat sensum esse, unumquemque cum paribus et ejusdem ingenii et studii amicitias copulare, et ex uno amico de altero compari conjecturam prudenter capi posse, et intelligi qualis sit.

18. *Usque ad canos invenies sapientiam.* Sensus est : cum canus et senex fueris, tunc tandem sapientiam invenies. * Vel, semper et usque ad senectutem proficere poteris in sapientia. Vel sapientia, quam inveneris, te usque ad canos et senectutem comitabitur, tibi adhærescet, nunquam te deseret. Priori explicationi videntur favere quæ sequuntur.

19. *Quasi is qui arat.* Quemadmodum agricolæ patienter expectant dum semina terris commissa germinent, crescant et maturescant ; ita sapientiæ studiosi patienter ferre debent si ea non tam cito provenit, suos fructus suos producit : similem sententiam habes Jacob. 5, 7 : *Ecce agricola.*

20. *Cito edes de generationibus illius.* Hoc plus habent sapientiæ fructus quam ii qui ex terra percipiuntur ab agricolis, quod hi nonnisi sero colliguntur ; sapientia vero statim aliquos edit, licet perfectos et consummatos nonnisi post longum tempus, ut dictum est n. 18 et 19.

21. *Indoctis hominibus.* Insipientibus, imprudentibus, qui non rationem, sed concupiscentiam sequuntur. — *Et non permanebit in illa excors. Non patientur eam excordes*, ut vertit syrus.

22. *Quasi lapidis virtus probatio erit in illis.* Lapidis virtus est illius fortitudo et gravitas. Sensus ergo est : quemadmodum ignavus, aut qui infirmis est viribus, cum lapidem movere tentat, si gravis sit, animum despondet et ab incepto desistit ; ita qui difficultates in paranda sapientia experitur, abjicit eam. Græce est, ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ, *sicut lapis probationis fortis*, id est, gravis, *erit super ipso.* Allusum videtur ad discos, aut alios hujusmodi lapides, de quibus movendis aut jaciendis inter juvenes aut viros contentio exercitur, qui propterea probationis dicuntur, quia illis unusquisque suas aliorumque vires probat et explorat. * Vide Zachar., 12, 3.

23. *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus.* Est obscura et paucis manifesta, ut ejus nominis etymon ostendit. Id verum est non tantum apud Græcos, apud quos σοφία, quasi ζόφια, dicitur a tenebris et caligine, sed etiam apud Hebræos. Patet hoc in aliquibus sapientiæ aut scientiæ nominibus in lingua illa. Primum sit עלם *hilm*, Arabum (est autem lingua arabica hebraicæ cognata, et quasi illius dialectus) cujus radix est, עלם *halam*, abscondit. Secundum, מהגים *magim*, *magia*, sapientia magis recondita, a radice הגה *hagah*, meditari, disquirere, scrutari, quod facimus in rebus absconditis, obscuris, difficilibus. Tertium, תלמוד *talmud*, doctrina, cujus vocis radix למד *lamad*, aliquibus affinitatem quamdam habere visa est cum עלם *halam*, abscondit, de qua paulo ante diximus. Quartum et præcipuum sapientiæ nomen est חכמה *chocma*, quod simile est, et alludit ad איכמה *ochma*, quæ duæ voces significant, *o quantum!* vel *heu quantum!* quasi dicas : O quantum laboris et doloris est exhauriendum in paranda sapientia ! Nec obstat quod prima littera vocis *chocma*, sit *chet*, non *aleph* ; nam hæ duæ litteræ sunt aspirationes ; quæ facile inter se commeant et mutantur. Addi potest fortasse vocem חכמה *chocma* alludere ad חוח *choc*, quæ dictio spinam asperrimam significat, quasi sapientia difficultatum spinis obsita sit et vallata. Jansenius facile sic explicat : *Sapientia est secundum nomen ejus*, hoc est, eam rem arduam esse et difficilem, et magno labore, studio ac sudore parari.

24. Audi fili, et accipe consilium intellectus, et ne abjicias consilium meum.

25. Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum :

26. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis ejus.

27. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus.

28. Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam.

29. In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem.

30. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ.

31. Decor enim vitæ est in illa, et vincula illius alligatura salutaris.

32. Stolam gloriæ indues eam, et coronam gratulationis superpones tibi.

33. Fili, si attenderis mihi, disces ; et si accommodaveris animum tuum, sapiens eris.

34. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam ; et si dilexeris audire, sapiens eris.

35. a. In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, et proverbia laudis non effugiant a te. [a *Infr.* 8, 9.]

24. Ecoutez, mon fils, recevez un avis sage, et ne rejetez point mon conseil.

25. Mettez vos pieds dans le fer de la sagesse, et engagez votre cou dans ses chaînes.

26. Baissez votre épaule, et portez-la ; et ne vous ennuyez point de ses liens.

27. Approchez-vous d'elle de tout votre cœur, et gardez ses voies de toutes vos forces.

28. Cherchez-la avec soin, et elle vous sera découverte ; et quand vous l'aurez une fois embrassée, ne la quittez point.

29. Car vous y trouverez à la fin votre repos, et elle se changera pour vous en un sujet de joie.

30. Ses fers deviendront pour vous une forte protection, (et un ferme appui) ; et ses chaînes un habillement de gloire.

31. Car il y a dans elle une beauté qui donne la vie ; et ses liens, sont des bandages qui guérissent.

32. Vous vous revêtirez d'elle comme d'un habit de gloire, et vous la mettrez sur vous comme une couronne de joie.

33. Mon fils, si vous m'écoutez avec attention vous serez instruit ; et si vous appliquez votre esprit vous acquerrez la sagesse.

34. Si vous prêtez l'oreille, vous recevrez l'instruction ; et si vous aimez à écouter vous deviendrez sage.

35. Trouvez-vous dans l'assemblée des vieillards, et unissez-vous de cœur à leur sagesse, afin que vous puissiez écouter tout ce qu'ils vous diront de Dieu : et que vous ne laissiez perdre aucune de leurs excellentes paraboles.

25. *Injice pedem.* Rendez-vous esclave de la sagesse. Ne craignez ni ses fers, ni ses liens, ni son joug. Son joug est celui du Seigneur, et ce joug est doux, ce fardeau est léger : *Jugum enim meum suave est et onus meum leve.*

35. *Et proverbia laudis.* La version Sixtine porte : *Proverbia intellectus.* Nous avons eu l'occasion de remarquer plusieurs fois que les anciens attachaient beaucoup d'importance à cette manière d'enseigner. C'était la méthode en honneur parmi les Orientaux, et c'est pour cela que Jésus-Christ l'a adoptée dans son Evangile.

---

24. *Consilium intellectus.* Consilium sapiens et prudens.

25. *Torques.* Numellas, vincula quibus collum includitur : hoc enim significat vox græca χλοιὸς. Honestissimum vero est esse sapientiæ mancipium, illiusque servitus non pudenda, sed optanda. Vulgatus bene dixit torques, vincula enim collum torquent.

26. *Porta.* Quidquid in paranda sapientia grave est et onerosum. — *Ne acedieris.* Ne acedia, tristitia, impatientia afficiaris propter vincula illius. Vide supra, c. 4, n. 9.

27. *Virtute.* Græce, δυνάμει, potentia, vi, robore.

28. *Continens factus.* Græce, ἐγκρατὴς γενόμενος, compos illius factus ; illam adeptus.

29. *Invenies requiem in ea.* Tandem erit tibi suavis, et placide in ea quiesces, licet prius molestiam aliquam creet, de qua paulo ante dictum.

30. *Bases virtutis.* Roboris, hoc est, robustas. Quasi dicat : Firmabunt tuos pedes et gressus, ut solidæ bases columnas illis innixas.

31. *Decor... vitæ.* Vitæ honestamentum. — *Alligatura salutaris.* Qualem medici vulnerato, aut luxato membro adhibent. In græco est, κλῶσμα ὑακίνθινον, *filum ex hyacintho.* Quod fortasse nobilitatis, aut publici muneris insigne fuit aut certo, ut torques, corporis ornamentum. Videtur etiam allusum ad vittas hyacinthinas quas in fimbriis vestium gestare Judæos jussit Dominus, Numer. 15, 38 ; ex illis enim Israelitæ dignoscebantur a gentibus, et ornabantur tanquam populus Deo et sapientiæ dicatus.

32. *Stolam gloriæ indues eam.* Id est, indueris sapientia quasi stola gloriæ. — *Coronam gratulationis.* Græce ἀγαλλιάματος, *exultationis*, quæ scilicet te præ gaudio exilire faciat, quam cum fueris consecutus, tibi gratuleris et gaudeas in sinu tuo.

33. *Si attenderis mihi.* Si me audiveris et consiliis meis obtemperaveris. Quod idem sequenti hemistichio repetitur, *et si accommodaveris*, etc.

35. *Presbyterorum prudentium.* Seniorum sapientium ; neque enim senes omnes prudentes sunt. — *Sta.* Versare. — *Narrationem Dei.* De rebus divinis, aut de sacris litteris, aliisque ad religionem et componendos mores spectantibus. — *Proverbia laudis.* Παροιμίαι συνέσεως, adagia et proverbia scita et docta. Videtur noster interpres legisse αἰνέσεως.

36. Si vous voyez un homme sensé, allez le trouver dès le point du jour; et que votre pied presse souvent le seuil de sa porte.	36. Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus.
37. Appliquez toute votre pensée à ce que Dieu vous ordonne, et méditez sans cesse ses commandements: et il vous donnera lui-même un cœur *docile*, et la sagesse que vous désirez vous sera donnée.	37. a Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto; et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. [a 1. *Ps.* 2.]

CHAPITRE VII.

S'abstenir du mal. Ne point rechercher les dignités. Haïr le mensonge. S'appliquer au travail. Etre fidèle à ses amis, attaché à sa femme, doux envers les domestiques. Instruire ses enfants. Honorer ses parents. Rendre aux prêtres ce qui leur est dû. Se souvenir de sa dernière fin.

1. Ne faites point de mal, et le mal ne vous surprendra point.	1. Noli facere mala, et non te apprehendent.
2. Retirez-vous de l'injuste, et le péché se retirera de vous.	2. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te.
3. Mon fils, ne semez point les maux dans les sillons de l'injustice, de peur que vous n'en recueilliez sept fois autant.	3. Fili, non semines mala in sulcis injustitiæ et non metes ea in septuplum.
4. Ne demandez point au Seigneur la charge de conduire les autres, ni au roi une chaire d'honneur.	4. Noli quærere a domino ducatum, neque a rege cathedram honoris.
5. Ne vous justifiez pas devant Dieu, (parce que c'est lui qui connaît le fond du cœur); et n'affectez point de paraître sage devant le roi.	5. a Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est; et penes regem noli velle videri sapiens. [a *Job.* 9. 2-20. *Ps.* 142. 2. *Eccles.* 7. 17. *Luc.* 18. 11.]
6. Ne cherchez point à devenir juge, si vous n'avez assez de force pour rompre tous les efforts de l'iniquité, de peur que vous ne soyez intimidé par la considération des hommes puissants, et que vous ne mettiez votre intégrité au hasard de se corrompre.	6. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua.
7. N'offensez point toute la multitude d'une ville, et ne vous jetez point dans la foule.	7. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.

CAP. VII. — 1. *Noli facere mala, et non te apprehendent.* C'est ce que Dieu dit à Caïn (Gen. IV, 7) : *Nonne si bene egeris, recipies : sin male, in foribus peccatum aderit!* Chacun sera traité selon ses œuvres.

2. *Deficient mala abs te.* Le mot *mala*, que le P. de Carrières traduit ici par le péché, peut s'entendre de la peine du péché.

---

36. *Evigila ad eum.* Primo diluculo, id est, studiose et assidue perge ad illum audiendum.

37. *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei.* Hoc est, quod de viro justo dicitur Psalm. I, v. 2 : *Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* — *Dabit tibi cor.* Mentem cordatam, sapientem, constantem, etc. — *Et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.* Quanto enim quis magis in sapientia proficit, tanto plus illius perfectius potiundæ desiderio accenditur.

CAP. VII. — 1. *Noli facere mala.* Peccata, quæ sunt mala culpæ. — *Et non te apprehendent.* Mala scilicet pœnæ.

2. *Discede ab iniquo.* Homine, vel ab iniquitate, ab eo scilicet quod iniquum est. — *Deficient mala abs te.* Multa vitabis mala, incommoda, pericula, damna.

3. *Non semines mala in sulcis injustitiæ.* Ager noster est cor nostrum ac voluntas nostra, quam tunc sulcis injustitiæ exaramus, cum illi imprimimus malos habitus; tunc seminamus, cum prava desideria iis quodammodo injicimus. — *Metes ea in septuplum.* Quia vitiorum prava messis facile admodum succrescit, et pœnarum etiam quæ culpam subsequuntur, magnum secum proventum affert; pro exigua enim delectatione doloris plurimum rependitur.

4. *Ducatum.* Principatum. — *Cathedram honoris.* Magistratus, dignitatum insignia, reipublicæ administrationem, etc., qui enim ista petunt, præterquam quod ambitiosi sunt, aliorum etiam odiis et oblocutionibus expositi sunt, et magno se onere gravant conscientiæ.

5. *Non te justifices ante Deum.* Affert causam cur a Deo ducatus postulandus non sit, quia scilicet qui a Deo postulat, se justum et idoneum ad illud munus profitetur. Quis autem hoc facere audeat coram Deo, qui occulta nostra vitia novit, et cujus oculos nihil latet? — *Penes regem noli velle videri sapiens.* Quod ambitiosi faciunt, qui honoris cathedras sapientibus debitas ambiunt, quorum sapientia quam jactant, experimento tentata, exigua, aut nulla interdum apparet cum eorum dedecore et ignominiæ nota.

6. *Irrumpere iniquitates.* Græce, ἐξᾶραι, tollere, profligare, extirpare. — *Ponas scandalum in æquitate tua.* Tibi ipsi, quærendo magistratum, impedimentum objicias quod te ab æquitate et justitia avertat et declinare faciat.

7. *Non pecces in multitudinem civitatis.* Cavendum judici, magistratui, ne totam in se civitatem irritet, ostendendo, v. g., malam se de omnibus habere opinionem, aut alia simili

8. a Neque alliges duplicia peccata; nec enim in uno eris immunis. [a *Infr.* 12. 7.]	8. Ne serrez point deux fois le nœud du péché, car un seul que vous commettrez ne demeurera pas impuni.
9. Noli esse pusillanimis in animo tuo:	9. Que votre cœur ne se laisse point aller à l'abattement.
10. Exorare, et facere eleemosynam ne despicias.	10. Ne négligez point de prier et de faire l'aumône.
11. Ne dicas : In multitudine munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.	11. Ne dites point : Dieu regardera favorablement le grand nombre de dons que je fais; et lorsque j'offrirai mes présents au Dieu très-haut, il les recevra.
12. Non irrideas hominem in amaritudine animæ; a est enim qui humiliat et exaltat, circumspector Deus. [a *I. Reg.* 2. 7.]	12. Ne vous moquez point d'un homme dont l'âme est dans l'amertume; car il y a un Dieu qui voit tout, et c'est lui qui élève et qui humilie.
13. Noli arare mendacium adversus fratrem tuum; neque in amicum similiter facias.	13. Ne travaillez point à inventer des mensonges contre votre frère, et n'en inventez point non plus contre votre ami.
14. Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas enim illius non est bona.	14. Donnez-vous de garde de commettre aucun mensonge; car l'accoutumance de mentir n'est pas bonne.
15. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tua.	15. Ne vous répandez point en de grands discours dans l'assemblée des anciens, et ne répétez point la parole de vos prières.
16. Non oderis laboriosa opera, et rusticationem creatam ab Altissimo.	16. Ne fuyez point les ouvrages laborieux ni le travail de la campagne, qui a été créé par le Très-Haut.
17. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.	17. Ne vous mettez point au nombre des gens déréglés.

---

8. *Neque alliges.* Le Grec dispose autrement ces quatre versets (8-11), et n'en forme que trois de cette manière : N'ajoutez point péché sur péché; car un seul que vous commettrez ne demeurera pas impuni. Ne dites point : Dieu regardera la multitude de mes dons, et lorsque j'offrirai mes présents au Très-Haut, il les recevra. Que votre cœur ne se laisse point aller à l'abattement dans votre prière, et ne négligez point de faire l'aumône.

17. *Non te reputes.* Ces trois versets (17-19) sont disposés autrement dans le Grec : Ne vous mettez point dans la multitude des pécheurs, *des gens déréglés.* Humiliez profondément votre âme. Souvenez-vous que la colère ne tardera pas et que le feu et les vers seront le supplice de l'impie.

---

ratione. Jure enim offenduntur cives, cum semper aliqui sint, aut etiam multi a scelere integri et virtutis cultores, quos aut verbo perstringi, aut alia ratione violari nefas sit. — *Nec te immittas in populum.* Cum scilicet concitatus est et furit. Populus ut irritandus non est, ita ab irritato cavendum, ne dolorem et furorem in caput tuum effundat.

8. *Neque alliges duplicia peccata.* Peccatis privati peccata magistratus cumulando. Vel, si semel per imprudentiam, aut aliquam animi perturbationem lapsus es, cave ne iterum ad eumdem lapidem impingas; erit enim secundus error pejor priore et magis noxius. — *Nec enim in uno eris immunis.* Ne gemines culpam, quia geminabis et pœnam; nullum enim peccatum a pœna immune esse potest.

9. *Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Si peccasti, saltem in excutiendo peccato et a te amoliendo fortis esto, non pusillanimis, non remissus.

10. *Exorare, et facere eleemosynam ne despicias.* Precibus enim et eleemosynis propitiatur numen, et redimuntur peccata.

11. *In multitudine munerum.* Sacrificiorum, victimarum, oblationum. Dixerat sapiens pusillanimitatem fugiendam versiculis superioribus, jam monet ne nimium confidamus cum animo nostro dicentes : Etiamsi peccata peccatis addidero, tamen sacrificiis et muneribus ea expiabo.

12. *Non irrideas hominem in amaritudine.* In afflictione, dolore, mœstitia, angustiis. — *Est enim qui humiliat, et exaltat.* Quasi dicat : Memor fortunæ, et sortis humanæ, et vicissitudinum, quibus mortales sunt obnoxii.

13. *Arare mendacium.* Fabricare, concinnare.

14. *Omne mendacium.* Nullum proferas mendacium. *Non est bona.* Est miosis, minus enim dicitur quam significatur. Sensus enim est, esse valde malam consuetudinem assiduitatemque mentiendi.

15. *Non iteres verbum in oratione.* Græce, ἐν προσευχῇ, in oratione qua Deum precaris. Hoc est quod docuit Christus, Matth. 6, 7 : *Orantes autem, nolite multum loqui sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Clamandum ergo potius affectu quam voce, cavendaque futilis battologia, præsertim ex infidelitate, ut si quis existimaret Deum sic melius postulata nostra percipere. Alioqui laudabilis Ecclesiæ consuetudo et usus fidelium, qui ex abundantia devotionis, et ad excitandum spiritum easdem preces repetunt.

16. *Rusticationem.* Agriculturam. — *Creatam ab Altissimo.* A Deo institutam; *tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur et custodiret illum,* Genes., 2, 15.

17. *Non te reputes.* Græce, προσλογίζου, computes, annumeres, associes, adjungas, vel computari annumerarive permittas. — *Indisciplinatorum.* Vel, ut in græco est, *peccatorum.*

18. Souvenez-vous que la colère *de Dieu* ne tardera pas longtemps à venir.

19. Humiliez profondément votre esprit; parce que (la chair de) l'impie, sera la pâture du feu et des vers.

20. Ne violez point la foi que vous devez à votre ami, parce qu'il diffère de vous donner de l'argent, et ne méprisez pas pour de l'or votre frère qui vous aime sincèrement.

21. Ne vous éloignez point de la femme sensée et vertueuse (que vous avez reçue dans la crainte du Seigneur); car la grâce de sa modestie est plus précieuse que l'or.

22. Ne traitez point mal le serviteur qui travaille fidèlement, ni le mercenaire qui se donne tout pour vous.

23. Que le serviteur qui a du sens vous soit cher comme votre âme: ne lui refusez pas la liberté qu'il mérite; (et ne le laissez pas tomber dans la pauvreté.)

24. Avez-vous des troupeaux? ayez-en soin: et s'ils vous sont utiles, qu'ils demeurent toujours chez vous.

25. Avez-vous des fils? instruisez-les bien; et accoutumez-les au joug dès leur enfance.

26. Avez-vous des filles? conservez leurs corps; et ne vous montrez pas à elles avec un visage gai.

27. Mariez votre fille, et vous aurez fait une grande affaire, et donnez-la à un homme de bon sens.

28. Si vous avez une femme selon votre cœur, ne la quittez point; et ne vous fiez point à celle qui est mauvaise.

18. Memento iræ, quoniam non tardabit.

19. Humilia valde spiritum tuum; quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

20. Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreveris.

21. Noli discedere a muliere sensata et bona quam sortitus es in timore Domini; gratia enim verecundiæ illius super aurum.

22. *a* Non lædas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. [*a Levit.* 19. 13.]

23. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

24. Pecora tibi sunt? attende illis; et si sunt utilia, perseverent apud te.

25. Filii tibi sunt? erudi illos, et curva illos a pueritia illorum

26. Filiæ tibi sunt? serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

27. Trade filiam, et grande opus feceris, et homini sensato da illam.

28. Mulier si est tibi secundum animam tuam, non projicias illam; et odibili non credas te. In toto corde tuo.

20. *Noli prævaricari in amicum.* Le Grec porte: Ne changez point votre ami contre une somme d'argent, ni votre propre frère contre l'or d'Ophir, contre l'or le plus pur; c'est-à-dire, ne vous séparez pas de votre ami ou de votre frère pour quelque intérêt temporel que ce puisse être.

---

18. *Memento iræ.* Vindictæ scilicet peccatorum.

19. *Vindicta carnis impii ignis et vermis.* Vindex ira Dei in carnem peccatoris sæviet per ignem et vermes. Periculum tam grande evadit humilitas, qua se quis Deo et legibus ejus subjicit.

20. *Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem.* Differe Latinis nonnunquam est in varias partes ferre, distrahere, avertere. Sensus ergo commodus nostræ vulgatæ editionis esse potest: ne offenderis si amicus tuus pecunias aut lucrum a te avertat, præsertim si malis artibus non grassetur. Græca correcta vaticana habent, μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, *ne mutes amicum propter rem adiaphoram, indifferentem*, qualis est pecunia. Vel per rem indifferentem, intelligit rem parvi momenti, quam sive habeas, sive illa careas, parum refert. Et huic interpretationi favent quæ sequuntur, *neque fratrem charissimum auro spreveris*, quasi dicat: Tenax sit amicitiæ, nec ulla res sive parva sit, sive magna et pretiosa, ut aurum, amicum a te divellat.

21. *Gratia enim verecundiæ illius super aurum.* Si mulier sensata sit et verecunda, pluris eam facito quam aurum.

22. *Non lædas servum.* Ne affligas nimium duriter tractando, aut laboribus atterendo. — *In veritate.* Fideliter: — *Mercenarium dantem animam suam.* Se tibi totum impendentem, et qui se nonnunquam vitæ discrimini tua causa objicit.

* 23. *Libertate.* Debita ex præscripto legis, suo tempore debita. Vide Exod. 21, 2. — *Neque inopem derelinquas illum.* Juxta legem Deut. 15, 13, in qua dicitur: *Quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris; sed dabis viaticum.*

* 24. *Pecora.* Κτήνη, quæ vox omnia animantia terrestria præter hominem comprehendit. Videntur autem hic proprie significari animantia quorum opera utimur, ut equi, boves cameli. — *Attende illis.* Græce, ἐπισκέπτου αὐτά, *Visita illa, inspice.* — *Et si sunt utilia, perseverent apud te.* Alioqui si inutilia facta sint, aut vende illa, aut macta, et in cibum usumque familiæ converte.

25. *Curva illos.* Doma, illorum cervicem curva, ut parere condiscant, et ut bonum contrahant habitum perpetuo mansurum.

26. *Serva corpus illarum.* Longe remotis omnibus morum corruptelis. — *Et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Ut severitate vultus et timore a levitate coerceantur.

27. *Trade filiam.* Nuptui scilicet cum ad nubiles annos pervenerit. — *Grande opus feceris.* Ingenti te cura levaveris.

28. *Mulier.* Uxor. Γυνή, quæ vox Græcis mulierem et uxorem significat. — *Secundum animam tuam.* Qualem anima tua, ut desideras. — *Non projicias illam.* Dato libello repudii. —

29. Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ ne obliviscaris; [*a Tob.* 4. 3.]

30. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses; et retribue illis, quomodo et illi tibi.

31. In tota anima tua time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.

32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit; et ministros ejus ne derelinquas.

33. *a* Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis. [*a Deut.* 12. 18.]

34. Da illis partem, *a* sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis; et de negligentia tua purga te cum paucis. [*a Levit.* 2. 3. *Num.* 18. 15.]

35. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres Domino, et initia sanctorum;

36. Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua.

29. Honorez votre père de tout votre cœur, et n'oubliez point les douleurs de votre mère.

30. Souvenez-vous que vous ne seriez point né sans eux; et faites tout pour eux, comme ils ont tout fait pour vous.

31. Craignez le Seigneur de toute votre âme, et ayez de la vénération pour ses prêtres.

32. Aimez de toutes vos forces celui qui vous a créé, et n'abandonnez point ses ministres.

33. Honorez Dieu de toute votre âme, révérez les prêtres, (et purifiez-vous par le travail de vos mains.)

34. Donnez-leur leur part des prémices et des hosties d'expiation, comme il vous a été ordonné; (et purifiez-vous de vos négligences avec le petit nombre.)

35. Offrez au Seigneur les épaules des victimes, et les sacrifices de sanctification, et les prémices des choses saintes.

36. Ouvrez votre main au pauvre, afin que votre sacrifice d'expiation et votre offrande soit entièrement parfaite.

33. *Propurga te cum brachiis.* On peut entendre avec Bossuet, et le P. de Carrières: Purifiez-vous en leur offrant les fruits de la terre que vous avez cultivée par le travail de vos mains. Ou bien: En leur offrant les épaules des victimes qui leur sont destinées par la loi (Ex., XXIX, 28; Lev., VII, 32; Num., XVIII, 18; Cf. plus bas, vers. 35).

34. *Da illis partem.* Donnez au prêtre la part qui lui est due, comme il vous a été ordonné, les prémices et les hosties pour le péché. Donnez-lui les épaules des victimes pacifiques; les sacrifices de sanctification; c'est-à-dire, les choses sanctifiées et consacrées au Seigneur et les prémices des choses saintes, c'est-à-dire les choses offertes et élevées au Seigneur. Voyez au livre des *Nombres*, chapitre XVIII, où sont détaillés les droits des prêtres.

Odibili. Ob pervicaciam, garrulitatem, insuaves mores, aut etiam improbos. — *Non credas te.* Græce, μὴ ἐκδῷς σεαυτήν, ne tradas te ipsum in maritum. Si aliquam odibilem esse noveris, aut suspicatus fueris, illam in thori tui communionem non assumas, opibus fortasse illectus.

29. *Gemitus matris tuæ.* Quos in te gestando in utero, lactando, educando toleravit.

30. *Retribue illis, quomodo et illi tibi.* Quemadmodum ipsi tibi bona tribuerunt, ita tu illis bona vicissim repende.

31. *Sanctifica.* Græce, θαύμαζε, suspice, admirare, hoc est, reverere.

32. *Eum qui te fecit.* Creatorem tuum. — *Ministros ejus ne derelinquas.* Sacerdotes ejus, primitiis, decimis, oblationibus ale et sustenta.

33. *Propurga te cum brachiis.* Quasi dicat: Oblationis brachiorum, id est, quas brachiis et manibus tuis offers, purga et expia peccata tua. Ita Rabanus, Lyra, Paladus. Vel sensus est, purga peccata tua offerendo brachia dextra, id est, armos dextros victimarum; hi enim simul cum pectusculo ex victima debebantur sacerdoti in sacrificio pacifico. Levit. 7, 31; et licet sacrificium pacificum primario non purgaret peccata, sed tantum offerretur pro pace, id est, incolumitate et salute domus vel reipublicæ, comitanter tamen et secundario offerebatur quoque pro purgatione peccatorum; pacem enim cum Deo et salutem habere non possumus, nisi habeamus ejus gratiam; gratiam autem habere nequimus, nisi a peccatis purgemur.

34. *Da illis partem... primitiarum.* Sub primitiis etiam decimas intellige. — *Sicut mandatum est tibi.* Levit. 2, 3; Num. 18, 15. — *Et purgationis.* Vel intelligit victimas pro purgatione leprosi, menstruatæ, aut alia ratione immundi, lege veteri præceptas, ut vult Jansenius. Vel intelligit portionem victimarum quæ pro purgatione peccati offerebantur. — *De negligentia tua.* Delicto ignoranter, imprudenter, aut per oblivionem admisso. — *Purga te cum paucis.* Paucis præsentibus, ut aperiens peccatum tuum coram paucis melius consulas famæ tuæ, nec illos scandalizes. Alii τὸ *paucis* explicant de paucitate victimarum, quasi dicens: Paucis victimis et sumptibus te purga si pauper es, nec habes multa et magna quæ offeras. Sic Rabanus, Jansenius, Emman. Sa.

35. *Datum brachiorum tuorum.* Armorum scilicet dexterorum, qui sacerdoti debebantur, ut dixi n. 33. — *Sacrificium sanctificationis.* Vel intellige holocaustum quod totum sanctificatur Domino; vel sacrificia quæ offerebant Hebræi cum se in Nazaræos ad tempus vel perpetuo consecrabant et sanctificabant; vel quodcumque sacrificium votivum rei Deo promissione sanctificatæ et consecratæ. — *Et initia sanctorum.* Græce, ἀπαρχὴν ἁγίων, *primitias sanctorum;* ubi nota illud *sanctorum* neutrum esse, non masculinum, quasi dicat: Rerum sanctarum. Sermo est, vel de decimis decimarum præceptis Deut. 14, 22: vide dicta 12, 17: vel de donis et oblationibus pro templo, hoc est, pro ejus sartistectis, ornatu, vasis, supellectili, panibus, oleo, etc. Nam *sanctum*, vel in plurali *sancta*, templum sive tabernaculum dicitur ob eximiam ejus sanctitatem. Et Hebræi omnia dona et oblationes quæ Deo offeruntur, primitias appellant.

36. *Et pauperi porrige manum tuam.* Non sacerdotibus tantum benefaciendum, illis dando primitias, etc., sed communibus etiam pauperibus largiendum. — *Ut perficiatur.* Perfecta sit et absoluta. — *Propitiatio.* Qua tibi Deum propitium reddis. — *Et benedictio tua.* Beneficentia, liberalitas, largitas tua.

37. La libéralité est agréable à tous ceux qui vivent ; et n'empêchez pas qu'elle s'étende sur les morts.

38. Ne manquez pas à consoler ceux qui sont dans la tristesse ; et pleurez avec ceux qui pleurent.

39. Ne soyez point paresseux à visiter les malades ; car c'est ainsi que vous vous affermirez dans la charité.

40. Souvenez-vous dans toutes vos actions, de votre dernière fin, et vous ne pècherez jamais.

37. Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.

38. a Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. [a *Rom.* 12. 15.]

39. a Non te pigeat visitare infirmum ; ex his enim in dilectione firmaberis. [a *Matth.* 25. 36.]

40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.

CHAPITRE VIII.

Ne point avoir de démêlé avec un homme puissant. Ne point faire de reproches à celui qui se corrige. Écouter les sages et les vieillards. Ne point imiter les passions des méchants. Ne pas découvrir son secret à un étranger.

1. N'ayez rien à démêler avec un homme puissant, de peur que vous ne tombiez entre ses mains.

2. Ne disputez point avec un homme riche, de peur qu'il ne vienne à vous faire un procès.

3. Car l'or et l'argent en ont perdu plusieurs ; et leur pouvoir s'étend même jusqu'au cœur des rois pour les faire pencher où l'on veut.

4. Ne disputez pas avec un grand parleur, et ne mettez pas davantage de bois dans son feu.

5. N'ayez point de commerce avec un homme mal instruit, de peur qu'il ne parle mal de votre race.

6. Ne méprisez point un homme qui se retire du péché, et ne lui en faites point de reproches ; souvenez-vous que nous avons tous mérité le châtiment.

7. Ne méprisez point un homme dans sa vieil-

1. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.

2. a Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi : [a *Matth.* 25. 25.]

3. a Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque ad cor regum extendit et convertit. [a *Infr.* 31. 6.]

4. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.

5. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.

6. Ne despicias hominem avertentem se a peccato, a neque improperes ei ; memento quoniam omnes in correptione sumus. [a *II. Cor.* 2. 6. *Gal.* 6. 1.]

7. a Ne spernas hominem in sua se-

37. *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Rendez-leur les derniers devoirs, portez sur leurs tombeaux des viandes pour les pauvres et les passants (Tob., IV, 18), et faites des offrandes dans le temple pour le repos de leur âme, comme on le voit (II. Mach., XII, 43).

Cap. VIII. — 1. *Ne litiges cum homine potente.* D'après le Sage, il y a un certain nombre d'hommes avec lesquels il ne faut pas avoir d'affaires ; ce sont les riches et les puissants, les grands parleurs et les méchants qui ne craignent pas de recourir à la calomnie pour attaquer leurs adversaires.

---

37. *Gratia dati in conspectu omnis viventis.* Quasi dicat : Datum sive donum gratum est omni viventi. * Liberalitas homines gratiosos facit, non tantum apud eos qui acceperunt, sed etiam apud alios. — *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Gratia tua, beneficentia et liberalitas etiam ad mortuos porrigatur per eleemosynas et sacrificia, etc.

38 *Et cum lugentibus ambula.* Flendum cum flentibus, ut monet S. Paulus Rom. 12. 15.

39. *In dilectione firmaberis.* Amaberis, ut habent græca, ἀγαπηθήσῃ, diligeris.

40. *Novissima tua.* Quæ te in fine manent : mortem, judicium, æternas pœnas aut gloriam.

Cap. VIII. — 1. *Ne forte incidas in manus illius.* Ne succumbas.

2. *Constituat litem tibi.* Græce, *ne forte constituat contra te pondus.* Ne te gravet et opprimat potentia et divitiis, testes aut judices iniquos pecuniis contra te subornet, et efficiat ut in contrariam tibi partem inclinent posito auri pondere, ad eum modum quo bilances in eam inclinantur partem quæ majori pondere gravata est.

3. *Et usque ad cor regum extendit.* Suam scilicet vim et efficacitatem. — *Et convertit,* Inflectit, mutat, ut justitiam deserant.

4. *Et non strues in ignem illius ligna.* Si litiges cum linguato, perinde facis ac si ligna igni suggeras, majus enim excitatur incendium contentionum.

5. *Homini indocto.* Græce, ἀπαιδεύτῳ, id est, indisciplinato. — *Ne male de progenie tua loquatur.* Ne si quod dedecus est aut macula generis tui, ille tibi objiciat.

6. *Neque improperes ei.* Peccata scilicet prius admissa, quorum illum modo pœnitet, et a quibus avertit se. — *In correptione.* In peccato, propter quod et nos ipsi corripere debemus, et ab aliis corripi meremur.

7. *Etenim ex nobis senescunt.* Quasi dicat : Senes prodeunt ex nobis, suntque nostræ ætatis et cœtus complementum et perfectio : et quæ modo tibi in sene aliqua videntur despicienda, aut ridenda, eadem illa tibi nisi præmoriaris, contingere possunt cum senueris.

nectute ; etenim ex nobis senescunt. [a *Levit.* 19. 32.]

8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere ; sciens quoniam omnes morimur, et in gaudium nolumus venire.

9. Ne a despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare ; [a *Supr.* 6. 35.]

10. Ab ipsis enim disces sapientiam, et doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela.

11. Non te prætereat narratio seniorum ; ipsi enim didicerunt a patribus suis ;

12. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.

13. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

14. Ne contra faciem stes contumeliosi ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

15. a Noli fœnerari homini fortiori te ; quod si fœneraveris, quasi perditum habe. [a *Inf.* 29. 4.]

16. Non spondeas super virtutem tuam ; quod si spoponderis, quasi restituens cogita.

17. Non judices contra judicem ; quoniam secundum quod justum est judicat.

18. a Cum audace non eas in via, ne

lesse : car ceux qui vieillissent ont été comme nous.

8. Ne vous réjouissez point de la mort de votre ennemi : considérez que nous mourrons tous, et que nous ne voulons point devenir un sujet de joie.

9. Ne méprisez point les discours des sages (vieillards), mais entretenez-vous de leurs maximes.

10. Car vous apprendrez d'eux la sagesse (la doctrine qui donne l'intelligence), et l'art de servir les grands d'une manière irrépréhensible.

11. Ne négligez point les entretiens des vieillards, parce qu'ils ont ouï de leurs pères ;

12. Car vous apprendrez d'eux à avoir de l'intelligence, et à répondre lorsqu'il en sera temps.

13. N'allumez point les charbons des pécheurs, (en les reprenant), de peur que le feu (de leurs péchés) ne vous consume par ses flammes.

14. Ne résistez point en face à un homme insolent, de peur qu'il ne s'applique à tendre des pièges à vos paroles.

15. Ne prêtez point d'argent à un homme plus puissant que vous. Que si vous lui en avez prêté, tenez-le pour perdu.

16. Ne répondez point pour un autre, au-dessus de vos forces. Que si vous avez répondu, mettez-vous en peine, comme étant déjà obligé de satisfaire.

17. Ne jugez point au désavantage du juge, parce qu'il prononce selon ce qui est juste.

18. Ne vous engagez point à aller avec un

15. *Quasi perditum habe.* Le prêt dans les sociétés anciennes ne se faisait pas dans les mêmes conditions que dans nos sociétés modernes. Le prêteur n'était pas protégé par la loi, et le puissant abusait trop souvent de sa supériorité.

17. *Non judices contra judicem.* Le P. de Carrières ajoute : N'ayez point de procès avec lui, parce qu'il obtiendra son arrêt tel qu'il le voudra. C'est le sens du Grec : Ne plaidez point contre un juge, car on le jugera selon sa pensée ou selon son désir.

18. *Cum audace non eas in via.* Ne vous engagez point avec ces personnes audacieuses qui entreprennent hardiment de conduire les âmes et qui se chargent avec joie d'un fardeau que les plus grands saints ont considéré comme une montagne prête de les accabler à moins que Dieu, qui les avait appelés à ces grandes charges ne les soutînt par sa main toute-puissante. Prenez garde que le mal qu'il commettra ne retombe sur vous, et lorsqu'il veut vous servir de guide, étant aveugle lui-même, ne vous aveuglez pas volontairement pour le suivre. Car il se conduira, non selon la lumière de Dieu, mais selon les égarements de sa passion. Vous vous mettrez en danger de périr avec lui par sa témérité présomptueuse et par votre crédulité indiscrète (Sacy).

---

8. *Et in gaudium nolumus venire.* Ægre ferimus si de morte nostra alii gaudeant.

9. *Presbyterorum.* Senum. — *In proverbiis eorum conversare.* Proverbia vocantur adagia, apologi, similitudines, apophthegmata, sententiæ et alia hujusmodi quibus hominum mores formantur, quæ frequenter in suis sermonibus usurpant senes.

10. *Doctrinam intellectus.* Prudentiam, qua quis intelligenter, id est, prudenter cum quibuslibet versatur et munia sua peragat. — *Magnatis.* Principibus, proceribus. — *Sine querela.* Græce, εὐμαρῶς, faciliter, dextre et cum prospero successu.

12. *Intellectum.* Prudentiam. — *Dare responsum.* Aptum, congruum, sapiens.

13. *Non incendas carbones peccatorum.* Peccatorem qui abstrahi omnino non vult a peccato ne arguas, ne tua correptio sit quasi flatus suscitans sopitum ignem et carbones accendens. — *Et ne incendaris flamma.* Ne ab illo irato et excandescente lædaris.

14. *Ne contra faciem stes contumeliosi.* Contra faciem stare, et rixari, jurgari. Italice dicimus, contrastare. — *Ne sedeat quasi insidiator ori tuo.* Ne ipse omnia tua verba observans, occasionem quærat te in verbo aliquo ad malum sensum detorto capiendi.

15. *Fœnerari.* Mutuo dare. Fœnus enim in bonam partem accipitur aliquando in Scriptura. — *Fortiori te.* Potentiori.

16. *Super virtutem tuam.* Supra vires tuas. — *Si spoponderis, quasi restituens cogita.* Sæpe enim fit ut fidejussores solvere ipsi cogantur.

17. *Non judices contra judicem.* Ne temere illum quasi injustum judices, cum causam latæ sententiæ ignores ; neque enim quisquam prudenter de qualibet re sententiam fert, nisi omnia cognoverit et edoctus fuerit.

18. *Cum audace.* Temerario, feroci. — *Ne forte gravet mala sua in te.* Ne in te, vel in alios injurius sit ; tuque tanquam illius comes quasi culpæ particeps pœnæ cum illo subjiciaris. — *Secundum voluntatem suam vadit.* Sequitur cupiditates et temeritatem suam, quæ te et illum perdent.

37. La libéralité est agréable à tous ceux qui vivent: et n'empêchez pas qu'elle s'étende sur les morts.

38. Ne manquez pas à consoler ceux qui sont dans la tristesse; et pleurez avec ceux qui pleurent.

39. Ne soyez point paresseux à visiter les malades; car c'est ainsi que vous vous affermirez dans la charité.

40. Souvenez-vous dans toutes vos actions, de votre dernière fin, et vous ne pécherez jamais.

37. Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.

38. [a] Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. [a *Rom.* 12. 15.]

39. [a] Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in dilectione firmaberis. [a *Matth.* 25. 36.]

40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.

CHAPITRE VIII

Ne point avoir de démêlé avec un homme puissant. Ne point faire de reproches à celui qui se corrige. Écouter les sages et les vieillards. Ne point imiter les passions des méchants. Ne pas découvrir son secret à un étranger.

1. N'ayez rien à démêler avec un homme puissant, de peur que vous ne tombiez entre ses mains.

2. Ne disputez point avec un homme riche, de peur qu'il ne vienne à vous faire un procès.

3. Car l'or et l'argent en ont perdu plusieurs; et leur pouvoir s'étend même jusqu'au cœur des rois pour les faire pencher où l'on veut.

4. Ne disputez pas avec un grand parleur, et ne mettez pas davantage de bois dans son feu.

5. N'ayez point de commerce avec un homme mal instruit, de peur qu'il ne parle mal de votre race.

6. Ne méprisez point un homme qui se retire du péché, et ne lui en faites point de reproches; souvenez-vous que nous avons tous mérité le châtiment.

7. Ne méprisez point un homme dans sa vieil-

1. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.

2. [a] Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi: [a *Matth.* 25. 25.]

3. [a] Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque ad cor regum extendit et convertit. [a *Infr.* 31. 6.]

4. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.

5. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.

6. Ne despicias hominem avertentem se a peccato, [a] neque improperes ei; memento quoniam omnes in correptione sumus. [a *II. Cor.* 2. 6. *Gal.* 6. 1.]

7. [a] Ne spernas hominem in sua se-

37. *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Rendez-leur les derniers devoirs, portez sur leurs tombeaux des viandes pour les pauvres et les passants (Tob., IV, 18), et faites des offrandes dans le temple pour le repos de leur âme, comme on le voit (II. Mach., XII, 43).

CAP. VIII. — 1. *Ne litiges cum homine potente.* D'après le Sage, il y a un certain nombre d'hommes avec lesquels il ne faut pas avoir d'affaires; ce sont les riches et les puissants, les grands parleurs et les méchants qui ne craignent pas de recourir à la calomnie pour attaquer leurs adversaires.

---

37. *Gratia dati in conspectu omnis viventis.* Quasi dicat: Datum sive donum gratum est omni viventi. * Liberalitas homines gratiosos facit, non tantum apud eos qui acceperunt, sed etiam apud alios. — *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Gratia tua, beneficentia et liberalitas etiam ad mortuos porrigatur per eleemosynas et sacrificia, etc.

38 *Et cum lugentibus ambula.* Flendum cum flentibus, ut monet S. Paulus Rom. 12. 15.

39. *In dilectione firmaberis.* Amaberis, ut habent græca, ἀγαπηθήσῃ, diligeris.

40. *Novissima tua.* Quæ te in fine manent: mortem, judicium, æternas pœnas aut gloriam.

CAP. VIII. — 1. *Ne forte incidas in manus illius.* Ne succumbas.

2. *Constituat litem tibi.* Græce, *ne forte constituat contra te pondus.* Ne te gravet et opprimat potentia et divitiis, testes aut judices iniquos pecuniis contra te subornet, et efficiat ut in contrariam tibi partem inclinent posito auri pondere, ad eum modum quo bilances in eam inclinantur partem quæ majori pondere gravata est.

3. *Et usque ad cor regum extendit.* Suam scilicet vim et efficacitatem. — *Et convertit.* Inflectit, mutat, ut justitiam deserant.

4. *Et non strues in ignem illius ligna.* Si litiges cum linguato, perinde facis ac si ligna igni suggeras, majus enim excitatur incendium contentionum.

5. *Homini indocto.* Græce, ἀπαιδεύτῳ, id est, indisciplinato. — *Ne male de progenie tua loquatur.* Ne si quod dedecus est aut macula generis tui, ille tibi objiciat.

6. *Neque improperes ei.* Peccata scilicet prius admissa, quorum illum modo pœnitet, et a quibus avertit se. — *In correptione.* In peccato, propter quod et nos ipsi corripere debemus, et ab aliis corripi meremur.

7. *Etenim ex nobis senescunt.* Quasi dicat: Senes prodeunt ex nobis, suntque nostræ ætatis et cœtus complementum et perfectio: et quæ modo tibi in sene aliquo videntur despicienda, aut ridenda, eadem illa tibi nisi præmoriaris, contingere possunt cum senueris.

nectute; etenim ex nobis senescunt. [a *Levit.* 19. 32.]

8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere; sciens quoniam omnes morimur, et in gaudium nolumus venire.

9. Ne [a] despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare; [a *Supr.* 6. 35.]

10. Ab ipsis enim disces sapientiam, et doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela.

11. Non te prætereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt a patribus suis;

12. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.

13. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

14. Ne contra faciem stes contumeliosi ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

15. [a] Noli fœnerari homini fortiori te; quod si fœneraveris, quasi perditum habe. [a *Inf.* 29. 4.]

16. Non spondeas super virtutem tuam; quod si spoponderis, quasi restituens cogita.

17. Non judices contra judicem; quoniam secundum quod justum est judicat.

18. [a] Cum audace non eas in via, ne

lesse: car ceux qui vieillissent ont été comme nous.

8. Ne vous réjouissez point de la mort de votre ennemi: considérez que nous mourrons tous, et que nous ne voulons point devenir un sujet de joie.

9. Ne méprisez point les discours des sages (vieillards), mais entretenez-vous de leurs maximes.

10. Car vous apprendrez d'eux la sagesse (la doctrine qui donne l'intelligence), et l'art de servir les grands d'une manière irrépréhensible.

11. Ne négligez point les entretiens des vieillards, parce qu'ils ont ouï de leurs pères;

12. Car vous apprendrez d'eux à avoir de l'intelligence, et à répondre lorsqu'il en sera temps.

13. N'allumez point les charbons des pécheurs, (en les reprenant), de peur que le feu (de leurs péchés) ne vous consume par ses flammes.

14. Ne résistez point en face à un homme insolent, de peur qu'il ne s'applique à tendre des pièges à vos paroles.

15. Ne prêtez point d'argent à un homme plus puissant que vous. Que si vous lui en avez prêté, tenez-le pour perdu.

16. Ne répondez point pour un autre, au-dessus de vos forces. Que si vous avez répondu, mettez-vous en peine, comme étant déjà obligé de satisfaire.

17. Ne jugez point au désavantage du juge, parce qu'il prononce selon ce qui est juste.

18. Ne vous engagez point à aller avec un

15. *Quasi perditum habe.* Le prêt dans les sociétés anciennes ne se faisait pas dans les mêmes conditions que dans nos sociétés modernes. Le prêteur n'était pas protégé par la loi, et le puissant abusait trop souvent de sa supériorité.

17. *Non judices contra judicem.* Le P. de Carrières ajoute: N'ayez point de procès avec lui, parce qu'il obtiendra son arrêt tel qu'il le voudra. C'est le sens du Grec: Ne plaidez point contre un juge, car on le jugera selon sa pensée ou selon son désir.

18. *Cum audace non eas in via.* Ne vous engagez point avec ces personnes audacieuses qui entreprennent hardiment de conduire les âmes et qui se chargent avec joie d'un fardeau que les plus grands saints ont considéré comme une montagne prête de les accabler à moins que Dieu, qui les avait appelés à ces grandes charges ne les soutînt par sa main toute-puissante. Prenez garde que le mal qu'il commettra ne retombe sur vous, et lorsqu'il veut vous servir de guide, étant aveugle lui-même, ne vous aveuglez pas volontairement pour le suivre. Car il se conduira, non selon la lumière de Dieu, mais selon les égarements de sa passion. Vous vous mettrez en danger de périr avec lui par sa témérité présomptueuse et par votre crédulité indiscrète (Sacy).

---

8. *Et in gaudium nolumus venire.* Ægre ferimus si de morte nostra alii gaudeant.

9. *Presbyterorum.* Senum. — *In proverbiis eorum conversare.* Proverbia vocantur adagia, apologi, similitudines, apophthegmata, sententiæ et alia hujusmodi quibus hominum mores formantur, quæ frequenter in suis sermonibus usurpant senes.

10. *Doctrinam intellectus.* Prudentiam, qua quis intelligenter, id est, prudenter cum quibuslibet versatur et munia sua peragat. — *Magnatis.* Principibus, proceribus. — *Sine querela.* Græce, εὐμαρῶς, faciliter, dextre et cum prospero successu.

12. *Intellectum.* Prudentiam. — *Dare responsum.* Aptum, congruum, sapiens.

13. *Non incendas carbones peccatorum.* Peccatorem qui abstrahi omnino non vult a peccato ne arguas, ne tua correptio sit quasi flatus suscitans sopitum ignem et carbones accendens. — *Et ne incendaris flamma.* Ne ab illo irato et excandescente lædaris.

14. *Ne contra faciem stes contumeliosi.* Contra faciem stare, et rixari, jurgari. Italice dicimus, *contrastare.* — *Ne sedeat quasi insidiator ori tuo.* Ne ipse omnia tua verba observans, occasionem quærat te in verbo aliquo ad malum sensum detorto capiendi.

15. *Fœnerari.* Mutuo dare. Fœnus enim in bonam partem accipitur aliquando in Scriptura. — *Fortiori te.* Potentiori.

16. *Super virtutem tuam.* Supra vires tuas. — *Si spoponderis, quasi restituens cogita.* Sæpe enim fit ut fidejussores solvere ipsi cogantur.

17. *Non judices contra judicem.* Ne temere illum quasi injustum judices, cum causam latæ sententiæ ignores; neque enim quisquam prudenter de qualibet re sententiam fert, nisi omnia cognoverit et edoctus fuerit.

18. *Cum audace.* Temerario, feroci. — *Ne forte gravet mala sua in te.* Ne in te, vel in alios injurius sit; tuque tanquam illius comes quasi culpæ particeps pœnæ cum illo subjiciaris. — *Secundum voluntatem suam vadit.* Sequitur cupiditates et temeritatem suam, quæ te et illum perdent.

homme audacieux, de peur qu'il ne fasse retomber sur vous le mal qu'il fera ; car il se conduira suivant sa passion, et vous périrez avec lui par sa folie.

19. Ne faites point de querelle avec un homme colère, et n'allez point avec l'audacieux dans un lieu désert : car ce n'est rien pour lui de répandre le sang ; et lorsque vous vous trouverez sans secours, il vous écrasera.

20. Ne délibérez point de vos affaires avec des fous : car ils ne pourront aimer que ce qui leur plaît.

21. Ne traitez rien de secret devant un étranger ; car vous ne savez ce qu'il enfantera un jour.

22. Ne découvrez point votre cœur à toutes sortes de personnes, de peur que celui *à qui vous vous fiez* ne soit un faux ami (et qu'il ne médise ensuite de vous).

forte gravet mala sua in te ; ipse enim secundum voluntatem suam vadit, et simul cum stultitia illius peries. [*a Gen.* 4. 8.]

19. *a* Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum ; quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, et ubi non est adjutorium, elidet te. [*a Prov.* 22. 24.]

20. Cum fatuis consilium non habeas ; non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.

21. Coram extraneo ne facias consilium ; nescis enim quid pariet.

22. Non omni homini cor tuum manifestes ; ne forte inferat tibi gratiam falsam, et convicietur tibi.

CHAPITRE IX.

De la conduite à tenir envers les femmes. Conserver ses anciens amis. Ne point envier la gloire des méchants. S'éloigner des grands. Se lier avec les sages.

1. Ne soyez point jaloux de la femme qui vous est unie, de peur qu'elle n'emploie contre vous la malice que vous lui aurez apprise.

2. Ne rendez point la femme maîtresse de votre esprit, de peur qu'elle ne prenne l'autorité qui vous appartient, et que vous ne tombiez dans la honte.

3. Ne regardez point une femme volage dans ses désirs, de peur que vous ne tombiez dans ses filets.

4. Ne vous trouvez pas souvent avec une femme qui danse, (et ne l'écoutez pas), de peur que vous ne périssiez par la force de ses charmes.

1. Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.

2. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, et confundaris.

3. Ne respicias mulierem multivolam ; ne forte incidas in laqueos illius.

4. Cum saltatrice ne assiduus sis ; nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.

CAP. IX. — 4. *Cum saltatrice.* D'après le Grec : Une femme qui chante ou qui joue des instruments. L'expérience prouve que ces relations ne sont pas sans danger, et que trop souvent les hommes s'y laissent prendre.

---

19. *Non eas in desertum.* Ne te solum opprimat ; quam hoc verum sit satis ostendit Abelis exemplum a Caino occisi.

20. *Non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.* Fatua scilicet periculosa, damnosa, quod habemus in vulgata, *diligere*, in græco est, λόγον στέξαι, quod significat *tegere secretum*, sed noster legit στέρξαι, quod est diligere.

21. *Coram extraneo ne facias consilium.* Græce est κρυπτόν, id est, secretum, vel occultandum. — *Nescis enim quid pariet.* Nescis quid ex visis, vel auditis a te, tanquam ex concepto semine apud se machinabitur, et tandem suo tempore edet in tuam perniciem.

22. *Inferat tibi gratiam falsam.* Benevolentiam fictam ostendat. Vel gratiam falsam appellat gratiam malam, quasi dicat : Pro bona gratia quia illi cor aperis, malam gratiam rependat. — *Et convicietur tibi.* Reponat pro gratia contumeliam aut convicium, ac de te obloquatur, et quæ agis damnet, carpat, rideat.

CAP. IX. — 1. *Non zeles mulierem sinus tui.* Ne sis zelotypus uxoris tuæ. — *Ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.* Ne scilicet te decipiat, veneno perimat, aliterve noceat, vel certe odio habeat, et utatur doctrina nequam, quam veluti veneficæ et lenæ juvenculas docent.

2. *Potestatem animæ tuæ.* Ne permittas uxorem potestatem exercere, ut ipsa, quæ subdita esse debet, dominetur animæ tuæ, id est, tibi. — *Et confundaris.* Marito enim pudendum est si sub potestate sit uxoris suæ.

3. *Mulierem multivolam.* Quæ multos vult, amasios scilicet ; meretricem, et ut est in græco, ἑταιριζομένῃ.

4. *Cum saltatrice.* Græca habent, *cum cantatrice.* Sæpe eædem mulieres et cantatrices et saltatrices sunt. — *Ne assiduus sis.* Est liptote, sive miosis. Sensus enim est : eas fuge et aversare. — *In efficacia illius.* Magnam enim habent illecebram saltationes cantusque mulierum, quod satis patet exemplo Herodis qui saltatricis postulatu caput amputavit S. Joanni Baptistæ.

5. *a* Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. [*a Gen.* 6. 2.]

6. *a* Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te, et hæreditatem tuam. [*a Prov.* 5. 2.]

7. Noli circumspicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius.

8. *a* Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam. [*a Gen.* 34. 2. *II. Reg.* 11. 4. et 13. 1. *Matth.* 5. 28.]

9. Propter speciem mulieris multi perierunt ; et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

10. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.

11. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt ; colloquium enim illius quasi ignis exardescit.

12. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.

13. Et non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, et sanguine tuo labaris in perditionem.

14. Ne derelinquas amicum antiquum ; novus enim non erit similis illi.

15. Vinum novum, amicus novus ; veterascet, et cum suavitate bibes illud.

16. *a* Non zeles gloriam et opes pec-

5. N'arrêtez point vos yeux sur une fille, de peur que sa beauté ne vous devienne un sujet de chute.

6. N'abandonnez en aucune sorte votre âme aux femmes prostituées, de peur que vous ne vous perdiez, *vous* et votre bien.

7. Ne jetez point les yeux de tous côtés dans les rues de la ville, et ne vous promenez pas de place en place ;

8. Détournez vos yeux d'une femme parée, et ne regardez point curieusement une beauté étrangère.

9. Plusieurs se sont perdus par la beauté de la femme ; car c'est par là que la concupiscence s'embrase comme un feu.

10. Toute femme prostituée est comme de l'ordure dans un chemin, qui est foulée aux pieds de tous les passants.

11. Plusieurs ayant été surpris par la beauté d'une femme étrangère, ont été rejetés de Dieu ; car l'entretien de ces femmes brûle comme un feu).

12. Ne vous asseyez jamais avec la femme d'un autre ; (et ne soyez point à table avec elle, appuyé sur le coude) :

13. Et ne disputez point avec elle en buvant du vin, de peur que votre cœur ne se tourne vers elle, et que votre affection ne vous fasse tomber dans la perdition.

14. Ne quittez point un ancien ami ; car le nouveau ne lui sera pas semblable.

15. Le nouvel ami est un vin nouveau ; il vieillira, et vous le boirez avec plaisir.

16. N'enviez pas la gloire ni les richesses du

6. *Ne perdas te et hæreditatem tuam.* L'homme perd tout dans ce commerce infâme, son honneur, sa considération, souvent sa santé et toujours sa fortune. — *Qui alit meretrices perdit opes* (Prov., XXIX, 3). Plaute dit : *Intimum esse mulieribus amantis multò pessimum esse pecuniæ.*

12. *Nec accumbas cum ea super cubitum.* L'auteur fait allusion à la manière dont on était à table, couché sur des lits et appuyé sur le coude. La seconde partie du verset, dans la Vulgate, explique la première, et montre en quel sens le Sage défend de s'asseoir avec une femme.

13. *Et sanguine tuo labaris in perditionem.* On peut aussi entendre ceci de l'effusion réelle du sang et de la mort temporelle, puisque, chez les Hébreux, la loi punissait de mort l'adultère.

---

5. *Scandalizeris.* In ruinam luxuriæ traharis.

6. *Fornicariis.* Meretricibus. Græce, πόρναις. — *Animam tuam.* Teipsum. — *In ullo.* Nec aspectu, nec colloquio, nec alia ulla consuetudine. — *Ne perdas te.* Quia fornicatio enervat corpus, famam maculat, conscientiam æternæ damnationis ream facit. — *Et hæreditatem tuam.* Quia meretrices pecuniarum omniumque bonorum inexplebiles voragines sunt.

7. *Noli circumspicere.* Hæc enim curiositas damnum afferet, si contingat te in formosam mulierem oculos intendere.

8. *Muliere compta.* Græce, *formosa.* — *Speciem alienam.* Pulchritudinem alienam. Mulieris enim pulchritudo mariti est, non illam cupide aspicientis adulteri.

9. *Perierunt.* Græce, ἐπλανήθησαν, *erraverunt.*

10. *Quasi stercus in via.* Quid enim vilius despicabiliusque scorto esse potest !

11. *Reprobi.* Improbi. — *Exardescit.* Exurit.

12. *Cum aliena.* Quæ scilicet matrimonio juncta est. — *Nec accumbas cum ea super cubitum.* Suadet ne vir assideat uxori alterius, præsertim in mensa, in eodem lectulo recumbendo in sinu illius, aut vice versa ; quia omnis hujusmodi contactus et vicinitas habet illecebram.

13. *Non alterceris cum illa in vino.* Ad propinationes invitando et haustum largiorem vini, cum illa garriendo, jocando, etc. * In græco est : μὴ συμβολοκοπήσῃς μετ' αὐτῆς ἐν οἴνῳ. Est autem συμβολοκοπεῖν edere de symbolis. Ne des symbola ad instruendum cum illa convivium. Neve cum illa convivaris. — *Sanguine tuo labaris in perditionem.* Ne sanguine tuo luas quæ peccaveris, marito illius injurias suas aut suspiciones injuriæ vindicante.

14. *Non erit similis illi.* Vetus enim magis cognitus est, et plus illi fidere possumus.

15. *Veterascet, et cum suavitate bibes illud.* Pari ratione, cum diuturno tempore amicum probaveris, non solum tibi jucundus erit, sed etiam utilis ; fidere enim illi poteris, et arcana pectoris tui cum illo tuto communicare, etc.

16. *Non zeles gloriam.* Ne invideas, hoc est quod dicitur in Psalm. 36, 1 : *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem.* *Illius subversio.* Græce, καταστροφή, finis enim aut exitus, quæ futura sit ultima quasi fabulæ pars.

pécheur; car vous ne savez quelle sera sa ruine.

17. N'approuvez point la violence des injustes; sachez que l'impie déplaira à Dieu jusqu'au tombeau.

18. Tenez-vous bien loin de celui qui a le pouvoir de faire mourir; et par là vous vous mettrez hors d'état de craindre la mort.

19. Si vous approchez de lui, prenez garde de ne rien faire mal à propos, de peur qu'il ne vous ôte la vie.

20. Souvenez-vous que la mort est proche, parce que vous marchez au milieu des piéges et au travers des armes d'ennemis pleins de colère.

21. Examinez autant que vous le pourrez ceux qui vous approchent, et prenez conseil de ceux qui sont sages et prudents.

22. Invitez à votre table des hommes justes, et mettez votre gloire à craindre Dieu.

23. Que la pensée de Dieu occupe tout votre esprit, et que tous vos entretiens soient des commandements du Très-Haut.

24. Les ouvriers s'acquièrent de l'estime par l'ouvrage de leurs mains, le prince du peuple par la sagesse de ses discours, et les vieillards par le sens de leurs paroles.

25. Le grand parleur sera terrible dans sa ville; et l'homme précipité dans ses discours sera haï.

catoris; non enim scis quæ futura sit illius subversio. [a *Judic.* 9. 4. *II. Reg.* 15. 10.]

17. Non placeat tibi injuria injustorum, sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius.

18. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, et non suspicaberis timorem mortis.

19. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam.

20. Communionem mortis scito; quoniam in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis.

21. Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo, et cum sapientibus et prudentibus tracta.

22. Viri justi sint tibi convivæ, et in timore Dei sit tibi gloriatio.

23. Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, et omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.

24. In manu artificum opera laudabuntur, et princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum.

25. Terribilis est in civitate sua homo linguosus; et temerarius in verbo suo odibilis erit.

22. *Viri justi sint tibi convivæ.* Il y a toujours beaucoup à craindre dans le commerce que l'on a avec les hommes. C'est pourquoi tous les saints nous recommandent avec tant de soin de nous retirer autant que nous pourrons, et de vivre comme des malades à qui la compagnie des autres malades est dangereuse, et qui ne doivent penser qu'à être seuls et à se guérir. Comme nous devons fuir la compagnie de ceux dont les entretiens ne peuvent que nous affaiblir encore davantage, nous devons toujours consulter les sages de la sagesse de Dieu, qui nous donneront des remèdes pour guérir nos plaies et aimer la compagnie des hommes justes, qui, dans leur silence même, nous parleront par l'exemple de leur vertu et par le réglement de toute leur vie (Sacy).

---

17. *Injuria injustorum.* Quam scilicet injusti inferunt. — *Quoniam usque ad inferos non placebit impius.* Non perpetuo, nec usque ad mortem sibi aut tibi placebit impius; erit enim rerum catastrophe et mutatio in deterius.

18. *Ab homine potestatem habente occidendi.* Principe, aut tyranno.

20. *Communionem mortis scito.* Agere cum principe aut tyranno idem est ac communicare et versari cum morte. — *Super dolentium arma ambulabis.* Inter dolentium, hoc est, iratorum arma ambulabis; quare nihil facilius quam ut armis illis pereas. In græco est ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεως, per pinas murorum urbis, quod periculosissimum est, ne scilicet impetaris armis et telis eorum qui inferne urbem obsident; quem sensum exhibere mihi videtur noster interpres cum ait: *Super dolentium arma ambulabis.*

21. *Cave te a proximo tuo.* Ne scilicet nimium illi fidas.

23. *In sensu sit tibi cogitatus Dei.* Cum prudentia et sapientia de Deo cogita, ne cogitatio tua sit erronea, absona, absurda, Deo indigna, aut a veritate abhorrens. — *Enarratio tua.* Sermones tui.

24. *In manu artificum opera laudabuntur.* Opera mechanica laudantur propter artificum eruditas manus quæ illa elaborarunt et perfecerunt. — *In sensu.* Et verba seniorum laudantur, cum prudentia sunt et sapientia.

25. *Terribilis est in civitate sua homo linguosus.* Nemo enim est qui sibi ab illo non timeat, ne forte configatur dicterio aut maledicto, aut famam laceret. — *Temerarius in verbo.* Græce, προπετής, præceps, effusus, effrenis, petulans. — *Odibilis erit.* Odium omnium in se provocat, omnium meretur odium.

CHAPITRE X

Des avantages d'un bon gouvernement. De l'orgueil. De l'avarice. Parallèle entre le riche et le pauvre.

1. Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.

2. *a* Secundum judicem populi, sic et ministri ejus; et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea. [a *Prov.* 29. 12.]

3. *a* Rex insipiens perdet populum suum; et civitates inhabitabuntur per sensum potentium. [a *III. Reg.* 12. 13.]

4. In manu Dei potestas terræ; et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

5. In manu Dei prosperitas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.

6. *a* Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ. [a *Levit.* 19. 13.]

7. Odibilis coram Deo est et hominibus superbia; et execrabilis omnis iniquitas gentium.

8. *a* Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias, et injurias, et contumelias, et diversos dolos. [a *Dan.* 4. 14.]

9. Avaro autem nihil est scelestius. Quid superbit terra et cinis?

10. Nihil est iniquius quam amare pecuniam; hic enim et animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua.

1. Le juge sage jugera son peuple, et le gouvernement d'un homme sensé demeurera stable.

2. Tel qu'est le juge du peuple, tels sont les ministres, et tel qu'est le prince de la ville, tels sont aussi les habitants.

3. Le roi peu sensé perdra son peuple, et les villes se peupleront par le bon sens de ceux qui les gouvernent.

4. Le pouvoir souverain sur un pays est dans la main de Dieu; et c'est lui qui y suscitera en son temps un prince pour le gouverner utilement.

5. Le bonheur de l'homme est dans la main de Dieu, et c'est lui qui met sur la personne du sage les marques d'honneur qui lui appartiennent.

6. Perdez le souvenir de toutes les injures que vous avez reçues de votre prochain, et ne faites rien par la voie de la violence.

7. L'orgueil est haï de Dieu et des hommes; et toute iniquité des nations est exécrable.

8. Un royaume est transféré d'un peuple à un autre à cause des injustices, des violences, des outrages et des différentes tromperies.

9. Rien n'est plus détestable que l'avare. Pourquoi la terre et la cendre s'élèvent-elles d'orgueil?

10. Il n'y a rien de plus injuste que celui qui aime l'argent; car un tel homme vendrait son âme même, parce qu'il s'est dépouillé tout vivant de ses propres entrailles.

Cap. X. — 1. *Judex sapiens.* Le juge, c'est-à-dire le roi, ou le chef de l'Etat, jugera son peuple avec justice. Toutes les maximes qui suivent devraient être perpétuellement sous les yeux des souverains. En les observant, ils s'épargneraient et ils épargneraient à leur peuple bien des maux.

5. *Super faciem scribæ.* Le scribe, ou secrétaire était un homme lettré. On distinguait trois sortes de scribes; les uns étaient de simples greffiers qui écrivaient les contrats; les seconds étaient des écrivains qui copiaient et expliquaient les livres sacrés. C'étaient les savants et les docteurs d'entre les Hébreux. Les troisièmes étaient les scribes ou secrétaires du roi. Ils dressaient les ordonnances, les édits, les lettres patentes du roi, et ils avaient une grande autorité à la cour. C'est dans ce dernier sens qu'il faut prendre ce mot.

Cap. X. — 1. *Judex sapiens.* Princeps sapiens; principis enim munus præcipuum est judicare. — *Judicabit.* Græce, παιδεύσει, erudiet. — *Stabilis erit.* Græce, τεταγμένη, ordinatus, compositus.

2. *Secundum judicem populi.* Quales principes, talis populus; hic enim ad exemplum principum et majorum componitur.

3. *Sensum.* Prudentiam.

4. *In tempus.* Opportuno tempore.

5. *In manu Dei prosperitas hominis.* Ut scilicet hunc potius quam illum principem faciat, aut a principatu removeat. — *Et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Id est, viro sapienti honorem principatus et gubernationis imponet. Nam vel sapientes principes sunt, vel principibus adsunt ut consiliarii, ut eorum prudentia imperia gubernantur. Scriba apud Hebræos סופר *sopher*, idem est ac sapiens et doctus in lege.

6. *Omnis injuriæ proximi ne memineris.* Græce, μὴ μνησικακήσῃς, cui bene latine respondent nam μῆνις, græcis est ira diuturna et memor. — *In operibus injuriæ.* Per injuriam.

7. *Iniquitas gentium.* Hominum.

8. *Diversos dolos.* Græce, χρήματα δόλια pecunias dolosas, hoc est, dolo ac fraude partas.

9. *Avaro autem nihil est scelestius.* Quia nullum scelus non suadet avaritia et habendæ pecuniæ cupiditas; hinc enim usuræ rapinæ, sacrilegia, homicidia, perjuria, etc. Græce est, ἀνομώτερον, magis exlex, quod magis leges et jura violet. — *Quid superbit terra et cinis?* Cur divitiæ ad superbiam parantur, cum nihil aliud sit homo quam terra et cinis?

10. *Animam suam venalem habet.* Exiguo enim accepto pretio, mortis periculo se exponit et damnationis etiam æternæ. Tales sunt milites aliqui, gladiatores et sicarii, ad scelera

11. Toute puissance subsistera peu; la maladie longue fatigue le médecin.

12. Le médecin coupe un mal qui dure peu; ainsi tel est roi aujourd'hui, qui mourra demain.

13. Quand l'homme sera mort, il aura pour héritage les serpents, les bêtes et les vers.

14. Le commencement de l'orgueil de l'homme est de commettre une apostasie à l'égard de Dieu;

15. Parce que son cœur se retire de celui qui l'a créé: car le principe de tout péché est l'orgueil. Celui qui y demeure attaché sera rempli de malédiction, et il y trouvera enfin sa ruine.

16. C'est pour cela que le Seigneur a couvert d'opprobre les assemblées des méchants, et qu'il les a détruites pour jamais.

17. Dieu a renversé les trônes des princes superbes, et il y a fait asseoir en leur place ceux qui étaient humbles.

18. Dieu a fait sécher les racines des nations superbes, et il a planté ceux d'entre ces mêmes nations qui étaient humbles.

19. Le Seigneur a détruit les terres des nations et il les a renversées jusqu'aux fondements.

20. Il en a fait sécher quelques-unes; il les a exterminées, et il a effacé leur mémoire de dessus la terre.

11. Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat medicum.

12. Brevem languorem præcidit medicus: sic et rex hodie est, et cras morietur.

13. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, et bestias, et vermes.

14. Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo;

15. Quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor ejus; a quoniam initium omnis peccati est superbia; qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, et subvertet eum in finem. [a *Prov.* 18. 12.]

16. Propterea exhonoravit Dominus conventus malorum, et destruxit eos usque in finem.

17. Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis.

18. Radices gentium superbarum arefecit Deus et plantavit humiles ex ipsis gentibus.

19. Terras gentium evertit Dominus, et perdidit eas usque ad fundamentum;

20. Arefecit ex ipsis, et disperdidit eos, et cessare fecit memoriam eorum a terra.

---

patranda exiguo aliquo pretio auctorati. — *Projecit intima sua.* Periculo se exponit ut viscera ejus discerpantur aut ferro trajiciantur. Vel simpliciter, *projecit intima sua*, idem est ac *perdidit se*. Dicitur autem in vita sua projicere animam suam, qui cum vivus sit, vegetus et bene valens, atque ideo a mortis periculo remotus, ipse tamen ultro mortem accersit, et sese in periculum, ῥιψοκινδύνως, ut Græci vocant, immittit.

11. *Omnis potentatus brevis vita.* Nomine potentatus ea imperia significantur quæ potenter et violenter exercentur et tyrannice; hujusmodi enim imperia diuturna esse non solent. — *Languor prolixior gravat medicum.* Ut morbus prolixus medicum gravat; sic diuturna reipublicæ afflictio sub principe impotenter dominante, Deo, qui medici instar habet, molesta est et gravis.

12. *Brevem languorem præcidit medicus.* Deus tyrannum ex humanis cito eximit, ne diuturnitate imperii plus reipublicæ incommodet, atque ita illius brevem languorem facit. Vel etiam brevis languor ille appellatur, qui ægrotum cito conficit, quos morbos medici acutos appellant. Huic morbo similes, tyranni, qui brevi temporis spatio pecunia cives, civibus civitates exhauriunt, et statum reipublicæ, cum primum ad regnum venerunt, pessumdant et evertunt. Hos potissimum Dominus diutius vivere non sinit.

13. *Serpentes, et bestias, et vermes.* Hæc enim animalia in sepulcris cadavera mortuorum depascuntur.

14. *Initium superbiæ hominis, apostare a Deo.* Τὸ *initium*, græce est ἀρχὴ, quæ vox aut initium, aut principatum significat; nosterque interpres vulgatus etiam cum principatum significat, *initium* aliquando vertit, vel *principium*: sic Psal. 109, 3, *tecum principium* idem est ac *tecum principatus*. Sensus ergo erit: apostatare a Deo, et nolle ei subjici, summa superbia est, extrema superbiæ linea et gradus, qui inter reliquos quasi principatum obtineat.

15. *Initium omnis peccati est superbia.* Quasi dicat: Apostasia et recessus a Deo, quæ est ἀρχὴ, id est, principatus et præcipua species superbiæ, est gravissimum peccatum, quia ipsa superbia summum peccatum est, et *initium* ac quidam peccati *principatus*. Quanquam etiam verum est superbiam initium esse omnis peccati; in omni enim peccato quædam inest generalis superbia, qua se homo, ut debet, divinis legibus non subjicit. Vel dicitur initium peccati, quia primi parentes, dum superbe appetunt esse sicut dii, peccato superbiæ hominum primi peccarunt; et ante hos angeli superbia et ipsi elati peccaverunt. Vel superbia omnis peccati initium est, quia superbus in omnia peccata prolabi aptus est et proclivis. — *Qui tenuerit illam.* Qui se ab illa agi et regi permiserit. — *Adimplebitur maledictis.* Græca habent ἐξομβρήσει βδέλυγμα, *sicut imbrem abominationem emittet*. Ex quo apparet nostrum vulgatum loqui, non de maledictis quibus castigatur superbus (quanquam etiam hoc illi accidit), sed de maledictis, injuriis, omnisque generis abominationibus quibus et os superbi redundat et vita universa.

16. *Exhonoravit Dominus.* Græca habent, παρεδόξασε, quasi dicatur: Paradoxo, insolito et mirabili modo dehonestavit. — *Conventus.* In græco nunc est, ἐπαγωγὰς, id est, *inductiones*, malorum scilicet. Noster videtur legisse, συναγωγὰς.

17. *Mites.* Humiles.

18. *Plantavit humiles ex ipsis gentibus.* Alias gentes humiles substituit.

20. *Arefecit ex ipsis.* Ipsas arefecit, desolavit. Sane Sodomorum regionem igne immisso non arefecit tantum, sed etiam redegit in cineres.

21. Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.

22. Non est creata hominibus superbia; neque iracundia nationi mulierum.

23. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.

24. In medio fratrum rector illorum in honore; et qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

25. Gloria divitum, honoratorum, et pauperum, timor Dei est.

26. Noli despicere hominem justum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem.

27. Magnus, et judex, et potens est in honore: et non est major illo qui timet Deum.

28. a Servo sensato liberi servient; et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur. [a *Prov.* 17. 2. *II. Reg.* 12. 13.]

29. Noli extollere te in faciendo opere tuo, et noli cunctari in tempore angustiæ.

30. e Melior est qui operatur et abundat in omnibus, quam qui gloriatur, et eget pane. [a *Prov.* 12. 9.]

31. Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum.

21. (Dieu a aboli la mémoire des superbes, et il a conservé celle des humbles de cœur.)

22. L'orgueil n'a point été créé avec l'homme, ni la colère avec le sexe des femmes.

23. La race de ceux qui craignent Dieu sera en honneur, et la race de ceux qui négligent les commandements du Seigneur sera déshonorée.

24. Celui qui conduit les frères est parmi eux en honneur; et ceux qui craignent le Seigneur seront *agréables* à ses yeux.

25. La gloire des riches, des personnes en honneur et des pauvres est la crainte du Seigneur.

26. Ne méprisez point un homme juste quoiqu'il soit pauvre; et ne révérez point un pécheur, (quoiqu'il soit riche).

27. Les grands, les juges et les puissants sont en honneur; mais aucun *d'eux* n'est si grand que celui qui craint Dieu.

28. Les hommes libres s'assujétiront à un serviteur bien sensé. Celui qui est prudent (et bien instruit) ne murmurera point (quand il sera repris; l'imprudent ne sera point en honneur).

29. Ne vous élevez point en faisant votre œuvre, et ne vous laissez point aller à la paresse au temps de l'affliction.

30. Celui qui travaille et qui a tout en abondance vaut mieux qu'un glorieux qui n'a pas de pain.

31. Mon fils, conservez votre âme dans la douceur, et rendez-lui l'honneur selon qu'il le mérite.

23. *Semen hominum.* Le Grec est plus étendu : La race de ceux qui craignent le Seigneur sera en assurance ; et la race de ceux qui l'aiment sera en honneur. La race de ceux qui ne s'attachent point à la loi sera en deshonneur ; et la race de ceux qui transgressent les commandements sera dans l'égarement. Quelle est entre les races des hommes la race qui est en honneur ? Ce sont ceux qui craignent le Seigneur. Quelle est entre les races des hommes la race qui est en deshonneur ? Ce sont ceux qui transgressent les commandements.

31. *Fili, in mansuetudine serva animam tuam.* Mon fils, dit le Sage, conservez votre âme dans cette douceur et dans cette humilité qui a été marquée auparavant, et rendez-lui l'honneur selon qu'elle le mérite ; et *honorez-la*, c'est-à-dire, travaillez auprès de Dieu par

---

21. *Humilium sensu.* Qui alta et sublimia de se non sentiunt, sed spiritu humiles sunt.

22. *Non est creata hominibus superbia.* Non convenit nec debetur hominibus superbia et ferocia, sed potius belluis; homines enim humani esse debent. — *Nationi mulierum.* Mulieribus.

24. *In medio fratrum rector illorum in honore.* Quemadmodum primogenitus, ut natu grandior, ita prærogativis potior est inter fratres, quos regit, et a quibus præcipue honoratur; ita qui timent Dominum, honorem ab illo præcipuum consequuntur. — *In oculis illius.* Apud illum.

* 27. *Magnus.* In græco est, μεγιστᾶνες; sunt autem magistanes, proceres primates; sic Marc. 6, 21, Herodes dicitur cœnam exhibuisse principibus et tribunis, etc. Τὸ *principibus* in græco est, τοῖς μεγιστᾶσι. — *Et non est major illo, qui timet Deum.* Quamvis sit judex, potens, princeps, at major eo esse non potest qui timet Deum.

28. *Sensato.* Prudenti, sapienti, experientiam rerum habenti. — *Liberi servient.* Quia ejus prudentiam agnoscentes, consilia ipsius libenter admittunt. — *Et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus.* Liberi etiamsi servo conditione superiores se esse intelligant, tamen a servo prudenti et cordato moniti, aut etiam reprehensi, non ægre ferent. — *Et inscius non honorabitur.* Honorem hunc, qui servo sapienti defertur, inscius, id est, ignarus et imprudens, consequi non potest.

29. *Noli extollere te in faciendo opere tuo.* Græce est, μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου. Sententia est: ne causas nectas quominus agas opus tuum, quasi te non deceat nobilem virum talia facere, etiam tempore necessitatis. Italice diceremus, *non ti vergognare ne ti ritirare da fare i fatti tuoi.* — *Et noli cunctari in tempore angustiæ.* Græce est, μὴ δοξάζου, ne glorieris, ne de gloria aut honore sollicitus sis. Italice optime ad sensum sapientis verteremus: *non istare sul puntiglio dell' onore in tempo di angustie e di necessità.*

30. *Gloriatur.* Accipienda hæc vox ut numero superiori explicata est.

31. *Serva.* Græce est, δόξασον, honora. Nec gloriam et honorem ita quæras, ut aliis præferri velis in concessibus et aliis hujusmodi conventibus; nec rursum nimium te demittas, ut locum tuæ dignitati debitum non tuearis, moderate tamen et cum mansuetudine. Hoc enim est quod dicit græcus textus: *In mansuetudine honora animam tuam*, id est, teipsum.

32. Qui justifiera celui qui pèche contre son âme? et qui honorera celui qui la déshonore?

33. Le pauvre trouve sa gloire dans le règlement de sa vie, et la crainte de Dieu : d'autres sont honorés à cause de leurs grands biens.

34. Combien aurait de gloire s'il était riche, celui qui en a même quoiqu'il soit pauvre? Mais que celui qui n'est honoré que pour son bien prenne garde de ne pas devenir pauvre.

32. Peccantem in animam suam quis justificabit? et quis honorificabit exhonorantem animam suam?

33. Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum; et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.

34. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

CHAPITRE XI.

Ne pas juger les hommes d'après leur extérieur. Vanité des grandeurs humaines. C'est de Dieu que viennent les biens et les maux. Vanité des richesses. Mettre en Dieu sa confiance. Ne pas se fier à tout le monde.

1. La sagesse de celui qui est de basse condition l'élèvera en honneur, et le fera siéger au milieu des grands.

2. Ne louez point un homme pour sa mine avantageuse; et ne le méprisez point parce qu'il paraît peu de chose.

3. L'abeille est petite entre les animaux qui volent; et néanmoins son fruit l'emporte sur ce qu'il y a de plus doux.

4. Ne vous glorifiez point de vos vêtements, et ne vous élevez point au jour que vous serez en honneur; car il n'y a que le Très-Haut dont les ouvrages soient admirables (et dignes de gloire); et ils sont cachés (et inconnus) aux hommes.

5. Beaucoup de tyrans ont été sur le trône et tel a porté le diadème, auquel on n'aurait jamais pensé.

6. Beaucoup de puissants princes ont été en-

1. Sapientia *a* humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatorum consedere illum faciet. [a *Gen.* 41. 40. *Dan.* 6. 3. *Joan.* 7. 18.]

2. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.

3. Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.

4. *a* In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris; quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et invisa opera illius. [a *II. Reg.* 16. 7. *II. Cor.* 10. 16. *Jacob.* 2. 1. *Act.* 12. 21. 22.]

5. Multi tyranni sederunt in throno, et insuspicabilis portavit diadema.

6. *a* Multi potentes oppressi sunt va-

vos actions et par vos prières, à la soutenir et à la nourrir suivant la dignité qui lui est propre. Qui justifiera celui qui pèche contre son âme, en ne travaillant point lui-même pour elle, et en se fiant aux prières et au secours qu'il demande aux autres! *Qui honorera celui qui la déshonore!* Qui croira digne d'honneur celui qui défigure en lui-même l'image de Dieu! Ou qui pourra soutenir par son secours celui qui abandonne lui-même son âme (Sacy)!

---

32. *Peccantem in animam suam quis justificabit?* Prima hæc pars versiculi explicanda est ex secunda, quæ sic se habet : *Quis honorificabit exhonorantem animam suam?* Sententia bene cohæret cum superiori versiculo. Si tu te nimium dejicis, et non in loco tuo te servas, quis pro honore tuo sollicitus erit, cum nullus tibi sit te potior? Hoc ergo est quod dicitur obscurius : *Peccantem in animam suam quis justificabit?*

33. *Gloriatur.* Græce, δοξάζεται, honoratur. — *Per disciplinam.* Probatos mores, aut propter doctrinam. — *Et timorem suum.* Timorem Dei, vel modestiam; quasi dicat : Pauper doctus et modestus, et in alios reverens, honoratur. — *Substantiam suam.* Divitias.

34. *Qui... gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia?* Qui cum pauper sit, honore afficitur, quanto majorem consequeretur gloriam, si dives esset? — *Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Quia si divitiarum jacturam fecerit, nulla supererit causa propter quam honoretur.

Cap. XI. — 1. *Humiliati.* Humilis; est enim græce, ταπεινοῦ : qui enim sapientes sunt, etiamsi alioqui humili loco nati, tamen ad magistratus et infulas evehuntur, et inter proceres collocantur.

2. *In specie.* In forma et pulchritudine. — *In visu suo.* Ob aspectum suum, si forte corpore sit deformi et facie despicabili.

3. *Initium.* Græce, ἀρχή, principatus. Vide dicta c. 10, n. 14.

4. *In vestitu ne glorieris unquam.* Etiamsi insignia magistratus aut eximiæ alicujus dignitatis circumferas. — * *In die honoris.* Cum novum aliquem honorem adeptus es. — *Mirabilia opera Altissimi solius.* Cujus uti majestas, ita opera plane mirabilia sunt et suspicienda. — *Invisa.* Græce κρυπτά; tantum habetur, quod noster duplici voce extulit, *absconsa et invisa.* Monet ergo non esse gloriandum propter dignitatum insignia, quia Domini consilia occulta sunt, et frequenter qui honestissima occupaverunt loca in ordinem rediguntur.

5. *Multi tyranni sederunt in throno.* Subintellige, qui ab illo exciderunt. Græca habent, ἐπ' ἐδάφους, in solo, humi, in pavimento. — *Insuspicabilis.* Quem nullus unquam suspicatus fuisset.

6. *Alterorum.* Ἑτέρων, aliorum hostium, scilicet suorum, et qui eos regno et nonnunquam vita spoliarunt.

lide, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum. [a *I. Reg.* 15. 28. *Esther.* 6. 7.]

7. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; et cum interrogaveris, corripe juste.

8. *a* Priusquam audias, ne respondeas verbum; et in medio sermonum ne adjicias loqui. [a *Prov.* 18. 13.]

9. De ea re quæ te non molestat, ne certeris : et in judicio peccantium ne consistas.

10. Fili, ne in multis sint actus tui; et *a* si dives fueris, non eris immunis a delicto; si enim secutus fueris, non apprehendes; et non effugies, si præcurreris. [a *I. Tim.* 6. 9.]

11. *a* Est homo laborans, et festinans, et dolens impius, et tanto magis non abundabit. [a *Eccles.* 4. 8.]

12. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate :

13. Et oculus Dei respexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate ipsius, et exaltavit caput ejus; et mirati sunt in illo multi, et honoraverunt Deum. [a *Job.* 42. 10.]

14. *a* Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt. [a *Job.* 1. 21.]

15. Sapientia et disciplina, et scientia legis apud Deum. Dilectio, et viæ bonorum apud ipsum.

16. Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt; qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.

tièrement ruinés : ceux qui étaient dans la gloire ont été livrés entre les mains des autres.

7. Ne blâmez personne avant de vous être bien informé; et quand vous l'aurez fait, reprenez-le avec équité.

8. Ne répondez point avant d'avoir écouté; et n'interrompez point une personne au milieu de son discours.

9. Ne disputez point des choses qui ne vous regardent pas, et ne vous asseyez point pour juger avec les méchants.

10. Mon fils, ne vous engagez pas dans une multiplicité d'actions : car si vous êtes riche, vous ne serez pas exempt de fautes; si vous suivez *toutes celles qui se présentent*, vous ne pourrez y suffire; et si vous allez au devant, vous en serez accablé.

11. Tel travaille, et se hâte, et souffre beaucoup : mais (étant sans piété), plus il en fait, moins il s'enrichit.

12. Tel est sans vigueur ayant besoin d'être aidé en toutes choses, étant dans la défaillance et dans une extrême pauvreté :

13. Et cependant l'œil de Dieu regarde cet homme favorablement, le tire de son humiliation et l'élève en honneur; et plusieurs le voyant en sont surpris et en rendent gloire à Dieu.

14. *Sachant que* les biens et les maux, la vie et la mort, la pauvreté et les richesses viennent de Dieu.

15. C'est aussi en Dieu que se trouvent la sagesse, le règlement de la vie et la science de la loi : la charité et les bonnes œuvres ont leur source en lui.

16. L'erreur et les ténèbres sont créées avec les pécheurs; et ceux qui se glorifient dans le mal qu'ils font, vieilliront dans le péché.

Cap. XI. — 10. *Et si dives fueris.* Le Grec porte : Si vous entreprenez beaucoup d'affaires, vous ne serez pas exempt de fautes, si vous suivez toutes celles qui se présentent, vous ne pourrez y suffire.

15. *Sapientia, et disciplina.* Ce verset et le suivant ne sont pas dans le Grec.

---

7. *Priusquam interroges.* Græce, πρὶν ἐξετάσῃς, priusquam exploraveris. — *Corripe juste.* Τότε ἐπιτίμα, re bene cognita et explorata, tum demum poteris eam, si non placuerit, damnare. Italice diceremus, *potrai censurare, e qualificare quella persona, o quella cosa.*

8. *Ne adjicias loqui.* Loquentis sermonem interrumpendo.

9. *Ne certeris.* Ne certa. — *Et in judicio peccantium ne consistas.* Eorum qui aliena facta ad ipsos nihil pertinentia inquirunt curiose, et temere judicant. * Vel sententia est : si videris omnia contra jus ac leges agi, stude a tali consessu te subtrahere.

10. *Ne in multis sint actus tui.* Ne multis negotiis impliceris. — *Et si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Græce, πληθύνῃς, id est, *si multiplicaveris* negotia et curas. Noster videtur legisse, πλουτήσῃς, *si dives fueris*, quod etiam verum est; facile enim qui divites sunt, aut fieri volunt, incidunt in laqueum diaboli, I. Tim. 3, 7. Græca etiam, ut nunc habent, ad eumdem sensum trahi possunt; nam πληθύνεσθαι, est multiplicari; qui vero ditantur commode dici possunt multiplicari. — *Si enim secutus fueris, non apprehendes.* Quasi dicat : Divitiæ divino potius munere quam nostra parantur industria; itaque etiam si illas fueris secutus, tamen non assequeris, nisi tibi eas destinaverit Deus. — *Et non effugies, si præcurreris.* Eas enim Deus tibi etiam non quærenti, et quodammodo fugienti, ingeret.

11. *Festinans.* Divitias parare. — *Dolens.* Quod dives non sit.

12. *Homo marcidus.* Græce, νωθρὸς, languidus, torpidus, deses, ignavus. — *Egens recuperatione.* Reparatione, seu restauratione familiæ et annonæ. — *Deficiens virtute.* Viribus et robore.

13. *Respexit illum in bono.* Ut ei benedicat et benefaciat. — *Mirati sunt in illo.* Id est, illum.

14. *Bona et mala.* Non culpæ, sed pœnæ, læta et tristia, prospera et adversa. — *Honestas.* Splendida fortuna.

15. *Apud Deum.* Scilicet sunt, ac proinde ab illo petenda, et ille cui vult tribuit. — *Dilectio.* Charitas, vel dilectio sapientiæ et disciplinæ. — *Viæ bonorum.* Fontes bonorum qui ad nos veniunt, ab illo manant.

16. *Peccatoribus concreata sunt.* Peccatum enim sequuntur. — *Consenescunt in malo.* Nam quo quis gaudet, illud adjicere non studet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
VERITATIS
UANL ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

17. Le don de Dieu demeure ferme dans les justes, et le progrès qu'il y fait se termine à un bonheur éternel.

18. Tel s'enrichit par sa grande épargne; et toute la récompense qu'il en tire est

19. De pouvoir dire : J'ai trouvé moyen de me mettre en repos : je mangerai maintenant mon bien tout seul.

20. Et il ne considère pas que le temps s'écoule, que la mort s'approche, et que mourant, il laissera à d'autres ce qu'il a.

21. Demeurez ferme dans l'alliance que vous avez faite *avec Dieu*; que sa loi soit toujours votre entretien; et vieillissez dans la pratique de ce qui vous a été commandé.

22. Ne vous arrêtez point à ce que font les pécheurs; mettez votre confiance en Dieu, et demeurez ferme dans votre place.

23. Car il est aisé à Dieu d'enrichir tout d'un coup celui qui est pauvre.

24. Dieu bénit le juste, et se hâte de le récompenser. Il le fait croître et lui fait porter du fruit en peu de temps.

25. Ne dites point : Qu'ai-je à faire de me mettre en peine? qu'ai-je à espérer de bien désormais?

26. Ne dites point aussi : Ce que j'ai me suffit. Quel mal ai-je à craindre pour l'avenir?

27. Ne perdez pas le souvenir du mal au jour heureux, ni le souvenir du bien au jour malheureux;

28. Car il est aisé à Dieu de rendre à chacun au jour de sa mort selon ses voies.

17. Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebit in æternum.

18. Est qui locupletatur parce agendo, et hæc est pars mercedis illius,

19. *a* In eo quod dicit : Inveni requiem mihi, et nunc manducabo de bonis meis solus. [*a Luc.* 12. 19.]

20. Et nescit quod tempus præteriet, et mors appropinquet, et relinquat omnia aliis, et morietur.

21. Sta in testamento tuo, et in illo colloquere et in opere mandatorum tuorum veterasce.

22. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, et mane in loco tuo.

23. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem.

24. Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in hora veloci processus illius fructificat.

25. Ne dicas : Quid est mihi opus, et quæ erunt mihi ex hoc bona?

26. Ne dicas : Sufficiens mihi sum; et quid ex hoc pessimabor?

27. *a* In die bonorum ne immemor sis malorum; et in die malorum ne immemor sis bonorum; [*a Infr.* 18. 25.]

28. Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.

22. *Mane in loco tuo.* Ne cherchez pas à sortir de votre condition par des voies injustes. Si vous êtes pauvre, restez dans l'état où la Providence vous a fait naître sans autre souci que de remplir votre devoir. Dieu saura bien vous récompenser.

25. *Ne dicas.* Le Grec porte : Ne dites point au milieu de l'indigence : A quoi me sert-il de vouloir plaire à Dieu? et qu'ai-je à espérer de bien désormais? Ne dites point au milieu des richesses : Ce que j'ai me suffit, etc.

28. *In die obitus.* La vue de la mort est l'instruction la plus nécessaire, parce que c'est elle qui force l'homme en quelque sorte de craindre Dieu et de mépriser le monde. Cette dernière heure dissipe tous les nuages qui couvraient le cœur. Elle représente à un homme en un moment toute la vanité de sa vie, et elle le convainc de l'extravagance de ses désirs et du néant de ses espérances. C'est ce qui doit porter les hommes à apprendre de la mort le jugement qu'ils doivent faire de leur vie, et à se persuader, par avance, des folies du monde, avant que le monde, en les quittant à la mort, les condamne de folie (Sacy).

---

17. *Datio Dei.* Dona Dei. — *Permanet justis.* Piis, religiosis, εὐσεβέσι, ut est in græco. — *Profectus illius.* Græce est, εὐδοκία, quasi dicat : Beneplacitum Dei, aut favor Dei successum habebit stabilem et diuturnum.

18. *Et hæc est pars mercedis illius. Et hunc solum consequitur fructum pro præmio suo*, ut aliqui vertunt.

20. *Tempus præteriet.* Græce, καιρὸς, opportunitas fruendi quæsitis bonis.

21. *Sta in testamento tuo.* Vox græca διαθήκη, ut latina *testamentum*, in sacris Scripturis sæpe fœdus aut pactum significat. Sententia ergo est : si quod pactum iniisti, aut obligationem suscepisti, v. g. statui vitæ tuæ adjunctam, in ea persevera et constans esto. — *In illo colloquere.* Græce, ὁμίλει, conversare, assiduus esto, agens quod agis. — *Et in opere mandatorum tuorum veterasce.* Consenesce insistens operibus quæ tibi status vitæ tuæ aut muneris suscepti ratio præscribit.

22. *Ne manseris in operibus peccatorum.* Græce, μὴ θαύμαζε, *ne admireris*, *ne laudes.* — *Mane in loco tuo.* Perge in vitæ tuæ instituto, ne commovearis, etiamsi videas impios prospere agere.

23. *Honestare pauperem.* Ditare; græce enim est, πλουτίσαι.

24. *In mercedem justi festinat.* Ut scilicet cito ejus opera justitiæ et pietatis merita mercede compenset. — *Et in hora veloci.* Etiam velociter. — *Processus.* Græce, εὐλογία, *benedictio. Fructificat.* Fructum et mercedem affert bonis operis.

25. *Quid est mihi opus?* Videtur hæc esse vox pauperis animum despondentis. Sensus est : *quid est mihi opus?* (ita enim clarius ex græco vertere possis) : cur vivo? quæ ex hoc tempore et deinceps bona mihi expectanda sunt?

26. *Sufficiens mihi sum.* Sunt hæ superborum voces. Sensus est : nihil mihi deest ad consummatam felicitatem. *Ex hoc pessimabor.* Deinceps, vel ex nunc mala patiar. Græce est, ἀπὸ τοῦ νῦν κακωθήσομαι.

27. *In die bonorum.* Sunt enim rerum frequentes vicissitudines et a paupertate ad divitias, et ab his rursum ad paupertatem facilis transitus.

29. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis denudatio operum illius.

30. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

31. Non omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim sunt insidiæ dolosi.

32. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, et sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum; sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui.

33. Bona enim in mala convertens insidiatur, et in electis imponet maculam.

34. A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis; homo vero peccator sanguini insidiatur.

35. Attende tibi a pestifero, fabricat enim mala; ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.

36. Admitte ad te alienigenam, et subvertet te in turbine, et abalienabit te a tuis propriis.

29. Le mal présent fait oublier les plus grands plaisirs, aussi à la mort de l'homme, ses œuvres seront découvertes.

30. Ne louez aucun homme avant sa mort; car on connaît un homme par les enfants qu'il laisse après lui.

31. N'introduisez pas toutes sortes de personnes dans votre maison; car le trompeur a beaucoup de piéges.

32. (Comme il sort une haleine corrompue de celui qui a l'estomac gâté), comme la perdrix est conduite dans le filet, et le chevreuil dans le piége; ainsi est le cœur des superbes et de celui qui est attentif à regarder la chute de son prochain :

33. Car il dresse des embûches en changeant le bien en mal, et il imprime des taches dans les actions les plus pures.

34. Une étincelle seule allume un grand feu (ainsi le trompeur multiplie les meurtres), et le pécheur tend des piéges pour répandre le sang.

35. Gardez-vous de l'homme malicieux, qui est toujours appliqué à faire le mal, de peur qu'il ne vous rende pour jamais la fable du monde.

36. Donnez entrée chez vous à l'étranger : et il excitera un trouble qui vous renversera, et il vous chassera de votre propre maison.

32. *Sicut enim eructant.* Le Grec présente un autre sens : Le cœur du superbe est comme une perdrix qu'on met dans une cage pour servir à la chasse; il attire dans le piége ceux qu'il veut surprendre, et semblable à un homme qui regarde du haut d'une tour, il observe la chute de son prochain. Car tout occupé à le perdre, il lui dresse des embûches en changeant le bien en mal, et il imprime des taches aux actions les plus pures.

---

29. *Malitia horæ.* Brevis et horaria afflictio. Græce, κάκωσις. — *Oblivionem facit luxuriæ magnæ.* Græce, τρυφῆς, deliciarum, voluptatumque, quantumvis magnarum, oblivionem inducit : quod semper verum est, in extrema autem vitæ hora verissimum. — *In fine hominis denudatio operum illius.* Aliqui delicias sectantur; et in die bonorum, parum memores malorum, paupertatem non timent, et quia laute vivunt, divites passim censentur. Horum opera tandem denudantur, cum illis mortuis æri alieno solvendo insurgentibus creditoribus filii aut hæredes pares non sunt. Vel sensus est : in die mortis denudari opera nostra, et ad examen a Deo summo judice vocari, ut unicuique retribuat juxta vias et operationes suas, ut dixit n. 28.

30. *Ne laudes.* Græce, μὴ μακάριζε, ne beatum aut felicem prædices. — *In filiis suis agnoscitur vir.* In filiis miseris aut felicibus, divitibus vel pauperibus. Ex hoc patet qua fuerit pater prudentia.

32. *Sicut... eructant præcordia fœtentium.* Quemadmodum ebrii crapulæ fœtidos anhelitus exhalant, ita corda superborum superba, injuria, injusta. — *Sicut perdix inducitur in caveam.* Quemadmodum perdices, columbæ, anates, et alia hujusmodi animalia, quibus venatores utuntur ad alias ejusdem generis aves capiendas, inducuntur in caveam aut in retia, et videntur eo delatæ cum cæteris simpliciter et sine dolo, ac proinde ejusdem infortunii participes; cum tamen secus sit, et quod casu factum videtur, artificium sit et dolus : ita superbi, impii ac dolosi homines amicitiam simulant, et ex ærumnis tuis dolorem, interim tamen *sicut prospector*, speculator scilicet, vident, et rident calamitatem tuam.

33. *Bona... in mala convertens.* Abutens humilitate et simplicitate tua, et quæ facis aut dicis in pejorem partem interpretans. — *In electis imponet maculam.* In laudabilibus, eligibilibus, probandisque, græce enim est αἱρετοῖς, maculam asperget, obloquendo et calumniando, et quæ facis damnando. Tò *maculam*, in græco est, μῶμον, id est, vituperium, reprehensionem.

34. *Doloso.* Superbo, impio, eo scilicet quem hactenus descripsit. — *Sanguis.* Sanguinis effusio et cædes. — *Sanguini insidiatur.* Alienæ scilicet vitæ.

35. *Pestifero.* Græce, κακούργου, vafro, malitioso, nocente. — *Subsannationem.* Vituperium, infamiam.

36. *Admitte ad te.* In domum tuam induc; est enim græce, ἐνοίκισον. *Alienigenam.* Præsertim eum qui a vera religione alienus est. — *In turbine.* Instar turbinis conturbabit te. Græce est, ἐν ταραχαῖς, in turbis, quas scilicet concitabit. — *Abalienabit te a tuis propriis.* Exuet te tuis possessionibus.

CHAPITRE XII.

Faire le bien avec discernement. On ne connaît les vrais amis que dans l'adversité. Se donner de garde d'un ennemi, même réconcilié.

1. Si vous faites du bien, sachez à qui vous le ferez; ce que vous ferez de bien plaira beaucoup.
2. Faites du bien au juste, et vous en recevrez une grande récompense, sinon de lui, au moins du Seigneur.
3. Car il n'y a point de bien à espérer pour celui qui s'applique toujours au mal, ou qui ne fait point l'aumône (parce que le Très-Haut hait les pécheurs, et qu'il fait miséricorde aux pénitents).
4. Donnez à celui qui a de la bonté, et n'assistez point le pécheur; (car Dieu rendra aux méchants et aux pécheurs ce qu'ils méritent; et il les réserve pour le jour de sa vengeance.
5. Donnez à celui qui est bon, et n'assistez point le pécheur).
6. Faites du bien à celui qui est humble, et ne donnez point au méchant. Empêchez qu'on ne lui donne du pain, de peur qu'il ne devienne ainsi plus puissant que vous.
7. Car vous trouverez un double mal dans tout le bien que vous lui ferez : parce que le Très-Haut hait lui-même les pécheurs, et qu'il exerce sa vengeance contre les méchants.
8. L'ami ne se connaît point pendant la prospérité, et l'ennemi ne se peut cacher dans l'adversité;
9. Quand un homme est heureux, ses ennemis sont tristes; et quand il est malheureux, on connaît quel est son ami.

1. Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.
2. Benefac justo, et invenies retributionem magnam; et si non ab ipso, certe a Domino.
3. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, et eleemosynas non danti; quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et misertus est pœnitentibus.
4. a Da misericordi, et ne suscipias peccatorem, et impiis et peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ. [a *Gal.* 6. 10.]
5. Da bono, et non receperis peccatorem.
6. Benefac humili, et non dederis impio; prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit.
7. Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi; quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et impiis reddet vindictam.
8. Non agnoscetur in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus.
9. In bonis viri, inimici illius in tristitia; et in malitia illius, amicus agnitus est.

CAP. XII. — 4. *Ne suscipias peccatorem.* Dans ce verset et dans les suivants, le Sage ne veut pas nous dire de ne pas faire l'aumône et de ne pas secourir le pécheur qui est dans le besoin. Il veut seulement nous dire qu'il y a des hommes pervers qui tournent contre leurs bienfaiteurs et contre le bien en général, l'appui et les secours qu'on leur donne. Il nous défend de les armer, dans la crainte qu'ils n'abusent de l'arme qu'on leur donnerait. C'est ainsi qu'il ne faut pas remettre entre les mains d'un brigand une épée dont on saurait qu'il doit faire usage contre d'honnêtes gens.

CAP. XII. — 1. *Si benefeceris, scito cui feceris.* Vide cui des, quantum indigeat, quæ personæ conditio, etc., ut nimirum liberalitas ratione regatur, utque liberalitati tuæ sit gratia, quod tunc accidit cum res prout decet fit, et juxta rationis præscriptum.

3. *Non est enim ei bene qui assiduus est in malis.* Sententia est : benefac justo, non autem peccatori : quia non bene, id est, male, imo pessime erit ei qui assidue peccat, peccatum amat, ideoque non cogitat de pœnitentia et eleemosyna qua se ad pœnitentiam disponat et peccata redimat; quasi dicat : Peccatori pessime erit si in peccatis hæreat et obdurescat; ut quid ergo tali homini benefacias, qui sibi, aliis, et Deo, quod in se est, pessime facit; cur des eleemosynam ei qui aliis eleemosynam negat, nec curat eleemosyna peccata sua expiare! Non vetat sapiens misericordiam in malum, cum revera eget, sed docet non esse conferendum beneficium indebitum et liberale in peccatorem. Sane si secus facias, illius superbiam fovebis, et furenti arma quibus ad suam et aliorum perniciem abutatur, suppeditabis.

4. *Misericordi.* Græco, εὐσεβεῖ, pio, misericordi. — *Suscipias.* Juves, foveas, protegas. — *Et impiis.* Particula *et* est exegetica, quia impiis. — *Reddet vindictam.* Altissimus, scelera eorum vindicando, nec impunita dimittendo. — *Custodiens eos in diem vindictæ.* Eos tantisper vivere sinens, donec statutum pœnæ tempus adfuerit.

5. *Non receperis.* Idem quod superiore versiculo dictum est, *ne suscipias.*

6. *Humili.* Abjecto, afflicto, indigenti. — *Prohibe panes illi dari.* Beneficium in eum conferri aut eleemosynam. — *Ne in ipsis potentior te sit.* Ne auctus, aut ditatus beneficio tuo, illo contra te utatur, te ipso factus potentior.

7. *Duplicia.* Multiplicia, adeoque quanto plus ei benefeceris, tanto plus incommodi ab illo recipies. Vel duplex malum dicitur, quia beneficium perditur, et per illud malus potentior efficitur.

8. *In bonis.* Dum res prospere fluunt. — *In malis.* In adversis et tristibus.

9. *In bonis viri.* Cum enim res secundas inimicorum vident, tabescunt invidia. — *In malitia illius.* In rebus adversis. — *Amicus agnitus est.* Qui amico adest in utraque fortuna.

10. Non credas inimico tuo in æternum; sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius :
11. Et si humiliatus vadat curvus, adjice animum tuum, et custodi te ab illo.
12. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conversus in locum tuum, inquirat cathedram tuam; et in novissimo agnoscas verba mea et in sermonibus meis stimuleris.
13. Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis? et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus.
14. Una hora tecum permanebit; si autem declinaveris, non supportabit.
15. a In labiis suis indulcat inimicus; et in corde suo insidiatur ut subvertat te in foveam. [a *Jerem.* 41. 6.]
16. In oculis suis lacrymatur inimicus; et si invenerit tempus, non satiabitur sanguine;
17. Et si incurrerint tibi mala, invenies eum illic priorem.

10. Ne vous fiez jamais à votre ennemi, car sa malice est comme la rouille qui revient toujours au cuivre.
11. Quoiqu'il s'humilie, et qu'il aille tout courbé, soyez vigilant, et donnez-vous de garde de lui.
12. Ne l'établissez point auprès de vous, et qu'il ne s'asseye point à votre droite, de peur qu'il ne veuille prendre votre place et s'asseoir dans votre chaire, et que vous ne reconnaissiez enfin la vérité de mes paroles, dont vous vous trouverez pénétré jusqu'au cœur.
13. Qui aura pitié de l'enchanteur lorsqu'il sera piqué par le serpent, et de tous ceux qui s'approchent des bêtes? Ainsi celui qui s'unit avec le méchant, se trouve enveloppé dans ses péchés.
14. Il demeurera avec vous, pendant quelque temps, et s'il vous voit pencher tant soit peu, il n'y pourra plus durer.
15. Votre ennemi a la douceur sur les lèvres; et dans son cœur il songe à vous tendre des piéges pour vous faire tomber dans la fosse.
16. Votre ennemi a la larme à l'œil; et s'il trouve l'occasion *de vous perdre*, il sera insatiable de votre sang.
17. S'il vous arrive du mal, il sera le premier *auprès de vous.*

10. *Non credas.* Cette sentence contenue dans les trois versets 10, 11 et 12, ne tend pas à ne point pardonner à notre ennemi, ou à ne nous point réconcilier avec lui, selon le précepte de l'Évangile, puisque le Sage établit ailleurs la même vérité; mais elle nous avertit seulement de nous donner de garde d'un homme qui ne déguise sa haine que pour nous tromper, et qui ne se sert de l'union que nous avons avec lui et des défiances que nous lui rendons que pour s'élever au-dessus de nous et pour nous faire tomber dans le piége. Le Sage décrit ici admirablement les artifices et la malignité de ces personnes, et on a vu des exemples des plus grands saints qui ont été trompés de cette sorte par de faux amis, comme il arriva à saint Grégoire de Nazianze, dont le philosophe Maxime ayant gagné l'affection par des déférences trompeuses, ne s'en servit depuis que pour le décrier secrètement parmi le peuple, et pour s'efforcer de le déposséder de son siége, ayant couvert une envie et une persécution cruelle sous les voiles et les apparences de l'amitié (Sacy).

11. *Et si humiliatus.* A ce verset, le Grec ajoute : Vous serez à son égard comme un homme qui a frotté un miroir; et vous reconnaîtrez qu'il n'est pas dérouillé pour toujours. L'auteur fait cette comparaison, parce qu'anciennement on se servait de miroir en cuivre, qui était par conséquent très-susceptible de s'oxyder.

---

10. *Non credas inimico tuo in æternum.* Non facile credas inimico tuo etiamsi reconciliatus tibi videatur, et amicitiam simulet. — *Sicut... æramentum, æruginat nequitia illius.* Æramenta sunt vasa ex ære : æruginat cum rubiginem quamdam contrahens virescit. Italice dicimus, *fa il verderame.* Ita accidit in male aut simulate sarta amicitia : iterum offensiones pullulant et odia, sicut ærugo in æramento, quamvis bene tersum videatur et politum.

11. *Vadat curvus.* Quasi tibi supplex. — *Adjice animum tuum.* Adverte, cave. Italice dicimus, *sta in cervello.*

12. *Non statuas illum.* Sententia est : ne statuas illum penes te, ne conversus insurgat contra te, teque liejiciens, locum tuum occupet, in eoque consistat. Nec sedeat ad dexteram tuam, ne conversus in te, cathedra tua te deturbet, eamque solus occupet. Monet ergo ne inimicus, etiamsi amicitiam simulet, consors honoris et gradus fiat, quia altero excluso illum invadet, solusque obtinebit. — *In sermonibus meis stimuleris.* Crucieris et doleas quod monitis meis non adhibueris fidem.

13. *Quis miserebitur?* Ut serpentum incantatori nemo miseretur si ab illis mordeatur, quia illos quærit, et volens tractat : ita qui moniti sunt ut pericula caveant, misericordiam non merentur, si in aliquod incommodum, quod cavere potuissent, incurrant. — *Obvolutus est.* Admiscetur, commiscetur peccatis illius, * vel approbando, vel dissimulando.

14. *Declinaveris.* A felicitate. Si excideris a divitiis et honoribus. — *Non supportabit.* Non perseverabit, Græce est μὴ καρτερήσῃ.

15. *Indulcat.* Dulcia loquitur.

16. *Lacrymatur.* Quasi tuis condolens malis. * Fictis lacrymis. Proverbium est : Crocodili lacrymæ. Sunt aliqui qui, ut ait ille :

Ut flerent oculos erudiere suos.

— *Invenerit tempus.* Græce, καιρὸν, occasionem. — *Non satiabitur sanguine.* Hostiliter tecum aget, nec desistet donec sanguinem tuum crudeliter effuderit.

17. *Invenies eum illic priorem.* Ut tibi noceat et malum quod pateris exasperet et gravius faciat.

18. (Votre ennemi a les larmes aux yeux); et feignant de vous secourir, il tâchera de vous faire tomber.

19. *S'il en vient à bout*, il secouera la tête et battra des mains; et changeant de visage, il sèmera en secret beaucoup de faux bruits *contre vous*.

18. In oculis suis lacrymatur inimicus, et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas.

19. Caput suum movebit, et plaudet manu, et multa susurrans commutabit vultum suum.

CHAPITRE XIII.

De la conduite que l'on doit tenir avec les superbes et les puissants. Des liaisons qu'il faut éviter. Le riche et le pauvre.

1. Celui qui touche de la poix en sera gâté; et celui qui se joint au superbe deviendra superbe.

2. Celui qui se lie avec un plus grand que lui, se met un fardeau pesant sur les épaules. N'entrez point en société avec un homme plus riche que vous.

3. Quelle union peut-il y avoir entre un pot de terre et un pot de fer? car, lorsqu'il se heurteront l'un contre l'autre, celui de terre sera brisé.

4. Le riche fait une injustice, et il crie avec menaces; le pauvre a été offensé, et il demeure dans le silence.

5. Tant que vous rendrez service *au riche*, il vous emploiera; et lorsqu'il n'aura plus rien à attendre de vous, il vous abandonnera.

6. Si vous avez du bien, il fera bonne chère avec vous, et il vous épuisera; et il ne se mettra nullement en peine de ce que vous deviendrez.

7. Tant que vous lui serez nécessaire il vous trompera; il vous donnera de bonnes espérances; en souriant il vous parlera favorablement, et vous dira: Avez-vous besoin de quelque chose?

8. Il vous fera festin, pour vous porter à faire

1. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: [a] et qui communicaverit superbo, induet superbiam. [a. *Deut.* 7. 2.]

2. Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris.

3. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur.

4. Dives injuste egit, et fremet; pauper autem læsus tacebit.

5. Si largitus fueris, assumet te; et si non habueris, derelinquet te.

6. Si habes, convivet tecum, et evacuabit te, et ipse non dolebit super te.

7. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, et subridens spem dabit, narrans tibi bona, et dicet: Quid opus est tibi?

8. Et confundet te in cibis suis, donec

Cap. XIII. — 2. *Et ditiori te ne socius fueris.* Dans les sociétés anciennes, la séparation des classes sociales était beaucoup plus profonde qu'aujourd'hui. Le christianisme a comblé en partie la distance qui séparait les hommes en leur apprenant qu'ils sont tous frères, et qu'ils ont tous besoin les uns des autres. Le pauvre a besoin du riche et le riche a besoin du pauvre. S'ils comprennent bien leurs intérêts, les grands ne doivent pas être ennemis des petits.

8. *Et confundet te in cibis suis.* Le Grec présente un autre sens: Il vous couvrira de confusion par les repas qu'il vous donnera deux ou trois fois, jusqu'à ce qu'il vous ait épuisé en obtenant de vous tout ce qu'il pouvait en attendre.

---

18. *Quasi adjuvans suffodiet plantas tuas.* Græce est, ὑποσχάσει, quod bene vertas: *impediet, inhibebit pedes et plantas tuas, ne progrediaris*, aut etiam *[illegible]*; σχάζω enim apud Græcos est aliquando idem quod inhibeo cursum aut progressum.

19. *Caput suum movebit, et plaudet manu.* Qui gestus sunt exultantis. — *Susurrans.* Garriens et sibi gratulans. — *Commutabit vultum suum.* Tristitiæ quam simulabat, persona deposita.

Cap. XIII. — 1. *Et qui communicaverit superbo.* Sic qui superbi aut impii consuetudine delectabitur, etc.

2. *Pondus super se tollet.* Qui ditiori, potentiori, nobiliori communicat, cum illo agendo, versando, colloquendo, etc., gravamen multiplex subit de quo statim.

3. *Quid communicabit cacabus ad ollam?* Quemadmodum olla fictilis, nimium æreo cacabo vicina, facile frangitur; sic diviti ac potenti pauper aliquis aut tenuis, si communicet, fere noxam accipit.

4. *Fremet.* Quasi ipse violatus sit.

5. *Assumet te.* Ad suam amicitiam et familiaritatem.

6. *Convivet.* Convivabitur. — *Non dolebit super te.* Tibi compatiens, quod tua prodigas, existimans sibi illum honorem deberi, illasque delicias quas illi apponis, teipsum et opes tuas exhauriens.

7. *Si necessarius illi fueris.* Si tua opera opus habuerit. — *Supplantabit te.* Decipiet te vultu hilari, blandisque verbis. — *Narrans tibi bona.* Enumerans beneficia quæ paratus est in te conferre.

8. *Confundet te in cibis suis.* Adeo te opipare convivio aliquo excipiet, ut pudeat te tenuis apparatus tui, atque ideo illum reinvitans, multo plura prodigas quam prius. — *Bis, et ter.* Secundo vel tertio convivio a te illi exhibito. Italice diceremus, *in due o tre volte.* — *Caput suum movebit ad te.* Quasi dicens: En stultum hominem qui mecum de lautitiis et divitiis contendere voluit.

te exinaniat bis, et ter; et in novissimo deridebit te; et postea videns derelinquet te, et caput suum movebit ad te.

9. Humiliare Deo, et expecta manus ejus.

10. Attende ne seductus in stultitiam humilieris.

11. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.

12. Advocatus a potentiore discede; ex hoc enim magis te advocabit.

* 13. Ne improbus sis, ne impingaris; et ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.

14. Ne retineas ex æquo loqui cum illo; nec credas multis verbis illius; ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis.

15. Immitis animus illius conservabit verba tua; et non parcet de malitia, et de vinculis.

16. Cave tibi, et attende diligenter auditui tuo; quoniam cum subversione tua ambulas.

17. Audiens vero illa quasi in somnis vide, et vigilabis.

18. Omni vita tua dilige Deum, et invoca illum in salute tua.

19. Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi.

de même, jusqu'à ce qu'il vous épuise en deux ou trois repas; et à la fin il se moquera de vous, vous abandonnera, et vous insultera en secouant la tête.

9. (Humiliez-vous devant Dieu, et attendez que sa main agisse).

10. (Prenez *donc* garde de vous humilier follement, en vous laissant séduire).

11. (Ne vous humiliez pas, dans votre sagesse, de peur qu'étant humilié, vous ne vous laissiez séduire pour commettre une folie).

12. Si un grand vous appelle, retirez-vous; car il en sera plus porté à vous appeler.

13. Ne le voyez pas trop souvent, de peur qu'il ne se dégoûte de vous; et ne vous en éloignez pas *trop*, de peur qu'il ne vous oublie.

14. Ne l'entretenez pas longtemps, comme si vous étiez son égal, et ne vous fiez pas à ses longs entretiens. Car il vous tentera, en vous faisant beaucoup parler; et en souriant il vous demandera (ce que vous devez tenir secret).

15. Son cœur impitoyable conservera toutes vos paroles; et il n'épargnera, ni les mauvais traitements, ni les prisons.

16. Prenez garde à vous, écoutez avec attention ce qu'il vous dira, parce que vous marchez sur le bord du précipice.

17. Mais, en l'écoutant, prenez ses paroles pour un songe, et vous veillerez.

18. Aimez Dieu toute votre vie, et invoquez-le pour votre salut.

19. Tout animal aime son semblable; ainsi tout homme aime celui qui lui est proche.

11. *Noli esse humilis.* Le Sage nous recommande de nous humilier devant Dieu, parce que cette humilité relève l'homme. Mais il nous défend de nous humilier devant la fortune et le pouvoir, parce que cette humilité abaisse le caractère de l'homme et le dégrade. Quand il a perdu le respect de lui-même, il se laisse aller à des complaisances qui sont des bassesses et qui peuvent l'entraîner dans des fautes graves.

15. *Et de vinculis.* Dans les sociétés anciennes, la loi protégeait trop faiblement le petit contre le grand, et celui qui manquait de prudence pouvait perdre ses biens et sa liberté.

19. *Proximum sibi.* Celui qui lui est proche désigne ici celui qui est dans la même condition sociale et qui a le même caractère: c'est le proverbe latin: *Similis simili gaudet.*

---

9. *Humiliare Deo.* Supplex illi factus. — *Et expecta manus ejus.* Et de illius potius manu bona expecta, quam de manu divitis de quo hactenus dictum.

10. *Seductus in stultitiam.* Vana spe promissorum ejus lactatus. — *Humilieris.* Illi supplicans, et plus æquo te dejiciens.

11. *Noli esse humilis in sapientia tua.* Tibi falso persuadens demissionem illam sapientiam esse. Vetat vitiosam nimiamque demissionem, ut etiam nimiam spem in divitis beneficentia. — *Ne humiliatus in stultitiam seducaris.* Ne, si te nimium demisse subjeceris, et quasi arbitrio illius te plane permiseris, ille te in stultitiam, errorem, injustitiam, uno verbo, in peccatum aliquod inducat.

12. *Discede.* Refugias illo ire; et cum iveris, paucis te expedias: Ita etiam Proverb. 25, 17: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.*

13. *Ne improbus sis.* Importunus. — *Ne impingaris.* Ne extrudaris, ne ejiciaris. — *Ne eas in oblivionem.* Nam si infrequens nimium sis, tui obliviscetur. * Vulgo dicitur ad aulam pariter ut ad ignem, neque accedendum nimis, neque nimis abscedendum, si quis nec uri velit, nec frigere.

14. *Ne retineas ex æquo loqui.* Ne sustineas, nec audeas cum principe æque et loqui tanquam æqualis. Vel ne retineas, ne diu moreris illum retinens et ab aliis negotiis impediens, alloquendo illum quasi æqualis aut multum familiaris, audacter et inverecunde. — *Nec credas multis verbis illius.* Blandis humanisque sermonibus quibus te lactat. — *Tentabit te.* Ut secreta eliciat.

15. *Conservabit verba tua.* Verba tua perpendet, et ex illis suspiciones quas de te habet fovebit et augebit. — *Et non parcet de malitia, et de vinculis.* Et non abstinebit tibi malefacere, et in carcerem etiam et vincula conjicere.

16. *Auditui tuo.* Quid audias, quid scilicet roget princeps, et quo fine. — *Cum subversione tua ambulas.* In eversionis periculo versaris.

17. *Quasi in somnis vide, et vigilabis.* In græco est, *cum hæc audies in somno tuo, evigila.* Quasi dicat: Cum hæc audis, cum interrogaris, tibi cave, illi esto similis, qui in somnis videt grave aliquod malum aut periculum, ideoque statim somnum discutit.

18. *In salute tua.* Ut te salvet, ut ab illo salus tibi contingat.

20. Toute chair s'unit à celle qui lui ressemble; et tout homme s'unit avec son semblable.

21. Comme le loup n'a point de commerce avec l'agneau, ainsi le pécheur n'en a point avec le juste.

22. Quel rapport a un homme saint avec un chien? et quelle liaison a un homme riche avec un pauvre?

23. L'âne sauvage est la proie du lion dans le désert : ainsi les pauvres sont la proie des riches.

24. Comme l'humilité est en abomination au superbe, ainsi le pauvre est en horreur au riche.

25. Si le riche est ébranlé, ses amis le soutiennent; mais si le pauvre commence à tomber, ses amis mêmes contribuent à sa chute.

26. Si le riche a été trompé, plusieurs l'assistent; s'il parle insolemment, on le justifie.

27. Mais si le pauvre a été trompé, on lui fait encore des reproches; s'il parle sagement, on ne veut pas l'écouter.

28. Que le riche parle, tous se taisent, et ils relèvent ses paroles jusqu'au ciel.

29. Que le pauvre parle, on dit : Qui est celui-ci? Et s'il fait un faux pas, on le renverse tout à fait.

30. Les richesses sont bonnes à celui dont la conscience est sans péché; et la pauvreté est très-mauvaise au méchant qui a le murmure dans la bouche.

20. Omnis caro ad similem sibi conjungetur, et omnis homo simili sui sociabitur.

21. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.

22. a Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diviti ad pauperem? [a *II. Cor.* 6. 14.]

23. Venatio leonis onager in eremo, sic et pascua divitum sunt pauperes.

24. Et sicut abominatio est superbo humilitas; sic et execratio divitis pauper.

25. Dives commotus confirmatur ab amicis suis; humilis autem cum ceciderit, expelletur et a notis.

26. Diviti decepto multi recuperatores; locutus est superba, et justificaverunt illum;

27. Humilis deceptus est, insuper et arguitur : locutus est sensate, et non est datus ei locus.

28. Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent.

29. Pauper locutus est, et dicunt : Quis est hic? et si offenderit, subvertent illum.

30. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia; et nequissima paupertas in ore impii.

23. *Sic et pascua divitum sunt pauperes.* Remarquez la force de ces expressions. Dans les sociétés anciennes, où l'homme n'écoutait que la voix de l'intérêt, le riche vivait du pauvre. De là cette haine profonde entre le pauvre et le riche, de là ces lois agraires qui amenèrent des séditions si fréquentes à Rome et dans la Grèce. L'Évangile a proclamé la doctrine contraire. Il veut que le pauvre vive du riche, ou, en d'autres termes, que le riche fasse vivre le pauvre. Si cette doctrine avait toujours été bien comprise, on aurait coupé court à toutes les déclamations des socialistes qui ont l'air de prendre les intérêts du pauvre et qui sèment des principes subversifs dont l'application serait la ruine du pauvre et du riche, la destruction de la société elle-même.

---

20. *Omnis caro.* Omne animal. *Omnis homo simili sui sociabitur.* Quasi dicat : Potentiores declinans cum æqualibus versabitur.

21. *Si communicabit lupus.* Quemadmodum lupis et agnis non est amicitia aut societas, ita nec justis et peccatoribus. Particula *si* pro negationibus frequenter servit in Scriptura.

22. *Sancto homini.* In græco nunc est, ὑαίνῃ, *hyænæ;* et sensus est : ut communicatio esse non potest hyænæ ad canem, cum sint non solum diversi generis animalia, sed inter se inimica; ita inter divitem pauperi infestum et ipsum pauperem societas et communicatio esse non potest. Noster interpres non legit ὑαίνῃ, sed ἄλλῳ vel aliquid simile; et sensus est : non potest esse communicatio hominis sancti cum cane, id est, cum immundo, iniquo et impio. — *Pars.* Communicatio, societas. * Vulgatus interpres videtur scripsisse *pax*, non autem *pars*, cum in græco sit εἰρήνη.

23. *Venatio leonis, onager in eremo.* Quemadmodum leones in desertis venantur asinos silvestres, et illis pascuntur. — *Sic et pascua divitum sunt pauperes.* Sic divites pauperes devorant.

24. *Sicut abominatio est superbo humilitas.* Sicut superbus odit humilitatem, sic dives paupertatem.

25. *Commotus.* Fluctuans, nutans. — *Confirmatur ab amicis suis.* Consilio et auxilio juvatur. — *Humilis.* Pauper, vilis, abjectus.

26. *Diviti decepto multi recuperatores.* Divite stultum aliquid et insipiens locuto, in errorem aliquem lapso, non desunt *recuperatores*, qui scilicet illum tueantur, et verba ad bonum sensum trahant. Græce est : πολλοὶ ἀντιλήπτορες. Italice diceremus, *non mancano molti, che se la pigliano per lui.*

30. *Bona est substantia.* Quia multa dixit sapiens contra divitias et pro paupertate, ne quis existimaret divitias ex se malas, aut paupertatem solam justum facere, docet bonas esse divitias, si conscientiam peccati labe non maculant, et si bonis artibus sint quæsitæ; paupertatem vero in ore impii, id est, in impio solvente linguam in oblocutiones, detractiones, blasphemias, et alia hujusmodi, rem esse nequissimam, cum bona externa desint, et internus etiam fructus paupertatis, quæ animum humilem et demissum facere debet. Vel sensus est : in ore impii nequissima est paupertas, quia illam pauper rem pessimam et nequissimam esse dicit, est pessima ex sententia pauperis.

31. Cor hominis immutat faciem illius sive in bona, sive in mala.

32. Vestigium cordis boni, et faciem bonam difficile invenies, et cum labore.

31. Le cœur de l'homme change le visage, et le rend bon ou mauvais.

32. Vous trouverez difficilement et avec travail un bon visage qui soit la marque d'un bon cœur.

CHAPITRE XIV.

Malheur de l'avare. Faire un bon usage de ses richesses. Bonheur de celui qui s'applique à rechercher la sagesse.

1. Beatus a vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti. [a *Infr.* 19. 17.]

2. Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua.

3. Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia : et homini livido ad quid aurum?

4. Qui acervat ex animo suo injuste, aliis congregat, et in bonis illius alius luxuriabitur.

5. Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? et non jucundabitur in bonis suis.

6. Qui sibi invidet, nihil est illo nequius, et hæc redditio est malitiæ illius :

7. Et si bene fecerit, ignoranter, et non volens facit; et in novissimo manifestat malitiam suam.

1. Heureux l'homme qui n'est point tombé par les paroles de sa bouche, et qui n'est point piqué par les remords du péché.

2. Heureux celui dont l'âme n'est point abattue de tristesse, et qui n'est point déçu de son espérance.

3. Le bien est inutile à l'homme avare et attaché à l'argent : que sert l'or à l'envieux?

4. Celui qui amasse ainsi des richesses, injustement et aux dépens de sa propre vie, les amasse pour d'autres; et un autre viendra, qui dissipera en débauches ce bien amassé.

5. A qui sera bon celui qui est mauvais à lui-même, et qui ne jouit en aucune sorte de son bien?

6. Rien n'est pire que celui qui s'envie; et cette disposition même est la peine de sa malice.

7. S'il fait du bien à quelqu'un, c'est sans y penser, et malgré lui; et enfin il découvrira sa malignité.

CAP. XIV. — 3. *Homini livido.* L'envieux se prend ici pour l'avare qui s'envie à lui-même sa propre subsistance, comme il est dit plus loin, verset 6.

---

31. *Cor hominis immutat faciem.* In facie enim eminent signa tristitiæ, lætitiæ, verecundiæ, et pro animi dispositione in facie apparent perturbationum notæ. Vel sensus est : cor bonum et sanum bonam faciem facit; quasi dicat : Interior bona valetudo se prodit in colore externo faciei; nam bene valentis facies succulenta, hilaris : male valentis, macilenta, et tristis, et coloris non boni. — *Sive in bona, sive in mala.* Sive ad hilaritatem, sive ad tristitiam : sive bonum, sive malum colorem inducens.

32. *Vestigium cordis boni, et faciem bonam difficile invenies.* Nostræ vulgatæ editionis sensus esse potest, non facile inveniri cor bonum in sapientia scilicet investiganda occupatum, meditationique divinarum rerum, et faciem bonam; nam *meditatio frequens carnis est afflictio.* Favent græca, quæ secundam hujus sententiæ partem ita efferunt : καὶ εὕρεσις παραβολῶν διαλογισμοὶ μετὰ κόπου : *et inventio parabolarum cogitationes sunt laboriosæ.* Vel etiam sensus esse potest, dissimilem fere esse inter corporis formam et mentem bonam. Vel tandem sensus est : vestigium cordis boni, quod est facies bona, difficile est invenire; omnes enim fere tentationes, mentis turbationes et tribulationes habent. Itaque τὸ *et*, est exegeticum, et ponitur pro *id est.* In græco prima pars hujus sententiæ sic se habet : *Vestigium cordis in bonis* (ἐν ἀγαθοῖς, in rebus secundis), *vultus hilaris.* Tigurina totam sententiam sic ex græco interpretantur : *Vestigium cordis rebus secundis est vultus hilaris : alloqui recondita deprehendere laboriosæ cogitationis est.*

CAP. XIV. — 1. *Non est stimulatus.* Qui non pungitur conscientia criminis alicujus admissi, quæ peccantem hilari et sedato animo esse non sinit.

2. *Animi sui tristitiam.* Ex delicti scilicet conscientia; est enim repetitio ejus quod dixerat n. 1. — *Et non excidit a spe sua.* Beatus quem non condemnat anima de peccato, ideoque non excidit a spe, id est, non perdidit spem, nec de salute desperat.

3. *Viro cupido.* Frustra avarus habet divitias, cum illis non utatur, et sibi aliisque illarum usum invideat. In græco est μικρολόγῳ; illo autem est μικρολόγος, qui sordide est avarus, adeo ut ne parvum quid erogare sustineat, sed minutissimarum rerum rationem exigat a suis. — *Homini livido.* Invido, ut explicavi.

4. *Qui acervat ex animo suo.* Defraudans animam suam et genium suum. — *Luxuriabitur.* Deliciabitur.

5. *Qui sibi nequam est.* Avarus, astrictus, invidus. — *Cui alii bonus erit?* In quem erit beneficus? cui dabit?

6. *Hæc redditio est malitiæ illius.* Ipsemet malitiæ et peccato suo congruam irrogat pœnam, seipsum macerans et male tractans in victu, vestitu et reliquis, fame, siti frigoreque conficiens, sibi ipse tortor et carnifex.

7. *Ignoranter.* Græce, ἐν λήθῃ, non advertens, non sentiens. Alii legunt, ἐν λύπῃ, *in mærore et tristitia*, quod etiam verum est. — *Et non volens.* Non sponte et liberali animo, sed vel metu, vel verecundia, etc.

8. L'œil de l'envieux est malin; il détourne son visage et il méprise son âme.

9. L'œil de l'avare est insatiable dans son iniquité : il ne sera point content qu'il ne dessèche et consume son âme.

10. L'œil malin (ne tend qu'au mal ;) il se plaindra le pain qu'il mange ; il est affamé et triste à sa propre table.

11. Mon fils, si vous avez quelque chose, faites-vous-en du bien à vous-même, et offrez à Dieu de dignes offrandes.

12. Souvenez-vous de la mort qui ne tarde point, et de cet arrêt qui vous a été prononcé, que vous devez aller au tombeau. (Car cet arrêt, que tout homme doit mourir, est pour tout le monde.)

13. Faites du bien à votre ami avant la mort : et donnez l'aumône au pauvre selon que vous le pouvez.

14. Ne vous privez pas des avantages du jour heureux, et ne laissez perdre aucune partie du bien que Dieu vous donne.

15. N'est-ce pas à d'autres que vous laisserez les fruits de vos peines et de vos travaux, qu'ils partageront entre eux?

16. Donnez, et prenez, et sanctifiez votre âme.

8. Nequam est oculus lividi; et avertens faciem suam, et despiciens animam suam.

9. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam.

10. Oculus malus ad mala; et non satiabitur pane, sed indigens et in tristitia erit super mensam suam.

11. Fili, si habes, benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer.

12. Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum quia demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi morte morietur.

13. a Ante mortem benefac amico tuo et secundum vires tuas exporrigens da pauperi. [*Supr.* 4. 1. *Tob.* 4. 7. *Luc.* 16. 9.]

14. Non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te prætereat.

15. Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis?

16. Da, et accipe, et justifica animam tuam.

8. *Despiciens animam.* Il est si attaché aux biens de ce monde, à l'argent, qu'il va jusqu'à se refuser à lui-même les choses les plus nécessaires, et à compromettre ainsi sa santé par des privations.

13. *Ante mortem benefac amico.* Le moyen de remédier à l'avarice, qui veut avoir tout, c'est de penser à la mort qui ravit tout. C'est elle qui la convainc de folie et qui nous persuade de penser moins à cette vie qui passe si vite, qu'à l'éternité de l'autre qui est si proche. Il faut donc opposer à l'extravagance de l'avarice, qui ne travaille que pour ce monde qui l'abandonnera dans un moment, et qui ne travaille point pour elle-même, puisqu'elle se refuse la moindre partie de son bien, la sagesse de la foi qui, considérant l'instabilité de cette vie et la certitude de la mort, regarde l'une comme déjà passée et l'autre comme présente, et ne pense qu'à faire passer avant elle, par les mains des pauvres dans celles de Dieu, ses richesses périssables qui deviendront ainsi éternelles, puisqu'elles nous feront recevoir, comme Jésus-Christ nous en assure, dans les tabernacles éternels.

---

8. *Nequam est oculus lividi.* Malignus est oculus avari. — *Et avertens faciem.* Ab inope et indigo, ne illius videat egestatem, et quodammodo cogatur dare ad illius paupertatem sublevandam. — *Despiciens animam suam.* Vitam suam quam cibis fraudat et medicamentis, si sumptuosi sint.

9. *In parte iniquitatis.* Insatiabilis est oculus avari in ea parte vel portione opum et rerum quas inique appetit. Vel non est contentus parte iniqua, quam scilicet inique acquisivit; vel quæ iniqua est, quia major ea quæ aliis obtigit. Græca habent, *avari oculus non impletur parte.*

10. *Oculus malus ad mala.* Oculus malignus et invidus avari ad mala intentus est et ad usuras et alia lucra injusta. — *Et non satiabitur pane : sed indigens.* Quia licet famem sentiat, non tamen tantum comedit quantum opus habet, ut pecuniis parcat. — *In tristitia erit super mensam suam.* Vel quia seipsum cibo non satiat, vel quia dolet quod tam multa domestici absumant.

11. *Si habes, benefac tecum.* Si habes divitias, illis utere ad commodum tuum. — *Et Deo dignas oblationes offer.* Non ut avari faciunt, qui deterrima offerunt.

12. *Testamentum inferorum.* Decretum mortis. — *Demonstratum est tibi.* Græca habent, *testamentum inferorum non est ostensum tibi*, ignoras multumne an parum distet decretum et tempus mortis. Noster legit affirmative; quasi dicat : Non dubitas te moriturum, cum hoc quotidiana demonstret experientia; itaque ad benefaciendum sis alacer et promptus, cum ex hoc mundo auferre non possis bona quæ habes. — *Testamentum... hujus mundi, morte morietur.* Quicumque in hoc mundo vivunt, huic subjacent decreto et sententiæ, *morte morietur.*

13. *Exporrigens.* Manum benefactricem.

14. *Non defrauderis a die bono.* Ne propter avaritiam teipsum fraudes honesta voluptate. *Et particula boni doni non te prætereat.* Græca habent, *et pars boni desiderii*, id est, rei desiderabilis et jucundæ, *non te prætereat*, propter avaritiam scilicet; est enim repetitio prioris hemistichii. Potest etiam bonæ diei et boni doni nomine occasio bene agendi intelligi.

15. *Dolores et labores tuos.* Divitias dolore et labore partas. — *In divisione sortis.* Quas hæredes sortibus divident, vel quas aleæ ludo dilapidabunt.

16. *Da, et accipe.* Da, aliis largiendo; et accipe, ex tuis in usum et commodum tuum convertendo. — *Et justifica animam tuam.* Græce, *et sanctifica animam tuam*; dum enim opes juste, misericorditer et sancte expandis, per hanc justitiam et misericordiam sanctificas animam tuam.

17. Ante obitum tuum operare justitiam; quoniam non est apud inferos invenire cibum.

18. a Omnis caro sicut fœnum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. [a *Isai.* 40. 6. *Jac.* 1. 10. *I. Petr.* 1. 24.]

19. Alia generantur, et alia dejiciuntur : sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur, et alia nascitur.

20. Omne opus corruptibile in fine deficiet; et qui illud operatur, ibit cum illo.

21. Et omne opus electum justificabitur : et qui operatur illud, honorabitur in illo.

22. a Beatus vir, qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei; [a *Ps.* 1. 2.]

23. Qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens;

24. Qui respicit per fenestras illius, et in januis illius, audiens;

25. Qui requiescit juxta domum illius, et in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius, et requiescent in casula illius bona per ævum;

26. Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis ejus morabitur :

27. Protegetur sub tegmine illius a fervore, et in gloria ejus requiescet.

17. (Faites des œuvres de justice avant votre mort), puisqu'il n'est point nécessaire de trouver de quoi se nourrir dans le tombeau.

18. Toute chair se fane comme l'herbe, et comme la feuille qui croît sur les arbres verts.

19. Les uns naissent et les autres tombent : ainsi dans cette race de chair et de sang les uns meurent et les autres naissent.

20. Tout ce qui est corruptible sera enfin détruit; et l'ouvrier s'en ira avec son ouvrage.

21. (Toute œuvre excellente sera enfin reconnue pour ce qu'elle est, et celui qui l'a faite y trouvera sa propre gloire.)

22. Heureux l'homme qui demeure appliqué à la sagesse, (qui s'exerce à pratiquer la justice), et qui pense et repense à cet œil de Dieu qui voit toutes choses;

23. Qui repasse ses voies dans son cœur et qui pénètre dans l'intelligence de ses secrets; qui va après la sagesse, comme suivant ses traces, et marchant dans les routes par où elle passe;

24. Qui regarde par ses fenêtres, et qui écoute à sa porte;

25. Qui se tient auprès de sa maison; et qui, enfonçant un pieu dans ses murailles, se bâtit une petite cabane auprès d'elle, où ses biens se conservent pour jamais dans un grand repos.

26. Il établira ses fils sous son ombre, et il demeurera sous ses branches.

27. Il trouvera sous elle un couvert contre le chaud, et il se reposera dans sa gloire.

17. *Ante obitum tuum operare justitiam.* D'après la doctrine du Sage, nous devons donner avant notre mort, parce que celui qui ne donne qu'après sa mort ne se prive de rien, nous devons donner chacun selon nos forces, c'est-à-dire, proportionnellement à notre fortune. Nous devons donner aux pauvres, que l'Evangile nous engage à considérer comme les membres de Jésus-Christ. En donnant ainsi nos biens temporels, nous recevrons les biens éternels, et notre âme sera sanctifiée par nos aumônes.

18. *Omnis caro.* Le Grec porte : Toute chair vieillira comme un habit, car c'est une sentence portée contre l'homme dès le commencement : Qu'il meure! Toute chair se fanera comme une feuille verte sur un arbre touffu.

---

17. *Operare justitiam.* Omne genus boni operis, ac nominatim beneficentiam et eleemosynam, quæ justitia nonnunquam appellatur in Scriptura; ut cum dicitur in Psalm. 111, 9, *dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi* : ubi pro justitia græcus habet ἐλεημοσύνην. — *Non est apud inferos invenire cibum.* Quia quæ hic non absumis, tecum ad inferos, vel in sepulcrum ferre non poteris, ibi enim neque editur, neque bibitur. Vel sensus est : bonis operibus insiste, quia post mortem non est amplius meritis augendis locus; ut congruat hæc sententia cum Christi monito, Joan. 6, 27 : *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.*

18. *Folium fructificans.* Græce θάλλον, *germinans*, fructificans, id est, existens; nam ipsa etiam folia partus quidam sunt et fructus arboris.

19. *Carnis et sanguinis.* Hominum.

20. *Omne opus corruptibile.* Sententia est : omne opus putrescens, deficiens et marcori obnoxium, tandem perit et solvitur, quemadmodum etiam operis illius artifex tandem interit.

21. *Omne opus electum.* Justum et sanctum. — *Justificabitur.* Justum et sanctum declarabitur, et in hac vita et in extremo judicio. — *In illo.* Propter illud.

22. *Circumspectionem Dei.* Deum omnia circumspicere et contemplari.

23. *Qui excogitat.* Pertractat animo ac reputat. — *In absconditis suis intelligens.* Arcana illius perpendens. — *Quasi investigator.* Vestigia persequens, et sapientiam quam quærit inveniens. — *In viis illius consistens.* Insistens illius viis, donec illam assequatur.

24. *Qui respicit per fenestras illius.* Cum scilicet ad sapientiæ ædes pervenerit, et fores ac fenestras clausas invenerit, per rimas fenestrarum ac portarum introspiciet, et ad audiendum aures applicabit, præ desiderio perveniendi ad sapientiam quæ intus latet.

25. *Requiescit.* Diversatur. — *Figens palum.* Ut de illo tabernaculum suum suspendat. — *Ad manus illius.* Juxta illam. — *Bona per ævum.* Bona æternum duratura.

26. *Sub tegmine illius.* Metaphora desumpta ab umbraculis arborum.

27. *A fervore.* Ab æstu. — *In gloria ejus requiescet.* Arbor enim hæc suis floribus, foliis ac fructibus ei decus afferet et gloriam.

CHAPITRE XV.

Celui qui recherche la sagesse la trouvera. Dieu n'est point auteur du péché. Il a laissé à l'homme le choix du bien et du mal.

1. Celui qui craint Dieu fera le bien : et celui qui est affermi dans la justice possédera la sagesse ;	1. Qui timet Deum, faciet bona; et qui continens est justitiæ, apprehendet illam ;
2. Et elle viendra au devant de lui, comme une mère pleine d'honneur, et elle le recevra comme une épouse vierge reçoit son époux.	2. Et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum.
3. Elle le nourrira du pain (de vie et) d'intelligence, et elle lui fera boire de l'eau de la sagesse (qui donne le salut); elle s'affermira dans lui, et elle le rendra inébranlable.	3. Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum ; *a* et firmabitur in illo, et non flectetur : [a *Joan.* 4. 10.]
4. Elle le tiendra de sa main, et il ne sera point confondu. Elle l'élèvera parmi ses proches.	4. Et continebit illum, et non confundetur ; et exaltabit illum apud proximos suos.
5. Elle lui ouvrira la bouche au milieu de l'assemblée : elle le remplira de l'esprit de sagesse et d'intelligence, et elle le revêtira d'un habillement de gloire.	5. Et in medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.
6. Elle lui amassera un trésor de joie et d'allégresse, et lui donnera pour héritage un nom éternel :	6. Jucunditatem et exultationem thesaurisabit super illum, et nomine æterno hæreditabit illum.
7. Les hommes insensés ne la comprendront point; (mais les hommes de bon sens iront au devant d'elle :) les insensés ne la verront point, parce qu'elle se tient bien loin de l'orgueil et de la tromperie.	7. Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi, homines stulti non videbunt eam ; longe enim abest a superbia et dolo.
8. Les menteurs ne se souviendront point d'elle; (mais les hommes véritables se trouveront avec elle, et marcheront heureusement, jusqu'à ce qu'ils arrivent à la vue de Dieu.)	8. Viri mendaces non erunt illius memores; et viri veraces invenientur in illa, et successum habebunt usque ad inspectionem Dei.
9. La louange n'est pas belle dans la bouche du pécheur,	9. Non est speciosa laus in ore peccatoris ;

Cap. XV. — 2. *Et obviabit illi.* La Sagesse éternelle qui est le principe de notre régénération est venue à nous en descendant du ciel sur la terre. Chaque jour sa grâce prévient le pécheur et va à sa rencontre. Si elle ne venait ainsi nous trouver au sein de notre misère, nous serions incapables de nous élever jusqu'à Dieu et d'atteindre la fin pour laquelle il nous a créés.

6. *Nomine æterno hæreditabit illum.* C'est le prodige qu'opère la Sagesse éternelle en faveur de nos saints qui ont eu le courage de se faire ses dociles disciples et qui ont puisé dans son commerce toutes les vertus dont ils sont ornés.

9. *Non est speciosa laus.* Le Grec porte : La louange de la Sagesse ne sied pas dans la bouche du pécheur, parce qu'il n'a pas été envoyé de Dieu pour la louer. Car sa louange ne doit être prononcée qu'avec sagesse, et c'est le Seigneur qui lui donne un heureux succès.

Cap. XV. — 1. *Qui continens est.* Qui compos est justitiæ, qui justus est; hoc enim significat vox græca ἐγκρατής. — * *Apprehendet illam.* Id est, sapientiam.

2. *Mater honorificata.* Sponsa præcipua, quæ est materfamilias; olim enim plures habere uxores licebat. — *Mulier a virginitate.* Uxor virgo ducta. Poetæ græci vocant κουριδίην ἄλοχον.

3. *Cibabit illum.* Cibos minutim concidendo more nutricis, et in os inferendo; hoc est enim ψωμίζειν, quod hic habemus. — *Pane vitæ et intellectus.* Cibo vitam et sapientiam afferente. — * *Aquæ sapientiæ.* Idem est aqua sapientiæ quod panis intellectus, sed ad elegantiam et copiam variatur metaphora. — *Firmabitur in illo.* Cibo illo ac potu confirmatus non flectetur ad malum, vel ad falsum.

4. *Continebit illum.* Fulciet illum, ne in aliquod malum ruat, quod illi incommodum et dedecus afferat. — *Apud proximos suos.* Verti etiam posset, *supra proximos suos*; in græco enim est, παρὰ τοὺς πλησίον αὐτοῦ.

5. *In medio ecclesiæ aperiet os ejus.* Ut in concione populum doceat et ecclesiæ doctor sit. — *Stola gloriæ vestiet illum.* Ingentem ei gloriam et celebritatem famæ conciliando, et gloriosis insignibus doctoratus exornando.

6. *Jucunditatem, et exultationem.* Copiosum gaudium ad instar thesauri coacervabit super illum, ac faciet ut nomen æternum, id est, perennem famam nunquam intermorituram, quasi hæreditatem consequatur.

7. *Obviabunt illi.* Invenient eam, obviam illam habebunt.

8. *Illius.* Sapientiæ. — *Successum habebunt.* Proficient. — *Usque ad inspectionem Dei.* Donec Deum facie ad faciem aspiciant.

9. *Laus.* Dei scilicet et sapientiæ. — *Peccatoris.* Qui in peccatis perseverat, nec se ab illis patitur abstrahi.

10. Quoniam a Deo profecta est sapientia; sapientiæ enim Dei astabit laus, et in ore fideli abundabit, et dominator dabit eam illi.	10. (Parce que la sagesse, vient de Dieu :) la louange de Dieu qu'accompagne la sagesse *lui est agréable*, (et elle remplit la bouche fidèle : aussi lui est-elle inspirée par le souverain Dominateur).
11. Non dixeris : Per Deum abest; quæ enim odit ne feceris.	11. Ne dites point : Dieu est cause que je n'ai pas la sagesse; car c'est à vous à ne pas faire ce qu'il déteste.
12. Non dicas : Ille me implanavit; non enim necessarii sunt ei homines impii.	12. Ne dites point : C'est lui qui m'a jeté dans l'égarement; car les méchants ne lui sont point nécessaires.
31. *Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit.* Sol deficit cum altitudinem cœli perlustret, et virtutes (græce est δύναμιν), exercitum scilicet astrorum; quanto magis homines, qui sunt terra et cinis!

Cap. XVIII. — 1. *Simul.* Pariter, nullo excepto. Sic Psalm., 13, 3, dicitur : *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt*, nullo scilicet excepto, quod statim explicat Psaltes, cum addit : *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* — *Justificabitur.* Justus est, et justus apparebit. — *Invictus.* Justus, perfectus, immortalis, immutabilis, et omnium dominus.

5. *Non est minuere, neque adjicere.* Adeo Dei perfecta sunt opera, ut illis addi nihil possit, neque detrahi.

6. *Cum consummaverit homo.* Cum quantum potuerit magnalia Dei fuerit scrutatus. — *Tunc incipiet.* Adeo multum supererit, quod cognoscat, ut perinde sit ac si nihil cogitando progressus esset. — *Cum quieverit.* Cum a scrutando conquieverit. — *Aporiabitur.* Anceps erit et incertus, * obstupescet, scilicet se tam multa omisisse. Ἀπορεῖν, pro obstupescere habemus I. Machab. 3, 31.

7. *Quæ est gratia illius?* Græce, χρῆσις, usus, utilitas. — *Quid est bonum, aut quid nequam illius?* Quid boni aut mali inferri potest?

8. *Quasi gutta aquæ maris.* Si cum æternitate conferantur, quod explicat cum subdit, *in die ævi.*

9. *Propter hoc.* Propter imbecillitatem humanam, miserias et ævi brevitatem. — *Patiens est.* Deus scilicet.

10. Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est, et cognovit subversionem illorum, quoniam nequam est.	10. Il voit la présomption et la malignité de leur cœur; il connaît le renversement de leur esprit, qui est corrompu.
11. Ideo adimplevit propitiationem suam in illis, et ostendit eis viam æquitatis.	11. C'est pour cela qu'il les traite dans la plénitude de sa douceur, (et qu'il leur montre le chemin de la justice).
12. Miseratio hominis circa proximum suum; misericordia autem Dei super omnem carnem.	12. La miséricorde de l'homme se répand sur son prochain; mais la miséricorde de Dieu s'étend sur toute chair.
13. Qui misericordiam habet, docet, et erudit quasi pastor gregem suum.	13. Étant plein de compassion, il enseigne et châtie les hommes, comme un pasteur fait ses brebis.
14. Miseretur excipientis doctrinam miserationis, et qui festinat in judiciis ejus.	14. Il fait miséricorde à celui qui reçoit les instructions de sa miséricorde, et qui se hâte de se soumettre à ses ordonnances.
15. Fili, in bonis non des querelam, et in omni dato non des tristitiam verbi mali.	15. Mon fils, ne mêlez point les reproches au bien que vous faites, et ne joignez jamais à votre don des paroles tristes et affligeantes.
16. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius quam datum.	16. La rosée ne rafraîchit-elle pas l'ardeur du grand chaud? Ainsi la parole douce vaut mieux que le don.
17. Nonne ecce verbum super datum bonum? sed utraque cum homine justificato.	17. La douceur des paroles ne passe-t-elle pas le don même? Mais toutes les deux se trouvent dans l'homme juste.
18. Stultus acriter improperabit; et datus indisciplinati tabescere facit oculos.	18. L'insensé fait des reproches aigres; et le don de l'indiscret dessèche les yeux.
19. Ante judicium para justitiam tibi, et antequam loquaris disce.	19. (Travaillez à acquérir la justice avant que de juger), et apprenez avant de parler.
20. Ante languorem adhibe medicinam, *a* et ante judicium interroga teipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem. [*a* *I. Cor.* 11. 28.]	20. Usez des remèdes avant la maladie, interrogez-vous vous-mêmes avant le jugement; et vous trouverez grâce devant Dieu.

15. *Fili, in bonis non des querelam.* Le Sage veut que nous imitions, autant que possible, la douceur et la bonté de Dieu. Pour venir en aide aux malheureux, il ne suffit pas de lui donner un secours matériel. Il faut accompagner ce secours d'une bonne parole qui relève le courage de celui qui le reçoit ou d'un bon conseil qui soit pour lui une lumière. Pourquoi la charité légale ne fait-elle pas de bien! C'est parce que ceux qui l'exercent ne peuvent faire usage de cet élément moral qui est essentiel pour adoucir le pauvre et le réconcilier avec celui qui lui donne.

20. *Ante languorem.* Le Grec porte : Apprenez avant de parler; et employez le remède avant la maladie. Interrogez-vous vous-même avant le jugement et vous trouverez grâce devant Dieu à l'heure de la visite ou du châtiment. Prévenez la maladie par l'humiliation de l'abstinence, et lorsque vous êtes tombé dans le péché, donnez des marques d'une sincère conversion.

---

10. *Præsumptionem.* Superbiam, elationem. — *Subversionem.* Perditionem, excidium, interitum. Græce καταστροφήν. *Nequam est.* Miseranda et lugubris, ut in tragœdiis est catastrophe.

11. *Ideo adimplevit.* Pœnitentibus plene propitiatus et placatus est. — *Viam æquitatis.* Legem dando.

13. *Qui misericordiam habet.* Deus scilicet misericors.

14. *Excipientis doctrinam miserationis.* Admittentis et servantis doctrinam et præcepta misericordiæ, et in eam proni. — *Festinat in judiciis ejus.* Qui sollicite curat, qui satagit ut judicia et legem Domini servet.

15. *In bonis.* Beneficiis. — *Non des querelam.* Ne addas reprehensionem aut exprobrationem. *In omni dato.* Græce, δόσει, beneficio, largitione. — *Non des tristitiam verbi mali.* Quorumdam enim beneficiorum gratiam, silentium, aut loquendi tarditas, aut vultus severitas, aut asperum verbum corrumpit.

16. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Quasi dicat : Potiora sunt verba quam munera; et verborum humanitas est quasi ros herbis in magno æstu.

17. *Utraque cum homine justificato.* Utrumque præstabit vir bonus et justus, tam scilicet beneficium quam beneficio adjunctam humanitatem.

18. *Acriter improperabit.* Odiose exprobrans amico. *Datus indisciplinati.* Græce est, βασκάνου, invidi, avari qui bona sua ægre dat. — *Tabescere facit oculos.* Dum pauperis indigentis spem frustratur, trahit, ludit.

19. *Para justitiam tibi.* Reputa quid pro tua causa dicturus sis. — *Disce.* Tuæ causæ justitiam et rationes, quibus illa nititur. Institue examen privatum causæ vitæ aut tuæ, ut scias quid ad objecta respondeas.

20. *Ante languorem.* Imitare medicos, qui, præservantibus medicamentis, vim morbi imminentis antevertunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS — ALERE FLAMMAM VERITATIS

21. Humiliez-vous avant de tomber dans l'infirmité ; et faites voir le règlement de votre conduite au temps de la maladie.

22. Que rien ne vous empêche de prier toujours, et ne cessez point de vous avancer dans la justice jusqu'à la mort, (parce que la récompense de Dieu demeure éternellement).

23. Préparez votre âme avant la prière ; et ne soyez pas comme un homme qui tente Dieu.

24. Souvenez-vous de la colère du dernier jour, et du temps où Dieu rendra à chacun selon qu'il aura vécu.

25. Souvenez-vous de la pauvreté pendant l'abondance, et des besoins de l'indigence au jour des richesses.

26. Du matin au soir le temps se change : *et tout cela se fait* en un moment aux yeux de Dieu.

27. L'homme sage sera toujours dans la crainte, et pendant les jours du péché il se gardera de la paresse.

28. Tout homme habile reconnaît la sagesse ; et il rend honneur à celui qui l'a trouvée.

29. Les hommes de bon sens témoignent aussi eux-mêmes leur sagesse dans leurs paroles : ils ont l'intelligence de la vérité et de la justice, et ils répandent comme une pluie les sentences et les paraboles.

30. Ne vous laissez point aller à vos désirs, et détournez-vous de votre propre volonté.

31. Si vous contentez votre âme dans ses désirs, elle vous rendra la joie de vos ennemis.

32. Ne vous plaisez point dans les assemblées pleines de tumulte, non pas même dans les plus petites, parce qu'on s'y expose à beaucoup de péchés.

21. Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.

22. *a* Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari ; quoniam merces Dei manet in æternum. [a *Luc.* 18. 1. *I. Thess.* 5. 17.]

23. Ante orationem præpara animam tuam ; et noli esse quasi homo qui tentat Deum.

24. *a* Memento iræ in die consummationis, et tempus retributionis in conversatione faciei. [a *Supr.* 7. 18.]

25. *a* Memento paupertatis in tempore abundantiæ, et necessitatum paupertatis in die divitiarum. [a *Supr.* 11. 27.]

26. A mane usque ad vesperam immutabitur tempus, et hæc omnia citata in oculis Dei.

27. Homo sapiens in omnibus metuet, et in diebus delictorum attendet ab inertia.

28. Omnis astutus agnoscit sapientiam, et invenienti eam dabit confessionem.

29. Sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt ; et intellexerunt veritatem et justitiam, et impluerunt proverbia et judicia.

30. *a* Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere [a *Rom.* 6. 12. 13. et 13. 14.]

31. Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.

32. Ne oblecteris in turbis nec in modicis : assidua enim est commissio illorum.

23. *Quasi homo qui tentat Deum.* On peut aussi tenter Dieu dans la prière, lorsqu'on doute de sa puissance, de sa bonté, ou de la certitude de ses promesses, selon ces paroles de saint Jacques (Ep. I) : *Postulet autem in fide nihil hæsitans* (Estius).

---

21. *Humilia te.* Temperantiæ exercitatione et jejunio. Hebræis enim est familiaris dicendi modus, *humiliare animam in jejunio.* — *Conversationem.* Græce, ἐπιστροφὴν, *conversionem*, peccatorum pœnitentiam, et morum emendationem. Sensus vulgatæ nostræ lectionis esse potest : ostende patientiam, animi demissionem, æquanimitatem, etc. * Ex his enim apparet quam bonum habitum contraxerit sanus is, qui nunc ægrotat.

22. *Non impediaris orare semper.* Remove omnia orationis impedimenta, ita tu, cum orandum est, semper orare possis. — *Ne verearis.* Ne ullo vitioso pudore impediaris semper in virtutis et justitiæ via proficere, et illius actibus te exercere.

23. *Quasi homo qui tentat Deum.* Is enim tentat Deum, qui imparatus ad orandum accedens, non ea qua par est reverentia orat, aut indigna et inutilia postulat, aut Dei potentiam ostendit, cum necesse non est.

24. *In die consummationis.* * Memento venturæ iræ in die extremo judicii, cum vita præsens et mundi cursus consummabitur. — *In conversatione faciei.* Græce est, *in aversione vultus*, cum scilicet Deus ab impiis vultum avertet, et ad æternos cruciatus damnabit.

25. *Memento paupertatis.* Interim dum vivis, et otio abundas, et bene agendi opportunitas non deest, reconde tibi thesaurum bonorum operum, qui tempore futuro paupertatem sublevet.

26. *A mane usque ad vesperam.* Facile, et eodem die. Dicimus italice : *Dalla mattina alla sera.* — *Citata.* Citato cursu prætervolantia.

27. *In diebus delictorum attendet ab inertia.* Cum sibi peccati alicujus conscius fuerit, excutiet inertiam, pœnitentiæ et aliis virtutum officiis insistet. * In græco est, ἀπὸ πλημμελείας, *a culpa.* Tunc etiam cum malorum exemplorum ingens erit seges, a peccando abstinebit.

28. *Astutus.* Sapiens. — *Dabit confessionem.* Laudabit illum.

29. *Impluerunt proverbia.* Tanquam imbrem aut pluviam effuderunt. Græce ἀνώμβρησαν. Sapientes sententias et præcepta magna copia protulerunt.

30. *A voluntate tua.* Ab eo quod optat voluntas tua et desiderium tuum.

31. *Concupiscentias ejus.* Id quod concupiscit. — *Faciet te in gaudium inimicis tuis.* Male te mulctabit, ex quo gaudeant inimici tui.

32. *Ne oblecteris in turbis nec in modicis.* Ne tantillum quidem te turbis immisceas, sedi-

33. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, et est tibi nihil in sacculo ; eris enim invidus vitæ tuæ.

33. Ne vous réduisez point à la pauvreté en empruntant à usure, pour contribuer autant que les autres à faire des festins, pendant que vous n'avez rien dans votre bourse ; car vous vous ôtez ainsi à vous-même le moyen de vivre.

CHAPITRE XIX.

Maux que causent le vin et les femmes. Taire les défauts d'autrui. Avertir son ami du mal qu'on dit de lui. Vraie et fausse sagesse.

1. Operarius ebriosus, non locupletabitur ; et qui spernit modica, paulatim decidet.

2. *a* Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos : [a *Gen.* 19. 33. *III. Reg.* 11. 1.]

3. Et qui se jungit fornicariis, erit nequam ; putredo et vermes hæreditabunt illum, et extolletur in exemplum majus, et tolletur de numero anima ejus.

4. *a* Qui credit cito, levis corde est, et minorabitur ; et qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. [a *Jos.* 9. 15. et 22. 11.]

5. Qui gaudet iniquitate, denotabitur ; et qui odit correptionem, minuetur vita ; et qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

1. L'ouvrier sujet au vin ne deviendra jamais riche ; celui qui néglige les plus petites choses tombe peu à peu.

2. Le vin et les femmes font tomber les sages mêmes, (et jettent dans l'opprobre les hommes sensés).

3. Celui qui se joint aux femmes prostituées perdra toute honte : il sera la pâture de la pourriture et des vers ; il deviendra un grand exemple ; et son âme sera retranchée du rang *des vivants*.

4. Celui qui est trop crédule est léger de cœur : (il en souffrira de la perte) ; et il sera de plus considéré comme péchant contre son âme.

5. Celui qui aime l'iniquité sera déshonoré ; (celui qui hait les réprimandes en vivra moins) ; et celui qui hait le trop parler éteindra le mal.

CAP. XIX. — 3. *Extolletur in exemplum majus.* Il deviendra un grand exemple par les maux qu'il souffrira, et suivant le Grec, son âme téméraire et sans pudeur sera retranchée du nombre des vivants. *Anima audax tolletur de numero* (*Sixtina versio*).

---

tionibus, popularibusque tumultibus. — *Assidua enim est commissio illorum.* Nam cum excitantur, collidunt se partes, nec sine periculo poteris illis intervenire. * Vel significatur multa peccata committi. In græco hic versus ita se habet : μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, μηδὲ προσδεθῇς συμβολῇ αὐτῆς, *ne delecteris multis deliciis, nec eorum symbolis alligeris.* Symbolæ sunt convivia in quibus quilibet aliquid ciborum aut pecuniæ confert, ut instruantur epulæ. Sententia ergo esse potest : ne alligeris symbolis, vehementi scilicet animi propensione, vel promissione pecuniæ conferendæ ad convivium : noster interpres non legit ἐν τρυφῇ, *in deliciis*, sed ἐν τύρβῃ, *in turba* ; et vulgata hæc lectio accipi potest de conviviis, si illud *in turbis* intelligamus de turbis conviviorum, quæ fere ab illis non absunt, præsertim ubi multi sunt convivæ.

33. *Ne fueris mediocris.* Ne pauper fias (mediocrem interpres pro paupere accepit) ; symbola ad convivium conferendo. Græca habent, μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν. — *In contentione.* Id est, ἐν συμβολῇ, contributione ad epulas. In his etiam fere contentio aliqua et æmulatio admiscetur. — *Ex fœnore.* Accepta a fœneratore pecunia. — *Et est tibi nihil in sacculo.* Facile enim marsupium vacuum facies. — *Eris enim invidus vitæ tuæ.* — *Invidus* græce est ἐπίβουλος, *insidiator* ; quasi dicat : Male consules vitæ tuæ. Italice diceremus : *sarai traditore a te stesso.*

CAP. XIX. — 1. *Non locupletabitur.* Imo ad paupertatem redigetur : est miosis, minus enim dicitur quam significatur. — *Et qui spernit.* Particula *et* est causalis, quia scilicet qui spernit modica opera et lucrum quotidianum, quasi facilis illius sit jactura, paulatim in paupertatem decidet.

2. *Apostatare.* Deficere a sapientia. Nam *fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.* Osee, 4. 11. — *Arguent sensatos.* Reprehensione et redargutione dignos facient.

3. *Putredo et vermes.* Quia luxuria conciliantur morbi, et mors celerius advenit. * Mire hoc convenit in morbum illum qui vagas libidines sequitur, et ab Italis gallicus appellatur. — *Extolletur.* De medio tolletur. — *In exemplum majus.* In aliorum exemplum insigne, et quod alios commovere et percellere possit. — *Anima ejus.* Vita illius.

4. *Credit cito.* Quidlibet. — *Minorabitur.* Minuetur tum sapientia, tum existimatione apud alios ; nam levis habebitur et imprudens. — *Qui delinquit in animam suam.* Qui peccat contra seipsum, et animam suam, quam leviter decipi permittit, et multorum malorum periculo exponit. — *Insuper habebitur.* Homo nihil habebitur, qui frustra sit et quasi supranumerarius, *telluris inutile pondus*, juxta illud Horatianum, *nos numerus sumus, et fruges consumere nati.* In lib. *sunt personæ*, ff. de relig. et sump. fun. *insuper habere* accipitur pro contemnere. In græco tantum est, πλημμελήσει, *peccabit.*

5. *Denotabitur.* Vituperabitur, condemnabitur. — *Minuetur vita.* Quia peccata peccatis addet, quæ illum in exitium trahent. — *Extinguit malitiam.* Fomitem illi subtrahendo, ipsam scilicet loquacitatem.

6. (Celui qui pèche contre son âme, s'en repentira, et celui qui met sa joie dans sa malice sera déshonoré).

7. Ne rapportez point une parole maligne et offensante, et vous n'en souffrirez point de mal.

8. Ne dites vos pensées ni à votre ami, ni à votre ennemi; et si vous avez commis un péché, ne le découvrez point;

9. Car celui à qui vous le direz vous écoutera, et vous observera; et faisant semblant d'excuser votre faute, il vous haïra; (et il sera toujours prêt à vous nuire).

10. Avez-vous entendu une parole contre votre prochain? faites-la mourir dans vous, et assurez-vous qu'elle ne vous fera point crever.

11. L'insensé se presse d'enfanter une parole, comme une femme qui est en travail.

12. La parole ouïe est dans le cœur de l'insensé comme une flèche qui perce la cuisse.

13. Reprenez votre ami, de peur qu'il n'ait point su ce qu'on *disait de lui*, et qu'il ne vous dise : Je ne l'ai point fait. Ou s'il l'a fait, afin qu'il ne le fasse plus à l'avenir.

14. Reprenez votre ami, parce que peut-être il ne l'a point dit; ou s'il l'a dit, afin qu'il ne le dise plus.

15. Reprenez votre ami, parce qu'on fait souvent de faux rapports.

6. Qui peccat in animam suam, pœnitebit; et qui jucundatur in malitia, denotabitur.

7. Ne iteres verbum nequam et durum, et non minoraberis.

8. Amico et inimico noli narrare sensum tuum; et si est tibi delictum, noli denudare;

9. Audiet enim te, et custodiet te, et quasi defendens peccatum odiet te, et sic aderit tibi semper.

10. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te disrumpet.

11. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.

12. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti.

13. a Corripe amicum, ne forte non intellexerit, et dicat : Non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere [a *Levit.* 19. 17. *Matth.* 18. 15. *Luc.* 17. 3.]

14. Corripe proximum, ne forte non dixerit; et si dixerit, ne forte iteret.

15. Corripe amicum; sæpe enim fit commissio.

7. *Ne iteres verbum nequam.* Cette parole, dit Sacy, est une suite de celle qui précède. Pour ne point vous repentir d'avoir été trop crédule aux paroles malignes que l'on aura dites devant vous contre le prochain, étouffez-les aussitôt dans vous et n'en parlez à personne. *Ainsi vous n'en souffrirez point de mal*, et vous serez juste envers votre prochain, en ne *rapportant point* des choses qui seraient injurieuses à son honneur et charitables envers vous-même, en ne vous exposant point à vous rendre complice de la malignité d'un autre.

13. *Corripe amicum.* Le Grec porte seulement : Reprenez votre ami sur ce qu'on l'accuse d'avoir fait, parce que peut-être il ne l'a point fait; ou s'il l'a fait, afin qu'il ne le fasse plus. Ici il s'agit des actions; dans le verset suivant il s'agit des paroles. Ces deux versets sont parallèles. Dans ces maximes et les suivantes, on trouve les règles à suivre dans la correction fraternelle.

---

6. *Qui peccat in animam suam.* Seipsum lædendo, quod omnes peccantes faciunt. — *Pœnitebit.* Mature si sapit, alioqui sera et inutili pœnitentia. — *Denotabitur.* Vituperabitur, condemnabitur.

7. *Verbum nequam et durum.* Iracundum, contumeliosum, minax. — *Non minoraberis.* Nec in honore, nec in quiete, nec in amicitia, nec in cæteris bonis, si nimium non iteres, sed ut decet, excuses, retractes, damnes. Vel potius τὸ *iteres* significat quæ audiuntur in proximum jactata verba contumeliæ aut detractionis non esse iteranda, hoc est, aliorum auribus ingerenda, quod præceptum iterum inculcat n. 10 sequenti.

8. *Amico et inimico.* Noli promiscue et sine delectu omnibus aperire animi tui sensus; hoc enim loquacis est et imprudentis. — *Denudare.* Aperire, nam quæ tacita volumus, nemini dicere debemus. Versiculus hic in græco ita se habet : *In amico et inimico ne narres, et nisi sit tibi peccatum, ne reveles.* Sententia est : si potes sine culpa (quia scilicet nec ex officio et justitia, nec ex charitate teneris) peccatum alienum non aperias : nec hunc sensum nostra versio respuit; nam illud, *si est tibi delictum*, explicari potest, si alterius nosti delictum.

9. *Custodiet te.* Græce ἐφυλάξατε σε, a te sibi cavebit : ne quod in alios eadem et in ipsum pecces, secreta scilicet et tacenda prodendo. — *Quasi defendens peccatum.* Non te palam arguet quasi detractorem, imo ut explicetur arcana, justam te habere querelarum causam affirmabit, in animo tamen suo te contemnet, et odio habebit ut detractorem. — *Sic aderit tibi semper.* Simulate amicus.

10. *Commoriatur in te.* Silentio preme, nec omnino cum aliis communica. — *Non te disrumpet.* Non propterea rumperis.

11. *A facie verbi.* Propter auditum verbum. — *Parturit fatuus.* Qui linguæ suæ potens non est, et quasi fœtum cordis sui continere non potest, sed gestit in lucem proferre. — *Tanquam gemitus partus infantis.* Similis mulieribus partui vicinis, quarum uterum adeo gravat infans, ut illum omnino cogantur effundere.

12. *Infixa femori carnis.* Alte infixa, ut pote in parte quæ carnis multum habet, ideoque etiam dolores magnos facit, et gemitus ciet et clamores, ut vulneratus silere non possit.

13. *Ne forte non intellexerit.* Non cognoverit quæ de illo jactantur. — *Iterum addat facere.* Porro pergat peccare, et ad eumdem lapidem offendere.

14. *Ne forte non dixerit.* Quia fieri potest ut non dixerit, et æquum est ut ab ipso innocentiam ejus cognoscas; si dixerit, monendus est, ne rursus idem peccet.

15. *Sæpe enim fit commissio.* Peccati scilicet perpetratio. Græca habent, διαβολή, calumnia, sensusque est idem cum prima parte superioris versiculi. Mone amicum, qui, si non

16. Et non omni verbo credas; est qui labitur lingua, sed non ex animo;

17. a Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequam commineris. [a *Jac.* 3. 8.]

18. Et da locum timori Altissimi; quia omnis sapientia timor Dei, et in illa timere Deum, et in omni sapientia dispositio legis.

19. Et non est sapientia nequitiæ disciplina; et non est cogitatus peccatorum prudentia.

20. Est nequitia, et in ipsa execratio; et est insipiens qui minuitur sapientia.

21. Melior est homo qui minuitur sapientia, et deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu, et transgreditur legem Altissimi.

22. Est solertia certa, et ipsa iniqua.

23. Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, et interiora ejus plena sunt dolo;

24. Et est qui se nimium submittit a multa humilitate; et est qui inclinat faciem suam, et fingit se non videre quod ignoratum est;

25. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet.

16. Et ne croyez pas tout ce qu'on dit *de lui*. Tel pèche de la langue, qui ne pèche point du cœur.

17. Car qui est celui qui ne pèche point de la langue? Reprenez votre ami avant que d'user de paroles rudes;

18. Et donnez lieu à la crainte du Très-Haut : car la crainte de Dieu est la souveraine sagesse : c'est elle qui apprend à craindre Dieu; et elle consiste toute à exécuter ses lois.

19. L'art de faire le mal avec adresse n'est pas sagesse; et la conduite des méchants n'est point prudence.

20. Il y a une malice ingénieuse qui est exécrable; et il y a une stupidité qui n'est qu'un défaut de sagesse.

21. Un homme qui a peu de sagesse, et qui manque de sens, mais qui a la crainte de Dieu, vaut mieux que celui qui a un grand sens, et qui viole la loi du Très-Haut.

22. Il y a une adresse qui ne manque point son coup; mais elle est injuste.

23. Et il y en a qui parlent franchement, et qui ne disent que la vérité. Tel s'humilie malicieusement, dont le fond du cœur est plein de tromperie.

24. (Tel se soumet jusqu'à l'excès, avec une profonde humiliation, et tel baisse le visage, et fait semblant de n'avoir pas vu ce qui est secret.

25. Mais si sa faiblesse l'empêche de pécher, il ne laissera pas de faire le mal, lorsqu'il en aura trouvé l'occasion.

18. *Et da locum timori Altissimi.* Donnez lieu à la crainte du Très-Haut de faire impression sur son cœur. Le Grec porte : Donnez lieu à la loi du Très-haut, qui ordonne cette douceur, ces ménagements. Car il vaut mieux en user ainsi que de chercher à vous venger de lui adroitement.

24. *Et est qui se nimium submittit.* Le Grec porte : Tel appliqué au mal marche courbé et dans le deuil, et le fond de son cœur est plein de tromperie. Il baisse le visage et feint d'être à demi sourd; et il vous surprendra lorsque vous n'y penserez pas.

---

peccavit, saltem hoc referet commodi, ut se a calumnia impacta purget. Videtur noster pro διαβολή, legisse συμβολή, symbola : itaque sæpe fit commissio seu symbola aliquibus, vel etiam multis de eodem male loquentibus, et varios defectus et peccata illi affingentibus, eaque in commune conferentibus quasi jucundi sermonis, ut convivii argumentum.

16. *Labitur lingua, sed non ex animo.* Lingua mentem prævertente, nec animo nocendi aut detrahendi.

17. *Antequam commineris.* Præstat enim blande ad officium revocare amicum, quam asperitate sermonis aut minis. Sic S. Paulus ad Galat., 6. 1, ait : *Hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.*

18. *Da locum timori Altissimi.* Quia hanc lenitatem præcipit. — *Quia omnis sapientia.* Quia scilicet timor Dei est *omnis*, id est, tota, plena ac perfecta sapientia practica; et in illa sapientia vicissim quidquid docetur est *timere Deum*, quia omnis sapientia est *dispositio legis*, id est, disponit sapientem ad servandam legem.

19. *Et non est sapientia nequitiæ disciplina.* Falsa et politica malorum hominum prudentia, quæ mala agere docet, et proximum circumvenire, multum abest a sapientia et prudentia, licet illam mentiatur. — *Cogitatus peccatorum.* Inventa et machinationes peccatorum.

20. *Est nequitia.* Est potius malitia calliditas et execrabilis astutia, et multum falluntur qui sibi imponunt, et pro illa sapientiam veram non sectantur.

21. *Melior est.* Sententia est, satius esse illa falsa prudentia carere, quæ divinas leges temerat, quam illam quærere aut nancisci. — *In timore.* Dei scilicet, qui timor divinæ legis observationem suadet.

22. *Est solertia certa.* Græco, πανουργία ἀκριβὴς, *malitia perfecta;* optime respondet ei quod dicimus italice, *malizia fina.* — *Et ipsa iniqua.* Solertia hæc mala nimirum est.

23. *Qui emittit verbum certum.* Qui candide, vere et sincere loquitur et agit. * In græco est, καὶ ἔστι διαστρέφων χάριν τοῦ ἐκφᾶναι κρίμα, *et est qui pervertit ut enuntiet sententiam.* Notat eorum versutiam, qui in judiciis leges falso interpretantur, et violenter ad eum sensum trahunt qui favet causæ ipsorum iniquæ. — *Qui nequiter humiliat se.* Voce, gestu, significatione reverentiæ.

24. *Se nimium submittit.* Mirum quantum se submittit. *A multa humilitate.* Quam simulat. — *Fingit se non videre quod ignoratum est.* Simulat se alios non observare astute, nec ea animadvertere quæ ab aliis nesciuntur, vel quæ alii tecta et ignorata volunt.

26. On connaît une personne à la vue, et l'on discerne à l'air du visage l'homme de bon sens.

27. Le vêtement du corps, le ris des dents et la démarche de l'homme font connaître quel il est.

28. Il y a une fausse répréhension qui naît de la colère d'un homme insolent; et il y a un jugement qui se trouve n'être pas juste : mais tel se tait qui le fait par prudence.

26. Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

27. Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.

28. Est correptio mendax in ira contumeliosi; et est judicium quod non probatur esse bonum ; et est tacens, et ipse est prudens.

CHAPITRE XX.

Vices et vertus de la langue. Succès funestes. Maux heureux. Des présents intéressés. De la fausse honte. Du mensonge.

1. Ne vaut-il pas beaucoup mieux reprendre un homme, et lui donner lieu par là d'avouer sa faute que de garder sa colère contre lui?

2. Celui qui viole la justice par un jugement injuste

3. Est comme l'eunuque qui veut faire violence à une jeune vierge.

4. (Que c'est un grand bien, lorsqu'on est repris, de témoigner son repentir! vous éviterez ainsi le péché volontaire.)

5. Il y en a qui se taisent et qui sont reconnus pour sages ; et il y en a qui se rendent odieux par leur intempérance dans les paroles.

6. Il y en a qui se taisent, parce qu'ils n'ont pas assez de sens pour parler; et il y en a d'autres qui se taisent, parce qu'ils discernent quand il est temps de parler.

7. L'homme sage se tiendra jusqu'à un certain temps dans le silence; mais l'homme léger et imprudent n'observera point les temps.

8. Celui qui se répand en paroles blessera son âme; et celui qui s'attribue un pouvoir injuste se fera haïr.

1. Quam bonum est arguere, quam irasci, et confitentem in oratione non prohibere?

2. a Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam; [a *Infr.* 30. 21.]

3. Sic qui facit per vim judicium iniquum.

4. Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum.

5. Est tacens qui invenitur sapiens; et est odibilis qui procax est ad loquendum.

6. Est tacens non habens sensum loquelæ; et est tacens sciens tempus aptum.

7. Homo sapiens tacebit usque ad tempus; lascivus autem et imprudens non servabunt tempus.

8. Qui multis utitur verbis, lædet animam suam; et qui potestatem sibi sumit injuste odietur.

Cap. XX. — 4. *Effugies voluntarium peccatum.* Vous éviterez ainsi le péché de volonté que vous commettriez en voulant vous excuser, c'est ainsi que paraphrase le P. de Carrières. On peut aussi entendre que par le repentir, la volonté se détache du péché autant que possible, tandis que celui qui ne se repent pas s'obstine, et sa volonté ne devient que plus perverse.

---

26. *Ab occursu faciei.* A facie incurrente, a vultu qui incurrit in oculos.

27. *Amictus.* Sententia est, ex vestitu, risu, incessu hominis, de illius moribus et ingenio conjecturam capi posse.

28. *Correptio mendax. Indecora*, ut est in græco. — *In ira contumeliosi.* Cum per iram quis contumeliamque alium corripit, virtutemque vitio docere conatur. — *Judicium, quod non probatur esse bonum.* Quia præceps et ab ira profectum, et nonnunquam falsum ac mendax. — *Et est tacens.* Est qui prudenter alterius errata tacitus transmittat, cum scilicet opportunus non est correptioni locus.

Cap. XX. — 1. *Quam bonum.* Quanto melius est. — *Arguere.* Humaniter corripere. — *Irasci.* Occulte fovendo in pectore virus iracundiæ. — *Et confitentem.* Agnoscentem et damnantem id in quo peccavit contra te. — *In oratione non prohibere.* Patienter et humaniter audire, dum se et peccatum suum excusat, aut illius veniam petit.

2. *Concupiscentia spadonis.* Sententia est : quemadmodum eunuchi, quibus virginum custodia credita est, aliquando ipsis virginibus vitium inferunt ; ita iniqui judices, justitiæ custodes, corrumpunt justitiam.

4. *Voluntarium peccatum.* Nam voluntarie non peccat qui per veram pœnitentiam serio peccata detestatur, sed potius imbecillitate humana.

5. *Odibilis.* Odium enim merentur et provocant temere et procaciter loquentes. * Cic. 1. de Offic. *Nec vero, tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi vicissitudinem iniquam putet.*

6. *Non habens sensum loquelæ.* Qui loqui nescit, qui suam infacundiam novit, qui ne parum prudenter aliquid effutiat, sibi timet. — *Tempus aptum.* Tempus opportunum ad loquendum.

7. *Lascivus.* Procax, nugator, insipiens. * In græco est, λαπιστὴς, quæ vox jactatorem, mendacem, temerarium, nugatorem significat.

8. *Qui potestatem sibi sumit injuste.* Ut velit loquendo, docendo, imperando, sibi non subditis dominari. Vel qui sibi jus male assumit alios judicandi, et eorum dicta aut facta carpendi.

9. Est processio in malis viro indisciplinato, et est inventio in detrimentum.

10. Est datum quod non est utile ; et est datum cujus retributio duplex.

11. Est propter gloriam minoratio; et est qui ab humilitate levabit caput.

12. Est qui multa redimat modico pretio, et restituens ea in septuplum.

13. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit; gratiæ autem fatuorum effundentur.

14. Datus insipientis non erit utilis tibi; oculi enim illius septemplices sunt.

15. Exigua dabit, et multa improperabit; et apertio oris illius inflammatio est.

16. Hodie fœneratur quis, et cras expetit; odibilis est homo hujusmodi.

17. Fatuo non erit amicus, et non erit gratia bonis illius ;

18. Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Quoties, et quanti irridebunt eum?

19. Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit; similiter et quod non erat habendum.

20. Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pavimento cadens; sic casus malorum festinanter veniet.

9. L'homme sans conscience réussit dans le mal, mais ce qu'il invente tourne à sa ruine.

10. Il y a un don qui est inutile, et il y a un don qui est doublement récompensé.

11. Tel trouve sa perte dans sa gloire même, et tel s'élève par son humiliation.

12. Tel rachète beaucoup de choses à vil prix, qui sera obligé d'en payer sept fois autant.

13. Le sage se rend aimable dans ses paroles ; mais ce qu'il y a d'agréable dans les insensés s'écoulera.

14. Le don de l'insensé ne vous sera point utile, car il a sept yeux dont il vous regarde.

15. Il donnera peu, et il le reprochera souvent ; et quand il ouvre la bouche, c'est comme une flamme qui se répand.

16. Tel prête aujourd'hui, qui redemandera demain ; et cet homme-là se rend odieux.

17. L'insensé n'aura pas un ami, et le bien qu'il fait ne sera point agréé,

18. Parce que ceux qui mangent son pain, le trompent par leurs discours. Combien de fois aussi, et de combien d'hommes sera-t-il moqué?

19. Car il ne se conduit point par le bon sens, soit en distribuant ce qu'il devait réserver, soit en donnant même ce qu'il ne devait pas garder.

20. Celui qui se sert de sa langue pour tromper est, dans sa chute, comme un homme qui tombe sur le pavé : ainsi la ruine des méchants viendra tout d'un coup.

9. *Est processio in malis.* D'après le Grec, il faudrait traduire : Il y a des malheurs avantageux à l'homme ; et il y a des avantages qui tournent à sa perte.

10. *Est datum quod non est utile.* Le mérite du présent dépend beaucoup de la manière dont on le fait. Si on donne à regret ou qu'on donne à un ingrat, le présent est inutile. Mais si on donne avec plaisir, la valeur du présent est centuplée par la grâce avec laquelle on l'a fait. Si on s'adresse de plus à une personne reconnaissante, on verra immédiatement les fruits de sa bonne action.

14. *Oculi enim illius septemplices.* Le Grec porte seulement : Ses yeux, au lieu d'une chose qu'il vous a donnée, attendent pour en recevoir plusieurs : *Oculi enim illius pro uno multis.* Au fond, le sens est le même.

---

9. *Processio in malis.* Cum scelerato male viventi res tamen bene succedunt et ad votum fluunt. — *Inventio.* Res inventa, quæ detrimentum affert. Prosperitas magnorum malorum causa.

10. *Datum, quod non est utile.* Munus alteri datum, ex quo nullum percipias commodum, ut cum confertur in ingratum. — *Cujus retributio duplex.* Cujus larga sit compensatio.

11. *Est propter gloriam minoratio.* Sunt enim qui consequendæ dignitatis aut honesti muneris gratia, fortunas suas imminuant. Vel est minoratio propter gloriam, quia magistratus virum ostendit; et occasione dignitatis quam sunt consecuti, imminuta est de illorum probitate aut prudentia apud cives existimatio. — *Ab humilitate levabit caput.* Ad honesta munia productus et ad divitias, virtute pauperi et humili utrumque conciliante.

12. *Est qui... redimat.* Sententia est, avaros, ut pecuniæ parcant, vilissima et deterrima quæque ad domus necessitates comparare, quæ cum usum ad quem comparantur non impleant, aut etiam noxia sint, ac proinde subinde illa abjicere, et alia comparare necesse sit, septuplo plus pecuniæ insumunt aut perdunt quam liberales. Italorum est parœmia : *Chi più spende, meno spende.*

13. *Gratiæ... fatuorum effundentur.* Vel verba quæ lepide proferre se putant, vel beneficia quæ male collocant.

14. *Datus.* Munus, datio. — *Oculi... illius septemplices sunt.* Illud enim spectant, ut septuplo plus accipiant quam dant.

15. *Multa improperabit.* Odiosa beneficentiæ suæ commemoratione, quasi tu ingratus erga illum fueris. — *Inflammatio est.* Iram in audiente excitat; quis enim patienter ferat stulti dantis jactantiam, etc.? Græca habent, *aperuit os suum velut præco.*

16. *Fœneratur.* Mutuo dat, aut commodat.

18. *Falsæ linguæ sunt.* Ad adulandum compositæ, et illius jactantiæ concinentes. — *Irridebunt eum.* Commemorantes quæ illis de se magnifice et gloriose prædicavit. Vel quod stulte sua prodegerit; quæ explicatio melius cum sequentibus cohæret.

19. *Directo sensu.* Prudenter et in loco beneficia conferens. — *Similiter et quod non erat habendum.* Nescit quando parcendum aut non parcendum sit pecuniis et rebus suis.

20. *Quasi qui in pavimento cadens.* In pavimento scilicet solarii domus cadens, et deorsum casu delatus; hic enim casus est improvisus, et lethifer esse solet. In græco est, ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους, *lapsus a pavimento.* Notum est in Palæstina tecta fuisse plana, et in iis ambulare et diversari solitos Hebræos. Sensus ergo est : adulatores, mendaces, et hujusmodi, improviso et graviter ruent.

21. L'homme qui ne se rend point aimable est comme un méchant conte en la bouche des gens qui n'ont point d'éducation.

22. Une parole sage sera mal reçue de la bouche de l'insensé, parce qu'il l'a dite à contre-temps.

23. Tel s'abstient de pécher, n'en ayant pas le moyen, qui en ressent les désirs lorsqu'il est dans le repos.

24. Tel perd son âme par un excès de honte : il la perdra, dis-je, en cédant à une personne imprudente; (et il se perdra lui-même pour avoir eu trop d'égard à une personne.)

25. Tel promet à son ami par une honte indiscrète, qui le rend ainsi gratuitement son ennemi.

26. Le mensonge est dans un homme une tache honteuse : ce vice se trouve sans cesse dans la bouche des gens déréglés.

27. Un voleur vaut mieux qu'un homme qui ment sans cesse, et la perdition sera le partage de l'un et de l'autre.

28. La vie des menteurs est une vie sans honneur, et leur confusion les accompagne toujours.

29. Le sage s'attire l'estime par ses paroles; et l'homme discret plaira aux grands.

30. Celui qui cultive sa terre amassera des monceaux de blé : (celui qui fait les œuvres de justice sera élevé lui-même :) et celui qui plaît aux grands fuira l'injustice.

31. Les présents et les dons aveuglent les yeux des juges; et ils sont dans leur bouche, comme un mors qui les rend muets, et qui les empêche de châtier.

32. Si la sagesse demeure cachée, et que le trésor ne soit pas visible, quel fruit tirera-t-on de l'un et de l'autre?

21. Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit.

22. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore suo.

23. Est qui vetatur peccare præ inopia; et in requie sua stimulabitur.

24. Est qui perdet animam suam præ confusione, et ab imprudenti persona perdet eam; personæ autem acceptione perdet se.

25. Est qui præ confusione promittit amico, et lucratus est eum inimicum gratis.

26. Opprobrium nequam in homine mendacium, et in ore indisciplinatorum assidue erit.

27. Potior fur quam assiduitas viri mendacis; perditionem autem ambo hæreditabunt.

28. Mores hominum mendacium sine honore; et confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

29. Sapiens in verbis producet seipsum, et homo prudens placebit magnatis.

30. Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum; et qui operatur justitiam, ipse exaltabitur; qui vero placet magnatis, effugiet iniquitatem.

31. a Xenia et dona excæcant oculos judicum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum. [a *Exod.* 23. 8. *Deut.* 16. 19.]

32. a Sapientia absconsa et thesaurus invisus; quæ utilitas in utrisque? [a *Infr.* 41. 17.]

27. *Potior fur quam assiduitas viri mendacis.* C'est ce qu'exprime le proverbe français : Un menteur est plus à craindre qu'un voleur.

32. *Sapientia absconsa.* Dans l'Évangile, la parabole des talents nous montre avec quelle sévérité Dieu punira le serviteur inutile qui a enfoui le talent reçu et qui ne l'a pas fait fructifier : *Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi : oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis* (Matth., XXV, 26, 27).

---

21. *Homo acharis quasi fabula vana.* Homo insulsus, ineptus, illepidus, fatuus (hoc enim significat vox ἄχαρις, quam retinuit interpres), omnibus accidit ingratus et molestus, perinde ac narratio aliqua fabulæ insipientis et intempestivæ, qua sapientes delectari non possunt.

22. *Parabola.* Sententia gravis, seria, acuta et sapiens.

23. *In requie sua stimulabitur.* Cruciabitur et dolebit quod a peccato paupertate prohibeatur.

24. *Perdet animam suam.* Perdet. — *Præ confusione.* Vitioso pudore. — *Ab imprudenti persona perdet eam.* Propter imprudentis alicujus postulatum aliquid iniquum postulantis, cui resistere non audet. — *Personæ... acceptione.* Reverentia intempestiva.

25. *Confusione.* Vitioso pudore. — *Multi sunt quos liberales facit frontis infirmitas*, ait Seneca lib. 2, de Benef., cap. 1. — *Lucratus est eum inimicum gratis.* Quia cum paulo post advertit se promittere non debuisse, et resilire velit, irascitur is cui fuerat facta promissio.

26. *Opprobrium nequam.* Græce, μῶμος πονηρὸς, macula, vituperium, probrum pessimum.

27. *Potior fur.* Minus noxius, nam 1. fur pecunias, mendax famam eripit. 2. Fur ex egestate furatur, mendax detractator ex petulantia et protervia. 3. Mendax totam interdum familiam aut rempublicam conturbat, non ita fur. 4. Quia licet unum furtum uno mendacio pejus esse possit, at non assiduitate mentiendi. 5. Furi pecunias credere prudenter non potes, mendaci vero nulla in re possumus fidere.

28. *Sine honore.* Viles et contemptibiles.

29. *Producet seipsum.* Seipsum promovet apud principes sapienter loquendo.

30. *Inaltabit acervum frugum.* Altum faciet, multas fruges colligendo. — *Effugiet iniquitatem.* Si sapit, ut charior sit principi, et ne peccet. In græco est ἐξιλάσεται, *placabit*, pro quo legendum crediderim ἐξελάσεται, *effugabit*, iniquitatem. * Vel sensus est : etiamsi quid peccaverit, facile pœnam effugiet.

31. *Mutus.* Græce φιμὸς, quod id significat quod ori inseritur ne loqui quis possit.

32. *Thesaurus invisus.* Absconditus, occultus, incognitus.

33. Melior est qui celat insipientiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam.

33. Celui qui cache son insuffisance vaut mieux que celui qui cache sa sagesse.

CHAPITRE XXI.

Du péché. Efficacité de la prière du pauvre. Fin malheureuse des méchants. Différence entre le sage et l'insensé.

1. Fili, peccasti? non adjicias iterum; sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur.

2. Quasi a facie colubri fuge peccata; et si accesseris ad illa, suscipient te.

3. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum.

4. Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.

5. Objurgatio et injuriæ annullabunt substantiam; et domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia; sic substantia superbi eradicabitur.

6. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus perveniet, et judicium festinato adveniet illi.

7. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris; et qui timet Deum, convertetur ad cor suum.

8. Notus a longe potens lingua audaci; et sensatus scit labi se ab ipso.

9. Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme.

1. Mon fils, avez-vous péché? ne péchez plus, mais priez pour vos fautes passées, afin qu'elles vous soient pardonnées.

2. Fuyez le péché comme un serpent : car si vous en approchez, il se saisira de vous.

3. Ses dents sont des dents de lion, qui tuent les âmes des hommes.

4. Tout péché est comme une épée à deux tranchants : et la plaie qu'il fait *est souvent* incurable.

5. Les outrages et les violences dissiperont les richesses; (la maison la plus riche se ruinera par l'orgueil;) et le bien du superbe sera détruit jusqu'à la racine.

6. La prière du pauvre s'élèvera de sa bouche jusqu'aux oreilles *de Dieu*, et il se hâtera de lui faire justice.

7. Celui qui hait la réprimande marche sur les traces du méchant; et celui qui craint Dieu se convertira du fond du cœur.

8. L'homme puissant et audacieux en paroles se fait connaître de loin; et le sage sait la manière de se défaire de lui.

9. Celui qui bâtit sa maison aux dépens d'autrui est comme celui qui amasse ses pierres pour bâtir durant l'hiver.

Cap. XXI. — 4. *Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas.* Le péché, dit Sacy, est une épée à deux tranchants, parce qu'il tue en même temps le corps et l'âme, d'une mort éternelle. *La plaie qu'il fait est incurable* par tous les hommes et par tous les anges. Elle ne peut être guérie que par une miséricorde de Dieu ineffable et toute gratuite : et quand Dieu a voulu guérir cette blessure profonde et désespérée, dit saint Grégoire, il n'y a point trouvé d'autre remède que le sang et la mort du médecin même. Dans ce verset et dans ceux qui précèdent ou qui suivent, on trouve la conduite que l'homme doit tenir à l'égard du péché, les maux qu'il engendre et l'obligation qu'il y a de l'expier le plus promptement possible.

Cap. XXI. — 2. *Si accesseris ad illa, suscipient te.* Interpres legit, δέξεται, *suscipient*; nunc habemus, δήξεται, *mordebunt*. Sensus idem; serpentes enim mordendo eos suscipiunt qui ad illos accedunt.

4. *Rhomphæa bis acuta.* Gladius ex utraque parte secans. Græci appellant δίστομον, ut hoc est loco.

5. *Objurgatio.* Græce, καταπληγμὸς, objurgatio severa, superba, acris, quæ objurgati animum quodammodo obstupefacit. — *Annullabunt substantiam.* Quia qui rixas amant, et in alios injurii sunt verbis eos acribus aut contumeliosis accipientes; sibi etiam caveant necesse est, armatos socium habeant ad propulsandam læsorum vindictam, multum etiam expendant in judiciis quæ contra illos exercentur. — *Annullabitur superbia.* Superbia eam perdet.

6. *Ex ore usque ad aures ejus perveniet.* Dei scilicet. — *Judicium.* Vindicta judicis Dei. — *Illi.* In bonum et favorem pauperis. In græco tamen conjungitur cum voce *judicium*, κρίμα αὐτοῦ, *judicium ejus*, scilicet Dei.

7. *Vestigium est peccatoris.* In græco est, *in vestigio peccatoris*, viæ scilicet peccatorum, et eorum vestigiis insistit. Ad eumdem sensum trahi potest Vulgata, si dicamus, vestigium Latinis sæpe idem esse quod signum. Itaque odisse correptionem, signum est aliquem jam per viam et vestigia peccatorum incedere. — *Convertetur ad cor suum.* Ex correptione proficiens.

8. *Notus a longe.* Notus etiam iis qui longe absunt. — *Potens lingua audaci.* Qui linguæ suæ petulantia alios impetere solet. — *Labi se ab ipso.* Illum declinare, et se ab illo subtrahere. Græca habent, ἐν τῷ ὀλισθαίνειν αὐτὸν, *cum ipse labitur*; quod sic interpretor : scit, novit eum, qua scilicet sit lubricitate et labilitate linguæ, ideoque illum vitat; quæ interpretatio cum sensu quem exhibet vulgata nostra editio, consentit.

9. *Quasi qui colligit lapides suos in hieme.* In græco est, εἰς χειμῶνα, *in hiemem*, hieme scilicet ædificaturus, importuno tempore, cum calx conglaciatur, nec cum lapidibus coalescit, ideoque sibi potius ruinam quam domum struit. Complutensis habet, εἰς χῶμα ταφῆς, *in tumulum sepulturæ*, procumbente scilicet domo male ædificata in caput domini sui.

10. L'assemblée des méchants est comme un amas d'étoupes, et leur fin sera d'être consumés par le feu.
11. Le chemin des pécheurs est uni et pavé de pierres : mais il conduit à l'enfer, (aux ténèbres et aux supplices.)
12. Celui qui garde la justice en pénétrera l'esprit.
13. La sagesse et le bon sens est le fruit de la parfaite crainte de Dieu.
14. Celui qui n'est pas sage dans le bien ne deviendra jamais habile.
15. Il y a une sagesse qui est habile dans le mal : mais la prudence n'est point où est l'amertume.
16. La science du sage se répandra comme une eau qui se déborde ; et le conseil subsistera comme une source de vie.
17. Le cœur de l'insensé est comme un vase rompu ; il ne peut rien retenir de la sagesse.
18. Que l'homme habile entende une parole sage, il la louera aussitôt, et il se l'appliquera : que le voluptueux l'entende, elle lui déplaira, et il la rejettera derrière lui.
19. L'entretien de l'insensé est comme un fardeau qui pèse dans le chemin ; et *au contraire* la grâce se trouvera sur les lèvres de l'homme sensé.
20. La bouche de l'homme prudent est recherchée dans les assemblées : et les hommes repasseront ses paroles dans leur cœur.
21. La sagesse est à l'imprudent comme une maison ruinée ; et la science de l'insensé est une confusion de paroles mal digérées.
22. L'instruction est à l'imprudent comme des chaînes qui lui chargent la main droite.

10. *a* Stuppa collecta synagoga peccantium et consummatio illorum flamma ignis. [a *Supr*. 16. 7.]
11. Via peccantium complanata lapidibus, et in fine illorum inferi, et tenebræ, et pœnæ.
12. Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus.
13. Consummatio timoris Dei sapientia et sensus.
14. Non erudietur qui non est sapiens in bono.
15. Est autem sapientia quæ abundat in malo ; et non est sensus ubi est amaritudo.
16. Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, et consilium illius sicut fons vitæ permanet.
17. Cor fatui quasi vas confractum, et omnem sapientiam non tenebit.
18. Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit, et ad se adjiciet ; audivit luxuriosus, et displicebit illi, et projiciet illud post dorsum suum.
19. Narratio fatui quasi sarcina in via ; nam in labiis sensati invenietur gratia.
20. Os prudentis quæritur in ecclesia, et verba illius cogitabunt in cordibus suis.
21. Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia et scientia insensati inenarrabilia verba.
22. Compedes in pedibus stulto doctrina, et quasi vincula manuum super manum dextram.

11. *Via peccantium complanata lapidibus*. Les anciens représentent souvent la voie du plaisir comme parsemée de roses et aboutissant à un abîme, la voie de la vertu est austère, difficile, mais elle conduit au bonheur. Xénophon a merveilleusement développé cette allégorie dans ses *Entretiens mémorables*, où il dit qu'Hercule, au début de la vie, fait la rencontre de deux femmes, la Volupté et la Vertu, qui cherchent à l'attirer à elles. Cette idée se retrouve d'ailleurs dans l'Évangile, sous l'image de la voie large et de la voie étroite : *Arcta via est quæ ducit ad vitam.*

18. *Verbum sapiens.* Saint Paul a dit de même : *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sapiunt, qui vero secundum spiritum sunt : quæ sunt spiritus sentiunt.*

---

10. *Stuppa collecta.* Ad ignem. — *Synagoga peccantium.* Cœtus peccatorum.

11. *Complanata lapidibus.* Ampla, lapidibus strata, complanata, etc., jucunda et grata sensibus, sed ducit ad exitium.

12. *Continebit sensum ejus.* Assequetur sensum ejus, ejus scilicet intelligentiam et mentem ; græce enim est, κατακρατεῖ τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ, legis scilicet, νόμου.

13. *Consummatio.* Perfectio timoris Dei, quæ consistit in perfecta observatione legis Dei, parit veram sapientiam et intelligentiam, ideoque ipsa est vera sapientia.

14. *Non erudietur.* Sapientia non eruditur, nec ejus est capax, qui non est sapiens (πανοῦργος, astutus, solers) in bono quærendo et investigando.

15. *Sapientia.* Prava, astuta. — *Quæ abundat in malo.* Cogitando scilicet et faciendo, solers ad malum. — *Non est sensus ubi est amaritudo.* Non est sapientia ubi est peccatum, quod est *radix germinans fel*, Deut., 29, 18. Vel ubi sunt animi perturbationes, quibus qui agitantur *amaro sunt animo*, ut loquitur Scriptura, I. Reg., 22, 2, ibi sapientia non est.

16. *Inundatio.* Græce est, *diluvium.* — *Fons vitæ.* Fons vivus, qui est perennis.

18. *Scius.* Sciens, prudens, sensatus. — *Ad se adjiciet.* Sibi applicabit, sibi commendet. — *Luxuriosus.* Qui deliciis, non sapientiæ studet. Græce, σπαταλῶν, *deliciis indulgens.*

19. *Quasi sarcina in via.* Molesta est et gravis.

20. *Os prudentis quæritur in ecclesia.* In consiliis et deliberationibus prudentes quæruntur, qui difficilia negotia expediant. — *Cogitabunt.* Auditores illa perpendentes, et rationum allatarum efficacitatem.

21. *Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia.* Incondite enim et inordinate loquitur fatuus, etiamsi alioqui quæ dicit bona sint. — *Scientia insensati inenarrabilia verba.* In græco est, *investigabilia*, quorum seriem et ordinem retexere nemo possit. Italice diceremus, *non hanno ne capo, ne coda.*

22. *Compedes.* Idcirco stultus sapientiam odio habet, quia quasi compedibus et manicis illa impeditur, quominus juxta stultitiam suam quam amat operari possit. Ideo peccatorum est illa vox Psalm., 2, 3 : *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.*

23. Fatuus in risu exaltat vocem suam ; vir autem sapiens vix tacite ridebit.
24. Ornamentum aureum prudenti doctrina, et quasi brachiale in brachio dextro.
25. Pes fatui facilis in domum proximi ; et homo peritus confundetur a persona potentis.
26. Stultus a fenestra respiciet in domum ; vir autem eruditus foris stabit.
27. Stultitia hominis auscultare per ostium ; et prudens gravabitur contumelia.
28. Labia imprudentium stulta narrabunt ; verba autem prudentium statera ponderabuntur.
29. In ore fatuorum cor illorum ; et in corde sapientium os illorum ;
30. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.
31. Susurro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur ; et qui cum eo manserit, odiosus erit ; tacitus et sensatus honorabitur.

23. L'insensé en riant élève sa voix : mais l'homme sage rira à peine tout bas.
24. La science est à l'homme prudent un ornement d'or, et comme un bracelet à son bras droit.
25. L'insensé met aisément le pied dans la maison (de son voisin) ; mais l'homme qui sait vivre est fort réservé à visiter une personne puissante.
26. L'insensé regardera par une fenêtre dans une maison : mais l'homme discret se tiendra dehors.
27. Le fou montrera sa folie en écoutant par une porte ; mais cette bassesse sera insupportable à l'homme prudent.
28. Les lèvres des imprudents diront des sottises : mais les paroles des hommes prudents seront pesées à la balance.
29. Le cœur des insensés est dans leur bouche, et la bouche des sages est dans leur cœur.
30. Lorsque l'impie maudit le diable, il se maudit lui-même.
31. Le semeur de rapports souillera son âme ; et il sera haï de tout le monde ; (celui qui demeure avec lui sera odieux : mais l'homme sensé et ami du silence sera honoré.)

CHAPITRE XXII.

De l'éducation. Femme effrontée. Eviter la compagnie de l'insensé. De ce qui rompt l'amitié.

1. In lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquentur super aspernationem illius.

1. Le paresseux est comme lapidé avec la boue ; tous parleront de lui pour le mépriser.

24. *Quasi brachiale.* La science est tout à la fois sa gloire et sa règle de conduite. Le sage se tient chez lui, tandis que l'insensé est toujours dehors. Son esprit inquiet le porte à courir d'une maison dans une autre, et partout où il va il est une cause de désordre et de trouble. Comme le dit saint Paul : *Ex his sunt qui penetrant domos* (II. Tim., III, 6). *Universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia* (Tit., I, 11).

Cap. XXII. — 1. *In lapide luteo.* D'après le Grec : Le paresseux est comparable à une pierre couverte de boue ; tous le siffleront à sa honte. Le paresseux est comparable à la fiente des bœufs.

---

23. *Exaltat vocem suam.* Ridens cum cachinnis, immodeste et incomposite. — *Ridebit.* Μειδιάσει, *subridebit.*

25. *Facilis in domum proximi.* Facile ingreditur domum alienam. — *Homo peritus.* Græce est, πολύπειρος, *multæ experientiæ.* — *Confundetur a persona potentis.* Reverebitur potentes, nec facile illorum domos ingredietur.

26. *A fenestra respiciet in domum.* Si alioqui ingredi non possit, ut suæ satisfaciat curiositati.

27. *Stultitia.* Græce, ἀπαιδευσία, imperitia, rusticitas, incivilitas. — *Auscultare per ostium.* Ut oculos sive aures applicare, ut quæ domi alienæ fiunt cognoscat. — *Prudens gravabitur contumelia.* Quam sibi irrogari putat stulti impudentia et importunitate observantis aliena dicta vel facta.

29. *In ore fatuorum cor illorum.* Quia inconsulte et inconsiderate quidquid cogitant effutiunt ; e contrario sapientes os habent in corde, quia quæ os proloqui gestit, ad cordis examen revocant.

30. *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Diabolus non accipitur hic pro dæmone, sed in sua primaria significatione, qua calumniatorem significat. Sententia est : impius cum execratur calumniatores, seipsum execratur, quia etiam ipse ex eorum numero est.

31. *Coinquinabit animam suam.* Labe peccati et infamia apud homines ; nam, dum alios vult dedecorare, se ipsum dedecorat. — *Cum eo manserit.* Versatus fuerit. — *Tacitus et sensatus honorabitur.* Qui quæ audivit prudenter apud se tacitus habet, nec aliorum auribus ingerit.

Cap. XXII. — 1. *Lapide luteo lapidatus est piger.* Appetitus est luto, loco lapidis, cui expositioni favet versiculus sequens ; vel lapide luto coinquinato, quem sensum exhibent græca, quæ habent, λίθῳ ἠρδαλωμένῳ. Sententia est, pigrum contemni tanquam rem vilem ; quod hemistichium sequens ostendit, cujus sententia est, omnes sermonibus suis illum aspernari.

2. Le paresseux est lapidé avec de la fiente de bœufs, tous ceux qui le touchent se secoueront les mains.

3. Le fils mal instruit est la honte de son père; la fille sera peu estimée.

4. La fille prudente sera un héritage pour son mari : mais celle dont la conduite fait rougir sera le déshonneur de son père.

5. La femme hardie couvre de honte son père et son mari; (elle ne cèdera point aux scélérats) : elle sera méprisée de l'un et de l'autre.

6. Un discours à contre-temps est comme une musique pendant le deuil; mais la sagesse emploie toujours à propos le châtiment et l'instruction.

7. Celui qui instruit l'imprudent est comme un homme qui veut rejoindre les pièces d'un pot cassé.

8. L'homme qui parle à celui qui ne l'écoute point est comme celui qui réveille un homme d'un profond sommeil.

9. Celui qui parle de la sagesse à un insensé, entretient un homme qui s'endort; et à la fin du discours il lui dira : Qui est celui-ci?

10. Pleurez sur un mort, parce qu'il a perdu la lumière; pleurez aussi sur un insensé, parce qu'il a perdu le sens.

11. Pleurez moins sur un mort, parce qu'il est entré dans le repos.

12. Parce que la vie (criminelle) de l'insensé est pire que la mort.

13. On pleure un mort pendant sept jours;

2. De stercore boum lapidatus est piger; et omnis qui tetigerit eum, excutiet manus;

3. Confusio patris est de filio indisciplinato; filia autem in deminoratione fiet.

4. Filia prudens hæreditas viro suo; nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris.

5. Patrem et virum confundit audax, et ab impiis non minorabitur : ab utrisque autem inhonorabitur.

6. Musica in luctu importuna narratio; flagella et doctrina in omni tempore sapientia.

7. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.

8. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de gravi somno.

9. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam; et in fine narrationis dicit : Quis est hic?

10. a Supra mortuum plora, defecit enim lux ejus; et supra fatuum plora, defecit enim sensus. [a *Infr.* 38. 16.]

11. Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit.

12. Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.

13. a Luctus mortui septem dies; fa-

7. *Quasi qui conglutinat testam.* C'est une manière de dire qu'il travaille en vain.

9. *Quis est hic?* Cette expression, dit Sacy, qui est vive et claire, nous fait voir ce que le Fils de Dieu dit ailleurs, qu'il ne faut point perdre la parole sainte, lorsqu'il n'y a personne pour l'écouter. Tant que les pécheurs sont possédés de l'affection du péché, ils n'ont point d'yeux pour voir, ni d'oreilles pour entendre. Ainsi ce n'est pas le temps de parler de Dieu devant eux, mais c'est le temps de parler à Dieu pour eux, afin qu'il leur dise dans le fond du cœur, selon l'expression de saint Paul : Réveillez-vous, vous qui dormez, sortez de la mort où vous êtes, et Jésus-Christ vous éclairera.

13. *Septem dies.* La durée du deuil pour les simples particuliers était ordinairement de

---

2. *De stercore boum.* Eadem sententia quæ versiculi superioris. Bovini potius stercoris fit mentio quam equini, vel quia illud est ad inquinandum aptius, vel quia lenti animalis, ac proinde pigrum referentis. — *Excutiet manus.* Omnes enim pigrum aversantur et a se abjiciunt.

3. *Confusio.* Dedecus. — *Indisciplinato.* Stulto, vel male morato. — *In deminoratione fiet.* Minoris fiet, eritque contemptibilis, ut nemo eam velit habere uxorem. Vel deminoratio damnum significat quod parenti affert filia male morata, in fama scilicet et fortunis; plus enim dotis dandum, ut alii defectus pecunia compensentur. * Vel ipsa vestibus et corporis cultu causa erit parenti magni sumptus.

4. *Filia prudens.* Virgo prudens. — *Hæreditas viro suo.* Perinde est viro suo utilis, ac si illi obvenisset hæreditas. — *Quæ confundit.* Quæ ita se gerit ut dedecus afferat. — *In contumeliam fit genitoris.* Est probro parenti suo.

5. *Audax.* Inverecunda. — *Ab impiis non minorabitur.* Impiis non cedet; par erit impiis inverecundia, luxuria aliisque hujusmodi vitiis.

6. *Musica in luctu importuna narratio.* Intempestive tristibus læta miscentur. — *In omni tempore sapientia.* Semper opportune et sapienter adhibentur.

7. *Quasi qui conglutinat testam.* Vasa enim testacea rursum conglutinari et coalescere non possunt.

8. *Quasi qui excitat dormientem de gravi somno.* Ut enim hic lethargo oppressus statim in somnum relabitur, nec audit quæ dicuntur, ita ille.

9. *Dicit.* Stultus scilicet. — *Quid est hic?* Qui est qui me excitat? quid vult?

10. *Supra mortuum plora.* Sententia est, deplorando stultos quasi mortuos, quia sensu et sapientia destituti sunt, quæ est animæ vita.

11. *Modicum plora.* * In græco est, ἥδιον κλαῦσον, *levius plora* super mortuo quam super stulto.

12. *Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.* Deploranda est plus vita scelesta fatui, quam ejus mors, quæ illum in peccando pergere prohibet.

13. *Septem dies.* Tot enim diebus mortuis justa funebria persolvebantur. — *Omnes dies vitæ illorum.* Semper enim deplorandi illorum mores, quibus Deum offendunt et sibi ingentia mala accersunt.

tui autem et impii, omnes dies vitæ illorum. [a *Gen.* 50. 10.]

14. Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris.

15. Serva te ab illo, ut non molestiam habeas, et non coinquinaberis peccato illius.

16. Deflecte ab illo, et invenies requiem, et non acediaberis in stultitia illius.

17. Super plumbum quid gravabitur? et quod illi aliud nomen quam fatuus?

18. a Arenam, et salem, et massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem, et fatuum, et impium. [a *Prov.* 27. 3.]

19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur; sic et cor confirmatum in cogitatione consilii.

20. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur.

21. Sicut pali in excelsis, et cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt;

22. Sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.

23. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic et qui in præceptis Dei permanet semper.

24. Pungens oculum deducit lacrymas; et qui pungit cor, profert sensum.

mais l'insensé et le méchant doivent être pleurés toute leur vie.

14. Ne parlez pas beaucoup avec l'imprudent, et n'allez point avec l'insensé.

15. Gardez-vous de lui, pour n'en être point inquiété : et vous ne vous souillerez point par la contagion de son péché.

16. Détournez-vous de lui, et vous trouverez le repos; et sa folie ne vous accablera pas de chagrin.

17. Qu'y a-t-il de plus pesant que le plomb? et quel autre nom, si ce n'est celui de l'insensé.

18. Il est plus aisé de porter le sable, le sel et une masse de fer, que l'imprudent, (l'insensé et le méchant).

19. Comme le bois bien lié et attaché ensemble sur le fondement d'un édifice ne se désunit point, ainsi le cœur établi sur un conseil solide.

20. La résolution d'un homme sensé ne s'affaiblira point par la crainte, en quelque temps que ce soit.

21. *Au contraire*, comme une cloison de bois placée en un lieu élevé, (et une muraille de pierre sèche) ne peuvent résister à la violence du vent;

22. Ainsi le cœur timide de l'insensé, dans *l'incertitude* de ses pensées, ne résistera point à la violence de la crainte.

23. (Comme le cœur timide de l'insensé demeure toujours dans sa pensée sans aucune crainte, ainsi est celui qui se tient toujours attaché au commandement de Dieu).

24. Celui qui pique l'œil en tire des larmes; et celui qui pique le cœur y excite *un* sentiment *de haine et de colère.*

sept jours, et c'était aussi le temps que l'on consacrait aux réjouissances nuptiales. L'Écriture nous fournit plusieurs exemples de deuil d'une durée fort inégale (Gen., XXXVII, 35; L, 3, 10; I. Reg., XXXI, 13; Judith, XVI, 29). Le deuil des princes et des grands durait trente jours. L'*Ecclésiastique* parle ici d'après ce qui se faisait habituellement.

19. *Loramentum ligneum.* Le Grec joint ce verset au suivant : Comme les pièces de bois qui sont liées ensemble dans un édifice ne se désunissent point dans un tremblement de terre; ainsi le cœur affermi sur un conseil solide, sur une pensée ferme, ne sera point affaibli par la crainte en quelque temps que ce soit. Il est comme une muraille bien crépie avec un enduit de chaux et de sable qui résiste à la pluie et au mauvais temps.

---

15. *Serva te ab illo.* Illum vita, cave illum. — *Ut non molestiam habeas.* Ne stultus tibi sit molestus, vel ne particeps sis molestiæ quæ stultis ab aliis exhibetur. — *Coinquinaberis peccato illius.* Impii enim sociis suis semper aliquid affricant mali, aut certe in discrimen aliquod eos adducunt.

16. *Non acediaberis.* Tædio non afficieris.

17. *Super plumbum.* Gravis est et onerosus fatuus ut plumbum. — *Quod illi aliud nomen quam fatuus?* Idem sunt, et eodem nomine appellari possunt.

18. *Arenam, et salem.* Hoc est quod dicitur Proverb. 27, 3 : *Grave est saxum et onerosa arena; sed ira stulti utroque gravior.*

19. *Loramentum.* Græce, ἱμάντωσις, lignum quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur. — *In cogitatione consilii.* In consilio prudenti et sapienti, vel sapienti deliberatione et cogitatione de re proposita.

20. *Metu.* Potentum, aut alia hujusmodi perturbatione animi. — *Non depravabitur.* Non dissolvetur, nec corrumpetur, sed firmus persistet.

21. *Sicut pali.* Græce, χάρακες, id est pali quibus vites fulciuntur; pedamenta Latini vocant et statumina. — *Cæmenta sine impensa.* Lapides rudes temere positi, et non eo quo debuit artificio; ut ii faciunt qui parcunt impensis, quique non tantum calcis addunt quantum est necesse, aut lapides non dolant ut oportuit; hæc enim sunt cæmenta, lapides non cæsi, ut cum aliis adaptari possint.

22. *Cor timidum in cogitatione stulti.* Cor quod stultum timidis cogitationibus concutit.

23. *Omni tempore non metuet.* Timet humana terriculamenta; ad ea vero quæ timorem merito incutere deberent, cujusmodi est culpa et pœna quæ illam consequitur, non commovetur. — *Sic et qui.* Sic ex adverso qui permanet in præceptis divinis ea scilicet timet quæ timenda sunt.

24. *Profert sensum.* Proritat puncti animum, dolorem facit, et acuit ad vindictæ desiderium. Italice diceremus : *Fa che si risenta.*

25. Celui qui jette une pierre contre des oiseaux les fera envoler : ainsi celui qui dit des injures à son ami rompra l'amitié.

26. Quand vous auriez tiré l'épée contre votre ami, ne désespérez pas, car il y a encore du retour.

27. Quand vous auriez dit à votre ami des paroles fâcheuses, ne craignez pas ; car vous pouvez encore vous remettre bien ensemble, pourvu que cela n'aille point jusqu'aux injures, aux reproches, à l'insolence, à révéler le secret, et à porter des coups en trahison ; car dans toutes ces occasions votre ami vous échappera.

28. Gardez la fidélité à votre ami pendant qu'il est pauvre, afin que vous vous réjouissiez avec lui dans son bonheur.

29. Demeurez-lui toujours fidèle pendant le temps de son affliction, afin que vous ayez part avec lui dans son héritage.

30. *Comme* la vapeur sort de la fournaise, et la fumée s'élève en haut avant le feu ; ainsi les injures, (les outrages et les menaces) précèdent le meurtre et l'effusion du sang.

31. Je ne rougirai point de saluer mon ami ; je ne me cacherai point devant lui, et si après cela il me traite mal, je le souffrirai.

32. Mais tous ceux qui le connaîtront se donneront garde de lui.

33. Qui mettra une garde à ma bouche, et un sceau inviolable sur mes lèvres, afin qu'elles ne me fassent pas tomber, et que ma langue ne me perde pas?

25. Mittens lapidem in volatilia, dejiciet illa ; sic et qui convitiatur amico, dissolvit amicitiam.

26. Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes ; est enim regressus. Ad amicum

27. Si aperueris os triste, non timeas, est enim concordatio, excepto convitio, et improperio, et superbia, et mysterii revelatione, et plaga dolosa ; in his omnibus effugiet amicus.

28. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut et in bonis illius læteris.

29. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut et in hæreditate illius cohæres sis.

30. Ante ignem camini vapor, et fumus ignis inaltatur ; sic et ante sanguinem maledicta, et contumeliæ, et minæ.

31. Amicum salutare non confundar, a facie illius non me abscondam ; et si mala mihi evenerint per illum, sustinebo.

32. Omnis qui audiet, cavebit se ab eo.

33. [a] Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me? [a *Ps.* 140. 3.]

27. *In his omnibus effugiet amicus.* Quand on est irrité contre quelqu'un, il y a des paroles qu'il ne faut jamais prononcer. Ce sont celles qui atteignent la probité, l'honneur de l'adversaire. Ces offenses produisent des blessures qui ne se guérissent pas.

32. *Cavebit se ab eo.* S'il n'est pas reconnaissant et que j'aie à souffrir de la bonté que j'ai eue pour lui, il se fera tort à lui-même, et au lieu de s'intéresser à lui, tous ceux qui connaîtront son ingratitude s'en défieront.

33. *Quis dabit ori meo custodiam.* C'est le même sentiment qui faisait dire à David : *Pone Domine custodiam ori meo et ostium circumstantiæ labiis meis* (Ps. CXL, 3). Et ailleurs : *Dixi : Custodiam vias meas : et non delinquam in lingua mea* (Ps. XXXVIII, 2).

---

25. *Dejiciet illa.* Avolare facit ; in græco enim est, ἀποσοβήσει.

27. *Convitio.* Probro destinato et deliberato in bonum nomen et dignitatem amici jacto, eamque maculans vel auferens. — *Improperio.* Quo aliquid exprobratur, sive ingratitudo, sive aliud vitium aut dedecus. Græce est, ὀνειδισμοῦ. — *Superbia.* Qua se quis super amicum extollit, eum deprimendo, aut spernendo. Hoc enim solvit amicitiam, quæ aut pares invenit, aut facit. — *Mysterii revelatione.* Arcani revelatione. — *Plaga dolosa.* Cum quis ex insidiis et fraudulenter amicum lædit. — *Effugiet amicus.* Ita enim fere usu venit ut hisce de causis solvatur amicitia, quamvis hoc non sit perpetuum.

28. *Fidem posside.* Fidem serva. — *In bonis illius læteris.* Melioris illius fortunæ sis particeps.

29. *Ut et in hæreditate illius cohæres sis.* Est idem quod superiori dictum est versiculo, ut nimirum si amico melior fortuna arriserit, bonorum quæ illi obvenerint et tu particeps fias.

30. *Inaltatur.* In altum se attollit. — *Ante sanguinem.* Ante cædes aut vulnera.

31. *Non confundar.* Non erubescam, etiamsi pauper factus sit. — *Mala mihi evenerint per illum.* Si amicus pauper factus sit, aut in periculum inciderit, ideoque incommodum aliquod illius causa sit sustinendum, patienter feram et fortiter.

32. *Omnis qui audiet.* Quæ supra dicta sunt, quanta nimirum sint commoda veri amici et constantis amicitiæ, cavebit ab illo, scilicet ab amico lædendo convitio, improperio, superbia, mysterii revelatione, etc. * Vel sensus est : etiamsi quicumque audierit mihi propter illum mala evenisse, sibi ab eo caveat, non tamen movebor ab amicitia talibus exemplis.

33. *Signaculum certum.* Græce, σφραγῖδα πανοῦργον, cautum et prudens. — *Ab ipsis.* Per ipsa, labia scilicet.

CHAPITRE XXIII.

Prière à Dieu pour qu'il ne nous abandonne pas à nous-mêmes. Ne pas s'accoutumer à jurer et à dire des paroles indiscrètes. De l'impureté et de l'adultère.

1. Domine pater, et dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in consilio eorum ; nec sinas me cadere in illis.

2. Quis superponet in cogitatu meo flagella, et in corde meo doctrinam sapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, et non appareant delicta eorum ;

3. Et ne adincrescant ignorantiæ meæ, et multiplicentur delicta mea, et peccata mea abundent, et incidam in conspectu adversariorum meorum, et gaudeat super me inimicus meus?

4. Domine pater, et Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte a me.

6. Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, et animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me.

7. Doctrinam oris audite, filii ; et qui custodierit illam, non periet labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

8. In vanitate sua apprehenditur peccator, et superbus et maledicus scandalizabitur in illis.

1. Seigneur qui êtes mon père et le maître de ma vie, ne m'abandonnez pas à la légèreté indiscrète de ma langue, et ne permettez pas qu'elle me fasse tomber.

2. Qui est-ce qui corrigera les pensées de mon esprit, et qui fera à mon cœur de sages reproches? afin qu'ils ne m'épargnent point dans les manquements d'ignorance que ma langue me fera faire, et que les fautes *de mes lèvres* ne paraissent point ;

3. Et de peur que mes ignorances ne viennent à croître, que mes offenses ne se multiplient, que mes péchés ne s'augmentent de plus en plus, que je ne tombe devant ceux qui me haïssent, et que je ne sois exposé aux insultes de mon ennemi.

4. Seigneur, qui êtes mon père et le Dieu de ma vie, (ne m'abandonnez pas à leur *mauvaise* volonté.)

5. Ne me donnez point des yeux altiers, et détournez de moi toute cupidité.

6. Eloignez de moi l'intempérance de la bouche. Que la passion de l'impureté ne s'empare point de moi ; et ne m'abandonnez point aux excès d'une âme qui n'a plus de honte (ni de retenue).

7. Ecoutez, mes enfants, les instructions que je vous donne pour régler la langue. Celui qui les gardera ne périra point par ses lèvres, (et il ne tombera point dans des actions criminelles.)

8. Le pécheur sera pris par la vanité de ses paroles ; le superbe et le médisant y trouveront des sujets de chutes.

Cap. XXIII. — 2. *Quis superponet.* C'est comme s'il disait : Plaise à Dieu qu'on me mette sous les yeux les châtiments divins, dont la pensée éloigne du mal, que l'on fasse luire dans mon cœur la doctrine de la sagesse qui affermit dans le bien, et qu'on n'épargne pas ou que l'on réprime par la crainte ou le châtiment, l'erreur ou l'ignorance qui m'égare, afin que les fautes de mes pensées n'éclatent pas en m'entraînant au mal (Lyranus).

6. *Aufer a me ventris concupiscentias.* Cette prière du Sage est la reconnaissance explicite de la nécessité de la grâce. L'expérience lui a appris que l'homme, abandonné à lui-même, est l'esclave de ses passions, et il conjure le Seigneur de lui venir en aide pour qu'il puisse triompher de ses misères.

8. *In vanitate sua apprehenditur peccator.* Il faut, dit Sacy, se rendre disciple de la vérité de Dieu, afin que sa grâce mette un frein à notre langue. L'intempérance des paroles est un

---

Cap. XXIII. — 1. *Eorum.* Fatuorum et impiorum, de quibus multus sermo processit. — *Cadere in illis.* Per ea consilia labi, corruere, perdi.

2. *Flagella.* Sic appellat doctrinam sapientiæ, quia quasi flagello fugat fatuitatem et stultitiam. Petit ergo ut cogitationes dirigantur sapientia ; et si aliquando deflectant a recto tramite, castigentur, et revocentur flagello doctrinæ sapientiæ. — *Ignorationibus eorum.* In ignoratione cordis et cogitatus ; cum per ignorantiam cogitatio et cor a recta via exciderint. — *Non parcant mihi.* Flagella nimirum. — *Delicta eorum.* Cogitationis et cordis.

3. *Adincrescant.* Crescant. — *Incidam in conspectu adversariorum meorum.* Ita cadam ut adversarii mei lapsu et ruina lætentur.

4. *In cogitatu illorum.* Peccatorum, verbi gratia, superbiæ, libidinis, etc.

5. *Extollentiam oculorum.* Elationem animi, quæ se prodit per oculos elatos et fastu plenos. Sic Psalm. 100, 5, dicitur : *Superbo oculo, et insatiabili corde, cum hoc non edebam.* — *Desiderium.* Concupiscentiam.

6. *Animæ irreverenti.* Græce est, ἀναιδεῖ, *impudenti.* — *Infrunitæ.* Imprudenti. Cato apud Festum frunitum vocat prudentem ; itaque infrunitus erit imprudens.

7. *Doctrinam oris.* Quæ agit de ore moderando. — *Non periet labiis.* Non peribit propter labia. — *Nec scandalizabitur.* Nec impinget. — *In operibus nequissimis.* In gravissimis oris peccatis, qualia sunt perjurium, calumniæ, blasphemiæ, etc.

8. *In vanitate.* Græce est, *in stultitia*, id est, in stultiloquio suo. — *Apprehenditur.* Comprehenditur, vel deprehenditur. — *Scandalizabitur.* Impinget. — *In illis.* Per illa, labia sua scilicet.

9. Que votre bouche ne s'accoutume point au jurement; (car en jurant on tombe en bien des manières.)

10. Que le nom de Dieu ne soit point sans cesse dans votre bouche : (ne mêlez point dans vos discours le nom des saints, parce que vous ne serez pas en cela exempt de faute.)

11. Car comme un esclave qu'on met sans cesse à la torture en porte toujours les marques; ainsi tout homme qui jure, et qui nomme *sans cesse le nom de Dieu*, ne sera point pur de péché.

12. Celui qui jure souvent sera rempli d'iniquité; et la plaie ne sortira point de sa maison.

13. S'il ne fait pas ce qu'il a promis avec serment, son péché sera sur lui, et s'il y manque par mépris, il péchera doublement.

14. S'il jure en vain, ce ne sera pas une excuse qui le justifie devant Dieu; et sa maison sera remplie de la peine qu'il en souffrira.

15. Il y a une autre parole qui est une parole de mort; qu'elle ne se trouve jamais dans l'héritage de Jacob.

16. Car ceux qui servent Dieu sont éloignés de tous ces vices, et ils ne s'engagent point dans ces excès.

17. Que votre bouche ne s'accoutume point *non plus à dire* des paroles indiscrètes; car il s'y trouvera toujours du péché.

9. *a* Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. [a *Exod.* 20. 7. *Matth.* 5. 33.]

10. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus Sanctorum non admiscearis; quoniam non eris immunis ab eis.

11. Sicut enim servus interrogatus assidue, a livore non minuitur; sic omnis jurans, et nominans, in toto a peccato non purgabitur.

12. Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet à domo illius plaga.

13. Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit; et si dissimulaverit, delinquit dupliciter.

14. Et si in vacuum juraverit, non justificabitur; replebitur enim retributione domus illius.

15. Est et alia loquela contraria morti, non inveniatur in hæreditate Jacob.

16. Etenim a misericordibus omnia hæc auferentur, et in delictis non volutabuntur.

17. Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum; est enim in illa verbum peccati.

piége pour le superbe et le médisant; car on ne médit guère que de ceux que l'on méprise, parce qu'on est superbe, ou dont on veut diminuer la réputation, parce qu'on les estime trop et qu'on en a de la jalousie. C'est pourquoi un saint a dit que l'humble de cœur ne parle désavantageusement que de lui-même, et qu'il ne méprise que lui seul.

11. *Et nominans.* Ce mot est pris dans un sens absolu pour désigner celui qui a perpétuellement le nom de Dieu dans la bouche. Cette maxime et celles qui suivent ou qui précèdent, du verset 9 au verset 16, se rapportent au second commandement de Dieu : *Dieu en vain tu ne jureras.*

---

9. *Multi... casus.* Lapsus; facile enim qui habitum jurandi contraxit, labitur in juramentum.

10. *Nominibus sanctorum.* Cujuslibet rei sanctæ. — *Non admiscearis.* Ea non usurpes ut irreverentiam caveas. — *Non eris immunis ab eis.* Non eris immunis a peccato ea irreverenter et temere usurpans.

11. *Interrogatus.* Tortus; solent enim servi in tortura examinari de crimine admisso. — *A livore non minuitur.* Verberibus et vibicibus impletur. — *Nominans.* Deum, aut sancta. — *A peccato non purgabitur.* A peccato purus non erit.

12. *Non discedet a domo illius plaga.* Ipse et domus ejus plagis divinitus in vindictam immissis atteretur.

13. *Si frustraverit.* Si juramentum non impleverit. — *Delictum illius.* Pœna delicti. — *Si dissimulaverit.* Si nimirum illud corrigere et expiare neglexerit et dissimulaverit. Græce est, ὑπερίδῃ, *despexerit.* — *Delinquit dupliciter.* 1. Fallendo et juramentum non implendo; 2. Peccatum hoc non expiando legalibus expiationibus, * Levit., 5, n. 4.

14. *In vacuum.* Temere, inaniter, sine causa. — *Non justificabitur.* Non censebitur in hoc juste et recte egisse. — *Replebitur... retributione domus illius.* Hoc est quod dixit n. 12 : *Non discedet a domo illius plaga.*

15. *Contraria morti.* Græca nunc habent, ἀντιπαραβεβλημένη, id, est vestita, inducta, amicta. Quæ scilicet loquela mortem secum affert. Noster legit ἀντιπαραβεβλημένη, ut etiamnum legunt nonnulli codices, et idem est quod *opposita*, aut *ex altera parte respondens*, quæ scilicet cum morte conferri possit, et, ut Græci loquuntur, illius sit ἀντίστροφος, sed quænam est hæc loquela morte circumamicta? Puto esse blasphemiam, quam qui protulisset omni ex parte lapidatoribus circumdatus jactu lapidum occidebatur, Levit., 24, 14, et illorum cumulo quasi vestiebatur. * Crederem huc respexisse Nonnum c. 10 sum paraphrasis in Joannem, cum ait ὄφρα σε πετρήεντι κατακρύψωσι χιτῶνι, *ut te lapidea occultent tunica* (loquitur de Christo quem Judæi ut blasphemum sublatis lapidibus interficere parabant,) * nisi simili phrasi usum viderem Homerum Iliad., 3, versu 57 :

> Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα...
> *Lapideam induisses tunicam, etc.*

quem verisimilius est paraphrasten illum imitari voluisse. Addo obscure locutam sapientem, et de industria noluisse blasphemiam nominare, ad majorem scilicet illius detestationem et horrorem significandum. — *Non inveniatur in hæreditate Jacob.* Non sit in populo Israel tale scelus.

16. *A misericordibus.* A piis et religiosis, est enim græce, ἀπὸ γὰρ εὐσεβῶν, — *In delictis non volutabuntur.* Peccatis hujusmodi non involventur.

17. *Verbum peccati.* Peccatum Verbum enim hebraica phrasi quamlibet rem significat.

18. Memento patris et matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis;

19. Ne forte obliviscatur te Deus in conspectu illorum et assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, et maluisses non nasci, et diem nativitatis tuæ maledicas.

20. *a* Homo assuetus in verbis improperii, in omnibus diebus suis non erudietur. [a *II. Reg.* 16. 7.]

21. Duo genera abundant in peccatis, et tertium adducit iram, et perditionem.

22. Anima callida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat;

23. Et homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem.

24. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem.

25. *a* Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, et dicens : Quis me videt? [*Isai.* 29. 15].

26. Tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me? et nemo circumspicit me : quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.

27. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit a se timorem Dei hujusmodi hominis timor et oculi hominum timentes illum;

18. N'oubliez pas votre père et votre mère, parce que vous êtes au milieu des grands,

19. De peur que Dieu ne vous oublie devant ces grands mêmes, et que, devenant insensé par la trop grande familiarité que vous aurez avec eux, vous ne tombiez dans l'infamie; que vous ne souhaitiez alors de n'être point né, et que vous ne maudissiez vous-même le jour de votre naissance.

20. L'homme accoutumé à dire des paroles outrageuses ne se corrigera jamais.

21. Deux sortes de personnes pèchent souvent, et la troisième s'attire la colère *de Dieu* et la perdition.

22. L'âme qui brûle comme un feu ardent, ne s'éteindra point jusqu'à ce qu'elle ait dévoré quelque chose.

23. L'homme qui abuse de son propre corps ne cesse point, jusqu'à ce qu'il ait allumé un feu *dont il sera lui-même consumé.*

24. Tout pain est doux à un fornicateur; et il ne cessera point de pécher jusqu'à la fin de la vie.

25. L'homme qui viole la foi du lit conjugal (méprise son âme, et il dit :) Qui est-ce qui me voit?

26. Les ténèbres m'environnent, les murailles me couvrent, nul ne me regarde, qui craindrai-je? Le Très-Haut ne se souviendra point de mes péchés.

27. Il ne considère pas que l'œil du Seigneur voit toutes choses, et que c'est bannir de soi la crainte de Dieu de n'avoir que cette crainte humaine, et de n'appréhender que les yeux des hommes,

21. *Duo genera abundant in peccatis.* Ces trois sortes de personnes sont, selon les uns : 1° l'homme qui brûle d'avarice ou d'ambition, ou de colère (verset 22); 2° l'homme qui aime la débauche (versets 23 et 24); 3° l'homme adultère (versets 25 et suiv.). Selon d'autres, c'est 1° celui qui brûle d'un feu impur et qui s'abandonne à ses mauvais désirs (verset 22); 2° celui qui commet des actions honteuses (versets 23, 24); 3° celui qui tombe dans l'adultère (versets 25 et suiv.).

---

18. *In medio .. magnatorum consistis.* Cum sederis inter proceres ad dignitates et magistratus provectus, ne dissimules nosse te patrem, aut matrem, etiamsi tenues sint et abjecti.

19. *In conspectu illorum.* Dum versaris inter magnates, aut unus ex illis es. — *Assiduitate.. infatuatus.* Assiduitate consuetudinis cum proceribus, ex quo superbiam concipiens infatueris. — *Improperium patiaris.* Permittat Deus ut quis te aliquo afficiat dedecore, aut etiam hoc ipsum improperent collegæ tui aut alii, quod genere sis humilis, et superbus mente. — *Maluisses non nasci.* Doloris tui impatiens et dedecoris.

20. *Assuetus in verbis improperii.* Qui habitum contraxit aliis improperandi aut conviciandi. — *Non erudietur.* Ita enim fere fit ut qui diutius vitio alicui assuevit, ab illo abstrahi non possit.

21. *Abundant in peccatis.* Peccatis multiplicant. — *Tertium adducit iram.* Tertium hæc duo superans, acrem Dei iram, vindictam et perditionem provocat.

22. *Anima calida.* Homo libidine æstuans. — *Non extinguetur.* Ardor ille et impetus. — *Donec aliquid glutiat.* Donec conceptum animo turpe desiderium aliquo modo effectum det. Hoc ergo versiculo de primo libidinis gradu agitur, de iis scilicet qui cogitatione et desideriis impuris peccant.

23. *Homo nequam.* Græce est, πόρνος, *fornicarius*; sed noster legit πονηρὸς, *nequam, malus.* — *In ore carnis suæ non desinet.* In explendo appetitu carnis, id est, concupiscentiæ et libidinis suæ. Dicitur *in ore*, quia de appetitu carnis sub allegoria famis cujusdam verba facit. — *Donec incendat ignem.* In amasia quam ad malum sollicitat.

24. *Omnis panis dulcis.* Fame actus libidinis, quaslibet appetit mulieres, sive pulchras sive deformes. — *Non fatigabitur transgrediens usque ad finem.* Non cessabit a peccato transgrediens divinam legem usque ad finem vitæ. Hactenus sapiens de secundo gradu libidinis, eorum scilicet qui vagam Venerem sequuntur, et scortis miscentur.

25. *Transgreditur lectum suum.* Adulter. — *Contemnens animam suam.* In animo suo.

27. *Hujusmodi hominis timor.* Quo adulter timet videri ab hominibus, non autem a Deo ideoque tenebras et noctem captat. — *Et oculi hominum timentes illum.* Idem dicit et inculcat, quasi dicat : Et oculi adulteri qui sunt oculi humani, et nihil, se supra homines attollentes, nec Deum spectantes, *timentes illum*, id est, timent homines, sunt timentes homines. Græca habent, καὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπων ὁ φόβος αὐτοῦ; *et oculi hominum sunt timor illius.*

28. Il ne comprend pas que les yeux du Seigneur sont plus lumineux que le soleil; qu'il regarde de tous côtés toutes les voies des hommes, *qu'il perce* la profondeur des abîmes et le fond du cœur humain, et qu'il pénètre jusque dans les lieux les plus cachés.

29. Car le Seigneur notre Dieu connaissait toutes les choses du monde avant qu'il les eût créées, et il les voit de même maintenant qu'il les a faites.

30. Cet homme adultère sera puni dans les places publiques; (il sera mis en fuite comme le poulain de la cavale) et il sera pris lorsqu'il s'y attendra le moins.

31. (Il sera déshonoré devant tout le monde, parce qu'il n'a pas compris ce que c'était que de craindre le Seigneur.)

32. Ainsi périra encore toute femme qui abandonne son mari, et qui lui donne pour héritier le fruit d'une alliance adultère.

33. Car, premièrement, elle a désobéi à la loi du Très-Haut; secondement, elle a péché contre son mari; troisièmement, elle a commis un adultère, et elle s'est donné des enfants d'un autre que de son mari.

34. Cette femme sera amenée dans l'assemblée, et l'on examinera l'état de ses enfants.

35. Ils ne prendront point racine, et ses branches ne porteront point de fruit :

36. Sa mémoire sera en malédiction, et son infamie ne s'effacera jamais.

37. Et ceux qui viendront après *elle*, reconnaîtront qu'il n'y a rien de plus avantageux que de craindre Dieu, et rien de plus doux que de n'avoir égard qu'aux commandements du Seigneur.

38. C'est une grande gloire que de suivre le Seigneur : car c'est lui qui donne des jours sans fin.

28. Et non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda intuentes in absconditas partes.

29. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia.

30. Hic in plateis civitatis vindicabitur, et quasi pullus equinus fugabitur; et ubi non speravit, apprehendetur.

31. Et erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini.

32. a Sic et mulier omnis relinquens virum suum, et statuens hæreditatem ex alieno matrimonio; [a *Levit*. 20. 10. *Deut*. 22. 22.]

33. Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit; secundo in virum suum deliquit; tertio in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi.

34. Hæc in ecclesiam adducetur, et in filios ejus respicietur.

35. Non tradent filii ejus radices, et rami ejus non dabunt fructum.

36. Derelinquet in maledictum memoriam ejus, et dedecus illius non delebitur.

37. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei; et nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini.

38. Gloria magna est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.

---

29. *Post perfectum*. Postquam facta sunt.

30. *In plateis civitatis vindicabitur*. Per judices publica pœna punietur peccatum secreto admissum. — *Quasi pullus equinus*. Videtur alludere ad id quod legimus apud Jeremiam 5, 8 : *Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat*. — *Fugabitur*. Timore perculsus in fugam se dabit. — *Non speravit*. Suspicatus non est; in græco enim est, οὐχ ὑπενόησε.

31. *Erit dedecus omnibus*. Sibi adulteræ ejus, marito, et utriusque propinquis.

32. *Statuens hæreditatem*. Sustinens hæredem spurium ex eo conceptum, qui alterius feminæ matrimonio junctus est.

33. *Incredibilis*. Inobediens fuit. Græce enim est, ἠπείθησε. — *In virum suum deliquit*, injuria illum afficiendo, et fidem datam fallendo. — *In adulterio fornicata est*. Græce ἐν πορνείᾳ ἐμοιχεύθη, *adulterio constuprata est*, id est, cum adultero uxorem habente fornicata est; itaque adulteri etiam uxori injuriam fecit, quod est tertium illius peccatum. Quanquam etiam dici potest tertium peccatum esse in seipsam, cum mœchum admittit. — *Filios statuit*. Injuria fuit in filios suos legitimos, quibus fratrem non legitimum superinduxit, qui cum illis hæreditatem dividat.

34. *In ecclesiam adducetur*. In cœtum et congregationem populi. — *In filios ejus respicietur*. Græce, ἐπισκοπὴ ἔσται, inspectio, inquisitio, ut scilicet a legitimis spurii secernantur, infamia notentur, et ab hæreditate excludantur.

35. *Non tradent filii ejus radices*. Filii ejus non erunt longævi, nec radicabitur eorum familia et prosapia. Vide Sap. 4, 3. — *Rami ejus non dabunt fructum*. Filii ejus liberos non progignent.

36. *Derelinquet in maledictum memoriam ejus*. Ejus memoriæ maledicetur.

37. *Qui derelicti sunt*. Qui superstites sunt.

38. *Longitudo... dierum assumetur ab eo*. Vel sensus est, *ab eo*, qui sequitur Dominum assumi, id est, accipi longitudinem dierum; vel *ab eo*, id est, a Deo provenire et accipi longitudinem dierum, quæ sequentibus Dominum tribuitur.

CHAPITRE XXIV.

Eloge de la Sagesse. Elle est née de Dieu avant tous les siècles. Elle a résidé dans Israël et sa lumière inépuisable a éclairé le monde entier.

1. Sapientia laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur;

2. Et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et in conspectu virtutis illius gloriabitur;

3. Et in medio populi sui exaltabitur, et in plenitudine sancta admirabitur;

4. Et in multitudine electorum habebit laudem et inter benedictos benedicetur, dicens :

5. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam;

6. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram :

7. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

8. Gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi.

9. Et in omni terra steti; et in omni populo,

10. Et in omni gente primatum habui;

1. La sagesse se louera elle-même; elle s'honorera en Dieu,) et elle se glorifiera au milieu de son peuple.

2. Elle ouvrira sa bouche dans les assemblées du Très-Haut, et elle se glorifiera devant les armées du Seigneur.

3. (Elle sera élevée au milieu de son peuple, et elle sera admirée dans l'assemblée de tous les saints.

4. Elle recevra les louanges parmi la multitude des élus, et elle sera bénie de ceux qui seront bénis de Dieu. Elle dira :)

5. Je suis sortie de la bouche du Très-Haut; (je suis née avant toute créature.

6. C'est moi qui ai fait naître dans le ciel une lumière qui ne s'éteindra jamais,) et qui ai couvert toute la terre comme d'un nuage.

7. J'ai habité dans les lieux très-hauts, et mon trône est dans une colonne de nuée.

8. J'ai fait seule tout le tour du ciel, j'ai pénétré la profondeur des abîmes, j'ai marché sur les flots de la mer,

9. Et j'ai parcouru toute la terre.

10. J'ai eu l'empire sur tous les peuples et sur toutes les nations.

CAP. XXIV. — 5. *Ego ex ore Altissimi prodivi*. La Sagesse éternelle, qui est Dieu elle-même, est sortie de la bouche de Dieu. Par conséquent, le Verbe qui est cette Sagesse, est Dieu de Dieu, *Deus de Deo*, suivant le Symbole de Nicée. Il est le premier-né avant toute créature, comme l'a dit lui-même saint Paul qui paraît avoir reproduit l'expression de l'*Ecclésiastique* : *Primogenitus omnis creaturæ* (Coloss., I, 15; Cf. Prov., VIII, 22 et seq.).

6. *Et sicut nebula texi omnem terram*. La lumière qui fait le bonheur des élus et qui éclaire tout homme venant en ce monde est la Sagesse éternelle elle-même. C'est pourquoi cette lumière ne s'éteindra pas. Le Sage la compare à cette nuée qui était d'abord répandue sur le chaos, et à cet esprit qui se remuait sur les eaux (Gen., I, 2).

7. *In columna nubis*. Allusion à la colonne de nuée qui conduisait les Israélites dans le désert (Ex., XIII, 21 et 22).

10. *In omni gente primatum habui*. Le Verbe de Dieu étant la lumière qui éclaire tout homme venu en ce monde, a exercé, à la suite de la révélation primitive, son empire sur tous les peuples. Ensuite il s'est choisi dans les nations un peuple particulier qu'il a fait l'héritier de ses promesses. C'est au milieu de ce peuple qu'il a résidé au moyen de son tabernacle et de son temple que David et Salomon ont élevé sur la montagne de Sion (Cf. vers. 15 et seq.).

CAP. XXIV. — 1. *Sapientia*. Quomodo explicanda sit vox *sapientiæ* dictum est c. 1, n. 1. Introducit Siracides per prosopopœiam sapientiam ipsam de se loquentem; in quo Salomonem imitatur, qui idem facit Proverb. 8. — *Laudabit animam suam*. Laudabit seipsam, sed in *Domino*, id est, ad Domini Dei auctoris sui honorem, non ad inanem sui gloriam.

2. *In ecclesiis Altissimi*. In cœtibus fidelium. — * *In conspectu virtutis*. Id est, potentiæ et majestatis divinæ. Vel coram exercitu cœlestium.

3. *Plenitudine sancta*. Multitudine sancta Ecclesiæ; pleno et copioso fidelium cœtu, quem versu sequenti *multitudinem electorum* et *benedictos* appellat. — *Admirabitur*. Admirationi erit, suspicietur.

5. *Ex ore Altissimi prodivi*. Ex mente Dei velut verbum mentis prodivi, genita ante omnem creaturam, ideoque primogenita.

6. *Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens*. Lux quæ initio mundi creata est et aucta quarto die, cum sol factus est. — *Sicut nebula texi omnem terram*. Hoc est quod dicitur initio primi capitis Gen. : *Tenebræ erant super faciem abyssi*.

7. *In altissimis*. In cœlo. — *Thronus meus in columna nubis*. Deus nubibus insidere non infrequenter dicitur in Scripturis, juxta illud : *Qui ponis nubem ascensum tuum*, Psal. 103, 3.

8. *Circuivi sola*. Vox *sola* excludit naturas creatas; nam sine illarum ope cœlum divina sapientia circuivit, firmavit ornavitque. — *Profundum abyssi*. Profundissimarum aquarum voragines, quæ fundo carere videntur; ἄβυσσος enim Græcis idem est quod sine fundo.

9. *Et in omni terra steti*. Stabilitatem ei dando.

10. *In omni gente primatum habui*. Nam omnis potestas hominum a Deo est.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS
®

28. Il ne comprend pas que les yeux du Seigneur sont plus lumineux que le soleil; qu'il regarde de tous côtés toutes les voies des hommes, *qu'il perce* la profondeur des abîmes et le fond du cœur humain, et qu'il pénètre jusque dans les lieux les plus cachés.

29. Car le Seigneur notre Dieu connaissait toutes les choses du monde avant qu'il les eût créées, et il les voit de même maintenant qu'il les a faites.

30. Cet homme adultère sera puni dans les places publiques; (il sera mis en fuite comme le poulain de la cavale) et il sera pris lorsqu'il s'y attendra le moins.

31. (Il sera déshonoré devant tout le monde, parce qu'il n'a pas compris ce que c'était que de craindre le Seigneur.)

32. Ainsi périra encore toute femme qui abandonne son mari, et qui lui donne pour héritier le fruit d'une alliance adultère.

33. Car, premièrement, elle a désobéi à la loi du Très-Haut; secondement, elle a péché contre son mari; troisièmement, elle a commis un adultère, et elle s'est donné des enfants d'un autre que de son mari.

34. Cette femme sera amenée dans l'assemblée, et l'on examinera l'état de ses enfants.

35. Ils ne prendront point racine, et ses branches ne porteront point de fruit :

36. Sa mémoire sera en malédiction, et son infamie ne s'effacera jamais.

37. Et ceux qui viendront après *elle*, reconnaîtront qu'il n'y a rien de plus avantageux que de craindre Dieu, et rien de plus doux que de n'avoir égard qu'aux commandements du Seigneur.

38. C'est une grande gloire que de suivre le Seigneur : car c'est lui qui donne des jours sans fin.

28. Et non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda intuentes in absconditas partes.

29. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia.

30. Hic in plateis civitatis vindicabitur, et quasi pullus equinus fugabitur; et ubi non speravit, apprehendetur.

31. Et erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini.

32. a Sic et mulier omnis relinquens virum suum, et statuens hæreditatem ex alieno matrimonio; [a *Levit.* 20. 10. *Deut.* 22. 22.]

33. Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit; secundo in virum suum deliquit; tertio in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi.

34. Hæc in ecclesiam adducetur, et in filios ejus respicietur.

35. Non tradent filii ejus radices, et rami ejus non dabunt fructum.

36. Derelinquet in maledictum memoriam ejus, et dedecus illius non delebitur.

37. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei; et nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini.

38. Gloria magna est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.

---

29. *Post perfectum*. Postquam facta sunt.

30. *In plateis civitatis vindicabitur*. Per judices publica pœna punietur peccatum secreto admissum. — *Quasi pullus equinus*. Videtur alludere ad id quod legimus apud Jeremiam 5, 8 : *Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat*. — *Fugabitur*. Timore perculsus in fugam se dabit. — *Non speravit*. Suspicatus non est; in græco enim est, οὐχ ὑπενόησε.

31. *Erit dedecus omnibus*. Sibi adulteræ ejus, marito, et utriusque propinquis.

32. *Statuens hæreditatem*. Sustinens hæredem spurium ex eo conceptum, qui alterius feminæ matrimonio junctus est.

33. *Incredibilis*. Inobediens fuit. Græce enim est, ἠπείθησε. — *In virum suum deliquit*, Injuria illum afficiendo, et fidem datam fallendo. — *In adulterio fornicata est*. Græce ἐν πορνείᾳ ἐμοιχεύθη, *adulterio constuprata est*, id est, cum adultero uxorem habente fornicata est; itaque adulteri etiam uxori injuriam fecit, quod est tertium illius peccatum. Quanquam etiam dici potest tertium peccatum esse in seipsam, cum mœchum admittit. — *Filios statuit*. Injuria fuit in filios suos legitimos, quibus fratrem non legitimum superinduxit, qui cum illis hæreditatem dividat.

34. *In ecclesiam adducetur*. In cœtum et congregationem populi. — *In filios ejus respicietur*. Græce, ἐπισκοπὴ ἔσται, inspectio, inquisitio, ut scilicet a legitimis spurii secernantur, infamia notentur, et ab hæreditate excludantur.

35. *Non tradent filii ejus radices*. Filii ejus non erunt longævi, nec radicabitur eorum familia et prosapia. Vide Sap. 4, 3. — *Rami ejus non dabunt fructum*. Filii ejus liberos non progignent.

36. *Derelinquet in maledictum memoriam ejus*. Ejus memoriæ maledicetur.

37. *Qui derelicti sunt*. Qui superstites sunt.

38. *Longitudo... dierum assumetur ab eo*. Vel sensus est, *ab eo*, qui sequitur Dominum assumi, id est, accipi longitudinem dierum; vel *ab eo*, id est, a Deo provenire et accipi longitudinem dierum, quæ sequentibus Dominum tribuitur.

CHAPITRE XXIV.

Éloge de la Sagesse. Elle est née de Dieu avant tous les siècles. Elle a résidé dans Israël et sa lumière inépuisable a éclairé le monde entier.

1. Sapientia laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur;

2. Et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et in conspectu virtutis illius gloriabitur;

3. Et in medio populi sui exaltabitur, et in plenitudine sancta admirabitur;

4. Et in multitudine electorum habebit laudem et inter benedictos benedicetur, dicens :

5. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam;

6. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram :

7. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

8. Gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi.

9. Et in omni terra steti; et in omni populo,

10. Et in omni gente primatum habui;

1. La sagesse se louera elle-même; elle s'honorera en Dieu,) et elle se glorifiera au milieu de son peuple.

2. Elle ouvrira sa bouche dans les assemblées du Très-Haut, et elle se glorifiera devant les armées du Seigneur.

3. (Elle sera élevée au milieu de son peuple, et elle sera admirée dans l'assemblée de tous les saints.

4. Elle recevra les louanges parmi la multitude des élus, et elle sera bénie de ceux qui seront bénis de Dieu. Elle dira :)

5. Je suis sortie de la bouche du Très-Haut; (Je suis née avant toute créature.

6. C'est moi qui ai fait naître dans le ciel une lumière qui ne s'éteindra jamais,) et qui ai couvert toute la terre comme d'un nuage.

7. J'ai habité dans les lieux très-hauts, et mon trône est dans une colonne de nuée.

8. J'ai fait seule tout le tour du ciel, j'ai pénétré la profondeur des abîmes, j'ai marché sur les flots de la mer,

9. Et j'ai parcouru toute la terre.

10. J'ai eu l'empire sur tous les peuples et sur toutes les nations.

CAP. XXIV. — 5. *Ego ex ore Altissimi prodivi*. La Sagesse éternelle, qui est Dieu elle-même, est sortie de la bouche de Dieu. Par conséquent, le Verbe qui est cette Sagesse, est Dieu de Dieu, *Deus de Deo*, suivant le Symbole de Nicée. Il est le premier-né avant toute créature, comme l'a dit lui-même saint Paul qui paraît avoir reproduit l'expression de l'*Ecclésiastique* : *Primogenitus omnis creaturæ* (Coloss., I, 15; Cf. Prov., VIII, 22 et seq.).

6. *Et sicut nebula texi omnem terram*. La lumière qui fait le bonheur des élus et qui éclaire tout homme venant en ce monde est la Sagesse éternelle elle-même. C'est pourquoi cette lumière ne s'éteindra pas. Le Sage la compare à cette nuée qui était d'abord répandue sur le chaos, et à cet esprit qui se remuait sur les eaux (Gen., I, 2).

7. *In columna nubis*. Allusion à la colonne de nuée qui conduisait les Israélites dans le désert (Ex., XIII, 21 et 22).

10. *In omni gente primatum habui*. Le Verbe de Dieu étant la lumière qui éclaire tout homme venu en ce monde, a exercé, à la suite de la révélation primitive, son empire sur tous les peuples. Ensuite il s'est choisi dans les nations un peuple particulier qu'il a fait l'héritier de ses promesses. C'est au milieu de ce peuple qu'il a résidé au moyen de son tabernacle et de son temple que David et Salomon ont élevé sur la montagne de Sion (Cf. vers. 15 et seq.).

CAP. XXIV. — 1. *Sapientia*. Quomodo explicanda sit vox *sapientiæ* dictum est c. 1, n. 1. Introducit Siracides per prosopopœiam sapientiam ipsam de se loquentem; in quo Salomonem imitatur, qui idem facit Proverb. 8. — *Laudabit animam suam*. Laudabit seipsam, sed in *Domino*, id est, ad Domini Dei auctoris sui honorem, non ad inanem sui gloriam.

2. *In ecclesiis Altissimi*. In cœtibus fidelium. — * *In conspectu virtutis*. Id est, potentiæ et majestatis divinæ. Vel coram exercitu cœlestium.

3. *Plenitudine sancta*. Multitudine sancta Ecclesiæ; pleno et copioso fidelium cœtu, quem versu sequenti *multitudinem electorum* et *benedictos* appellat. — *Admirabitur*. Admirationi erit, suspicietur.

5. *Ex ore Altissimi prodivi*. Ex mente Dei velut verbum mentis prodivi, genita ante omnem creaturam, ideoque primogenita.

6. *Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens*. Lux quæ initio mundi creata est et aucta quarto die, cum sol factus est. — *Sicut nebula texi omnem terram*. Hoc est quod dicitur initio primi capitis Gen. : *Tenebræ erant super faciem abyssi*.

7. *In altissimis*. In cœlo. — *Thronus meus in columna nubis*. Deus nubibus insidere non infrequenter dicitur in Scripturis, juxta illud : *Qui ponis nubem ascensum tuum*, Psal. 103, 3.

8. *Circuivi sola*. Vox *sola* excludit naturas creatas; nam sine illarum ope cœlum divina sapientia circuivit, formavit ornavitque. — *Profundum abyssi*. Profundissimarum aquarum voragines, quæ fundo carere videntur; ἄβυσσος enim Græcis idem est quod sine fundo.

9. *Et in omni terra steti*. Stabilitatem ei dando.

10. *In omni gente primatum habui*. Nam omnis potestas hominum a Deo est.

11. (J'ai foulé aux pieds, par ma puissance, les cœurs de tous les hommes grands et petits;) et parmi toutes ces choses j'ai cherché un lieu de repos, et une demeure dans l'héritage du Seigneur.	11. Et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi; et in his omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor.
12. Alors le Créateur de l'univers m'a parlé et m'a fait connaître sa volonté. Celui qui m'a créée a reposé dans mon tabernacle.	12. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo,
13. Et il m'a dit : Habitez dans Jacob; qu'Israel soit votre héritage; (et prenez racine dans mes élus.)	13. Et dixit mihi : In Jacob inhabita, et in Israel hæreditare, et in electis meis mitte radices.
14. J'ai été créée dès le commencement et avant les siècles; je ne cesserai point d'être dans la suite de tous les âges; j'ai exercé devant lui mon ministère dans la maison sainte.	14. a Ab initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. [a *Prov.* 8. 22.]
15. J'ai été ainsi affermie dans Sion; j'ai trouvé mon repos dans la cité sainte; et ma puissance est *établie* dans Jérusalem.	15. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea.
16. J'ai pris racine dans le peuple que le Seigneur a honoré, et dont l'héritage est le partage de mon Dieu; et j'ai établi ma demeure dans l'assemblée de tous les saints.	16. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.
17. Je me suis élevée comme le cèdre du Liban, et comme le cyprès de la montagne de Sion.	17. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion.

14. *Ab initio et ante sæcula.* L'Eglise prenant ces paroles dans un sens mystique, les applique à la sainte Vierge dans son office.

17. *Quasi cedrus exaltata sum.* La Sagesse éternelle qui avait fixé sa demeure au milieu d'Israel, s'est incarnée dans le temps marqué, et a exercé son ministère au sein de cette nation. Les accroissements merveilleux de l'Enfant-Dieu, qui grandissait en science et en sagesse à mesure qu'il avançait en âge, sont ici comparés par le Sage au développement des plantes les plus belles et des arbres les plus magnifiques de l'Orient.

---

11. *Omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi.* Nam omnes tam parvi quam magni divinæ sapientiæ subjacent. — *In his omnibus requiem quæsivi.* In omnibus regionibus et gentibus, in quibus dixi me dominari et principatum tenere, quæsivi locum, et populum in quo propie requiescerem per amorem et gratiam, quique mei cultor esset. — *In hæreditate Domini.* In populo fideli, qui est peculium, hæreditas, et ecclesia Domini. — *Morabor.* Morari gestio et desidero.

12. *Tunc præcepit et dixit mihi Creator omnium.* Explicat sapientia quodnam sit suum munus, et de seipsa poetice loquitur quasi de persona distincta a Deo, cum tamen sit ipse Deus. Facit ergo se per prosopopœiam velut ministram Dei, ut ejus jussa exequatur. — *Requievit.* Active accipiendum est pro requiescere facit, requiem dedit, ut ostendunt græca quæ habent, κατέπαυσε τὴν σκηνήν μου. Sic Virgilius canit :

> *Et mutata suos requierunt flumina cursus.*

Id est, requiescere fecerunt.

13. *In Jacob.* In populo Israelitico. — *In Israel hæreditare.* Hæreditatem et possessionem accipe. Sit Israel hæreditas et possessio tua. — *In electis meis.* Populo Israel electo. — *Mitte radices.* Ut stabili diuturnaque possessione populum hunc possideas, eumque plurimis beneficiis ornes.

14. *Ab initio, et ante sæcula.* Ab æterno, ante omnia sæcula et tempora. Appellat Scriptura *initium* id quod erat ante tempora; hoc autem erat æternitas. — *Et usque ad futurum sæculum non desinam.* Sicut æterna sum a parte anteriori, ita et a parte posteriori. — *In habitatione sancta.* In tabernaculo et templo. — *Ministravi.* Sacra ministeria per meos ministros levitas et sacerdotes obivi, Deoque vera sacrificia obtuli; hoc enim significat græcum λειτούργησα.

15. *In Sion firmata sum.* Per tabernaculum et templum quod in monte Sion per Salomonem ædificavi, firmiterque collocavi, cum prius tantum haberem mobile tabernaculum. — *In civitate sanctificata.* Jerusalem et Sion : in græco autem est, ἠγαπημένῃ, *dilecta* : legit interpres noster ἡγιασμένῃ. — *In Jerusalem potestas mea.* In hac enim civitate tam pontificiam quam regiam dignitatem collocavi.

16. *Populo honorificato.* Populo Israel multis beneficiis a me ornato. — *Et in parte Dei mei.* Firmata et radicata sum.' In populo fideli, qui est pars, portio et hæreditas Dei. — *Hæreditas illius.* Τὸ *illius*, refertur ad Deum, quasi dicat : Pars Dei mei, in qua radicavi, est hæreditas illius, scilicet Dei. In græco est, ἐν μερίδι Κυρίου κληρονομίας αὐτοῦ, *in parte Domini hæreditas illius.* — *Plenitudine sanctorum.* Pleno magnoque cœtu Israelis Deo sanctificato.

17. *Exaltata sum.* Excrevi. — *In Libano.* Refertur ad cedrum; in eo enim monte cedri admodum proceræ et speciosæ proveniunt. Comparat se sapientia cedro, quia hæc arbor inter cæteras altitudine eminet, recta est et enodis, solida et corruptionem non sentit, fructifera est et odorata, et medica etiam facultate prædita. Non est hæc arbor ea quam cedrum in Italia vulgo appellamus, sed alterius cujusdam generis. Vide Plin., lib. 13, c. 15. — *Cypressus.* Quæ inter pulcherrimas arbores numeratur, cum semper pulchre comata sit et virens, et vim etiam medicam habeat, ex Plin., lib. 24, c. 5, et odorata.

18. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho;	18. J'ai poussé mes branches en haut, comme les palmiers de Cadès, et comme les plants des rosiers de Jéricho.
19. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis.	19. Je me suis élevée comme un bel olivier dans la campagne, et comme le platane (qui est planté dans un grand chemin sur le bord des eaux).
20. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi; quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris;	20. J'ai répandu une senteur de parfum comme la canelle et comme le baume plus précieux, et une odeur comme celle de la myrrhe la plus excellente.
21. Et quasi storax, et galbanus, et ungula, et gutta, et quasi libanus non incisus, vaporavi habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus.	21. J'ai parfumé ma demeure, comme le storax, le galbanum, l'onyx, la myrrhe; comme la goutte d'encens tombée d'elle-même; (et mon odeur est comme celle d'un baume très-pur et sans mélange.)
22. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ.	22. J'ai étendu mes branches comme un térébinthe; et mes branches sont des branches d'honneur et de grâce.
23. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis.	23. J'ai poussé des fleurs d'une agréable odeur comme la vigne, et mes fleurs sont des fruits de gloire et d'abondance.
24. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.	24. Je suis la mère du pur amour, de la crainte, de la science, et de l'espérance sainte.
25. In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.	25. (En moi est toute la grâce de la voie et de la vérité; en moi est toute l'espérance de la vie et de la vertu.)

---

18. *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Judæa palmis abundat; sed in deserto Sin, quod alio nomine dictum est Cades, excellebant palmeta et palmæ. Porro palma excellit robore, coma, duratione, nisi in superna, æqualitate et fructu. — *Plantatio rosæ in Jericho.* Rosa regina florum, et veris purpura, odoris suavissimi et ad medicamenta utilis. In Jericho pulchrior provenit quam in aliis Judææ partibus.

19. *Oliva speciosa.* Excellit oliva fronde semper virenti, et maxime fructu, ex quo oleum exprimitur, cujus usus quotidianus hominibus est, admodumque necessarius. — *Et quasi platanus.* Platanus a latitudine dicitur quam Græci πλάτος appellant; lata enim habet folia, et ramos late explicat; arbor pulcherrima est, umbramque in æstu gratissimam præbet. — *Juxta aquam.* Quam amat, et qua indiget ut tot ramos et folia nutriat. — *In plateis.* In latis et spatiosis locis.

20. *Cinnamomum.* Dicitur quasi canna amomi, et numeratur inter præstantissima aromata, adeo ut veteres finxerint illud in nido phœnicis nasci, teste Plin., lib. 12, c. 19. — *Balsamum.* In græco est ἀσπάλαθος ἀρωμάτων, id est, *aspalathus aromaticus.* Est porro aspalathus arbustum quoddam odoratum, cujus meminit Plin., lib. 12, c. 24, et Dioscorides, lib. 1, cap. 19. Noster interpres βάλσαμον legit, de quo videri potest Plin., l. 12, c. 25; Theophrast., in hist. Plantarum, lib. 9, cap. 6. De balsamo constat inter aromata excellere; itaque vocatur *aromatizans*, id est, aromaticum, fragrans et suaviter olens. — *Myrrha.* Myrrha arbustum est cujus meminit Plin., lib. 12, cap. 15 : cortex illius bis in anno inciditur, indeque manat myrrhæ liquor; ex eodem cortice, antequam incidatur, exsudat stacte, quæ sic dicitur ἀπὸ τοῦ στάζειν, scilicet a stillando, et est pars nobilior, purior et sincerior myrrhæ.

21. *Quasi storax.* Storax est lacryma sive resina et succus odoratus arboris ejusdem nominis, cujus meminit Plin., lib. 12, c. 17; Dioscor., lib. 1, c. 78. — *Galbanus.* Est lacryma vel resina odorata fruticis quæ in Syria *ferula* dicitur, de qua Plin., lib. 12, c. 25. — *Ungula.* Græce, ὄνυξ, est operculum conchylii purpuræ operculo simile, quod reperitur in iis Judææ paludibus quæ nardum ferunt; itaque et odores suavissimos afflat, quoniam conchylia nardo vescuntur : ita Dioscor., lib. 2, c. 10. — *Gutta.* Est idem quod stacte, de qua dictum num. 20. — *Libanus.* Λίβανος aliquando significat thus, quod tamen frequentius dicitur λιβανωτόν. — *Non incisus.* ' Ex arbore non incisa sponte exsudans. Vide Plin., 12, c. 14. — *Vaporavi habitationem meam.* Populum hebræum, in quo habitationem mihi delegi, suavissimo doctrinæ et legis meæ odore replevi. — *Balsamum non mistum.* Purum, merum, sincerum.

22. *Terebinthus.* Quæ arbor magna est in Syria, teste Plinio, lib. 13, c. 6, ex quo etiam optima et tenuissima resina funditur, ut idem asserit lib. 14, c. 20. — *Rami mei honoris et gratiæ.* Quia rami ipsi pulchri sunt et late fusi, et quia sub illorum umbra requiescere honorem affert et gratiam.

23. *Quasi vitis fructificavi.* Vitem commendant odor cum florescit, et fructus cum maturus pendet. Flores porro sapientiæ, ut in vite, sequitur fructus honoris et gloriæ.

24. *Pulchræ dilectionis.* Καλῆς, quod etiam vertere possis, *bonæ* dilectionis, quod epithetum additum ut a turpi et inhonesta distinguatur. — *Timoris, et agnitionis.* Dei scilicet. — *Sanctæ spei.* Qua bona cœlestia Deo nisi speramus.

25. *Gratia omnis viæ et veritatis.* Quasi dicat : Per me obtinetur omnis gratia, et quæ in agnitione veritatis, et quæ in via ad illam sita est. — *Virtutis.* Vigoris, roboris, fortitudinis, præsidii.

26. Venez à moi, vous tous qui me désirez avec ardeur, et remplissez-vous des fruits que je porte.
27. Car mon esprit est plus doux que le miel, et mon héritage surpasse en douceur le miel le plus excellent.
28. La mémoire de mon nom passera dans la suite de tous les siècles.
29. Ceux qui me mangent auront encore faim, et ceux qui me boivent auront encore soif.

30. Celui qui m'écoute ne sera point confondu et ceux qui agissent par moi ne pécheront point.
31. (Ceux qui m'éclaircissent auront la vie éternelle.)
32. Tout ceci est le livre de vie, l'alliance du Très-Haut et la connaissance de la vérité.
33. Moïse nous a donné la loi (avec les préceptes de la justice), *qui assure* l'héritage à la maison de Jacob, (et *qui renferme* les promesses *que Dieu a faites* à Israël.
34. *C'est ce livre dans lequel* le Seigneur a promis à David, son serviteur, de faire sortir de lui le Roi très-puissant qui doit être éternellement assis sur un trône de gloire :)
35. *Roi* qui répand la sagesse, comme le Phison répand ses eaux, et comme le Tigre dans le temps des nouveaux fruits;

26. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini;
27. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum;
28. Memoria mea in generationes sæculorum.
29. *a* Qui edunt me, adhuc esurient; et qui bibunt me, adhuc sitient. [*a Joan.* 6. 35.]
30. Qui audit me, non confundetur; et qui operantur in me, non peccabunt.
31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.
32. Hæc omnia liber vitæ, et testamentum Altissimi, et agnitio veritatis.
33. Legem mandavit Moyses in præceptis justitiarum, et hæreditatem domui Jacob, et Israel promissiones.

34. Posuit David puero suo excitare Regem ex ipso fortissimum, et in throno honoris sedentem in sempiternum.

35. *a* Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum. [*a Gen.* 2. 11.]

32. *Hæc omnia liber vitæ.* D'après le Grec : Tout ceci est comme l'abrégé de ce que le livre de l'alliance du Très-Haut nous apprend de la sagesse. Or, j'appelle ainsi la loi que Moïse nous a donnée pour être l'héritage des assemblées de la maison de Jacob.

34. *Regem ex ipso fortissimum.* Ce roi est le Messie, Jésus-Christ même, dont Salomon était la figure. Le Sage le compare aux quatre fleuves du paradis terrestre : le Phison, l'Euphrate, le Tigre et le Géhon (Cf. Gen., II), pour nous faire comprendre qu'il devait nous racheter de la faute originelle et nous rétablir dans une position analogue à celle que nos premiers parents ont perdue. On peut même dire qu'il a mis l'humanité dans une position meilleure, et c'est ce qui a fait dire à l'Église : *O Felix culpa quæ talem nobis meruit Redemptorem!*

---

26. *A generationibus meis.* Græce, ἀπὸ τῶν γεννημάτων, a fructibus qui ex me generantur.

27. *Spiritus... meus.* Sapientia tribuit sibi spiritum sicut supra tributa est ei anima. Significat autem nomine spiritus suam naturam de se per legis doctrinam et opera mirabilia spirantem suavem apud homines odorem : quo modo et Sapientiæ 12, 1, dicitur : *O quam bonus et suavis est, Domine, Spiritus tuus*, quod non de Spiritu sancto accipiendum est, cum etiam ipsi Spiritui sancto dici possit : *O Domine, quam suavis est Spiritus tuus!* Ita Jansenius. — *Hæreditas mea.* Possessio sapientiæ, quam ipsa suis asseclis communicat.

28. *Memoria.* Græce est, μνημόσυνον, quod memoriale potius significat. Hoc autem memoriale est lex a sapientia divina fidelibus relicta, idque in perpetuam possessionem.

29. *Qui edunt me, adhuc esurient.* Sapientia enim cibus est nunquam fastidium afferens.

30. *Non confundetur.* Nihil turpe agit, cujus illum pudere debeat. — *Qui operantur in me.* Qui mihi navant operam.

31. *Qui elucidant me.* Interpretes mei, qui alios erudiunt ad sapientiam; nam, ut habemus Dan. 12, 3 : *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti : et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

32. *Liber vitæ.* Quasi dicat : Hæc omnia continet vel præstat liber legis divinæ, et Scriptura sacra, per quam veritas agnoscitur, et pacta et fœdera a Deo cum hominibus inita, promissionesque factæ Israeli. — *Testamentum Altissimi.* Pacta Dei cum hominibus.

33. *In præceptis justitiarum.* Præcepta justa. — *Et hæreditatem domui Jacob.* Ut lex et præcepta hæc essent quædam quasi hæreditas Israeli. — *Et Israel promissiones.* Eidem Israeli promitteret ea lex multa bona eademque præstaret.

34. *Posuit.* Constituit ac promisit. — *Puero suo.* Servo suo. — *Excitare regem.* Sermo est de Messia qui, cum hæc scriberet sapiens, expectabatur. — *In throno honoris.* Alii vertunt, *in solio majestatis.*

35. *Qui implet.* Relativum *qui* refertur ad Deum, cujus paulo ante meminerat, non autem ad Christum Messiam, ut patet ex græco textu, in quo principium versiculi est ὁ πιμπλῶν, quod est nominativi casus; nam si ad *regem* Christum referre dicendum esset πιμπλῶντα, ut notavit Jansenius. — *Quasi Phison.* Qui est Ganges, ut diximus Gen. 2, 11; vide ibi dicta. Dicitur autem quasi Phison implere sapientiam, id est, plenam continere sapientiam; item plenam dare, docere, effundere, ut Phison sive Ganges, quem multorum fluminum aquis augeri et exuberare affirmant. — *Sicut Tigris in diebus novorum.* Tigris impletur aquis in die novorum, id est, dum novæ fruges vere adolescunt, liquore scilicet nivium tabescentium in montibus ex quibus decurrit, quod et aliis fluviis usu venire solet.

36. *Roi* qui répand l'intelligence comme l'Euphrate, qui se déborde comme le Jourdain pendant la moisson;
37. *Roi* qui fait rejaillir la science comme la lumière, et qui multiplie ses eaux comme le Géhon pendant la vendange.
38. C'est lui qui le premier a parfaitement connu la sagesse; et elle est impénétrable aux âmes faibles.
39. Car ses pensées sont plus vastes que la mer, et ses conseils plus profonds que le grand abîme.
40. Je suis, *dit-elle*, la Sagesse qui ai fait couler de moi des fleuves.
41. Je suis sortie du paradis, comme le ruisseau de l'eau immense d'un fleuve, comme l'écoulement d'une rivière, et comme le canal qui conduit ses eaux.
42. J'ai dit : J'arroserai les plantes de mon jardin, et je rassasierai d'eau le fruit de mon pré.

43. Mon canal est devenu un grand fleuve, et mon fleuve est devenu une mer.

44. La lumière de la science que je répandrai sur tout le monde sera comme la lumière du matin; et je la ferai passer dans la suite des siècles.
45. (Je pénétrerai jusqu'au plus profond de la terre; je lancerai mes regards sur tous ceux qui dorment, et j'éclairerai tous ceux qui espèrent au Seigneur.)

36. *a* Qui adimplet quasi Euphrates sensum; qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis. [*a Jos.* 3. 15.]
37. Qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die vindemiæ.
38. Qui perficit primus scire ipsam, et infirmior non investigabit eam.

39. A mari enim abundavit cogitatio ejus, et consilium illius ab abysso magna.
40. Ego Sapientia effudi flumina.

41. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio, ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæductus exivi de paradiso.

42. Dixi : Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.
43. Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare;
44. Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum.

45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.

---

36. *Qui adimplet quasi Euphrates sensum.* Copiosam intelligentiam, prudentiam et sapientiam effundit, ut aquas Euphrates. — *Qui multiplicat.* Aquas scilicet. — *Quasi Jordanis in tempore messis.* Quo tempore copiosiore aquarum agmine fluit. Eadem increscenti causa Jordani est quæ Tigri, nimirum liquor solutarum nivium. Vide dicta Josue c. 3, n. 15.

37. *Mittit disciplinam.* Spargit sapientiam. — *Assistens.* To *assistens.* Jansenius putat idem significare quod simplex *sistens*, ut sensus sit : sistens et exhibens lucem sapientiæ. Sed facilis etiam erit explicatio si sensus sit, Deum assistere, hoc est, adesse hominibus sua sapientia, illaque omnes inde haurire volentes implere. — *Quasi Gehon.* Gehon est Nilus. Vide dicta Gen. 2, n. 13. — *In die vindemiæ.* Quo tempore Nilus suum accipit incrementum.

38. *Qui perficit primus scire ipsam.* In græco est, οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος γνῶναι αὐτήν, id est, primus, acutissimus, qui perspicacissimo est ingenio, non potuit eam sapientiam perfecte nosse et intelligentia comprehendere. Phrasis græca nostræ italicæ correspondet. *Non potè finir d'intendere.* Noster interpres legit non οὐ συνετέλεσεν, sed ὃς συνετέλεσεν, et sensus est : Deum perfecte nosse sapientiam. — *Et infirmior non investigabit eam.* Sententia totius versiculi est, sapientiam nec ingeniosos et acutos, nec hebetes ac tardos suo marte consequi posse.

39. *A mari.* Præ mari. — *Cogitatio ejus.* Consilium et providentia, juxta illud Rom. 11, 33. *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus!* — *Ab abysso magna.* Præ magna ac profundissima aquarum voragine.

40. *Effudit flumina.* Tam corporalia et propria quam spiritualia et metaphorica sapientiæ et prudentiæ.

41. *Quasi trames.* Quasi canalis aquam e fluvio derivans. Commode hæc explicantur de sapientia creata et creaturis communicata, præsertim fidelibus. — *De fluvio.* Immenso divinæ sapientiæ. — *Fluvii dioryx.* Fluvius per alveum manufactum decurrens. Mediolanenses appellant *navilio.* Græce, διῶρυξ, ἀπὸ τοῦ διορύττειν, a fodiendo. — *Aquæductus.* Idem quod trames et fluvius dioryx.

42. *Rigabo hortum meum plantationum.* Hortum suum sapientia vocat cœtum fidelium vel animam justi. — *Prati mei fructum.* In græco est, τὴν πρασιάν τὴν ἐμήν, *areolam justam.* Olitores horti planitiem in varias distinguunt areolas, quas πρασιὰς Græci vocant. Prati fructum vocat fructum ferentes arbores.

43. *Abundans.* Multis tumens aquis. — *Appropinquavit ad mare.* Trames ille, sive fluvius dioryx, de quo dictum est, adeo excrevit, ut jam maris quamdam speciem exhibeat.

44. *Antelucanum.* Græce est, ὄρθρον, quæ vox diluculum significat. Sensus est : doctrinam affero tanquam lucem matutinam auroræ. — *Enarrabo illam usque ad longinquum.* Et in longinquas oras, externas scilicet regiones, et in longinquum tempus, unde Syrus habet : *Et relinquam eam in generationes multas.*

45. *Omnes dormientes.* Mortuos scilicet.

46. Je répandrai encore une doctrine *divine*, comme celle des prophètes; je la laisserai à ceux qui recherchent la sagesse, (et je ne cesserai point de leur être présente de race en race jusqu'au siècle saint.)

47. Considérez que je n'ai point travaillé pour moi seule, mais pour tous ceux qui recherchent la vérité.

46. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, et relinquam illam quærentibus sapientiam, et non desinam in progenies illorum usque in ævum sanctum.

47. a Videte quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem. [a *Infra*. 33. 18.]

CHAPITRE XXV.

Il y a trois choses agréables et trois détestables. Il y en a neuf qui paraissent avantageuses. De la crainte de Dieu. Malice de la femme, le plus insupportable des maux.

1. Trois choses plaisent à mon esprit qui sont approuvées de Dieu et des hommes :

2. L'union des frères, l'amour des proches, un mari et une femme qui s'accordent bien ensemble.

3. Il y a trois sortes de personnes que mon âme hait, et dont la vie m'est insupportable :

4. Un pauvre superbe, un riche menteur, et un vieillard fou et insensé.

5. Comment trouverez-vous dans votre vieillesse ce que vous n'aurez point amassé dans votre jeunesse?

6. Qu'il est beau à la vieillesse de bien juger, et aux vieillards d'avoir de la lumière et du conseil!

7. Que la sagesse sied bien aux personnes avancées en âge! et une conduite éclairée à ceux qui sont élevés en gloire.

8. L'expérience consommée est la couronne des vieillards, et la crainte de Dieu est leur gloire.

9. Neuf choses se présentent à mon esprit qui me paraissent heureuses, et j'exposerai la dixième aux hommes par mes paroles.

1. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo et hominibus.

2. Concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier bene sibi consentientes.

3. Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum.

4. Pauperem superbum; divitem mendacem; senem fatuum et insensatum.

5. Quæ in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?

6. Quam speciosum canitiei judicium, et presbyteris cognoscere consilium.

7. Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus, et consilium!

8. Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei.

9. Novem insuspicabilia cordis magnificavi, et decimum dicam in lingua hominibus :

10. Homo qui jucundatur in filiis, vivens et videns subversionem inimicorum suorum.

11. a Beatus qui habitat cum muliere sensata, b et qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se. [a *Infr*. 26. 1. ‖ b. *Supr*. 14. 1. et 19. 16. *Jac*. 3. 2.]

12. Beatus qui invenit amicum verum et qui enarrat justitiam auri audienti.

13. Quam magnus qui invenit sapientiam et scientiam! sed non est super timentem Dominum;

14. Timor Dei super omnia se superposuit;

15. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei; qui tenet illum, cui assimilabitur?

16. Timor Dei initium dilectionis ejus; fidei autem initium agglutinandum est ei.

17. Omnis plaga, tristitia cordis est; et omnis malitia, nequitia mulieris.

18. Et omnem plagam, et non plagam videbit cordis;

19. Et omnem nequitiam, et non nequitiam mulieris;

20. Et omnem obductum, et non obductum odientium;

10. Un homme qui trouve sa joie dans ses enfants, un homme qui vit et qui voit la ruine de ses ennemis.

11. Heureux celui qui demeure avec une femme de bon sens, qui n'est point tombé par sa langue, et qui n'a point été asservi à des personnes indignes de lui!

12. Heureux celui qui trouve un ami véritable, et qui parle à une oreille qui l'écoute!

13. Combien est grand celui qui a trouvé la sagesse et la science! mais rien n'est plus grand que celui qui craint le Seigneur.

14. La crainte de Dieu s'élève au-dessus de tout.

15. (Heureux l'homme qui a reçu le don de la crainte de Dieu!) à qui comparerons-nous celui qui la possède?

16. La crainte de Dieu est le principe de son amour, et l'on y doit joindre inséparablement un commencement de foi.

17. La tristesse du cœur est une plaie universelle, et la malignité de la femme est une malice consommée.

18. Toute plaie est supportable, plutôt que la plaie du cœur;

19. Toute malice *l'est aussi*, plutôt que la malice de la femme;

20. Toute affliction, plutôt que celle que nous causent ceux qui nous haïssent;

---

45. *Ad huc doctrinam quasi prophetiam effundam*. Le Fils de Dieu, dit Sacy, a répandu une doctrine divine comme celle des prophètes, parce que les apôtres ont été les prophètes de la loi nouvelle, comme les prophètes ont été en quelque sorte les apôtres de la loi ancienne. Il a laissé cette doctrine à ceux qui recherchent la sagesse, et il leur sera toujours présent jusqu'à la fin des siècles, comme il est dit dans l'Évangile, afin qu'ils gardent ce précieux dépôt par le Saint-Esprit, comme dit saint Paul à Timothée, et qu'ils ne substituent jamais des opinions humaines à la place de ces traditions divines, qui sont ce fleuve d'eau vive sorti du paradis dont il est parlé auparavant, qui coulera dans tous les siècles, comme dit saint Grégoire, et d'où les âmes humbles et fidèles puiseront toujours cette eau vivante qui descend du ciel et qui mène au ciel.

Cap. XXV. — 9. *Novem insuspicabilia cordis*. Ces neuf choses sont : 1° celui qui est heureux dans ses enfants; 2° celui qui vit longtemps et qui a la santé; 3° celui qui voit la ruine de ses ennemis; 4° celui qui a une bonne femme; 5° celui qui ne pèche pas par la langue; 6° celui qui n'est pas asservi à des personnes indignes de lui; 7° celui qui a un véritable ami; 8° celui qui parle de justice à quelqu'un qui l'écoute; 9° celui qui a trouvé la sagesse; la dixième qui surpasse tout le reste, c'est la crainte de Dieu. Cette énumération va du verset 9 au verset 13. Nous avons suivi le Grec, qui distingue au verset 10 celui qui jouit d'une heureuse santé, de celui qui voit la ruine de ses ennemis. D'après la Vulgate, au verset 13, on distingue celui qui trouve la sagesse de celui qui trouve la science.

---

46. *Adhuc doctrinam*. Hæc verba accipi possunt vel ut a sapientia dicta, vel ut a Siracide hujus libri auctore. — *Quasi prophetiam*. Quasi oracula et arcana sapientiæ. — *Non desinam*. Non cessabo quærentes me salutaribus monitis instruere. — *Usque in ævum sanctum*. Usque ad sæculum futurum, ubi Deum videntibus instructio hæc sapientiæ necessaria amplius non erit.

Cap. XXV. — 3. *Tres species*. Tria hominum genera. — *Aggravor valde animæ illorum*. Eorum vitam et mores inique admodum fero.

4. *Divitem mendacem*. Divites et potentes qui neminem timent, nec illius ope indigent, non ita occasionem habent mentiendi, ut tenuioris fortunæ homines qui, ut se excusent, aut incommodum aliquod imminens avertant, in mendacio præsidium quærunt. Adde communi existimatione magnum esse viri divitis, potentis, aut principis dehonestamentum mendacium.

5. *Quæ in juventute... non congregasti*. Propterea in senectute aliqui fatui sunt, aut parum prudentes, quia cum juvenes essent, sapientiæ et doctrinæ præsidia et ornamenta sibi non quæsiverunt.

6. *Judicium*. Posse bene judicare et de rebus propositis sapienter pronuntiare. — *Presbyteris*. Senibus. — *Cognoscere consilium*. Posse sanum consilium et salutare suggerere.

7. *Gloriosis*. Græce est, δεδοξασμένοις, *honoratis*, qui scilicet propter ætatem, aut publica munera honorantur, et sunt in pretio.

8. *Corona senum*. Decus et ornamentum senectutis. — *Gloria illorum*. Id in quo gloriari debent, et quodammodo jactare; in græco enim est καύχημα, *gloriatio*.

9. *Insuspicabilia cordis*. Quæ nemo tanti facienda esse suspicetur in corde suo, ut revera facienda sunt. Fortasse noster interpres legit in græco, ἀνυπονόητα, non autem, et nunc habetur, ὑπονοήματα, quæ vox sensus, cogitationes, suspiciones significat. — *Dicam in lingua hominibus*. Contenta voce palam omnibus enuntiabo, et quantum potero hominibus commendabo.

10. *Homo, qui jucundatur in filiis*. Hoc est primum ex decem propositis; ingens enim gaudium est parenti multos habere filios et bene moratos. — *Vivens et videns subversionem inimicorum suorum*. Hic locus, et alii hujusmodi, accipiendus est de inimicis infidelibus. Talis affectus Davidis Psal. 136, n. 8 : *Filia Babylonis misera, beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram*. Vel de quibuscumque inimicis; neque enim peccatum est gaudere, non quidem inimici clade aut morte, sed eo bono quod inde mihi sequitur, viribus illius, quibus me injuste vexabat, attritis.

11. *Qui habitat cum muliere sensata*. Qui cordatam habet uxorem. — *Non est lapsus*. In peccatum aliquod, periculum, aut damnum. — *Indignis se*. *Viliori se*, ut vertit Syrus.

12. *Qui enarrat justitiam auri audienti*. Qui discipulos habet dociles et obsequentes.

14. *Se superposuit*. Super omnia eminet.

16. *Timor Dei initium dilectionis ejus*. Paulatim enim a timore progredimur ad amorem. *Charitas* enim cum augetur, *foras mittit timorem*, 1. Joan., 4, 18. — *Fidei autem initium agglutinandum est ei*. Græca habent : *Fides autem initium est agglutinationis ejus*, principium scilicet adhærendi Deo. Sensus vulgatæ est, timori et charitati fidem tanquam initium et fundamentum reliquorum bonorum ac donorum adjungendam esse.

17. *Omnis plaga*. Summa, maxima, acerbissimaque plaga est cordis tristitia et mœror. ' Omnem plagam malim quam plagam cordis, id est mœrorem. — *Omnis malitia*. Omne genus malorum in malitia et nequitia mulieris continetur. ' Omnem malitiam quam malitiam mulierum pati malim.

18. *Omnem plagam, et non plagam*. Sententia horum trium versiculorum est : *Cedo quamvis plagam, modo non plagam animi; et quamvis malitiam, modo ne malitiam mulieris : cedo quemvis impetum, modo ne impetum odio flagrantium : et ultionem undecumque, modo ne ab inimicis*. Ita vertunt Biblia tigurina. — *Videbit*. Patienter feret, tacitus videbit et silens.

20. *Omnem obductum*. Græca vox ἐπαγωγὴν hoc loco significat impetum malorum ingruentium quibus involvimur. — Quod fortasse exprimere voluit noster interpres, cum obductum dixit. ' Quodvis adversum potius quam adversum illatum ab iis qui nos oderunt.

21. Toute vengeance plutôt que celle qui vient de nos ennemis.

22. Il n'y a point de tête plus méchante que la tête du serpent; *

23. Ni de colère plus aigre que la colère de la femme. Il vaut mieux demeurer avec un dragon que d'habiter avec une méchante femme.

24. La malignité de la femme lui change tout le visage; (elle prend un regard sombre et farouche comme un ours;) et son teint devient noirâtre comme un sac.

25. Son mari se plaint au milieu de ses proches; et entendant *ce qu'on dit d'elle dans le monde*, il retient ses soupirs.

26. Toute malice est légère au prix de la malice de la femme; qu'elle tombe en partage au pécheur.

27. La méchante langue d'une femme est à un homme paisible, ce qu'une montagne sablonneuse est aux pieds d'un vieillard.

28. Ne considérez point la beauté d'une femme, et ne la désirez point parce qu'elle est agréable.

29. La colère de la femme, son audace, et la confusion qui la suit, est grande.

30. Si la femme a la principale autorité, elle s'élève contre son mari.

31. La mauvaise femme est l'affliction du cœur, la tristesse du visage, et la plaie mortelle de son mari.

32. La femme qui ne rend pas son mari heureux est l'affaiblissement de ses mains et la débilité de ses genoux.

21. Et omnem vindictam, et non vindictam inimicorum.

22. Non est caput nequius super caput colubri;

23. Et non est ira super iram mulieris. *a* Commorari leoni et draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. [a *Prov.* 21. 19.]

24. Nequitia mulieris immutat faciem ejus; et obcæcat vultum suum tanquam ursus; et quasi saccum ostendit. In medio proximorum ejus

25. Ingemuit vir ejus, et audiens suspiravit modicum.

26. Brevis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam.

27. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.

28. *a* Ne respicias in mulieris speciem; et non concupiscas mulierem in specie. [a *Infr.* 42. 6.]

29. Mulieris ira, et irreverentia, et confusio magna.

30. Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.

31. Cor humile, et facies tristis, et plaga cordis, mulier nequam.

32. Manus debiles, et genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum.

28. *Non concupiscas mulierem in specie.* Au lieu de s'arrêter à la beauté et aux agréments extérieurs dans la femme, le Sage veut que l'on considère plutôt les qualités sérieuses de l'esprit et du cœur, parce qu'elles sont les seules qui puissent rendre le mari véritablement heureux.

---

* 21. *Omnem vindictam.* Vindicat delicta justitiæ pars illa quæ vindicativa dicitur, cujus minister est judex. Vindicat etiam inimicus auctoritate propria et cum sævitia. Hanc vindictam deprecatur sapiens.

22. *Non est caput nequius super caput colubri.* Serpentes enim in capite venenum habent.

23. *Super iram mulieris.* Quæ animo fovet odium, et venenatis verbis lædit, conviciando, jurgando, contumeliis lacerando. — *Placebit.* Magis placebit, tolerabilius est.

24. *Immutat faciem ejus.* Deformat faciem ejus; nam ex hilari tristem facit, ac sævam ex humana. * Ubi mulier mali aliquid meditatur, solet in facie apparere. — *Obcæcat.* Obscurat, in græco enim est, σκοτεῖ. — *Quasi saccum ostendit.* Syrus vertit : *Nigram eam facit sicut color cilicii.* — *In medio proximorum ejus.* Cum scilicet versatur cum proximis et vicinis suis.

25. *Ingemuit vir ejus.* Si forte de malis uxoribus incidat mentio, aut alius hujusmodi sermo misceatur, qui domesticum malum in memoriam revocet. — *Suspiravit modicum.* Dolorem suum prudenter cordis premens.

26. *Brevis.* Modica, exigua. — *Super malitiam.* Comparatione malitiæ muliebris. — *Sors peccatorum cadat super illam.* Contingat illi maritus nequam, qui eam, ut merita est, male accipiat. Vel hujusmodi mulier sit peccatoris alicujus sors, hoc est, illi uxor adjungatur, ut tanto infortunio malefactorum pœnas luat.

27. *Sicut ascensus arenosus.* Quemadmodum senem fatigat clivus aliquis arenosus, si per illum ascendendum sit; ita maritum sedatum et gravem mulier linguæ furens intemperantia.

28. *Speciem.* Pulchritudinem, existimans pulchritudinem esse argumentum probitatis.

29. *Mulieris ira, et irreverentia, et confusio...* Ira in quoslibet, irreverentia etiam in maritum, ex quo confusio, id est, dedecus oritur et ignominia.

30. *Si primatum habeat.* Vel viri inertia qui quodammodo uxori suæ nupsit; vel quia ipsa nobilior et ample dotata. — *Contraria.* Molesta, gravis, et ejus voluntati jussisque repugnans.

31. *Cor humile.* Numerat mala quæ uxor nequam marito irrogat. — *Cor humile.* Dejectum et afflictum. — *Plaga cordis.* Afflictio, et quasi vulnus in corde.

32. *Manus debiles.* Quia omnis virorum alacritas perit, cum malam uxorem se nactos esse meminerunt. * Vel mulieris desidiosæ describitur ingenium, laborem omnem fugientis. — *Quæ non beatificat virum suum.* Liptote, id est, quæ miserum facit.

33. *a* A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur. [a *Gen.* 3. 6.]

34. Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi.

35. Si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.

36. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

33. La femme a été le principe du péché, et c'est par elle que nous mourons tous.

34. Ne donnez point à l'eau d'ouverture, quelque petite qu'elle soit, ni à une méchante femme la liberté de se produire au dehors.

35. Si vous ne l'avez comme sous votre main lorsqu'elle sort (elle vous couvrira de confusion à la vue de vos ennemis.)

36. Séparez-vous de corps d'avec elle, de peur qu'elle n'abuse toujours de vous.

CHAPITRE XXVI.

De la femme bonne et vertueuse et de la femme jalouse et méchante; de la fille effrontée : trois choses affligeantes, deux choses dangereuses.

1. Mulieris bonæ beatus vir; numerus enim annorum illius duplex.

2. Mulier fortis oblectat virum suum, et annos vitæ illius in pace implebit.

3. Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis;

4. Divitis autem et pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.

5. A tribus timuit cor meum, et in quarto facies mea metuit;

6. Delaturam civitatis, et collectionem populi.

7. Calumniam mendacem, super mortem omnia gravia;

8. Dolor cordis et luctus, mulier zelotypa.

1. Le mari d'une femme qui est bonne est heureux; car le nombre de ses années se multipliera au double.

2. La femme forte est la joie de son mari; et elle lui fera passer en paix toutes les années de sa vie.

3. La femme vertueuse est un excellent partage; c'est le partage de ceux qui craignent Dieu : (et elle sera donnée à un homme pour ses bonnes actions.)

4. Qu'ils soient riches ou pauvres, ils auront le cœur content; et la joie sera en tout temps sur leurs visages.

5. Mon cœur a appréhendé trois choses; et à la quatrième mon visage a pâli de peur :

6. La haine injuste de toute une ville, l'émotion séditieuse d'un peuple,

7. Et la calomnie inventée faussement, sont trois choses plus insupportables que la mort :

8. Mais la femme jalouse est la douleur et l'affliction du cœur.

33. *Et per illam omnes morimur.* C'est par le péché de la première femme que la mort est entrée dans le monde, suivant la pensée de saint Paul : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors* (Rom., V, 12).

36. *Ne semper te abutatur.* De peur qu'elle n'abuse toujours de la bonté que vous avez pour elle, et qu'elle ne se serve du commerce qu'elle a avec vous pour couvrir ses crimes et les continuer (Paraphrase du P. de Carrières).

Cap. XXVI. — 8. *Mulier zelotypa.* D'après le Grec : Une femme jalouse contre une autre femme, cause la douleur et l'affliction du cœur ; et sa langue est comme un fouet qui frappe tout le monde ; elle se plaint sans cesse à tous ceux qu'elle rencontre.

---

33. *A muliere.* Ab Eva.

34. *Non des aquæ tuæ exitum.* Sicut aqua vel in vase, vel in alio conceptaculo conclusa, si per rimulam exitum inveniat, vel paulatim tota effluit vel sibi latiorem aperit viam qua erumpat; ita mulier, etc.

35. *Si non ambulaverit ad manum tuam.* Nisi illam custodieris, apud te habueris quasi ad manum; nisi ductum et imperium tuum fuerit secuta. — *Confundet te.* Dedecore te afficiet.

36. *A carnibus tuis abscinde illam.* A toro tuo illam separa facto divortio, ut per veterem legem licebat, * quæ uxorum repudium permittebat. — *Te abutatur.* Tua patientia et moderatione animi.

Cap. XXVI. — 2. *Mulier fortis.* Mulier strenua, solers, prudens. Italice dicimus : *Donna di valore.* — *In pace implebit.* In causa est ut vir quietum et tranquillum ævum agat, et, ut alibi Scriptura loquitur, moriatur in senectute bona.

3. *Pars bona.* Sors bona. — *In parte.* Tanquam pars et sors debita timentibus Deum. — *Pro factis bonis.* Tanquam benefactorum præmium.

4. *Cor bonum.* Mens hilaris et jucunda, nimirum propter bonam uxorem.

5. *A tribus timuit cor meum.* In hac dicendi formula est hebraismus, qualis apud Amos c. 1, n. 3 et 11 : *Super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor non convertam eum.* Videtur hæc phrasis respondere italicæ nostræ, cum dicimus : *Sono tre, o quattro cose, che temo assai;* neque enim quod hebraismo illo quarto loco proponitur, semper tribus præcedentibus gravius est.

6. *Delaturam civitatis.* Cum scilicet quis in civitate male audit, et passim omnium linguis configitur, et laceratur per calumniam; hoc enim est διαβολὴν πόλεως, ut est in græco. — *Collectionem populi.* Tumultum et seditionem vulgi. Græce, ἐκκλησίαν ὄχλου.

9. La langue de la femme jalouse est perçante, et elle se plaint sans cesse à tous ceux qu'elle rencontre.	9. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.
10. La méchante femme est comme le joug où on lie les bœufs pour leur faire traîner la charrue; celui qui la retient est comme un homme qui prend un scorpion.	10. Sicut boum jugum quod movetur, ita et mulier nequam; qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.
11. La femme sujette au vin sera un sujet de colère et de honte, et son infamie ne sera point cachée.	11. Mulier ebriosa, ira magna; et contumelia, et turpitudo illius non tegetur.
12. La prostitution de la femme se reconnaîtra à son regard altier et à *l'immodestie de ses* yeux.	12. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, et in palpebris illius agnoscetur.
13. Redoublez votre vigilance à l'égard de la fille qui ne détourne point sa vue *des hommes*, de peur qu'elle ne se perde elle-même si elle en trouve l'occasion.	13. *a* In filia non avertente se, firma custodiam; ne inventa occasione utatur se. [*a* *Infr.* 42. 11.]
14. Veillez sur celle qui a l'impudence dans les yeux, et ne vous étonnez pas si elle vous néglige.	14. Ab omni irreverentia oculorum ejus cave, et ne mireris si te neglexerit;
15. Elle ouvrira sa bouche à la fontaine, comme un voyageur pressé de la soif; elle boira de toutes les eaux qui seront près d'elle, elle s'assiéra sur tous les morceaux de bois qu'elle rencontrera, et elle ouvrira son carquois à toutes les flèches jusqu'à ce qu'elle se perde.	15. Sicut viator sitiens, ad fontem os aperiet, et ab omni aqua proxima bibet, et contra omnem palum sedebit, et contra omnem sagittam aperiet pharetram donec deficiat.
16. L'agrément d'une femme (soigneuse) sera la joie de son mari, et elle répandra la vigueur jusque dans ses os.	16. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit.
17. La bonne conduite de la femme est un don de Dieu.	17. Disciplina illius datum Dei est.
18. Une femme de bons sens est amie du silence. Rien n'est comparable à l'âme *d'une femme* bien instruite.	18. Mulier sensata et tacita, non est immutatio eruditæ animæ.

12. *In extollentia oculorum.* Ces regards altiers et sans réserve indiquent dans l'âme un certain désordre que l'excès de la passion produit. Ce sont ces yeux immodestes que saint Pierre dit être pleins d'adultère (II. Petr., II, 14).

15. *Contra omnem palum sedebit.* Elle s'arrêtera près du premier poteau qu'elle rencontrera. Allusion aux poteaux ou piquets auxquels on attachait les tentes. Le Sage a recours à des figures pour exprimer d'une manière chaste et honnête les excès auxquels se livre la fille qui se prostitue.

17. *Datum Dei est.* Il faut donc, pour l'obtenir, s'adresser à Dieu par la prière; c'est malheureusement ce que l'on néglige trop.

---

9. *Flagellum linguæ.* Mulier enim zelotypa querelis, expostulationibus, etc., maritum suum flagellat. — *Omnibus communicans.* Hoc est enim zelotyparum mulierum ingenium, ut de suis suspicionibus passim cum omnibus loquantur, cognatis, vicinis, amicis, etc.

10. *Sicut boum jugum, quod movetur.* Quemadmodum jugum collo bovis non bene hærens, sed perpetuo agitatum, molestiam, et dolorem, et vulnus bovi jugali facit; ita cum inter duos conjuges, qui idem matrimonii aratrum trahunt, non bene convenit, multæ existunt querelæ, jurgia et alia incommoda.

11. *Ira magna.* Ad magnam iram concitat maritum; et ipsa etiam vino æstuans iracunda est. — *Contumelia, et turpitudo.* Dedecus suum; in græco enim est, ἀσχημοσύνη αὐτῆς.

12. *Fornicatio.* Mores inhonesti. — *In extollentia oculorum.* Apparet in oculorum inverecundia et vitæ turpitudo. — *In palpebris... agnoscetur.* Ex oculis nimirum pudicane sit an impudica.

13. *Non avertente se.* Non refugiente occursum, aspectum et colloquium virorum. — *Firma custodiam.* Diligentem et vigilem adhibe custodiam. — *Utatur se.* Corpore suo impudice abutatur.

14. *Ab omni irreverentia oculorum ejus cave.* Omnes aspectus illius parum modestos aut inverecundos suspectos habeas. — *Ne mireris si te neglexerit.* Si fueris cum ea indulgens et remissus, ne mireris si ad peccandum fiet audentior.

15. *Ab omni aqua proxima bibet.* Ut viator valde sitiens ab aqua etiam cœnosa et impura non abstinet; ita salax adolescentula, quacumque oblata occasione, libidini suæ obsequetur. — *Contra omnem palum sedebit.* Prostituet se ad omnem palum et angulum, et amasios ad se alliciet. — *Contra omnem sagittam aperiet pharetram.* Obviam cuivis telo pharetram aperiet: prudenter et sub allegoria concubitum describit. — *Donec deficiat.* Fessa potius et lassata quam satiata. Tantus libidinis furor.

16. *Gratia mulieris sedulæ.* Bonum quod in sedula muliere reperitur. — *Ossa illius impinguabit.* Hilarem virum faciet et sua sorte contentum. Ut enim animi mœror corpus emaciat, ita mens hilaris ætatem floridam facit et corpus impinguat.

17. *Disciplina illius.* Græce est, ἐπιστήμη, scientia, prudentia, solertia, etc. — *Datum Dei est.* Est donum Dei.

18. *Non est immutatio.* Si nactus es uxorem prudentem, et quæ sibi commissa arcana ta-

19. Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.	19. La femme sainte et pleine de pudeur est une grâce qui passe toute grâce.
20. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.	20. Tout le prix *de l'or* n'est rien au prix d'une âme chaste.
21. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus;	21. Comme le soleil se levant dans le ciel, qui est le trône de Dieu, ainsi le visage d'une femme vertueuse est l'ornement de sa maison.
22. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super ætatem stabilem.	22. L'agrément du visage dans un âge mûr est comme la lampe qui luit sur le chandelier *d'or devant le* Saint *des Saints.*
23. Columnæ aureæ super bases argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris.	23. La *femme sage* et posée demeure ferme sur ses pieds, comme des colonnes d'or sur des bases d'argent.
24. Fundamenta æterna supra petram solidam, et mandata Dei in corde mulieris sanctæ.	24. (Les commandements de Dieu sont, dans le cœur de la femme sainte, comme un fondement éternel sur la pierre ferme.)
25. In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit:	25. Deux choses ont attristé mon cœur, et la troisième m'a donné de la colère.
26. Vir bellator deficiens per inopiam; et vir sensatus contemptus;	26. Un homme de guerre qui périt par la pauvreté; un homme sage qui est dans le mépris;
27. Et qui transgreditur a justitia ad peccatum, Deus paravit eum ad rhomphæam.	27. Et celui qui passe de la justice au péché. Dieu réserve ce dernier au tranchant de l'épée.
28. Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians a negligentia; et non justificabitur caupo a peccatis labiorum.	28. (Deux sortes *de vocations* m'ont paru difficiles et dangereuses :) celui qui trafique évitera difficilement les fautes; et celui qui vend du vin ne s'exemptera pas des péchés de la langue.

28. *Difficiles et periculosæ.* Ces deux professions sont celles du marchand et du cabaretier. Celui qui trafique, dit Sacy, tombe aisément en diverses fautes, ou par l'avidité du gain, ou par la multiplicité des soins, qui effacent insensiblement de son cœur et de son esprit le souvenir de Dieu et de son salut. Et celui qui vend du vin, ce qui marque en général tous ceux dont la marchandise est l'occupation ordinaire, ne s'exemptera pas des péchés de la langue: c'est-à-dire qu'ils pécheront souvent par les paroles, sans qu'ils s'en aperçoivent, parce que ces personnes font peu de scrupule de se servir de toutes sortes de déguisements et de mensonges pour vendre, non selon que la justice le permet, mais selon que leur avarice le désire.

---

cita apud se possit celare, nulla est res quæ dignum sit pretium cum uxore tua conferendum. Tò *immutatio*, græce est, ἀντάλλαγμα, et id significat quod quis loco pretii dat, ut aliquid accipiat. — *Eruditæ animæ.* Uxoris sapientia et bene moratæ.

19. *Gratia super gratiam.* Multiplex gratia, cumulus gratiarum. — *Mulier sancta.* In græco est, πιστή, *fidelis.* — *Pudorata.* Pudens, verecunda, modesta.

20. *Omnis... ponderatio.* Quantumvis magnum pondus auri, vel argenti. — *Continentis animæ.* Castæ, verecundæ, pudentis mulieris.

21. *Sicut sol oriens.* Quemadmodum sol suo exortu mundum illustrat, et hominibus et animalibus lætitiam affert; ita mulieris bonæ pulchritudo lux quædam est et ornamentum domus; maritum lætum et alacrem reddens.

22. *Super candelabrum sanctum.* Candelabrum nimirum aureum, quod in Sancto erat, id est, in tabernaculo ante Sancta sanctorum. — *Et species faciei super ætatem stabilem.* Sic pulchritudo corporis et moderatio animi diu in domo perseverans, ut scilicet eam regere, marito adesse et liberos educare possit.

23. *Columnæ aureæ.* Quemadmodum pretiosæ sunt et oculos sua pulchritudine tenent columnæ aureæ argenteis basibus innixæ; ita mulieris gressus gravis, et modestus, et egressus rarus et tantum necessarius.

24. *Fundamenta æterna.* Quemadmodum fundamenta quæ vivo lapidi imponuntur propemodum æterna sunt; ita divina lex in corde mulieris sanctæ firmiter sedet, tanquam in solido fundamento.

25. *In duobus contristatum est.* Vide dicta supra hoc capite, v. 5.

26. *Vir bellator deficiens per inopiam.* Vide principia, qui charum illum habere debet et stipendiis alere. — *Vir sensatus contemptus.* Vir prudens, eruditus litteris. Græca vim habent, ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσιν, viri sapientes, etc., cum despecti fuerint, tanquam rejectamenta vilissima.

27. *Qui transgreditur.* Qui a justitia et virtute deficit ad nequitiam et peccatum. — *Paravit eum ad rhomphæam.* Morti et cædi eum destinavit.

28. *Duæ species.* Duæ res, vel duo genera hominum. — *Negligentia.* Legis divinæ; nam in græco est, πλημμέλεια, quæ peccatum significat, magna lucri cupiditas efficit ut divinæ mercatores aliquando negligant. — *Caupo.* Institor, negotiator. Κάπηλος, proprie ille est qui minutim vendit res esculentas, aut potulentas. — *A peccatis labiorum.* Mendaciis et perjuriis, quæ hujusmodi hominibus valde familiaria sunt.

CHAPITRE XXVII.

Le désir des richesses est une source de péchés. Les paroles de l'homme découvrent son cœur. Il faut chercher la justice et la vérité. La révélation des secrets détruit l'amitié. Le fourbe est haï de Dieu et des hommes.

1. La pauvreté en a fait tomber plusieurs dans le péché; et celui qui cherche à s'enrichir détourne sa vue.

2. Comme un morceau de bois demeure enfoncé entre deux pierres; ainsi le péché sera comme resserré entre le vendeur et l'acheteur.

3. (Le péché sera détruit avec le pécheur.)

4. Si vous ne vous tenez fortement attaché à la crainte du Seigneur, votre maison sera bientôt renversée.

5. Comme lorsqu'on remue le crible il ne demeure que les ordures; ainsi lorsque l'homme s'inquiète dans sa pensée, il ne demeure que l'irrésolution *et* le doute.

6. La fournaise éprouve les vases du potier, et l'affliction éprouve les hommes justes.

7. Comme le soin qu'on prend de l'arbre se fait connaître par son fruit; ainsi l'homme se fait connaître par sa pensée et par sa parole.

8. Ne louez point un homme avant qu'il parle; car c'est à la parole qu'on éprouve un homme.

9. Si vous suivez la justice vous l'acquerrez, et vous en serez revêtu comme d'un habillement de gloire; (vous habiterez avec elle, et elle vous protégera pour jamais, et vous trouverez *en elle* un ferme appui au jour de la manifestation de toutes choses.)

1. Propter inopiam multi deliquerunt; et qui quærit locupletari, avertit oculum suum.

2. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum.

3. Conteretur cum delinquente delictum.

4. Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.

5. Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.

6. Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.

7. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

8. Ante sermonem non laudes virum; hæc enim tentatio est hominum.

9. Si sequaris justitiam, apprehendes illam; et indues quasi poderem honoris, et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.

CAP. XXVII. — 1. *Avertit oculum suum.* Il détourne ses yeux de la loi de Dieu et des conséquences fâcheuses dont l'avarice est le principe. Car, comme le dit saint Paul : *Radix enim omnium malorum est cupiditas : quam quidam appetentes, erraverunt à fide, et inseruerunt se doloribus multis* (I. Tim., VI, 10).

5. *Sic aporia hominis in cogitatu illius.* La réflexion ou le raisonnement est pour l'homme le crible au moyen duquel il sépare ses pensées. Les bonnes vont d'un *côté* et les mauvaises de l'autre.

8. *Hæc enim tentatio est hominum.* C'est par la parole de l'homme, par ses conversations et ses discours qu'on juge de l'étendue de son esprit et des dispositions de son cœur.

CAP. XXVII. — 1. *Propter inopiam.* Multi peccant ut inopiam præsentem aut imminentem fugiant, mendaciis, fraudibus, furto, feminæ etiam vulgando corpus, etc. * In græco est, χάριν ἀδιαφόρου; aliqui tamen legunt, διαφόρου; est autem διάφορον, *pecunia*, ut ex aliis Scripturæ locis patet supra, c. 7, 20; lib. II, Machab., c. 1, 35, et alibi. Multi propter pecuniam, aut propter pecuniæ inopiam peccant; itaque sensus idem sive legas ἀδιαφόρου, sive διαφόρου. — *Avertit oculum suum.* A divina lege et præscripto virtutis.

2. *Sicut in medio compaginis.* Quemadmodum stipes circa quem paries ædificatur omni ex parte lapidibus premitur; ita inter ementes et vendentes quoddam certamen est quo decipere se invicem contrahentes conantur, et ad se utilitatem trahere, etiamsi cum peccato conjuncta sit, quod est ad seipsum peccatum trahere, et illud quodammodo premere, illique adhærescere.

3. *Conteretur cum delinquente delictum.* Sed delictum ita sibi adhærentes peccatores in ruinam secum trahet.

4. *Tenueris te.* Adhæseris timori Dei et justitiæ.

5. *In percussura cribri remanebit pulvis.* Quemadmodum cum cribo farina a furfuribus separatur tenuior, et melior pars per foramina defluit, in cribri vero dorso remanent furfures; ita cum quis mente perturbatus volvit animo quæ illi contra voluntatem acciderunt, etc., lætæ et bonæ cogitationes avolant, quas retinere oportuisset, remanent vero tristes, et animum aporio, id est, angustia fatigantes et vexantes.

7. *Sicut rusticatio.* Quemadmodum culturam arboris (hoc enim est *rusticatio de ligno*) fructus indicat; ita verbum quasi fructus et partus cordis ostendit quale sit cor, et quomodo cultum fuerit.

8. *Ante sermonem.* Antequam sermonem audias. — *Tentatio.* Probatio.

9. *Poderem.* Vestem usque ad pedes demissam : vestem talarem, quæ te honestet, et omni ex parte foveat et tegat. — *In die agnitionis.* In die judicii, cum Dominus de cujusque bene aut male factis cognoscet. — *Invenies firmamentum.* Cui firmus et inconcussus insistat et innitaris.

10. Volatilia ad sibi similia conveniunt, et veritas ad eos, qui operantur illam, revertetur.

11. Leo venationi insidiatur semper; sic peccata operantibus iniquitates.

12. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol; nam stultus sicut luna mutatur.

13. In medio insensatorum serva verbum tempori; in medio autem cogitantium assiduus esto.

14. Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in deliciis peccati.

15. Loquela multum jurans, horripilationem capiti statuet; et irreverentia ipsius obturatio aurium.

16. Effusio sanguinis in rixa superborum; et maledictio illorum auditus gravis.

17. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, et non inveniet amicum ad animum suum.

18. Dilige proximum, et conjungere fide cum illo.

19. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum.

20. Sicut enim homo, qui perdit amicum suum, sic et qui perdit amicitiam proximi sui.

21. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic dereliquisti proximum tuum, et non eum capies;

10. Les oiseaux se joignent avec leurs semblables, et la vérité retourne à ceux qui en font les œuvres.

11. Le lion est toujours au guet pour surprendre sa proie : ainsi le péché tend ses piéges à ceux qui commettent l'iniquité.

12. L'homme saint demeure *stable* dans la sagesse, (comme le soleil dans la lumière;) mais l'insensé est changeant comme la lune.

13. Quand vous serez au milieu des insensés, réservez-vous à parler pour un autre temps : mais trouvez-vous sans cesse parmi les personnes sages.

14. Les entretiens des pécheurs sont insupportables, parce qu'ils font un jeu et un divertissement du péché même.

15. Le discours de celui qui jure souvent fera dresser les cheveux à la tête, et à ses mots horribles on se bouchera les oreilles.

16. L'effusion du sang suivra les querelles des superbes, et leurs injures outrageuses offensent ceux qui les écoutent.

17. Celui qui découvre les secrets de son ami perd la confiance, et il ne trouvera point d'ami selon son cœur.

18. Aimez votre prochain et soyez-lui fidèle dans l'union que vous avez avec lui.

19. Que si vous découvrez ses secrets, c'est en vain que vous tâcherez de le regagner.

20. Car celui qui détruit l'amitié qui le liait avec son prochain est comme un homme qui aurait tué son ami.

21. Vous avez abandonné votre prochain, comme celui qui tenant un oiseau, le laisse aller; vous ne le reprendrez plus.

11. *Sic peccata operantibus iniquitates.* Quand on a contracté l'habitude du péché et qu'on s'est familiarisé avec lui, on le commet sans y faire attention. Une faute en entraîne une autre, et le pécheur se trouve pris dans les liens de son péché devenu une passion.

20. *Sicut enim homo qui perdit amicum.* D'après le Grec : Car comme un homme fait périr son ennemi, vous avez de même perdu et détruit l'amitié de votre prochain.

---

10. *Volatilia.* Sicut aves ad eas quæ sunt generis ejusdem se conferunt; ita veritas (practica scilicet et moralis, quæ est virtus et justitia) eos fugit qui justi et virtute præditi non sunt, tanquam dissimiles sibi, cum quibus sociari non gaudet, et ad eos se confert qui illam colunt, et cum illis commorantur.

11. *Leo venationi insidiatur.* Sicut leo infirmioribus animalibus insidiatur, eaque capit et vorat; ita peccatorum suorum dentibus homines conficiuntur.

12. *Manet sicut sol.* Constantiam servans, et sibi semper similis. — *Sicut luna mutatur.* Varius, inconstans, modo hilaris, et modo tristis, etc.

13. *Serva verbum tempori.* Inutiliter enim profertur audientibus insensatis, qui ex illo non proficiunt. — *Cogitantium.* Eorum qui sunt meditabundi ac proinde etiam prudentes.

14. *Odiosa.* Odio digna, quia aut peccatum, aut periculum peccati adducit; quare in græco est προσόχθισμα, *offendiculum.* — *In deliciis peccati.* Sibi enim peccatores placent in peccatis, et in eorum narratione deliciantur.

15. *Horripilationem capiti statuet.* Horrorem incutit, adeo ut capilli erigantur, quod iis accidit qui subito pavore cohorruerunt. — *Obturatio aurium.* Piæ enim aures irreverentiam jurantis ferre non possunt. Olim Judæi blasphemiam audientes manus auribus admovebant, et illas claudebant : sic audientes sanctum Stephanum, quem ipsi blasphemasse putabant, *continuerunt aures suas*, Act. 7, 56.

16. *Maledictio illorum auditus gravis.* Grave est audire maledicta et convicia quæ ipsi in alios jaciunt.

17. *Fidem perdit.* Fidem fallit. * Vel sensus est : efficit ut nemo illi fidat, et arcana committat illius fidei; nam quisque sibi metuit quod alteri vidit accidere. — *Ad animum suum.* Pro voto et desiderio animi sui : qualem ipse desiderat. Nemo enim cordatus eum amicum volet, quem sciat in arcanis tegendis fidelem non esse.

19. *Non persequeris post eum.* Fugiet a te, et frustra eum sequaris ut amicitiam resarcias, quam revelatione secreti violasti.

20. *Perdit amicum suum.* Morte sublatum. — *Perdit amicitiam proximi.* Violatione secreti; ut enim mortuus non reviviscit, ita qui animo est abalienato propter non custoditum secretum, reconciliari non potest. * Græcus textus sic habet : *Ut si quis hostem interfecerit, ita tu amicitiam tibi noti interfecisti.*

21. *Non eum capies.* Vide dicta n. 19.

22. En vain vous iriez après lui, car il est déjà bien loin : il s'est échappé comme une chèvre qui se sauve du filet, (parce que son âme est blessée.)

23. Vous ne pouvez plus avoir de liaison avec lui. Après des injures il y a encore lieu de se réconcilier ;

24. Mais lorsqu'une âme malheureuse en vient jusqu'à révéler les secrets de son ami, il ne reste plus aucune espérance de retour.

25. Celui dont l'œil est complaisant et flatteur a de noirs desseins dans l'âme, et nul néanmoins ne s'en pourra défendre.

26. Il n'aura devant vous que de la douceur sur la langue, et il admirera tout ce que vous direz : mais enfin il changera de langage, et il tendra des piéges à vos paroles.

27. Je hais bien des choses; mais je ne hais rien tant que cet homme; et le Seigneur le haïra.

28. Si un homme jette une pierre en haut, elle retombera sur sa tête : et la blessure que fait le traître rouvrira les siennes.

29. Celui qui creuse une fosse y tombera; (celui qui met une pierre dans le chemin pour y faire heurter son prochain, s'y heurtera;) et celui qui tend un filet à un autre s'y prendra lui-même.

30. L'entreprise concertée avec malice retombera sur celui qui l'a faite, et il ne reconnaîtra point d'où ce malheur lui est arrivé.

31. Les insultes et les outrages sont réservés pour les superbes; et la vengeance fondra sur eux comme le lion.

32. Ceux qui se réjouissent de la chute des justes seront pris au filet, et la douleur les consumera avant qu'ils meurent.

33. La colère et la fureur sont toutes deux exécrables; et le pécheur les entretiendra toujours dans lui-même.

22. Non illum sequaris, quoniam longe abest; effugit enim quasi caprea de laqueo; quoniam vulnerata est anima ejus.

23. Ultra eum non poteris colligare. Et maledicti est concordatio;

24. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

25. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum abjiciet.

26. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur; novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum.

27. Multa audivi, et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum.

28. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet : et plaga dolosa, dolosi dividet vulnera.

29. Et qui foveam fodit, incidet in eam; et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.

30. Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, et non agnoscet unde adveniat illi.

31. Illusio, et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.

32. Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur.

33. Ira et furor, utraque execrabilia sunt, et vir peccator continens erit illorum.

22. *Vulnerata est anima ejus.* Son âme a été blessée par votre infidélité, et cette blessure est de celles qui ne se guérissent jamais.

30. *Non agnoscet unde adveniat illi.* Il ne verra point, dit le P. de Carrières, que c'est Dieu qui lui a fait trouver de quoi le punir de son péché dans son péché même.

33. *Continens erit illorum.* Le pécheur les aura en partage. La colère du Seigneur tombera sur lui; et il ressentira éternellement les effets terribles de la fureur du Seigneur.

---

23. *Maledicti est concordatio.* Condonatio culpæ facilius obtinetur ob maledictum quam ob arcani revelationem.

24. *Mysteria.* Secreta. — *Desperatio est animæ infelicis.* Infelix est qui secretum retexit, desperet licet de amicitia resarcienda.

25. *Annuens oculo.* Quasi assentiens et blandiens, cum tamen malum machinetur et dolos paret. — *Nemo eum abjiciet.* Nullus tanquam inimicum rejiciet, adeo callet artem simulandi, et se pro vero amico venditandi.

26. *In conspectu oculorum.* Cum tibi præsens adest. — *Conculcabit os suum,* * *Indulcabit*; in græco enim est, γλυκανεῖ, dulcia verba proferet. — *Super sermones tuos admirabitur.* Laudabit et probabit a te dicta, quasi sapienter sis locutus, ut adulatores faciunt. — *Pervertet os suum.* Mutabit os suum, contraria dicet. — *In verbis tuis dabit scandalum.* Ex verbis tuis tibi perniciem struet.

27. *Multa odivi.* Multa peccata odio habui, sed nullum æque eum aversatus atque hoc; imo etiam Deus hujusmodi homines detestatur.

28. *Plaga dolosa, dolosi dividet vulnera.* Ut nimirum partim vulneret eum qui petitur ictu, partim ipsum percutientem, qui enim clam et per dolum alium sica aut telo aggreditur, vel festinatione vel perturbatione timoris etiam seipsum vulnerat.

30. *Facienti nequissimum consilium.* Quo alicui malum machinatur. — *Non agnoscet.* Deus enim illius peccatum ulciscetur, ea ratione et via quam nunquam suspicatus est.

31. *Illusio, et improperium.* Quo aliis illudunt et improperant. — *Insidiabitur illi.* Idem est quod præcedenti versiculo dixit : *Non agnoscet unde adveniat illi.*

32. *Laqueo.* Quem aliis capiendis ipsi posuerant. — *Dolor autem.* Magno dolore conficientur, animadvertentes quam male iis doli successerint, et quam graves pœnas propterea luant.

33. *Continens erit.* Græce est, ἐγκρατής, compos, particeps. Peccatores enim, id est, mali * in iram et furorem sunt proclives. * Est catachresis; magis enim ille ab ira possidetur. Sic morbum habere dicitur.

CHAPITRE XXVIII.

Ne point se venger. Eviter les querelles. Maux que cause la langue. Veiller sur sa bouche et sur ses oreilles.

1. Qui a vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. [a *Deut.* 32. 35. *Matth.* 6. 14. *Marc.* 11. 25. *Rom.* 12. 19.]

2. Relinque proximo tuo nocenti te; et tunc deprecanti tibi peccata solventur.

3. Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam?

4. In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur?

5. Ipse cum caro sit, reservat iram, et propitiationem petit a Deo? quis exorabit pro delictis illius?

6. Memento novissimorum, et desine inimicari;

7. Tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.

8. Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo.

9. Memorare testamentum Altissimi, et despice ignorantiam proximi.

10. Abstine te a lite, et minues peccata.

11. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

12. Secundum enim ligna silvæ sic ignis exardescit; et secundum virtu-

1. Celui qui veut se venger tombera dans la vengeance du Seigneur, et Dieu lui réservera ses péchés pour jamais.

2. Pardonnez à votre prochain le mal qu'il vous a fait; et vos péchés vous seront remis quand vous en demanderez pardon.

3. L'homme garde sa colère contre un homme, et il ose demander à Dieu qu'il le guérisse?

4. Il n'a point de compassion d'un homme semblable à lui, et il demande le pardon de ses péchés?

5. Lui qui n'est que chair garde sa colère, (et il demande miséricorde à Dieu?) Qui lui pourra obtenir le pardon de ses péchés?

6. Souvenez-vous de votre dernière fin, et cessez de nourrir de l'inimitié contre personne.

7. Car la corruption et la mort sont près de fondre sur ceux qui violent les commandements du Seigneur.

8. Ayez la crainte de Dieu devant les yeux; et ne vous mettez point en colère contre votre prochain.

9. Souvenez-vous de l'alliance du Très-Haut, et ne considérez point la faute de votre frère.

10. Evitez les disputes, et vous diminuerez les péchés.

11. L'homme colère allume les querelles; le pécheur jettera le trouble parmi les amis, et il sèmera l'inimitié au milieu de ceux qui vivaient en paix.

12. Le feu s'embrase dans la forêt selon ce qu'il y a de bois : la colère de l'homme s'allume à l'é-

Cap. XXVIII. — 1. *Inveniet vindictam.* Vous serez traité comme vous aurez traité les autres, c'est la pensée de l'Evangile : *Qua mensura aliis metiemini, eadem vobis remetietur* (Matth., VII, 2). *Judicium sine misericordia*, dit l'apôtre saint Jacques, *et qui non fecit misericordiam* (Epist., II, 13).

9. *Memorare testamentum Altissimi.* La loi de Moïse faisait aux Juifs un devoir de pardonner les offenses et défendait de se venger. C'est ce que nous apprend saint Paul (Rom., XII, 19) : *Scriptum est enim : Mihi est vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* D'après ce principe, David se loue de ne pas s'être vengé de Nabal (I. Reg., XXV, 31, 33 et *alibi passim*).

Cap. XXVIII. — 1. *Qui vindicari vult.* Sententia est, cupidum ultionis ultionem manere a Domino. — *Peccata illius servans servabit.* Deus illius peccata asservabit in memoria, ne impunita sint; merito enim qui aliis condonare non vult, misericordiam a Deo non invenit.

2. *Relinque.* Dimitte, condona : græce, ἄφες. Hoc est quod ait Christus : *Dimittite, et dimittemini*, Luc., 6, 37. — *Nocenti te.* Tibi; est constructio græca.

3. *Quærit medelam?* Scribitur cum puncto interrogationis, quasi dicat : Frustra salutem a Domino quærit, aut in morbis sanitatem, ἴασιν, ut est in græco, id est, *curationem.*

4. *Hominem similem sibi.* Habet emphasim; par enim est ut nos fragilitatis nostræ nobis conscios aliis æque fragilibus ut nos condonare.

5. *Cum caro sit.* Vilis, fragilis, mortalis. — *Reservat iram.* Tenax est iræ. — *Petit.* Audet petere. — *Quis exorabit pro delictis illius?* Pertinaci ira se indignum reddit cui Deus propitietur.

6. *Inimicari.* Desine exercere inimicitias, mortis, et aliorum extremorum memor.

7. *Tabitudo.* Græce, καταφθορά, corruptio corporis post mortem putrescentis. — *In mandatis ejus.* Supple, *persevera*, ut est in græco, ἔμμενε ἐντολαῖς.

9. *Testamentum Altissimi.* Legem Dei. — *Despice ignorantiam proximi.* Parvipende, dissimula, parce, remitte.

11. *Incendit litem.* Contentionem; græce enim est μάχην. — *Vir peccator.* Scelestus ac nominatim susurro.

12. *Secundum... lignum silvæ.* Quemadmodum in magna lignorum strue, aut magna silva magnum excitatur incendium : ita pro modo virtutis, id est, potentiæ major aut minor exardescit ira. — *Secundum substantiam.* Divitiæ ampliores magis superbum faciunt, et magis iracundum; ut enim superbiæ, sic iracundiæ sunt fomentum. — *Exaltabit.* Augebit, majorem faciet.

gal de son pouvoir, et il la porte plus haut à proportion qu'il a plus de bien.	tem hominis, sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam.
13. La promptitude à disputer allume le feu ; la querelle précipitée répand le sang, (et la langue qui rend témoignage cause la mort).	13. Certamen festinatum incendit ignem; et lis festinans effundit sanguinem; et lingua testificans adducit mortem.
14. Si vous soufflez l'étincelle, il en sortira un feu ardent ; si vous crachez dessus, elle s'éteindra : et c'est la bouche qui fait l'un et l'autre.	14. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit; et si expueris super illam, extinguetur ; utraque ex ore proficiscuntur.
15. Celui qui médite en secret et l'homme à deux langues sera maudit, parce qu'il jettera le trouble parmi plusieurs qui vivaient en paix.	15. Susurro et bilinguis maledictus; multos enim turbabit pacem habentes.
16. La langue d'un tiers en a renversé plusieurs, et elle les a dispersés de peuple en peuple.	16. Lingua tertia multos commovit et disperdit illos de gente in gentem;
17. Elle a détruit les villes fortes pleines d'hommes riches, et elle a fait tomber les maisons des grands.	17. Civitates muratas divitum destruxit et domos magnatorum effodit.
18. (Elle a taillé en pièces les armées des nations, et elle a défait les peuples les plus vaillants.)	18. Virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit.
19. La langue d'un tiers a fait bannir les femmes fortes, et elle les a privées du fruit de leurs travaux.	19. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis;
20. Celui qui l'écoute n'aura point de paix, et il n'aura point d'amis sur qui il puisse se reposer.	20. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat.
21. Le coup de verge fait une meurtrissure ; mais un coup de langue brise les os.	21. Flagelli plaga livorem facit : plaga autem linguæ comminuet ossa.
22. Il est bien mort des hommes par le tranchant de l'épée ; mais il en est encore mort davantage par leur propre langue.	22. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.
23. Heureux celui qui est à couvert de la langue maligne, à qui sa colère ne s'est point fait sentir, qui n'a point attiré sur lui son joug, et qui n'a point été lié de ses chaînes.	23. Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum illius, et in vinculis ejus non est ligatus;
24. Car son joug est un joug de fer; et ses chaînes sont des chaînes d'airain.	24. Jugum enim illius, jugum ferreum est; et vinculum illius, vinculum æreum est.

---

15. *Susurro et bilinguis.* L'homme à deux langues est celui qui pense d'une manière et parle de l'autre.

16. *Lingua tertia.* D'après une locution proverbiale fréquemment usitée dans la langue chaldaïque, on désigne ainsi celui qui intervient pour semer la dissension entre deux amis (Cf. Ps. C, 5, et CXXXIX, 12).

19. *Privavit illas laboribus.* Elle les a privées du fruit de leurs travaux, en les séparant sans sujet, dit le P. de Carrières, de leurs maris et de leurs enfants, et en les éloignant de leurs maisons qu'elles avaient enrichies par leur sagesse.

---

13. *Certamen festinatum.* Contentio et rixa præcipitanter ab iracundia concitata. — *Incendit ignem.* Bilis et choleræ. — *Lis festinans.* Idem est quod certamen festinatum. — *Lingua testificans.* Sæpe enim qui contra aliquem testificantur illum in periculum adducentes, inde magnum aliquod patiuntur incommodum.

14. *Si sufflaveris.* Sententia est, sæpe accidere ut parva contentionis scintilla in magnum crescat incendium, si pertinax aliquis, aut linguæ impotens sit; sicut e contra, rixarum semina vel uno verbo sapienter et in tempore prolato eliduntur, ad eum modum quo ignis scintilla vel sputo potest extingui.

16. *Lingua tertia.* Quæ inter duos amicos tertiam se infert, et discordias inter illos serit. — *Commovit, et dispersit.* Conturbavit et proprios lares deserere coegit, et alias alibi sedes quærere.

17. *Civitates.* Ipsas integras civitates evertit, et principum domos subruit.

18. *Virtutes.* Vires, exercitus ipsos concidit.

19. *Viratas.* Viriles, viragines, ἀνδρείας. — *Ejecit.* Domo et thalamo suo, dum eas viris suis exosas facit. — *Laboribus suis.* Opibus et rebus labore et industria partis.

20. *Qui respicit illam.* Qui aures illi et animum accommodat.

21. *Plaga.* Percussio. — *Comminuet ossa.* Magnum dolorem afferet, et robur comminuet et franget.

22. *Multi ceciderunt.* Sententia est, multos gladio, plures lingua occidisse.

23. *In iracundiam illius non transivit.* In furorem aut excandescentiam ejus non incurrit. — *Non attraxit jugum illius.* Jugum illius non subiit, nec illius vinculis irretitus et constrictus est.

24. *Jugum ferreum.* Durum, grave, animum excrucians, et quod patienter vix ferri potest.

25. Mors illius, mors nequissima; et utilis potius infernus quam illa.	25. La mort qu'elle cause est une mort très-malheureuse; et le tombeau vaut mieux qu'elle.
26. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum; et in flamma sua non comburet justos.	26. Elle durera quelque temps, mais non pas toujours ; elle régnera dans les voies des injustes et elle ne consumera point le juste dans ses flammes.
27. Qui relinquunt Deum, incident in illam, et exardebit in illis, et non extinguetur, et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos.	27. Ceux qui abandonnent Dieu seront livrés à cette sorte de langue ; elle brûlera dans eux sans s'éteindre; elle sera envoyée contre eux comme un lion ; et elle les déchirera comme un léopard.
28. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia et seras.	28. Bouchez-vous les oreilles avec des épines, et n'écoutez point la méchante langue ; mettez à votre bouche une porte et des serrures.
29. Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos ;	29. Fondez votre or et votre argent, et faites-en une balance pour peser vos paroles; et un juste frein pour retenir votre bouche.
30. Et attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem.	30. Et prenez bien garde de ne point faire de fautes par la langue, de peur que vous ne tombiez devant vos ennemis qui vous dressent des embûches (et que votre chute ne devienne incurable et mortelle.)

CHAPITRE XXIX.

Prêter à son prochain. Ingratitude de ceux qui empruntent. Faire l'aumône. Danger d'être caution. Choses nécessaires à la vie. Hôtes ingrats.

1. Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo; et qui prævalet manu, mandata servat.	1. Celui qui fait miséricorde prête à intérêt à son prochain : et celui qui a la main ouverte pour donner, garde le précepte *du Seigneur*.

---

28. *Sepi aures tuas spinis.* Ces épines, dit saint Paulin, sont la crainte de Dieu et de sa justice qui nous empêche d'écouter les médisants, de peur de nous rendre complices de leurs médisances, et qui fait que nous rejetons ainsi la malignité de ces semeurs de rapports, qui altèrent et refroidissent insensiblement l'amour sincère que nous lui devons (Sacy).

Cap. XXIX. — 1. *Qui facit misericordiam.* Ce chapitre roule presque tout entier sur la bienfaisance. Nous devons faire du bien à notre prochain, mais nous devons le faire d'une manière discrète et prudente. Le Sage trace ici les règles à suivre dans l'exercice de la bienfaisance.

---

25. *Mors illius.* Mors quam calumniator affert, maledicus, aut susurro, pejor quavis morte naturali, quia sæpe infamis est et acerba, ut cum quis calumnia traductus tanquam reus vexatur a judicibus. Certe (si mortem metaphorice sumamus pro re animum excruciante) diuturnior ut plurimum est, quia calumniam passo infamia adhæerescit, quam eluere per totam vitam non possit, cum interim mors naturalis breviori spatio faciliusque morientem conficiat. — *Infernus.* Sepulcrum : est ejusdem sententiæ priori hemistichio expressæ repetitio, quod orationis schema in Proverbiis et Ecclesiastico frequens ac fere perpetuum est.

26. *Perseverantia illius non permanebit.* Non diu calumniatrix lingua aut maledica, etc., permanebit, Deo aut hominibus calumniatorem ipsum perdentibus. — *Obtinebit vias injustorum.* Eum sortietur finem quem tandem injusti nanciscuntur, ut scilicet male pereat. — *Flamma sua non comburet justos.* Non nocebit justis quos Deus ab incendio illius tutos præstabit. * Amburet fortasse, sed non comburet.

27. *Qui relinquunt Deum.* Sententia est, eos qui Deo relicto se maculant sceleribus obnoxios esse linguis maledicorum, qui in pravis hominibus amplum inveniunt maledicentiæ suæ argumentum; hos ergo maledici quasi pardi aut leones lacerabunt.

28. *Sepi aures.* Metaphora sepis, ostii et seræ docet ei linguæ, quam nequam vocat, aures non esse accommodandas, et linguam nostram diligenter custodiendam.

29. *Aurum tuum.* Aurum et argentum tuum confla, ut ex eo facias stateram qua libres et expendas verba tua, utque ex eis facias frenum ori tuo. — *Frenos... rectos.* Rectum frenum tunc est, cum nec nimium silemus nec nimium loquimur, sed quando et quantum recta dictat ratio.

30. *Cadas in conspectu inimicorum.* Inimicis audientibus aliquid improvide loquaris, ex quo tibi periculum aut damnum crees, quod reparare non possis, quodque te in mortis discrimen adducat.

Cap. XXIX. — 1. *Qui facit misericordiam.* Qui misericors est et benignus in proximum. — *Fœneratur proximo suo.* Mutuo dat gratis; nam fœnus hic in bonam partem accipitur. Alioqui enim usuræ jure naturæ vetitæ sunt. * Vel sensus est : benevolentiam, quasi fœnus reportat, et promptam amici voluntatem ad benefaciendum cum opus fuerit. — *Qui prævalet manu.* Qui prompte et alacriter manum extendit ad benefaciendum indigentibus. — *Mandata servat.* Tam ea quæ sunt de eleemosyna danda, quam cætera; magnum enim est argumentum, illum legem Domini servare, qui eximia est charitate in indigentes, et eorum necessitates sublevat.

2. Prêtez à votre prochain au temps de sa nécessité : mais, vous aussi, rendez au temps préfix.

3. Tenez votre parole et agissez avec lui fidèlement, et vous trouverez toujours ce qui vous sera nécessaire.

4. Plusieurs ont regardé ce qu'ils empruntaient comme s'ils l'avaient trouvé, et ils ont fait de la peine à ceux qui les avaient secourus.

5. Ils baisent la main de celui qui leur prête son argent jusqu'à ce qu'ils l'aient reçu, et ils lui font des promesses avec des paroles humbles et soumises ;

6. Mais quand il faut rendre, ils demandent du temps; ils font des discours pleins de chagrin et de murmure; et ils prennent prétexte que le temps est mauvais.

7. S'ils peuvent payer ce qu'ils doivent, (ils s'en défendent d'abord;) et après cela, ils en rendent à peine la moitié, et veulent qu'on considère ce peu comme un gain que l'on fait.

8. Que s'ils n'ont pas de quoi rendre ils font perdre l'argent à leur créancier, et se font de lui un ennemi gratuitement.

9. Ils le paient en injures et en outrages, et ils lui rendent le mal pour la grâce et le bien qu'il leur a fait.

10. Plusieurs évitent de prêter, non par dureté, mais par la crainte qu'ils ont qu'on ne fasse point scrupule de les tromper.

11. Néanmoins usez de bonté et de patience envers le misérable, et ne le faites pas languir pour la grâce qu'il vous demande.

12. Assistez le pauvre à cause du commandement *que Dieu vous en* fait; et ne le laissez pas aller les mains vides parce qu'il n'a rien.

13. Perdez votre argent pour votre frère ou pour votre ami, et ne le cachez point sous une pierre, à votre perte.

2. Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, et iterum redde proximo in tempore suo.

3. Confirma verbum : et fideliter age cum illo et in omni tempore invenies quod tibi necessarium est.

4. Multi quasi inventionem æstimaverunt fœnus, et præstiterunt molestiam his qui se adjuverunt;

5. Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus humiliant vocem suam,

6. Et in tempore redditionis postulabit tempus, et loquetur verba tædii et murmurationum, et tempus causabitur;

7. Si autem potuerit reddere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, et computabit illud quasi inventionem;

8. Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, et possidebit illum inimicum gratis.

9. Et convitia et maledicta reddet illi, et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam.

10. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.

11. Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum.

12. Propter mandatum assume pauperem ; et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.

13. Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem.

---

2. *Fœnerare.* Mutuum da. — *Et iterum redde.* Primum hemistichium hujus versiculi mutuantes instruit; secundum vero eos qui mutuo accipiunt, quos monet ut meminerint reddere in tempore quod debent.

3. *Confirma verbum.* Factis præstando quod ore pollicitus es. — *Cum illo.* Cum eo qui mutuum dedit.

4. *Quasi inventionem æstimaverunt fœnus.* Putant mutuum acceptum esse quasi rem inventam humi, quam vulgus non existimat esse obnoxiam restitutioni, ideoque non sunt solliciti de refundenda pecunia a mutuante accepta. — *Præstiterunt molestiam.* Dum gravate restituunt, aut negant se debere, aut minantur repetentibus.

5. *Donec accipiant.* Ut quod volunt eblandiantur, submisse agunt, voce, gestu corporis, etc. — *In promissionibus.* Quod sint prompte et in tempore redditurі.

6. *In tempore redditionis.* Cum est restituendum. — *Postulabit tempus.* Prorogari sibi tempus reddendi. — *Verba tædii.* Quibus ostendat se ægre ferre quod debitum repetatur, et repetentem accuset importunitatis et inhumanitatis. — *Tempus causabitur.* Quod fuerit sterile, pluvium, bellis impeditum, quod agri et vites maligne responderint.

7. *Si... potuerit reddere, adversabitur.* Etiamsi sit solvendo, tamen hoc ipsum negabit. — *Solidi.* Integri debiti. — *Computabit illud quasi inventionem.* Vide dicta n. 4.

8. *Sin autem.* Subintellige, solvendo non sit. — *Fraudabit illum pecunia sua.* Vitio suo faciet ut creditor pecunia sua careat. — *Inimicum gratis.* Creditor nulla sua culpa, imo occasione collati beneficii illum habebit inimicum.

10. *Multi non causa nequitiæ.* Multi mutuum dare noluerunt, non causa nequitiæ, id est, avaritiæ, odii, vel alterius malitiæ; sed quia aliquando ab accipientibus mutuum gratis, id est, immerito decepti sunt, timuerunt rursus eodem modo fraudari.

11. *Humilem.* Pauperem, aut qui vere reddere tunc non potest quod debet. — *Animo fortior esto.* Græce, μακροθύμησον, longanimis esto, ut quamvis non statim quod debet repræsentare possit, non tamen illum nimium urgeas. — *Pro eleemosyna non trahas illum.* Ne expectatione benignitatis tuæ illum fatiges.

12. *Mandatum.* Legem naturalem et divinam de beneficentia in pauperes. — *Assume pauperem. Subleva egenum*, ut habent græca.

13. *Perde pecuniam.* Quæ tamen non perditur, sed optime collocatur. * Da illis mutuum quasi perditurus. Ita minime falleris, habens pro donato. — *Abscondas illam sub lapide.* More avarorum qui pecunias defodiunt. — *In perditionem.* Sic enim vere perditur pecunia, cum eo usu plane careat, ad quem est instituta.

14. Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quam aurum.

15. a Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo [a *Tob.* 4. 10. *Supr.* 17. 18.]

16, 17, 18. Super scutum potentis, et super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit.

19. Vir bonus fidem facit pro proximo suo; et qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi.

20. Gratiam fidejussoris ne obliviscaris; dedit enim pro te animam suam.

21. Repromissorem fugit peccator et immundus.

22. Bona repromissoris sibi adscribit peccator; et ingratus sensu derelinquet liberantem se.

23. Vir repromittit de proximo suo; et cum perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo.

24. Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, et commovit illos quasi fluctus maris.

14. Dépensez votre trésor selon que le Très-Haut vous le commande; et alors il vous vaudra mieux que *tout* l'or *du monde*.

15. Renfermez l'aumône dans le sein du pauvre; et elle priera pour vous, afin de vous délivrer de tout mal.

16. 17. 18. Elle sera une arme plus forte pour combattre votre ennemi que le bouclier et la lance du plus vaillant homme.

19. L'homme de bien répond pour son prochain; mais celui qui a perdu toute honte abandonne son ami.

20. N'oubliez jamais la grâce que vous fait celui qui répond pour vous; car il a exposé son âme pour vous assister.

21. Le pécheur et l'impur fuit celui qui a répondu pour lui.

22. Le pécheur s'attribue le bien de son répondant; et ayant le cœur ingrat, il abandonne son libérateur.

23. (Un homme répond pour son prochain; et celui-ci venant ensuite à perdre la honte, l'abandonne).

24. L'engagement à répondre mal à propos en a perdu plusieurs qui réussissaient dans leurs affaires, et les a rendus semblables à un vaisseau agité des flots.

16, 17, 18. *Super scutum.* Ces trois chiffres réunis sur un seul verset viennent de ce que, dans plusieurs anciens exemplaires, on a lu pour les versets 16 et 17 de ce chapitre les versets 18 et 19 du chapitre XVII, en sorte que le verset *Super scutum* était le 18e. Mais depuis, ces deux versets ayant été ici retranchés, on a néanmoins conservé leurs chiffres, pour ne pas changer ceux des versets suivants.

19. *Vir bonus fidem facit pro proximo suo.* Ainsi le Sage reconnaît trois manières de venir en aide au prochain : 1° en assistant celui qui n'a rien du tout; 2° en prêtant sans intérêt à celui qui a besoin d'argent, suivant ces paroles de l'Évangile : *Mutuum date nihil inde sperantes* (Luc., VI); 3° en répondant pour celui qui a besoin d'une caution ; mais il faut en tout de la discrétion et de la prudence.

20. *Dedit enim pro te animam suam.* En se faisant caution pour un autre, on s'expose à payer pour lui. Si la somme dépassait les moyens du répondant, il pourrait être dépouillé de tous ses biens et jeté en prison pour les dettes d'un autre. Le Sage veut qu'on soit plus réservé pour le cautionnement que pour le prêt ; parce que le prêteur donne son argent et n'expose rien de plus, tandis que le répondant ne sait pas toujours jusqu'à quel point il s'engage.

---

14. *Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi.* Thesaurus tuus sit divinæ legis observatio, et præsertim præcepti de sublevanda pauperum egestate. Vel *pone thesaurum tuum* idem est quod eroga thesaurum tuum in præcepto servando de eleemosyna danda. — *Proderit... magis quam aurum.* Utilior erit eleemosyna quam auri possessio.

15. *In corde pauperis.* In sinu, ut aliqui etiam legunt. — *Pro te exorabit ab omni malo.* Eleemosynæ tuæ ad cœlum ascendent, et Deum exorabunt ut liberet te ab omni malo.

16. *Super scutum potentis et super lanceam.* Potentior erit ad defendendum te ab hostibus tuis quam scuta fortium, et ad profligandos hostes, quam eorumdem hastæ et cujusvis generis tela.

19. *Fidem facit.* Spondet, fidejubet. — *Et qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi.* In græco est, *et qui pudorem amisit derelinquet ipsum;* hoc est, qui pudore non tangitur amicum indigentem relinquet, nec illi opem feret. Itaque τὸ *derelinquet sibi*, idem est ac adeo destituet, ut pauper sibi aliunde consulere cogatur.

20. *Gratiam fidejussoris.* Beneficium a fidejussore affectum. — *Animam suam.* Ut accidit in obsidibus; nam fidem fallente eo qui dedit obsides, hi capitis periculum adeunt.

21. *Repromissorem fugit peccator et immundus.* Ingratus et infidelis cum repromissorem, hoc est, fidejussorem suum venientem videt, subducit se ne eum fidejussione liberet, nec cogatur quod debet exsolvere.

22. *Repromissoris.* Fidejussoris. — *Sibi ascribit.* Sibi usurpat, cum eum permittat eo adigi ut pro se solvat. — *Ingratus sensu.* Animo ingratus. Græce est, διανοίᾳ. — *Derelinquet liberantem se.* Aut carcere detentum, aut cum creditoribus et judicibus conflictantem.

23. *Cum perdiderit reverentiam.* Pudorem ; is scilicet in cujus commodum facta est fidejussio.

24. *Repromissio nequissima.* Sponsio nequissima, id est, imprudens, et temeraria infide facta, ideoque implexa et noxia, multos perdidit *dirigentes* (græce est, κατευθύνοντας), qui scilicet in suis negotiis feliciter dirigebantur, quique sua negotia et suas domos prospere dirigebant. — *Commovit illos quasi fluctus maris.* Quia illos foro cedere, et solum vertere cogit et jactationibus objecit judiciorum.

25. C'est ce qui a banni en divers lieux des hommes puissants, qui sont devenus errants et vagabonds dans les pays étrangers.

26. Le pécheur qui viole le commandement du Seigneur s'engagera à répondre indiscrètement pour un autre; et celui qui cherche à entreprendre beaucoup d'affaires sera exposé à la rigueur des jugements.

27. Assistez votre prochain selon le pouvoir que vous en aurez; mais prenez garde de ne pas tomber vous-même *dans la misère*.

28. Les principales choses, pour la vie de l'homme, sont l'eau, le pain, le vêtement et une maison qui couvre ce que la pudeur veut être caché.

29. Ce que mange le pauvre sous quelques ais qui le couvrent vaut mieux qu'un festin magnifique dans une maison étrangère, (à celui qui n'a point de retraite).

30. Contentez-vous de peu comme de beaucoup, et vous éviterez les reproches qu'on souffre dans une maison étrangère.

31. C'est une vie malheureuse d'aller de maison en maison : partout où un homme sera comme un hôte, il n'agira point avec confiance, et il n'osera ouvrir la bouche.

32. Il aura logé les autres, il aura donné à boire et à manger à des ingrats; et après cela, il entendra des discours amers.

33. Allez, hôte, couvrez la table, et préparez à manger aux autres de ce que vous avez.

34. Retirez-vous pour faire place à mes amis à qui je dois rendre honneur; j'ai besoin nécessairement de ma maison pour y recevoir mon frère.

25. Viros potentes gyrans migrare fecit, et vagati sunt in gentibus alienis.

26. Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam, et qui conatur multa agere, incidet in judicium.

27. Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.

28. *a* Initium vitæ hominis, aqua et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem. [a *Infr.* 39. 31.]

29. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ in peregre sine domicilio.

30. Minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregrinationis non audies.

31. Vita nequam hospitandi de domo in domum, et ubi hospitabitur, non fiducialiter aget nec aperiet os.

32. Hospitabitur, et pascet, et potabit ingratos, et ad hæc amara audiet :

33. Transi hospes, et orna mensam; et quæ in manu habes, ciba cæteros.

34. Exi a facie honoris amicorum meorum; necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.

34. *Exi a facie.* Quand il était dans l'aisance, on allait volontiers chez lui, on lui disait : *Orna mensam* (vers. préc.). Mais une fois ruiné, s'il va chez ceux qu'il a reçus, on ne le regarde plus. A peine est-il entré qu'on lui dit de sortir, parce qu'on a des affaires à traiter ou des amis à recevoir.

---

25. *Gyrans migrare fecit.* In gyrum quodammodo egit, ut scilicet modo in hanc, modo in illam civitatem se conferrent.

26. *Peccator.* Quam Deus propter peccata punire volet, eum permittet pro ingrato et infido fidejubere. — *Qui conatur multa agere.* Qui multa negotia suscipit agenda. In græco est, διώκων ἐργολαβίας, id est, *sectans redemptiones*, conducendo scilicet et in se suscipiendo opera facienda, vectigalia publica, etc., ut faciunt redemptores et publicani. — *In judicium.* Græce, εἰς κρίσεις, *in judicia* forensia, et lites.

27. *Recupera.* Juva, sublevа. — *Virtutem.* Græce, δύναμιν, potentiam, vires opes, facultates. — *Attende tibi ne incidas.* Cave ne dum aliis consulis et eos malis eripere conaris, in easdem tu incidas lites, damna rei familiaris, carcerem, etc.

28. *Initium.* Græce, ἀρχὴ, id est, præcipuum, caput et summa, quasi dicat : Caput et summa requisitorum ad vitam. — *Aqua et panis.* Cibus et potus. — *Domus protegens turpitudinem.* Non solum actum conjugalem, ut Lyranus interpretatur, sed alias etiam omnes necessitates.

29. *Sub tegmine asserum.* In paupere casa, sed propria. — *In peregre.* In alieno solo, domicilio.

30. *Minimum pro magno placeat tibi.* Parvis æque ac magnis contentus sis. — *Improperium peregrinationis.* Nullus tibi improperabit quod peregrinus sis, ut fere usu venit, cum qui externi sunt vocantur peregrini, barbari, inculti, etc.

31. *Vita nequam.* Laboriosa et misera. — *Non fiducialiter aget.* Aget timide, et sibi aliquid præ pudore deesse patietur quod necessarium est, nec audebit illud petere.

32. *Hospitabitur.* Græce est, *hospitio excipiet.* — *Ad hæc amara audiet.* Cum vicissim ipse hospitio exceptus non benigne tractabitur, sed contemnetur et male habebitur.

33. *Transi, hospes.* Est imitatio verborum heri, qui hospitem domi suæ excipit; quasi dicat : Adesdum, peregrine, etc. — *Orna mensam.* Sterne mensam. — *Et quæ in manu habes, ciba cæteros.* In græco est, *et si quid est in manu tua, ciba me.* Si quid in mantica tua viatoria habes esculentum, prome, et mecum et cæteris communica.

34. *Exi a facie honoris amicorum meorum.* Cubiculum cede, aut lectum amico meo, qui supervenit, quem honorifice debeo excipere, aut etiam in aliqua alia domo tibi hospitium quære. — *Necessitudine domus meæ.* Necessitas excipiendi domi meæ amicos supervenientes cogit me in te aliquantulum esse inofficiosum. Parcas mihi velim. — *Hospitio mihi factus est frater.* Propinquus divertit ad me.

---

35. Gravia hæc homini habenti sensum : Correptio domus, et improperium fœneratoris.

35. Ces choses sont pénibles à un homme qui a du bon sens : les reproches d'un homme qui nous a logés chez lui, et les insultes d'un créancier.

CHAPITRE XXX.

De l'utilité d'une bonne éducation. Des avantages de la santé. Maux qui sont les suites de la tristesse.

1. Qui *a* diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia. [a *Prov.* 13. 24. et 23. 13.]

2. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio domesticorum in illo gloriabitur.

3. *a* Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, et in medio amicorum gloriabitur in illo. [a *Deut.* 6. 7.]

4. Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se.

5. In vita sua vidit, et lætatus est in illo; in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis.

6. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem gratiam.

7. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, et super omnem vocem turbabuntur viscera ejus.

8. Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet præceps.

9. Lacta filium, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te.

1. Celui qui aime son fils le châtie souvent, afin qu'il en reçoive de la joie quand il sera grand, (et qu'il n'aille pas mendier aux portes des autres).

2. Celui qui instruit son fils y trouvera sa joie; et il se glorifiera en lui parmi ses proches.

3. Celui qui enseigne son fils rendra son ennemi jaloux de son bonheur, et il se glorifiera en lui parmi ses amis.

4. Le père *de ce fils bien élevé* est mort; et il ne semble pas mort, parce qu'il a laissé après lui un autre lui-même.

5. Il a vu son fils pendant sa vie, et il a mis sa joie en lui; il ne s'est point affligé à sa mort, (et il n'a point rougi devant ses ennemis);

6. Car il a laissé à sa maison un fils qui la défendra contre ceux qui la haïssent, et qui rendra à ses amis la reconnaissance qu'il leur doit.

7. Le père bandera ses propres plaies par le soin qu'il aura de l'âme de ses enfants : et ses entrailles seront émues à chaque parole.

8. Un cheval indompté devient intraitable, de même l'enfant abandonné à sa volonté devient insolent.

9. Flattez votre fils, et il vous causera de grandes frayeurs : jouez avec lui, et il vous attristera.

CAP. XXX. — 1. *Proximorum ostia.* La mendicité n'est pas autre chose que la misère, et la misère provient de ce que l'on est vicieux. Le Sage regarde la bonne éducation comme le moyen de détourner l'homme du vice.

7. *Pro animabus filiorum.* Suivant la paraphrase du P. de Carrières : Le père bandera ses propres plaies et il s'épargnera beaucoup de chagrin par le soin qu'il aura de l'âme de ses enfants. Au contraire, s'il les abandonne à eux-mêmes, ses entrailles seront émues à chaque parole qu'il entendra dire et à chaque cri qu'il entendra faire, craignant toujours que la mauvaise conduite de ses enfants ne leur ait attiré quelque malheur.

---

35. *Homini habenti sensum.* Non plane stupido. — *Correptio domus.* Cum hospes ab hero domus apud quem hospitatur audit dura. — *Improperium fœneratoris.* Cum qui mutuo dedit, sollicite repetens, exprobrat debitori paupertatem, negligentiam, ingratitudinem, etc.

CAP. XXX. — 1. *Lætetur.* Filius cum paternæ correptionis fructum percipiet. — *Non palpet proximorum ostia.* Mendicando ostiatim.

2. *In illo.* Propter illum.

3. *In zelum mittit inimicum.* Invidentia quadam et zelotypia stimulabit.

5. *In obitu suo non est contristatus.* Lætus mortuus est, quia filium reliquit qui domum defendendo, etc., vices suas implebit. — *Nec confusus est coram inimicis.* Quasi domus præsidio destituta relinqueretur.

7. *Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua.* Tantus est parentum amor in filios, ut pro eis se vulneribus exponere non dubitent. Itaque *colligabit vulnera sua*, idem est ac ruet in vulnera propter filios, ut eos defendat. * Vulgatus legit, περὶ ψυχῶν, *pro animabus*, sed in textu græco est, περιψύχων, id est, pater cum filium stringit (id est virgis cædit), tunc maxime ejus vulnera obligat, nimirum quia ejus vitiis medetur. — *Super omnem vocem.* Aut famam alicujus infortunii in quod filius inciderit, aut vocem rixantium, filio suo timens ne male ab aliquo accipiatur.

8. *Indomitus.* Equisonum disciplina non eruditus. — *Durus.* Calcitro, freno inobediens. — *Remissus.* Græce, ἀνειμένος, *sibi relictus*, disciplinæ freno carens. — *Præceps.* In vitia et omne dedecus.

9. *Lacta filium.* Molliter educa. — *Paventem te faciet.* Græce est, ἐκθαμβήσει σε, *obstupefaciet te*, adeo scelestus fiet.

10. Ne vous amusez point à rire avec lui, de peur que vous n'en ayez de la douleur; et qu'à la fin vous n'en grinciez les dents.

11. Ne le rendez point maître de lui-même dans sa jeunesse, et ne négligez point ce qu'il pense.

12. Courbez-lui le cou pendant qu'il est jeune, et châtiez-le de verges pendant qu'il est enfant, de peur qu'il ne s'endurcisse, qu'il ne veuille plus vous obéir, et que votre âme ne soit percée de douleur.

13. Instruisez votre fils, travaillez à le former, de peur qu'il ne vous déshonore par sa vie honteuse.

14. Un pauvre qui est sain, et qui a des forces, vaut mieux qu'un riche languissant et affligé de maladies.

15. La sainteté de la justice est la sainteté de l'âme; elle vaut mieux que tout l'or et l'argent : et un corps qui a de la vigueur vaut mieux que des biens immenses.

16. Il n'y a point de richesses plus grandes que celles de la santé du corps, ni de plaisir égal à la joie du cœur.

17. La mort vaut mieux qu'une vie amère : et le repos éternel, qu'une langueur qui ne finit point.

18. Des biens cachés dans une bouche fermée sont comme un grand festin autour d'un sépulcre.

19. Que sert à l'idole l'oblation, puisqu'elle n'en peut manger, ni en sentir l'odeur?

20. Tel est celui que Dieu chasse *de devant sa face*, (qui porte la peine de son iniquité;)

21. Qui voit de ses yeux, et qui gémit comme un eunuque qui embrasse une vierge, et qui soupire.

10. Non corrideas illi, ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui.

11. Non des illi potestatem in juventute, et ne despicias cogitatus illius.

12. *a* Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus dum infans est, ne forte induret, et non credat tibi, et erit tibi dolor animæ. [a *Supr.* 7. 25.]

13. Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

14. Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis, et flagellatus malitia.

15. Salvus animæ, in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento; et corpus validum, quam census immensus.

16. Non est census super censum salutis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium.

17. Melior est mors quam vita amara; et requies æterna quam languor perseverans.

18. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.

19. *a* Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit; [a *Dan.* 14. 6.]

20. Sic qui effugatur a Domino, portans mercedes iniquitatis;

21. *a* Videns oculis, et ingemiscens, sicut spado complectens virginem, et suspirans. [a *Supr.* 20. 2.]

10. *Non corrideas illi.* Il y a une familiarité funeste qui enlève aux enfants le respect qu'ils doivent avoir pour leurs parents. C'est cette familiarité que le Sage condamne.

11. *Ne despicias cogitatus illius.* Dans ces temps où les mauvaises doctrines se propagent avec tant de facilité, il faut veiller tout particulièrement sur l'esprit des jeunes gens, diriger leurs lectures et ne pas laisser une foule d'utopies malsaines prendre possession de leur intelligence.

---

10. *Obstupescent dentes tui.* Ut enim stupor in dentibus relictus est effectus præcedentis cibi dentibus mansi, v. g., uvæ acerbæ; ita dolor animum excrucians et lacerans effectus est mollis et indulgentis educationis, qui ergo illum non vult, ab hac abstineat. Græce est, γομφιάσεις τοὺς ὀδόντας σου, quod aliqui vertunt, *dentibus tuis infrendens*.

11. *Ne despicias cogitatus illius.* Observa quæ animo destinat, optat, vult, molitur.

12. *Curva cervicem.* Sic etiam teneriores arbusculæ flectuntur in quam voluerimus partem, antequam temporeduratæ reddantur inflexibiles. — *Tunde latera.* Flagellis, virgis. — *Non credat.* Non obediat; in græco enim est, ἀπειθήσῃ σοι.

13. *Operare in illo.* Operibus illum exerce. — *Ne in turpitudinem illius offendas.* Ne ignominia illius tibi sit offensioni, afferens etiam tibi dedecus et incommoda.

14. *Flagellatus malitia.* Qui morbis vexatur : qui a Deo aliqua invaletudine percussus est.

15. *Salus animæ in sanctitate justitiæ.* Bona valetudo cum virtute ac sanctitate conjuncta. — *Census immensus.* Proventus ampli, divitiæ multæ.

17. *Requies æterna.* Mors, est enim repetitio ejus quod priori habetur hemistichio. — *Languor perseverans.* Ægritudo diuturna.

18. *Bona abscondita in ore clauso.* Bona multa reposita in divitum penu, nihil eos juvant, si os clausum sit propter ægritudinem, aut stomachi nauseam, quæ illis vesci prohibet. In græco est, ἐκκεχυμένα, *effusa, apposita ori clauso.* — *Appositiones epularum.* Veteres Hebræi sepulcris cibos imponebant ut cederent in usum pauperum, quorum orationes pro defunctis expectabant. Sensus ergo est : ut epulis sepulcris impositis mortui non vescuntur, sic nec male valentes oblatis cibis a quibus stomachus abhorret.

19. *Libatio.* Vinum aut alius liquor in illius honorem fusus, aut cibus appositus; nec enim bibere potest aut comedere. Tales sunt ægroti.

20. *Qui effugatur a Domino.* Quem Dominus ob scelera morbis immissis insectatur, ὁ ἐκδιωκόμενος ὑπὸ Κυρίου, ut est in græco.

21. *Videns oculis, et ingemiscens.* Cupiens ciborum voluptate frui, sed a medico prohibitus, vel a morbo. Similis spadoni, id est eunucho, qui videns virginem, aut eam complectans, dolet quod, cum sit secus, ea frui nequeat.

22. *a* Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo. [a *Prov.* 12. 25; 15. 13; 17. 22.]

23. Jucunditas cordis hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis; et exultatio viri est longævitas.

24. Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine; congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe repelle a te.

25. *a* Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa. [a *II. Cor.* 7. 10.]

26. Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.

27. Splendidum cor, et bonum in epulis est; epulæ enim illius diligenter fiunt.

22. N'abandonnez point votre âme à la tristesse, et ne vous affligez point vous-même dans vos pensées.

23. La joie du cœur est la vie de l'homme, (et un trésor inépuisable de sainteté;) la joie de l'homme rend sa vie plus longue.

24. Ayez pitié de votre âme en vous rendant agréable à Dieu, et retenez vos mauvais désirs; réunissez votre cœur dans la sainteté de Dieu, et bannissez loin de vous la tristesse.

25. Car la tristesse en a tué plusieurs, et elle n'est utile à rien.

26. L'envie et la colère abrègent les jours; et l'inquiétude fait venir la vieillesse avant le temps.

27. Le cœur bon et serein est dans un festin continuel; car on lui prépare avec soin les meilleures viandes.

CHAPITRE XXXI.

Des inquiétudes de l'avare. Heureux le riche qui est demeuré dans l'innocence. Modestie et tempérance dans les festins. Sobriété dans l'usage du vin.

1. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.

2. Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam.

1. La veille *qu'on fait* pour amasser du bien dessèche la chair; et l'application qu'on y donne ôte le sommeil.

2. La pensée inquiète de l'avenir renverse le sens; et la maladie violente rend l'âme sobre.

22. *Tristitiam non des animæ tuæ.* Cette tristesse est ce chagrin intérieur qui dévore l'homme et qui le suit partout où il va. Cette maladie morale est l'opposé de ce bonheur et de cette tranquillité intérieure qu'éprouve l'homme de bien jouissant de la paix que procure une bonne conscience.

Cap. XXXI. — 1. *Vigilia honestatis.* Le mot *honestas* est souvent pris dans l'Écriture pour signifier la richesse. *Honestas et paupertas a Deo sunt* (*Supr.* cap. XI), *honestavit illum in laboribus*, est-il dit du patriarche Jacob (Sap., X).

---

22. *In consilio tuo.* Tuis consiliis, dum tecum ipse anxius deliberas.

23. *Est vita hominis.* Est homini salutaris et causa cur diutius vivat. — *Et thesaurus sine defectione sanctitatis.* Thesaurus indeficiens sanctitatis, quia lætitia sanctitatem fovet, ut etiam sanctitas lætitiam, quæ non contigit iis qui peccati alicujus sibi sunt conscii. Præterea lætitia est thesaurus sanctitatis, quia facit ut alacriter opera pietatis obeamus, orationes, jejunia, etc.; tristitia vero e contra, ut illa timeamus et refugiamus, et ut tentationibus maxime obnoxii simus. — *Exultatio viri est longævitas.* Lætitia viri longævitatem conciliat.

24. *Miserere animæ tuæ.* Sententia, ut ego quidem arbitror, est hujusmodi : parce tibi ipsi, nec te nimium affligas anxia sollicitudine, aut aliis rebus quæ mœrorem inducunt; nec, quod avari faciunt, maligne tuis necessitatibus provideas in victu, vestitu, etc., ita tamen ut memineris te Deum offendere non debere, sed illi placere; ideoque etiam continens esto et moderatus, ut a recta ratione statutos terminos non transilias. — *Congrega cor tuum.* Ne sinas cor tuum mœstitia diffluere. Græce est, παράκαλει τὴν καρδίαν σου, *consolare cor tuum*, quod tamen semper faciendum *in sanctitate ejus*, id est, Dei leges divinas servando. Allatæ hujus versus explicationi favet ultimus hujus capitis versiculus.

25. *Non est utilitas in illa.* Imo multum est noxia, nisi sit de peccatis commissis.

26. *Zelus.* Invidia. — *Cogitatus.* Anxiæ curæ et sollicitudines.

27. *Splendidum cor.* Liberale et hilare. — *Bonum in epulis est.* Bene se in cibis tractat, non misere, ut avari parcentes potius pecuniæ quam sibi. — *Epulæ... illius diligenter fiunt.* Volunt enim epulas diligenter apparari, ut sanitati conferant et excutiendæ mœstitiæ, de qua hic agitur. Hoc hemistichium syrus ita vertit : *Et omne quod comedit, ostendit super corpus ejus*, quia scilicet succulentus apparet et bene coloratus.

Cap. XXXI. — 1. *Vigilia honestatis.* Cum scilicet qui admodum vigil est et attentus ad divitias comparandas; nam τὸ *honestatis*, in græco est, πλούτου, et sæpe interpres pro divitiis honestatem legit, quia divitiæ honestos, id est, honoratos homines reddunt in domo, victu, vestitu, magistratibus, etc. — *Cogitatus.* Anxius et sollicitus, hoc enim significat μέριμνα, quæ vox est in græco.

2. *Cogitatus præscientiæ.* Cogitationes anxiæ, quibus divites avari cogitant assidue de futuris rerum suarum eventis. — *Avertit sensum.* A quiete et somno de quo sermo præcessit. — *Sobriam facit animam.* Vigilem et somni expertem; est metalepsis et catachresis : sobrietas enim et abstinentia causat vigiliam, et ægrum facit insomnem. In græco est, καὶ ἀῤῥώστημα

10. Ne vous amusez point à rire avec lui, de peur que vous n'en ayez de la douleur; et qu'à la fin vous n'en grinciez les dents.	10. Non corrideas illi, ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui.
11. Ne le rendez point maître de lui-même dans sa jeunesse, et ne négligez point ce qu'il pense.	11. Non des illi potestatem in juventute, et ne despicias cogitatus illius.
12. Courbez-lui le cou pendant qu'il est jeune, et châtiez-le de verges pendant qu'il est enfant, de peur qu'il ne s'endurcisse, qu'il ne veuille plus vous obéir, et que votre âme ne soit percée de douleur.	12. *a* Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus dum infans est, ne forte induret, et non credat tibi, et erit tibi dolor animæ. [*a Supr.* 7. 25.]
13. Instruisez votre fils, travaillez à le former, de peur qu'il ne vous déshonore par sa vie honteuse.	13. Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.
14. Un pauvre qui est sain, et qui a des forces, vaut mieux qu'un riche languissant et affligé de maladies.	14. Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis, et flagellatus malitia.
15. La sainteté de la justice est la sainteté de l'âme; elle vaut mieux que tout l'or et l'argent: et un corps qui a de la vigueur vaut mieux que des biens immenses.	15. Salvus animæ, in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento; et corpus validum, quam census immensus.
16. Il n'y a point de richesses plus grandes que celles de la santé du corps, ni de plaisir égal à la joie du cœur.	16. Non est census super censum salutis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium.
17. La mort vaut mieux qu'une vie amère; et le repos éternel, qu'une langueur qui ne finit point.	17. Melior est mors quam vita amara; et requies æterna quam languor perseverans.
18. Des biens cachés dans une bouche fermée sont comme un grand festin autour d'un sépulcre.	18. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.
19. Que sert à l'idole l'oblation, puisqu'elle n'en peut manger, ni en sentir l'odeur?	19. *a* Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit; [*a Dan.* 14. 6.]
20. Tel est celui que Dieu chasse *de devant sa face*, (qui porte la peine de son iniquité;)	20. Sic qui effugatur a Domino, portans mercedes iniquitatis;
21. Qui voit de ses yeux, et qui gémit comme un eunuque qui embrasse une vierge, et qui soupire.	21. *a* Videns oculis, et ingemiscens, sicut spado complectens virginem, et suspirans. [*a Supr.* 20. 2.]

10. *Non corrideas illi.* Il y a une familiarité funeste qui enlève aux enfants le respect qu'ils doivent avoir pour leurs parents. C'est cette familiarité que le Sage condamne.

11. *Ne despicias cogitatus illius.* Dans ces temps où les mauvaises doctrines se propagent avec tant de facilité, il faut veiller tout particulièrement sur l'esprit des jeunes gens, diriger leurs lectures et ne pas laisser une foule d'utopies malsaines prendre possession de leur intelligence.

---

10. *Obtupescent dentes tui.* Ut enim stupor in dentibus relictus est effectus præcedentis cibi dentibus mansi, v. g., uvæ acerbæ; ita dolor animum excrucians et lacerans effectus est mollis et indulgentis educationis, qui ergo illum non vult, ab hac abstineat. Græce est, γομφιάσεις τοὺς ὀδόντας σου, quod aliqui vertunt, *dentibus tuis infrendens*.

11. *Ne despicias cogitatus illius.* Observa quæ animo destinat, optat, vult, molitur.

12. *Curva cervicem.* Sic etiam teneriores arbusculæ flectuntur in quam voluerimus partem, antequam tempore duratæ reddantur inflexibiles. — *Tunde latera.* Flagellis, virgis. — *Non credat.* Non obediat; in græco enim est, ἀπειθήσει σοι.

13. *Operare in illo.* Operibus illum exerce. — *Ne in turpitudinem illius offendas.* Ne ignominia illius tibi sit offensioni, afferens etiam tibi dedecus et incommoda.

14. *Flagellatus malitia.* Qui morbis vexatur: qui a Deo aliqua invaletudine percussus est.

15. *Salus animæ in sanctitate justitiæ.* Bona valetudo cum virtute ac sanctitate conjuncta. — *Census immensus.* Proventus ampli, divitiæ multæ.

17. *Requies æterna.* Mors, est enim repetitio ejus quod priori habetur hemistichio. — *Languor perseverans.* Ægritudo diuturna.

18. *Bona abscondita in ore clauso.* Bona multa reposita in divitum penu, nihil eos juvant, si os clausum sit propter ægritudinem, aut stomachi nauseam, quæ illis vesci prohibet. In græco est, ἐκκεχυμένα, *effusa*, *apposita ori clauso*. — *Appositiones epularum.* Veteres Hebræi sepulcris cibos imponebant ut cederent in usum pauperum, quorum orationes pro defunctis expectabant. Sensus ergo est: ut epulis sepulcris impositis mortui non vescuntur, sic nec male valentes oblatis cibis a quibus stomachus abhorret.

19. *Libatio.* Vinum aut alius liquor in illius honorem fusus, aut cibus appositus; nec enim bibere potest aut comedere. Tales sunt ægroti.

20. *Qui effugatur a Domino.* Quem Dominus ob scelera morbis immissis insectatur, ὁ ἐκδιωκόμενος ὑπὸ Κυρίου, ut est in græco.

21. *Videns oculis, et ingemiscens.* Cupiens ciborum voluptate frui, sed a medico prohibitus, vel a morbo. Similis spadoni, id est eunucho, qui videns virginem, aut eam complectans, dolet quod, cum sit secus, ea frui nequeat.

22. *a* Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo. [*a Prov.* 12. 25; 15. 13; 17. 22.]	22. N'abandonnez point votre âme à la tristesse, et ne vous affligez point vous-même dans vos pensées.
23. Jucunditas cordis hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis; et exultatio viri est longævitas.	23. La joie du cœur est la vie de l'homme, (et un trésor inépuisable de sainteté;) la joie de l'homme rend sa vie plus longue.
24. Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine; congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe repelle a te.	24. Ayez pitié de votre âme en vous rendant agréable à Dieu, et retenez vos mauvais désirs; réunissez votre cœur dans la sainteté de Dieu, et bannissez loin de vous la tristesse.
25. *a* Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa. [*a II. Cor.* 7. 10.]	25. Car la tristesse en a tué plusieurs, et elle n'est utile à rien.
26. Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.	26. L'envie et la colère abrégent les jours; et l'inquiétude fait venir la vieillesse avant le temps.
27. Splendidum cor, et bonum in epulis est; epulæ enim illius diligenter fiunt.	27. Le cœur bon et serein est dans un festin continuel; car on lui prépare avec soin les meilleures viandes.

CHAPITRE XXXI.

Des inquiétudes de l'avare. Heureux le riche qui est demeuré dans l'innocence. Modestie et tempérance dans les festins. Sobriété dans l'usage du vin.

1. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.	1. La veille *qu'on fait* pour amasser du bien dessèche la chair; et l'application qu'on y donne ôte le sommeil.
2. Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam.	2. La pensée inquiète de l'avenir renverse le sens; et la maladie violente rend l'âme sobre.

22. *Tristitiam non des animæ tuæ.* Cette tristesse est ce chagrin intérieur qui dévore l'homme et qui le suit partout où il va. Cette maladie morale est l'opposé de ce bonheur et de cette tranquillité intérieure qu'éprouve l'homme de bien jouissant de la paix que procure une bonne conscience.

Cap. XXXI. — 1. *Vigilia honestatis.* Le mot *honestas* est souvent pris dans l'Ecriture pour signifier la richesse. *Honestas et paupertas a Deo sunt* (*Supr.* cap. XI), *honestavit illum in laboribus*, est-il dit du patriarche Jacob (Sap., X).

---

22. *In consilio tuo.* Tuis consiliis, dum tecum ipse anxius deliberas.

23. *Est vita hominis.* Est homini salutaris et causa cur diutius vivat. — *Et thesaurus sine defectione sanctitatis.* Thesaurus indeficiens sanctitatis, quia lætitia sanctitatem fovet, ut etiam sanctitas lætitiam, quæ non contigit iis qui peccati alicujus sibi sunt conscii. Præterea lætitia est thesaurus sanctitatis, quia facit ut alacriter opera pietatis obeamus, orationes, jejunia, etc.; tristitia vero e contra, ut illa timeamus et refugiamus, et ut tentationibus maxime obnoxii simus. — *Exultatio viri est longævitas.* Lætitia viri longævitatem conciliat.

24. *Miserere animæ tuæ.* Sententia, ut ego quidem arbitror, est hujusmodi: parce tibi ipsi, nec te nimium affligas anxia sollicitudine, aut aliis rebus quæ mœrorem inducunt; nec, quod avari faciunt, maligne tuis necessitatibus provideas in victu, vestitu, etc., ita tamen ut memineris te Deum offendere non debere, sed illi placere; ideoque etiam continens esto et moderatus, ut a recta ratione statutos terminos non transilias. — *Congrega cor tuum.* Ne sinas cor tuum mœstitia diffluere. Græce est, παράκαλει τὴν καρδίαν σου, *consolare cor tuum*, quod tamen semper faciendum *in sanctitate ejus*, id est, Dei leges divinas servando. Allatæ hujus versus explicationi favet ultimus hujus capitis versiculus.

25. *Non est utilitas in illa.* Imo multum est noxia, nisi sit de peccatis commissis.

26. *Zelus.* Invidia. — *Cogitatus.* Anxiæ curæ et sollicitudines.

27. *Splendidum cor.* Liberale et hilare. — *Bonum in epulis est.* Bene se in cibis tractat, non misere, ut avari parcentes potius pecuniæ quam sibi. — *Epulæ... illius diligenter fiunt.* Volunt enim epulas diligenter apparari, ut sanitati conferant et excutiendæ mœstitiæ, de qua hic agitur. Hoc hemistichium syrus ita vertit: *Et omne quod comedit, ostendit super corpus ejus*, quia scilicet succulentus apparet et bene coloratus.

Cap. XXXI. — 1. *Vigilia honestatis.* Cum scilicet qui admodum vigil est et attentus ad divitias comparandas; nam τὸ *honestatis*, in græco est, πλούτου, et sæpe interpres pro divitiis honestatem legit, quia divitiæ honestos, id est, honoratos homines reddunt in domo, victu, vestitu, magistratibus, etc. — *Cogitatus.* Anxius et sollicitus, hoc enim significat μέριμνα, quæ vox est in græco.

2. *Cogitatus præscientiæ.* Cogitationes anxiæ, quibus divites avari cogitant assidue de futuris rerum suarum eventis. — *Avertit sensum.* A quiete et somno de quo sermo præcessit. — *Sobriam facit animam.* Vigilem et somni expertem; est metalepsis et catachresis: sobrietas enim et abstinentia causat vigiliam, et ægrum facit insomnem. In græco est, καὶ ἀῤῥώστημα

3. Le riche travaille pour amasser du bien; et quand il cesse de travailler, il jouit du fruit de ses richesses.

4. Le pauvre travaille parce qu'il n'a pas de quoi vivre, et à la fin, il tombe dans une extrême nécessité.

5. Celui qui aime l'or ne sera point innocent; et celui qui recherche la corruption en sera rempli.

6 L'or en a fait tomber plusieurs, et sa beauté a été leur perte.

7. L'or est un sujet de chute à ceux qui lui sacrifient *leur cœur.* (Malheur à ceux qui le recherchent avec ardeur.) Il fera périr tous les insensés.

8. Heureux le riche qui a été trouvé sans tache, qui n'a point couru après l'or, (et qui n'a point mis son espérance dans l'argent ni dans les trésors.)

3. Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie sua replebitur bonis suis.

4. Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit.

5. Qui aurum diligit, non justificabitur; et qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea.

6. *a* Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum. [*a* *Supr.* 8. 3.]

7. Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis qui sectantur illud, et omnis imprudens deperiet in illo.

8. Beatus dives qui inventus est sine macula; et qui post aurum non abiit nec speravit in pecunia et thesauris.

4. *Et in fine inops fit.* D'après le Sage : Les uns acquièrent de grands biens par leur travail et les autres restent toujours pauvres, quoiqu'ils se fatiguent à travailler. C'est qu'au travail il faut joindre l'intelligence et l'esprit de conduite, et que nos efforts seuls ne suffisent pas pour nous enrichir, si Dieu ne répand sur nous sa bénédiction.

8. *Beatus dives.* Le Sage, dit Sacy, juge du riche comme saint Paul. Il est heureux *s'il s'est trouvé sans cette tache* de l'orgueil qui est le ver qui naît naturellement des richesses, et qui en est presque inséparable ; s'il *ne court point après l'or*, comme en étant le maître et non l'esclave, et le possédant sans en être possédé ; s'il ne *met point son espérance dans l'argent et dans les richesses périssables*, mais en Dieu qui est le trésor de son cœur, que nul ne lui peut ravir. Celui-là *a été éprouvé par les richesses* comme l'or dans la fournaise, et il n'a point brûlé au milieu des flammes, et il a *été trouvé parfait*, parce que, comme l'amour du bien est la racine de tous les maux, selon saint Paul, aussi l'amour de Dieu qui peut seul arracher l'âme de ce mauvais désir, est la source de toutes les vertus et de tout ce qui peut rendre un homme parfait. *Il a pu violer le commandement et il ne l'a point violé*; car les richesses, comme dit saint Augustin, sont l'instrument de toutes les passions, et elles donnent comme un pouvoir général à l'homme de faire tout ce qu'il lui plaît. Celui qui les possède en est plus honoré, en est plus aimé ; il craint comme les autres et en est plus craint. Il a ce que tout le monde désire d'avoir. Fera-t-il le bon usage d'une chose si dangereuse, et le peu d'estime d'une aventure qui semble le plus grand bien de tous ceux de cette vie, puisqu'il les procure et les facilite tous, ne peut naître dans l'âme que d'un grand mépris de soi-même et de tout ce qui est périssable, et de l'amour qui la tient uniquement attachée à Dieu. C'est pourquoi ses biens *ont été affermis dans le Seigneur*, parce qu'il s'est établi, comme dit saint Paul, sur un fondement solide, et qu'il s'est acquis un trésor éternel.

βαρὺ ἐκνήψει ὕπνος, *et infirmitatem gravem digeret*, vel *moderatam faciet somnus*, quod ostendit sollicitudines animi nocentiores esse morbis ; nam hi somno minuuntur aut tolluntur, sollicitudo vero somnum excutit. * Si pro ἐκνήψει legas ἐκνίψει, *eluet*, commodius erit sensus : *Gravem morbum eluet somnus.*

3. *Laboravit dives.* Ostendit sapiens quam dispar sit conditio divitum et pauperum. Dives quidem laborat ut augeat divitias, sed cum voluerit bonis partis frui potest : at pauper semper cum paupertate conflictatur, nec unquam ex misero illo statu potest emergere.

4. *In diminutione victus.* Genium suum defraudans, et victum suum quantum potest tenuiorem faciens, ut peculiolo suo parcat. — *Inops fit.* Adhuc est inops, vel etiam gravante senio et morbis fit mendicus.

5. *Non justificabitur.* Imo injustus erit et sceleratus. Vel sensus est : justus non pronuntiabitur, sed ut injustus damnabitur et punietur. — *Consumptionem.* Rem quæ consumitur et corrumpitur, ut sunt divitiæ. Græce διαφθοράν, *corruptionem.* * Suspicatur non nemo non esse legendum in græco, ut nunc habemus, διώκων διαφθοράν, αὐτὸς πλησθήσεται, sed διώκων διάφορον, οὗτος ἐμπλησθήσεται, id est *diligens pecuniam, hic habetur* : διάφορον pecuniam significare notavimus supra c. 27, 1. — *Replebitur ex ea.* Corruptione, quasi dicat : Qui amat rem exitialem, exitium nanciscetur.

6. *Multi dati sunt in auri casus.* In casus et ruinas propter aurum. * In græco est, *ob aurum vincti sunt multi*, id est, in carcerem conjecti ob sua injusta facinora. — *Et facta est in specie ipsius perditio illorum.* Species ac fulgor auri eos perdidit.

7. *Lignum offensionis.* Offendiculum, scandalum, lignum in quod impingens aliquis cadit. Rabanus explicat de arbore paradisi, quæ ruinæ causa primis parentibus fuit. Palacius vero de idolis, quæ sæpe ex ligno fiebant, ut patet Isa., 44, 13, et Sap., 13, 11 : avaritia autem est quidam cultus idolorum ex Apostolo, Coloss., 3, 5. — *Aurum sacrificantium.* Cui avari tanquam idolo suo sacrificant. — *Deperiet.* Peribit.

8. *Nec speravit in pecunia et thesauris.* Quia magnum bonum est divitiis cor non apponere; et quia beatitudinis pauperum spiritu particeps est, licet enim dives sit censu, est tamen pauper affectu.

9. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

10. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna; qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala, et non fecit;

11. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

12. Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior.

13. Non dicas sic : Multa sunt quæ super illam sunt ;

14. Memento quoniam malus est oculus nequam.

15. Nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie sua lacrymabitur, cum viderit.

16. Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus erubescas.

17. Ne comprimaris in convivio.

18. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.

19. Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur ; ne, cum manducas multum, odio habearis.

20. Cessa prior causa disciplinæ ; et noli nimius esse, ne forte offendas.

21. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.

22. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, et in dormiendo

9. Qui est celui-là? et nous le louerons, parce qu'il a fait des choses merveilleuses pendant sa vie.

10. Il a été éprouvé par l'or, et trouvé parfait : sa gloire sera éternelle : il a pu violer le commandement de Dieu, et il ne l'a point violé ; il a pu faire le mal, et il ne l'a point fait.

11. C'est pourquoi ses biens ont été affermis dans le Seigneur ; et toute l'assemblée (des saints) publiera les aumônes qu'il a faites.

12. Si vous êtes assis à une grande table, ne vous laissez point aller d'abord à l'intempérance de votre bouche.

13. Ne dites pas : Voilà bien des viandes ;

14. Souvenez-vous que c'est une méchante chose que l'œil mauvais.

15. Qu'y a-t-il parmi les créatures de plus malin que l'œil? C'est pourquoi, quelque bon visage qu'il fasse, il pleurera lorsqu'il *vous* verra *manger ses viandes.*

16. N'y portez point la main le premier, (de peur que son envie ne vous déshonore et ne vous fasse rougir.)

17. Ne vous empressez point étant au festin.

18. Jugez de la disposition de votre prochain par la vôtre.

19. Usez comme un homme tempérant de ce qui vous est servi, de peur que vous ne vous rendiez odieux en mangeant beaucoup.

20. Cessez le premier de manger par modestie, et n'y excédez point : de peur de tomber en faute.

21. Si vous êtes assis avec beaucoup de personnes, ne portez pas la main aux viandes avant eux, (et ne demandez pas le premier à boire.)

22. Un peu de vin n'est-il pas plus que suffisant à un homme réglé? Vous n'aurez point ainsi

18. *Intellige quæ sunt proximi.* C'est là le principe général qu'on ne doit jamais perdre de vue, à table comme ailleurs. Si vous désirez quelque chose, ne songez pas qu'à vous, mais réfléchissez qu'un autre peut avoir le même désir. Offrez-le-lui de vous-même et donnez-le-lui s'il le désire.

---

9. *Fecit enim mirabilia in vita sua.* Mirabile enim est unum aliquem ea spernere quæ plerique omnes alii admirantur et quærunt.

10. *Probatus est in illo.* Magnum sanctitatis experimentum est, auri fulgore tentatum non succubuisse tentationi. — *Perfectus est.* Inventus est perfectus, vel addita est illi perfectio ex auro repudiato.

11. *Stabilita sunt bona illius.* Et bona temporalia et æterna, quæ post hanc vitam illum manent. — *Omnis ecclesia sanctorum.* Universus fidelium cœtus.

12. *Mensam magnam.* Epulis splendide instructam.

13. *Multa sunt... super illam.* Ideoque largius licet epulari.

14. *Malus est oculus nequam.* Oculus convivatoris invidi, ægre ferentis convivas multa absumere.

15. *Oculo.* Invido scilicet. — *Ab omni facie sua lacrymabitur.* Lacrymis quæ totam irrigent faciem. Est quædam hyperbole. Significatur enim tantum avarum non mediocriter cruciari, cum videt convivas multum comedentes.

16. *Ne extendas manum tuam prior.* Ad epulas appositas. * In græco est, οὗ ἐὰν ἐπιβλέψῃ, μὴ ἐκτείνῃς χεῖρα σου, *ne immittas manum in eam rem, quam ipse respexerit.* — *Invidia contaminatus.* Quod continget si convivator aut invidis oculis te verberet, aut verbis sugillet quasi helluonem et parum verecundum ; sic enim notatus et quasi macula contaminatus erubesces.

17. *Ne comprimaris in convivio.* Græce est, μὴ συνθλίβου αὐτῷ ἐν τρυβλίῳ, *ne comprimaris cum eo in catino.* Hoc autem accidit cum quis ex eadem lance cibos sumens celerius quam par est comedit, et socii vices non expectat.

18. *Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.* Quasi dicat : Sicut displicet tibi, si quis inurbanus sit et nimium audax dum mensæ tuæ assidet, ita eamdem urbanitatem invitatus exhibe quam in aliis requiris.

20. *Cessa prior.* A comedendo. — *Causa disciplinæ.* Ut appareat. Ut quam bene sis moratus et abstinens.

22. *Erudito.* Bonis instituto moribus. — *Non laborabis ab illo.* Non gravabit stomachum, nec somnum auferet.

d'inquiétude pendant le sommeil, et vous ne sentirez point de douleur.

23. L'insomnie, la colique et les tranchées sont le partage de l'homme intempérant.

24. Celui qui mange peu aura un sommeil de santé ; il dormira jusqu'au matin, et son âme se réjouira en lui-même.

25. Que si l'on vous a contraint de manger beaucoup, levez-vous, déchargez votre estomac ; vous trouverez du soulagement, (et vous n'attirerez point une maladie à votre corps.)

26. Ecoutez-moi, mon fils, et ne me méprisez point ; et vous reconnaîtrez à la fin la vérité de mes paroles.

27. Soyez prompt dans toutes vos actions, et vous ne tomberez en aucune maladie.

28. Les lèvres de plusieurs béniront celui qui donne libéralement à manger, et l'on rendra à sa conduite un témoignage avantageux.

29. Toute la ville murmurera contre celui qui donne à manger avec trop grande épargne, et le témoignage qu'on rendra à son avarice sera véritable.

30. N'excitez point à boire ceux qui aiment le vin, car le vin en a perdu plusieurs.

31. Le feu éprouve la dureté du fer ; et le vin bu avec excès fait reconnaître les cœurs des superbes.

non laborabis ab illo, et non senties dolorem.

23. Vigilia, cholera, et tortura viro infrunito ;

24. Somnus sanitatis in homine parco ; dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur.

25. Et si coactus fueris in edendo multum, surge e medio, evome ; et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem.

26. Audi me, fili, et ne spernas me ; et in novissimo invenies verba mea.

27. In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.

28. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.

29. Nequissimo in pane murmurabit civitas, et testimonium nequitiæ illius verum est.

30. a Diligentes in vino noli provocare ; multos enim exterminavit vinum. [a *Judith.* 13. 4.]

31. Ignis probat ferrum durum ; sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum.

25. *Surge e medio, evome.* La faute commise, il faut y remédier. L'ancienne médecine faisait prendre un vomitif à celui qui avait trop mangé. Le Sage conseille de s'appliquer le remède pour prévenir un plus grand mal. Mais il n'approuve pas les mœurs abominables des Romains, qui se faisaient vomir pendant le repas pour pouvoir prendre plus de nourriture.

---

23. *Vigilia.* Qui enim nimio cibo se farciunt, somnum capere non possunt. — *Cholera.* Aliqui enim cibi, ac præsertim dulces in bilem vertantur. — *Tortura.* Dolor et molestia qua torquetur. — *Infrunito.* Græcus appellavit ἀπλήστῳ, *inexplebilem.* Quid sit infrunitus dixi supra, c. 23, 6.

24. *Somnus sanitatis.* Somnus sanus. — *Animæ illius... delectabitur.* Quiete et placide dormiet : qui vero nimium comederunt, si dormiant, absurdis insomniis et molestiis abundant.

25. *Si coactus fueris.* Aliis convivis te invitantibus et urgentibus ad comedendum. — *Surge e medio.* In græco est, ἀνάστα μεσοπωρῶν, *surge in medio pomorum,* in fine scilicet mensæ, cum poma bellariaque apponuntur. Alii legunt μεσοπορῶν, id est, per medium aliorum convivarum, cœtumque ministrantium transiens.

26. *Invenies verba mea.* Quæ ego dico experieris vera esse.

27. *Velox.* Græce, ἐντρεχὴς, velox, strenuus, acer, dexter, solers, circumspectus, industrius et acutus. — *Et omnis infirmitas non occurret tibi.* Potest accipi vox celox de exercitatione corporis ; pauciores enim morbis ii tentantur, qui corporis motu pravos discutiunt humores. Si vero vox ἐντρεχὴς solertem significat et circumspectum, sensus erit, eos qui solerter cavent ne nimio distendantur cibo, bene consulere valetudini suæ.

28. *In panibus.* In cibis, cum scilicet quis domesticos et cum opus est externos in cibo splendide tractat. — *Testimonium veritatis illius fidele.* Græce, μαρτυρία τῆς καλλονῆς αὐτοῦ πιστή, id est, testimonium quod illi datur, quod scilicet sit egregie magnificus, fidele est et verum.

29. *Nequissimo in pane murmurabit civitas.* Cum panis est penuria magistratuum vitio, aut cum panes tantum venales inveniuntur recrementitii, atrii aceto et furfuribus pleni. Vel sensus est, civitatem de illo male sentire et loqui, qui ob avaritiam pauperibus et operariis panem nequissimum, id est, pessimum apponit. — *Testimonium nequitiæ illius verum est.* Merito conqueritur populus, et vere dicit magistratum gerentem aut patremfamilias nequam esse.

30. *Diligentes in vino.* Strenuos potatores, quos Isaias, c. 5, n. 22, vocat *potentes ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem.* In græco est, ἐν οἴνῳ μὴ ἀνδρίζου, ne affectes strenuitatis ostentationem in multum bibendo. — *Multos... exterminavit vinum.* Cum ebrietate graves morbos concilians, aut alia mala adducens, ut mortem Holopherni.

31. *Ignis probat ferrum durum.* Græca sic habent : *Fornax probat aciem ferri in tinctura, sic vinum corda in contentione superborum.* Et sententia est : sicut ignis probat et facit ferri temperaturam, cum illud partim igni immittitur, partim aquæ immergitur ; sic corda potatorum vino madidorum et simul calore vini æstuantium cujus temperaturæ sint, apparent.

32. Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate ; si bibas illud moderate, eris sobrius.

33. Quæ vita est ei qui minuitur vino ?

34. Quid defraudat vitam ? Mors.

35. a Vinum in jucunditatem creatum est, et non in ebrietatem, ab initio. [a *Ps.* 103. 15. *Prov.* 31. 4.]

36. Exultatio animæ et cordis, vinum moderate potatum.

37. Sanitas est animæ et corpori sobrius potus.

38. Vinum multum potatum, irritationem, et iram, et ruinas multas facit.

39. Amaritudo animæ vinum multum potatum.

40. Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.

41. In convivio vini non arguas proximum ; et non despicies eum in jucunditate illius ;

42. Verba improperii non dicas illi : et non premas illum repetendo.

32. Le vin pris avec tempérance est une seconde vie. Si vous en prenez modérément, vous serez sobre.

33. Quelle est la vie d'un homme qui se laisse abattre par le vin ?

34. (Qu'est-ce qui nous prive de la vie ? c'est la mort.)

35. Le vin a été créé dès le commencement pour être la joie de l'homme, (et non pour l'enivrer).

36. Le vin pris modérément est la joie de l'âme et du cœur ;

37. (Et la tempérance dans le boire est la santé de l'âme et du corps.

38. Le vin bu avec excès produit la colère et l'emportement, et attire de grandes ruines.)

39. Le vin bu avec excès est l'amertume de l'âme.

40. L'ivrognerie inspire l'audace ; elle fait tomber l'insensé, elle ôte la force, et elle est cause des blessures de plusieurs.

41. Ne reprenez point votre prochain lorsqu'il est à une table où l'on boit du vin, et ne le méprisez pas lorsqu'il se réjouit.

42. Ne lui faites point de reproches, et ne le pressez point en lui redemandant quelque chose.

CHAPITRE XXXII.

Comment on doit se conduire dans les repas. Avantages de la crainte de Dieu. Ne rien faire sans conseil.

1. Rectorem te posuerunt ? noli extolli : esto in illis quasi unus ex ipsis.

1. Vous a-t-on établi pour gouverner les autres *dans un festin ?* ne vous en élevez point : soyez parmi eux comme l'un d'entre eux.

33. *Qui minuitur vino ?* Le Grec porte : Quelle serait la vie de l'homme, s'il n'avait pas le vin ? Le vin a été créé, etc.

41. *In convivio vini.* D'après le Sage, il faut tout faire à propos. Or, quand l'homme est à table, ce n'est pas le moment de lui faire une remontrance, ni de lui parler avec force, ni d'exiger de lui quelque chose. Il faut attendre une occasion plus favorable.

CAP. XXXIII. — 1. *Rectorem te posuerunt.* Ce chapitre est la continuation du précédent. Le roi du festin, appelé chez les Grecs, *symposiarque ;* chez les Latins, *summus magister*

---

32. *Æqua vita.* Sensus est, vinum sobrie sumptum æquabilem et commodam homini vitam afferre. — *Eris sobrius.* Cavebis ebrietatem. In græco versus hic sic se habet : ἐπίσον ζωῆς οἶνος ἀνθρώποις, ἐὰν πίνῃς αὐτὸν μέτρῳ αὐτοῦ, *vinum vitæ humanæ accommodatum est, cum temperate bibitur.*

33. *Qui minuitur vino.* Qui vino caret.

34. *Quid defraudat vitam ? mors.* Carere vino, aut illo non uti, ut faciunt abstemii, mors quædam est, quia aquæ potus corpori non ita salubris vitam minuit.

35. *Jucunditatem.* Ut exhilarando animo deserviret. Vinum enim lætificat cor hominis.

38. *Irritationem.* Aliorum convivarum quos vino calentes verbis provocant.

39. *Amaritudo animæ.* Molestia corporis et animi ; vinum enim intemperanter potatum crassis, crudis et biliosis humoribus stomachum et caput infestat.

40. *Animositas.* Audacia et ira ; id enim Græcis est θυμός. — *Imprudentis offensio.* Est offendiculum ebrio imprudenter agenti, cum sui compos non sit. — *Minorans virtutem.* Robur languidum reddens. — *Faciens vulnera.* Ad rixas, vulnera et cædes irritans.

41. *In convivio vini.* In quo multum vini bibitur, vel simpliciter in convivio ; in græco enim est, συμποσίῳ. — *Non arguas proximum.* Facile enim vino calentes iram concipiunt et in alios etiam effundunt. — *In jucunditate illius.* Cum factus hilarior ex largo potu, loquitur inepta aut facit ridenda.

42. *Verba improperii.* Probroso aliquo dicto, ne scilicet irascatur, etc. — *Non premas illum in repetendo.* In repetendo debitum pecuniarium, aut debitum æqualis haustus, propinationibus illum urgendo : in græco nunc est, ἐν ἀπαιτήσει, alii tamen legunt, ἐν ἀπαντήσει, in occursu. Temulento enim si occurras, nec illum urgere, nec impellere humanum est, cum potius deceat vacillantes illius gressus regere ne impingat et sibi cadens vulnus faciat, aut membrum luxet. * Vel sensus est : si obvius illi factus fueris, noli ei exprobrare, et in memoriam revocare ea quæ fecit aut dixit temulentus.

CAP. XXXII. — 1. *Rectorem.* Convivii præsidem, symposiarcham, modimperatorem ; sic enim Latini vocabant eum qui certam potandi legem modumque convivis præscribebat. — *Noli extolli.* Ne præ cæteris te efferas, sed potius te aliis æques, licet convivali illa potestate superior sis.

2. Ayez soin d'eux, et après cela asseyez-vous; prenez-y votre place après que vous vous serez acquitté de tous vos devoirs;

3. Afin qu'ils deviennent le sujet de votre joie, que vous receviez la couronne comme un ornement de grâce, (et que vous vous acquériez de la louange de la part de tous les conviés).

4. Parlez, vous qui êtes le plus âgé, car la bienséance le demande:

5. Mais parlez avec sagesse et avec science, et ne troublez point l'harmonie.

6. Ne répandez pas la parole lorsqu'on n'est pas disposé à vous écouter, et ne vous élevez pas à contre-temps dans *le dessein de faire paraître* votre sagesse.

7. Un concert de musique, dans un festin où l'on boit du vin, est comme l'escarboucle enchâssée dans l'or.

8. Un nombre de musiciens, dans un festin où l'on boit du vin avec joie et modérément, est comme un cachet d'émeraude enchâssée dans l'or.

9. (Écoutez en silence, et votre retenue vous acquerra beaucoup de grâce.)

10. Jeune homme, ne parlez qu'avec peine, dans ce qui vous regarde.

11. Quand vous aurez été interrogé deux fois, répondez en peu de mots.

12. Conduisez-vous en beaucoup de choses comme si vous les ignoriez; et écoutez en silence, et en faisant des demandes.

2. Curam illorum habe, et sic consido, et omni cura tua explicita, recumbe:

3. Ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis.

4. Loquere major natu: decet enim te.

5. Primum verbum diligenti scientia, et non impedias musicam.

6. Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et importune noli extolli in sapientia tua.

7. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini.

8. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo et moderato vino.

9. Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.

10. Adolescens loquere in tua causa vix.

11. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.

12. In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et quærens.

ou encore *rex*, était choisi par les convives ou désigné par le sort. Il était chargé de régler le service, de pourvoir à tout et d'imposer des lois aux conviés pour le boire et le manger. C'est pour cela que le Sage s'adresse à celui qui avait cette fonction pour indiquer les règles à suivre dans les repas décents et honnêtes. Cette coutume est venue des Grecs; on n'en trouve aucune trace chez les anciens Hébreux. *L'Ecclésiastique* en parle, parce que l'hellénisme avait déjà profondément modifié les mœurs de ses concitoyens.

3. *Accipias coronam.* Il était d'usage que, dans les festins, les convives se couronnassent de fleurs. Le roi du festin avait sans doute une couronne particulière que les autres lui mettaient sur la tête, pour indiquer la dignité dont il était revêtu. C'est ce que l'on peut conclure de ces vers de Plaute:

> *Do hanc tibi florentem florenti, tu sic eris*
> *Dictatrix nobis.*

---

2. *Curam illorum habe.* Ut venientes humaniter excipiantur et tractentur, suis locis collocentur, nihilque desiderent. — *Sic consido.* Cum ea omnia quæ munus tuum requirit effecta dederis, ut statim hoc eodem versiculo additur.

3. *Læteris.* Videns omnibus satisfactum, ideoque eos hilariter convivantes. — *Ornamentum gratiæ.* Græce, εὐκοσμίας χάριν, et sensus commodissimus esse potest: eo quod bene et ordinate omnia disposueris, accipias coronam. — *Accipias coronam.* Convivalem a reliquis convivis quasi in testimonium quod symposiarchæ munere egregie fueris functus. — *Dignationem consequaris corrogationis.* Id est, collectionis symbolorum et ferculorum, quam faciebant convivæ, ut eam quasi tributum suo modimperatori offerrent. Vocatur ergo *dignatio corrogationis*, id est corrogatio, qua convivæ dignantur convivio præfectum.

4. *Loquere major natu.* Hoc præceptum non spectat ad symposiarcham, sed ad alios convivas.

5. *Primum verbum.* Ante alios loqui. — *Diligenti scientia.* Græce, ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ, in exacta et diligenti scientia, ut scilicet quæ dicis bene intelligas, simulque consideres an tempori, loco, etc., conveniant. — *Non impedias musicam.* Qua convivæ exhilarantur, et magnum est convivii condimentum.

6. *Ubi auditus non est.* Quia scientia non diligitur, nec sermo sapiens admittitur. — *Importune noli extolli.* Noli sapientem agere intempestive.

7 *Gemmula carbunculi.* Ut carbunculus auro illigatus splendet hilarius, ita musicorum concentus convivium lætius facit. — *Comparatio.* Græce est, σύγκριμα, vocum et sonorum, ut sic dicam, coagmentatio et compositio, concentus. Itali dicunt: *Concerto di musica.* — *Convivio vini.* In convivio in quo largius potari solet.

8. *Sicut in fabricatione.* Sicut smaragdinum sigillum auro diligenter elaborato insertum melius fulget; sic, *etc.* — *Numerus musicorum.* Harmonia ex multis cantoribus conflata.

9. *Et pro reverentia.* Quam loquentibus senioribus aut cantantibus musicis exhibes. — *Accedet tibi bona gratia.* Gratior illis eris.

10. *In tua causa vix.* Etiam cum tua interest, paucis admodum loquere.

11. *Habeat caput responsum tuum.* Græce est, κεφαλαίωσον, id est, ad capita et summam brevem redige sermonem tuum. Summatim verbis paucis multa complectere.

12. *Quasi inscius.* Quasi nescius et non intelligens, ac proinde parum loquens. — *Audi tacens simul et quærens.* Ut plurimum tacens, interdum tamen ut docearis interrogans.

13. In medio magnatorum non præsumas; et ubi sunt senes, non multum loquaris.

14. Ante grandinem præibit coruscatio; et ante verecundiam præibit gratia, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.

15. Et hora surgendi, non te trices; præcurre autem prior in domum tuam, et illic avocare et illic lude.

16. Et age conceptiones tuas, et non in delictis et verbo superbo.

17. Et super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.

18. Qui timet Dominum, excipiet doctrinam ejus; et qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem.

19. Qui quærit legem, replebitur ab ea, et qui insidiose agit, scandalizabitur in ea.

20. Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent.

21. Peccator homo vitabit correptionem, et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.

13. Lorsque vous êtes avec les grands, ne prenez point trop de liberté: ne parlez pas beaucoup où il y a des vieillards.

14. *Comme* on voit l'éclair avant que d'entendre le tonnerre; il y a de même, sur le visage de l'homme modeste, une grâce qui le fait estimer avant qu'il parle: (et cette retenue lui acquerra beaucoup de grâce.)

15. Quand l'heure de se lever sera venue, ne vous embarrassez point *si les autres demeurent plus longtemps*; mais, courez le premier à votre maison; divertissez-vous là, et tenez-vous dans la joie.

16. Repassez dans votre esprit vos pensées, sans péché et sans orgueil.

17. Et dans toutes ces choses, bénissez le Seigneur, qui vous a créé, et qui vous comble de tous ses biens.

18. Celui qui craint le Seigneur, recevra de lui l'instruction, et ceux qui veillent pour le chercher, seront bénis de lui.

19. Celui qui cherche la loi *de Dieu*, en sera rempli; et celui qui agit avec hypocrisie, y trouvera un sujet de chute.

20. Ceux qui craignent le Seigneur, reconnaîtront ce qui est juste, et ils allumeront leur justice comme une lumière.

21. Le pécheur évitera d'être repris, et il trouvera les interprétations de la loi selon son désir.

17. *Et super his omnibus.* On voit, d'après ces recommandations, comment le Sage voulait que ses frères se comportassent dans les repas. Ce passage est un extrait du code de la civilité à l'usage des vieillards, des jeunes gens et de toutes les personnes.

---

13. *Magnatorum.* Procerum. — *Non præsumas.* Ne te illis æques; in græco enim est, μὴ ἐξισάζου.

14. *Præibit.* Comitabitur, præsens erit, aderit. Sic accipitur illud Psal., 88, 15: *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Quia scilicet Deus virtutes illas inseparabiles habet comites. Sensus ergo nostri versiculi est: ut grandinem (sive ut in græco est *tonitruum*) comitatur coruscatio; ita verecundiam gratia apud eos qui vident verecundum adolescentem. Bene tonitruo comparatur verecundia, quæ sine timore non est, et hominem percellit ut tonitru, eumque facit aliquando, ut græci loquuntur, ἐμβρόντητον, attonitum et stupidum. Coruscationi vero confertur gratia, quia coruscatio de se jucunda est, propter lucis et fulgoris gratiam. — *Pro reverentia.* Qua alios revereris.

15. *Hora surgendi non te trices.* Cum tempus est e convivio surgendi, ne moras nectas. — *Præcurre... prior in domum tuam.* Domum tuam quamprimum repete. — *Illic avocare.* Avoca mentem a seriis, et animum tuum recrea.

16. *Age conceptiones tuas.* Tuo indulge arbitrio, ut scilicet facias quæ volueris. — *Et non in delictis et verbo superbo.* Modo peccatum absit, et verborum superbia, v. g., contentio, aut aliorum irrisio.

17. *Benedicito Dominum.* Dominum lauda, illique gratias age. *Inebriantem te ab omnibus bonis suis.* Effusissime et largissime bonis suis te ditantem.

18. *Qui vigilaverint ad illum.* Vigilanter et sollicite orando et in lege Dei meditando.

19. *Replebitur ab ea.* Locupletabitur bonis illius. — *Qui insidiose agit.* In græco est, ὁ ὑποκρινόμενος, qui hypocrita est, et alium se simulat ab eo qui est, pium, verbi gratia, et legis studiosum, cum irreligiosus sit et impius. — *Scandalizabitur in ea.* Offendet in ea, quia ob hypocrisim et violatam legem, quam tantum retinet cum ab aliis videtur, pœnas luet.

20. *Invenient judicium justum.* Sensus est, eos qui timent Dominum, facile ex lumine naturali rationis vel supernaturali fidei, aut ex instructione doctorum, etc., cognoscere id quod justum est. — *Et justitias.* Justitiæ opera exercebit, quæ aliis boni exempli splendore prælucent.

21. *Secundum voluntatem suam inveniet comparationem.* Græce, σύγκριμα, quæ vox aliquando *interpretationem* significat. Sensus ergo esse potest, peccatores non admittere correptionem, sed quærere prætextus, excusationes et interpretationes legis, quam ad sua desideria accommodant, ut in suis peccatis hærere possint. Hoc est quod Livius querebatur de suo sæculo, quod leges sibi quisque aptas interpretando faceret. Nostræ vulgatæ lectio eumdem fere sensum exhibebit, si dicamus peccatores quærere comparationes cum dicunt, v. g., hoc alii faciunt, cur jubeor ego abstinere, etc.! Vel etiam quia σύγκριμα significat rerum multarum commixtionem et coagmentationem, sententia erit, peccatores multas comminisci excusationes et prætextus, easque quodammodo conglobare, ut quod agunt jure agere videantur.

22. L'homme considéré ne perdra aucune occasion de s'éclaircir de ce qu'il doit faire : l'étranger et le superbe n'a aucune crainte *de se tromper*.

23. Non pas même lorsqu'il agit seul et sans conseil : mais ce qu'il a fait de sa tête le condamnera.

24. Mon fils, ne faites rien sans conseil, et vous ne vous repentirez point de ce que vous aurez fait.

25. N'allez point dans une route perdue, et vous ne vous heurterez pas contre les pierres; ne vous engagez point dans un chemin pénible, de peur que vous ne prépariez à votre âme un sujet de chute.

26. Donnez-vous de garde de vos enfants mêmes, (et défendez-vous de vos domestiques).

27. Dans toutes vos œuvres, écoutez votre âme, et soyez-lui fidèle; car c'est ainsi qu'on garde les commandements de Dieu.

28. Celui qui croit en Dieu, est attentif à ce qu'il ordonne; et celui qui met sa confiance au Seigneur, ne tombera dans aucun mal.

22. Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem;

23. Etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.

24. Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebis.

25. In via ruinæ non eas, et non offendes in lapides; nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum;

26. Et a filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende.

27. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ; hoc est enim conservatio mandatorum.

28. Qui credit Deo, attendit mandatis; et qui confidit in illo, non minorabitur.

CHAPITRE XXXIII.

De la crainte de Dieu. Le Seigneur, par un juste jugement, relève les uns et abaisse les autres. Ce que le Sage s'est proposé en écrivant cet ouvrage. De l'autorité du père de famille. Comment il faut traiter les esclaves.

1. Celui qui craint le Seigneur, ne sera surpris d'aucun mal; mais Dieu le conservera dans la tentation, et le délivrera de tous maux.

2. Le sage ne haïra point les commandements et les ordonnances *du Seigneur*, et il ne se brisera point, comme un vaisseau dans la tempête.

1. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis.

2. Sapiens non odit mandata et justitias, et non illidetur quasi in procella navis.

---

24. *Fili, sine consilio nihil facias.* L'Ecriture, dit Sacy, ne distingue point ici les qualités ou des personnes ou des actions; mais elle dit à tout le monde et pour toutes sortes de rencontres : *Mon fils, ne faites rien sans conseil.* Si l'on pouvait excepter quelqu'un de cette règle, ce serait un homme aussi éclairé que saint Basile, et qui fut élevé à la dignité d'archevêque comme lui; et cependant c'est lui-même qui assure que c'est un orgueil insupportable que de croire qu'on n'a pas besoin des conseils d'un autre, et que nous verrons bien nous-mêmes ce qui nous sera plus utile pour notre salut. Aussi saint Bernard, écrivant à un grand archevêque, dit qu'il commence à bien espérer de lui pour l'avenir, parce qu'il avait résolu de se soumettre au conseil d'un évêque dont il estimait la lumière et la piété.

Cap. XXXIII. — 2. *Non illidetur.* D'après le Grec : Celui qui n'a pour la loi qu'une obéissance feinte, sera comme un vaisseau dans la tempête. Il sera toujours agité, tantôt il agira pieusement pour plaire aux autres, tantôt avec impiété pour se plaire à lui-même. Il ne suivra pas de route certaine.

---

22. *Vir consilii.* Prudens, qui res suas consilio regit. — *Non disperdet.* Non negliget; græce enim est, μὴ παρίδῃ. — *Intelligentiam.* Considerationem et deliberationem; omnia enim circumspiciet et timebit. — *Alienus.* A consilio. — *Non pertimescet timorem.* Ibi non timebit ubi timendum fuisset.

23. *Etiam postquam fecit.* Etiam postquam cum eo, hoc est, cum timore aliquo, temere et sine consilio operatus est, et suboriente etiam scrupulo ne forte illud esset peccatum, adhuc post factum non timet, sed scrupulum devorat et sibi omnia tuta fingit. — *Suis insectationibus arguetur.* Temeritatis scilicet, cum inciderit in angustias propter suas insectationes, hoc est, propter ea quæ avide sectatus est et quæsivit, et quorum causa divinum timorem neglexit.

25. *In via ruinæ non eas.* In via in qua facile est cadere et in præceps ruere. — *Et non offendes in lapides.* Qui juxta hujusmodi vias esse solent. — *Viæ laboriosæ.* Qualis illa est, quæ lapidibus et offendiculis abundat. — *Animæ tuæ.* Vitæ tuæ. — *Scandalum.* Offendiculum. Totus hic versiculus per allegoriam significat negotia difficilia, periculo et ruinæ proxima non esse capessenda.

26. *A filiis tuis cave.* Monet etiam ibi cavenda pericula ubi omnia tuta esse videntur. Itaque etiam domi et inter domesticos vigilandum.

27. *Crede ex fide animæ tuæ.* Sequere credulitatem animæ tuæ, id est, dictamen tuæ conscientiæ. — *Hoc est enim.* Sic enim mandata et divinam legem servabis.

28. *Qui credit Deo.* Qui credit conscientiæ suæ, credit etiam Deo, juxta cujus legem illa dictat facienda et fugienda. — *Non minorabitur.* Detrimentum non accipiet.

Cap. XXXIII. — 1. *In tentatione.* Dæmonis; vel cum incurrent in illum mala, cujuscumque tandem generis sint.

2. *Non odit.* Id est, diligit. Est miosis, minus enim dicitur quam significatur. — *Non illidetur.* Quia amat et servat legem; non faciet æternæ salutis naufragium.

3. Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.

4. Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.

5. a Præcordia fatui quasi rota carri; et quasi axis versatilis cogitatus illius. [a *Supr.* 21. 17.]

6. Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit.

7. Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole?

8. A Domini scientia separati sunt, facto sole, et præceptum custodiente.

9. Et immutavit tempora, et dies festos ipsorum, et in illis dies festos celebraverunt ad horam.

10. Ex ipsis exaltavit et magnificavit Deus, et ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines de solo, a et ex terra, unde creatus est Adam. [a *Gen.* 2. 7.]

3. L'homme de bon sens croit à la loi de Dieu, et la loi lui est fidèle.

4. Celui qui doit éclaircir ce qu'on lui demande, préparera sa réponse; et après avoir ainsi prié, il sera exaucé, il conservera la règle de la doctrine, et alors il répondra *avec sûreté*.

5. Le cœur de l'insensé est comme la roue d'un chariot, et sa pensée est comme un essieu qui tourne *toujours*.

6. L'ami moqueur est comme un cheval destiné aux cavales, qui hennit sous tous ceux qui le montent.

7. D'où vient qu'un jour est préféré à un autre jour, (un temps à un temps, et une année à une année,) puisque c'est le même soleil qui les forme?

8. C'est le Seigneur qui les a distingués par son ordonnance, (après que le soleil a été créé, et qu'il a suivi inviolablement dans sa course les ordres qu'il a reçus).

9. C'est lui qui a distingué les temps et les jours de fêtes (parmi les hommes, qui en ont célébré quelques-unes à l'heure qui leur a été marquée.

10. Dieu a élevé et consacré quelques-uns de ces jours, et il a mis les autres au rang des jours ordinaires; c'est ainsi que Dieu traite tous les hommes pris de la même boue et de la même terre dont Adam a été formé.

---

3. *Credit legi Dei.* Τὸ *credit* græce est, ἐμπιστεύει, id est, fideliter versatur in lege, vel fidelis est legi, vel se totum legi Dei gubernandum permittit, et fiduciam et spem suam in illa collocat, * confidit promissis quæ habentur in lege. — *Et lex illi fidelis.* Ut scilicet ab illo mala avertat, et bona omnia conciliet.

4. *Qui interrogationem manifestat.* Qui interrogationem sibi factam per aptam responsionem manifestare cupit. * *Prima hujus versiculi pars in græco cohæret cum præcedentibus,* καὶ ὁ νόμος αὐτῷ πιστός, ὡς ἐρώτημα δήλων, *et lex illi fidelis est, sicut interrogatio oraculi.* Non magis eum lex decipiet quam responsum per urim et thummim, quod in rebus magnis principes populi consulebant. Τὸ אורים urim vertitur voce δήλων, Num. 27, 21, et alibi. — *Parabit verbum.* Præmeditabitur quid sic dicturus, nec statim ad loquendum prosiliet. — *Et sic deprecatus exaudietur.* Præmissa scilicet oratione ut consentanea loco, tempori et interrogationi respondere possit. — *Conservabit disciplinam.* In græco est, σύνδησον παιδείαν, *colliga disciplinam*, quod ad methodum, ordinem et connexionem dicendorum referri posse videtur. Nostræ Vulgatæ editionis sensus idem esse potest. Vel significatur virum cordatum, servaturum esse disciplinam, ut scilicet morate se gerat et loquatur.

5. *Quasi rota carri.* Instabilis est mens fatui ut rota carri, quæ semper circumagitur et versatur. — *Axis versatilis.* Axem versatilem, ut puto, modiolum rotæ appellat, cui infixi sunt radii rotæ. * Vel versatile illud appellat circa quod aliquid rotatur.

6. *Equus emissarius.* Qui ad equas admittitur, ut illas gravidas reddat. Italice dicimus, *lo stalione.* — *Sic et amicus subsannator.* Adulator, fictus amicus. — *Sub... suprasedente hinnit.* Quemadmodum equus admissarius sessoris directioni paret et obedit freno, interim dum ab armento equarum longe abest, cum vero illas videt, sessorem abripit quo non vult, aut illum dorso excutit; ita fictus amicus, cum nihil utilitatis aut voluptatis affulget et blanditur, amico consentit et voluntati illius se accommodat, alioqui leges violat et perrumpit amicitiæ, ut suis commodis serviat. Consentit hic versus cum superiori, in quo de fatui inconstantia locutus fuerat sapiens.

7. *Quare dies diem superat.* Quid causæ est quod una dies et lux aliam præcellat, dies scilicet festus diem profestum? — *Et annus annum a sole.* Cum omnis lux dierum anni a sole proficiscatur, ac proinde secundum naturam dies omnes ejusdem sint rationis.

8. *A Domini scientia separati sunt.* Non casu, sed divina providentia inducta est varietas hæc dierum festorum et profanorum. — *Facto sole.* Post solem jam factum et cursum suum tenentem, illoque naturales dies formantem. Divina enim lege positiva sabbati quietem et festa Paschæ, Pentecostes, etc., jussi sunt servare Hebræi in lege Moisis.

9. *Immutavit tempora.* Varie disposuit Deus tempora. — *Dies festos celebraverunt ad horam.* Certam et constitutam, juxta illud Levitici, 23, 32 : *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra*, et sic de aliis festis quæ certo anni tempore recurrebant, et certa quadam hora incipiebant et finiebant.

10. *Ex ipsis.* Diebus naturalibus. *Exaltavit et magnificavit.* Ut celebritate festorum essent insignes. — *In numerum dierum.* Qui nullo festo notabiles sunt, et tantum sunt numerus ad explendos et conficiendos menses et annos. — *Et omnes homines de solo.* Est apodosis similitudinis. Sensus est : sic homines omnes de terra e solo sumpta facti sunt; ex ipsis tamen hominibus aliquos eligit Dominus, aliquos vero non eligit.

11. Le Seigneur, par sa sagesse qui se communique en tant de manières différentes, a mis entre eux des différences, et a diversifié leurs voies.

12. Il a élevé et béni quelques-uns d'entre les hommes, il les a sanctifiés, il les a unis et attachés à lui, il en a maudit et humilié quelques autres, et il les a laissés aller, après qu'eux-mêmes se sont séparés de lui:

13. Comme l'argile est dans la main du potier, qui la manie et qui la forme à son gré;

14. Et comme il l'emploie à tous les usages qu'il lui plaît, ainsi l'homme est dans la main de celui qui l'a créé, qui lui rendra selon *l'équité* de ses jugements.

15. Le bien est contraire au mal, et la vie à la mort; ainsi le pécheur est contraire à l'homme juste. Considérez toutes les œuvres du Très-Haut: vous les trouverez ainsi deux à deux, et opposées l'une à l'autre.

16. Je *vous dis ces choses*, *moi qui* suis venu le dernier de tous; *moi qui ai paru dans le monde*, comme me réveillant après un *long* sommeil; et comme ceux qui ramassent les grains de raisin après ceux qui ont fait vendange.

11. In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos, et immutavit vias eorum.

12. Ex ipsis benedixit, et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit; et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos a separatione ipsorum.

13. a Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere; [a *Rom.* 9. 21.]

14. Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus; sic homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.

15. Contra malum bonum est, et contra mortem vita; sic et contra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo et duo, et unum contra unum.

16. Et ego novissimus evigilavi, et quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

14. *Et reddet illi secundum judicium suum.* L'inégalité des conditions sociales est une des lois de la nature. Dieu a donné aux uns plus et aux autres moins; cette inégalité de dons et d'aptitudes entraîne l'inégalité des mérites. Mais au milieu de cette variété, les droits de la justice seront toujours sauvegardés. Car Dieu rendra à chacun selon ses œuvres. Saint Paul développe avec beaucoup d'éloquence le plan divin dans son Épître aux Romains (chap. IX et suiv.), et il s'écrie: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus!* Nous faisons ce rapprochement, pour qu'on ne perde pas de vue la concordance de l'Ancien et du Nouveau Testament sur ces points de doctrine si graves et si profonds.

15. *Et unum contra unum.* Cette opposition des contraires, qui se révèle partout dans la nature, avait frappé les dualistes, et ils en avaient fait un des arguments principaux sur lesquels ils cherchaient à établir leur doctrine des deux principes. Mais le Sage n'y voit que des contrastes qui servent admirablement à faire ressortir la sagesse et la puissance de Dieu, et à rendre plus sensible l'ordre qui règne dans le monde au milieu de cette variété si féconde, qu'elle paraît inépuisable.

16. *Quasi qui colligit acinos post vindemiatores.* Les auteurs de ces sentences, dit Bossuet,

---

11. *In multitudine disciplinæ.* Scientiæ scilicet et sapientiæ suæ divinæ. — *Immutavit vias eorum.* Tum quia fecit ut alii aliam vitæ rationem sequerentur, et varios status amplecterentur; tum maxime quia alios effecit sapientes et sanctos, alios vero in sua insipientia et peccatis dereliquit.

12. *Sanctificavit.* Separavit, et, ut sequitur, *ad se applicavit*, ut essent populus Dei, ejusque familia et ecclesia. — *Maledixit, et humiliavit.* In sua vilitate et abjectione reliquit. — *Convertit illos a separatione ipsorum.* In græco est, καὶ ἀνέστρεψεν αὐτοὺς ἀπὸ στάσεως αὐτῶν, id est, subvertit eos a stationibus sive sedibus eorum. Quod bene de Chananæis intelligitur, quibus ejectis, Israelitæ in eorum regionem inducti sunt. Noster non legit separatim, ἀπὸ στάσεως, sed conjunctim, ἀποστάσεως: significat autem ἀπόστασις separationem, discessum. Sensus tamen idem esse potest, hoc est, Deus *convertit illos*, hoc est, evertit, aut alio vertit, ejiciens eos *a separatione ipsorum*, id est, a separata regione, qua seorsum ab Hebræis et aliis gentibus agebant.

13. *Quasi lutum figuli.* Quemadmodum figulus ex eodem luto, et ex eadem massa vasa facit alia in honorem, alia in contumeliam, ut loquitur D. Paulus ad Rom., 9, 21; ita ex hominibus Deus alios non eligit, alios eligit. — *Plasmare.* Formare, et eam quam voluerit figuram inducere.

14. *Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus.* Omnes enim actiones et plasmationes figuli sunt secundum ejus dispositionem et beneplacitum, ut est in græco textu, qui habet, εὐδοκίαν. — *Sic homo in manu illius.* Sic Deus pro arbitratu suo alios elegit, alios non elegit. — *Reddet illi secundum judicium suum.* Quod rectum est, et malos vitio suo peccantes punit, ut meriti sunt.

15. *Contra malum bonum est.* Causam affert cur hæc bonorum et malorum, justorum et peccatorum distinctio sit in mundo, et hanc hujus rei affert rationem, quod in aliis quoque rerum generibus hæc appareat oppositio: sic opposita sunt vita et mors, etc. — *Duo et duo.* Quasi dicat: Multa sunt oppositorum paria. — *Et unum contra unum.* Oppositorum enim alterum pugnat contra alterum: sic calor frigori est contrarius, et humiditati siccitas.

16. *Novissimus evigilavi.* Omnes enim sacri libri veteris Testamenti ante Ecclesiasticum scripti sunt, exceptis Machabæis. — *Quasi qui colligit acinos.* In græco est, ὡς καλαμώμενος *ut calamos* vel *spicas post messem colligens.* Modeste se Siracides cum spicilegis comparat, reliquos sacros scriptores cum messoribus aut vindemiatoribus, quorum messis copiosa est hoc est, uber et multiplex doctrina.

17. In benedictione Dei et ipse speravi; et quasi qui vindemiat, replevi torcular.

18. a Respicite quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam. [a *Supr.* 24. 47.]

19. Audite me, magnates, et omnes populi, et rectores Ecclesiæ, auribus percipite.

20. Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua; et non dederis alii possessionem tuam; ne forte pœniteat te, et depreceris pro illis.

21. Dum adhuc superes et aspiras, non immutabit te omnis caro.

22. Melius est enim ut filii tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum.

23. In omnibus operibus tuis præcellens esto.

24. Ne dederis maculam in gloria tua. In die consummationis dierum vitæ tuæ, et in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam.

25. Cibaria, et virga, et onus asino, panis, et disciplina, et opus servo.

26. Operatur in disciplina, et quærit requiescere; laxa manus illi, et quærit libertatem.

17. J'ai espéré aussi moi-même en la bénédiction de Dieu: et j'ai rempli la cuve comme celui qui vendange.

18. Considérez que je n'ai pas travaillé pour moi seul, mais pour tous ceux qui recherchent la science.

19. Grands, et *vous, hommes du* peuple, écoutez-moi tous: et vous qui présidez aux assemblées, prêtez l'oreille.

20. Ne donnez point pouvoir sur vous pendant votre vie à votre fils, à votre femme, à votre frère, ou à votre ami. Ne donnez point à un autre le bien que vous possédez, de peur que vous ne vous en repentiez, et que vous ne soyez réduit à lui en demander avec prière.

21. Tant que vous vivez et que vous respirez, que personne ne vous fasse changer sur ce point.

22. Car il vaut mieux que ce soient vos enfants qui vous prient, que d'être réduit à attendre ce qui vous viendra d'eux.

23. Conservez-vous la principale autorité dans toutes vos œuvres.

24. Ne faites point de tache à votre gloire, distribuez votre succession au jour que finira votre vie, et à l'heure de votre mort.

25. *Donnez* le fourrage, le bâton et la charge à l'âne; le pain, la correction et le travail à l'esclave.

26. Il travaille quand on le châtie, et il ne pense qu'à se reposer: lâchez-lui la main, et il tâchera de se rendre libre.

ont coutume de s'interrompre pour faire des exhortations ou pour réveiller en quelque sorte les esprits par des espèces de digressions d'ailleurs utiles et intéressantes. Ici l'*Ecclésiastique* parle de lui-même. Il se dit le dernier des sages, parce qu'il vient dans l'ordre des temps après Salomon, Agur et d'autres maîtres qui ont fait leur recueil sous le règne d'Ézéchias. Après eux il ne pouvait plus que glaner. Cependant la Providence a béni ses efforts, et grâces à la lumière qui lui est venue d'en-haut, il a fait une ample vendange.

17. *Replevi torcular.* Son livre n'est pas en effet moins riche que ceux de ses devanciers.

24. *Ne dederis maculam.* Il est dans la nature que les enfants dépendent des parents et non pas que les parents dépendent des enfants. D'après le Sage, l'homme qui se dépouille de ses biens avant sa mort et qui se met sous la tutelle des siens perd son prestige. Il appelle cela une tache, parce qu'il ne couronne pas sa vie avec éclat.

---

17. *In benedictione Dei.* In divina ope et favore. — *Quasi qui vindemiat.* Racemationem meam Deus suo beneficio in justam vindemiam convertit.

19. *Audite me magnates.* Superiorum enim et populi rectorum est quod justum et rectum est cognoscere, et alios erudire.

20. *Mulieri.* Uxori; in græco enim est, γυναικί, quod tum uxorem, tum mulierem quamlibet significat. — *Des potestatem super te.* Domus gubernationem committendo, et multo minus donatione bona tua in eos transferendo. — *Et depreceris pro illis.* Oportebit enim te fieri supplicem, et quæ necessaria habebis ad victum aut cultum precibus eblandiri.

21. *Dum... superes et aspiras.* Dum vivis, et spiritum auramque vitalem hauris. — *Non immutabit te omnis caro.* In græco est, μὴ ἀλλάξῃς σεαυτὸν πάσῃ σαρκί, non alienes, vendas te aut libertatem tuam cuicumque etiam conjunctissimo, licet tibi blandiatur et multa promittat. Vulgatæ nostræ sensus esse potest: propositum et consilium tuum non mutes.

22. *Te rogent.* Pendeant a te, rerum tuarum dominium et administrationem retinente. — — *Respicere in manus.* Quomodo catelli solent, quibus aliquid cibi projicitur quo alantur.

23. *Præcellens.* Græce est, ὑπεράγων, excellens, eximius, superans sive superior, ut scilicet quod paulo ante dixerat, omnia domi tuæ ex te pendere velis.

24. *Ne dederis maculam.* Te ipsum dehonestando animo degeneri, et domesticis, filiis aut uxori permittendo ut pro te dominentur. — *In die consummationis.* Mortis scilicet. — *Distribue hæreditatem tuam.* Dispone domui tuæ ut rerum tuarum dominus.

25. *Cibaria.* Græce est, χορτάσματα, pabulum scilicet fœni. — *Et onus asino.* Scilicet conveniunt. — *Panis et disciplina.* Pari modo cibus conveniens dandus est servis flagris excipiendi cum peccant, et curandum ne otientur. Sermo est de mancipiis, non de famulis mercenariis.

26. *Operatur in disciplina.* Servi, qui vere sunt animo servili, verberum tantummodo timore operantur. — *Quærit requiescere.* Cum urgentis domini oculos fallere potest. — *Laxa manus illi.* Remitte aliquid de custodia et disciplina, vel laxa compedes et catenas quibus adstringitur; statim enim non tibi gratus erit quod humaniter illum tractes, sed de fuga cogitabit, qua se in libertatem asserat.

27. Le joug et les cordes font plier le cou le plus dur, et le travail continuel rend l'esclave souple.

28. La torture et les fers *ne doivent pas manquer* à l'esclave malicieux; envoyez-le au travail, de peur qu'il ne soit oisif :

29. Car l'oisiveté enseigne beaucoup de mal.

30. Tenez-le dans le travail; car c'est là qu'il doit être. Que s'il ne vous obéit pas, faites-le plier en lui mettant les fers aux pieds : mais ne commettez point d'excès à l'égard de qui que ce soit; et ne faites rien d'important sans y avoir bien pensé.

31. Si vous avez un esclave, (qui vous soit fidèle,) qu'il vous soit cher comme votre vie; traitez-le comme votre frère, parce que vous l'avez acquis au prix de votre sang.

32. Si vous le traitez mal avec injustice, il s'enfuira.

33. Et s'il se dérobe à vous et s'en va, vous ne saurez où l'aller chercher pour le trouver.

27. Jugum et lorum curvant collum durum, et servum inclinant operationes assiduæ.

28. Servo malevolo tortura et compedes, mitte illum in operationem, ne vacet;

29. Multam enim malitiam docuit otiositas.

30. In opera constitue eum; sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curva illum compedibus, et non amplifices super omnem carnem; verum sine judicio nihil facias grave.

31. *a* Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua; quasi fratrem sic eum tracta; quoniam in sanguine animæ comparasti illum. [*a Supr.* 7. 23.]

32. Si læseris eum injuste, in fugam convertetur.

33. Et si extollens discesserit, quem quæras, et in qua via quæras illum, nescis.

CHAPITRE XXXIV.

Vanité des songes. Avantages de l'expérience. Bonheur de celui qui craint Dieu. Le Seigneur a en horreur les oblations des méchants. Fausse pénitence.

1. L'homme insensé se repaît de vaines espérances et de mensonges, et les imprudents bâtissent sur les songes.

2. Celui qui s'attache à de fausses visions est comme celui qui embrasse l'ombre et qui poursuit le vent.

1. Vana spes et mendacium viro insensato; et somnia extollunt imprudentes.

2. Quasi qui apprehendit umbram, et persequitur ventum; sic et qui attendit ad visa mendacia;

28. *Servo malevolo tortura et compedes.* On trouvera sans doute ces maximes bien dures. Mais l'esclavage avait tellement abruti l'homme, que cette barbarie était devenue nécessaire à l'égard des esclaves méchants. Le Sage engage à traiter l'esclave avec douceur, pour qu'il ne devienne pas ainsi intraitable. C'est l'objet des maximes suivantes. Mais quand le mal avait été fait, il fallait user avec eux perpétuellement de violence.

---

27. *Jugum et lorum curvant collum durum.* Quemadmodum boves, equi, asini, etc., domantur jugo injecto et loris quibus constringuntur, aut verberantur; ita servi contumaciam domat et frangit assiduus operis labor.

28. *Malevolo.* Græce, κακούργῳ, malo, furi, v. g., ebrioso, etc. — *Tortura et compedes.* Torquendus est vel in pœnam peccatorum, vel ad veritatem eliciendam, et compedibus et carcere coercendus.

30. *In opera constitue eum.* Coge illum operari, fodere, v. g., aut aliud hujusmodi laboriosum opus facere. — *Non amplifices super omnem carnem.* Græce, καὶ μὴ περισσεύσῃς ἐν πάσῃ σαρκί, non abundes in omni carne, ne sis nimius urgendo ad opus laboriosum et continuum, omnem carnem; nam et servorum et brutorum etiam corporibus, cum multum fatigata sunt, parcendum est. — *Sine judicio nihil facias grave.* Ne in servum quidem graviter animadvertas sine judicio, illo scilicet non audito, et re mature examinata et perpensa.

31. *Quoniam in sanguine animæ comparasti illum.* Periculo vitæ; sermo enim esse videtur præcipue de servo in bello capto. Si vero placeat, ne sensus nimium sit angustus, de omnibus servis accipere, quomodocumque comparati sint, sanguinem pretium interpretabimur per metonymiam. * Sic italico proverbio de re quæ magno pretio emitur dicimus : *Mi costa il sangue.* Vel comparasti eum tibi in sanguine, id est, ad sanguinem animæ tuæ, ut scilicet sanguinem et vitam tuam foveret et tueretur, famulando tibi, et pro te, cum opus fuerit, vitam et sanguinem in discrimen dando.

33. *Si extollens discesserit.* In græco est, ἐπάρας ἀποδρᾷ, quod idem est ac si dixisset simpliciter ἀποδρᾷ, *fugit.* Italice diceremus : *Torrà su e fuggirà.* — *Nescis.* Quia latebras quæret et tenebras ut lateat fuga, et quamprimum se proripiet, ne illum assequi possis.

Cap. XXXIV. — 1. *Vana spes, et mendacium viro insensato.* Vana et mendax est spes quam insensati et imprudentes in somniis collocant. — *Extollunt.* Græce est, ἀναπτεροῦσι, volare faciunt, alatos faciunt, vana spe erigunt extolluntque sublimes, dum sibi ex visis somniis divitias aut honores pollicentur.

2. *Ad visa mendacia.* Græce est unica tantum vox ἐνύπνια, quæ insomnia significat; τὸ visa substantivum nomen est. Sensus versiculi est, non minus ludi eos qui somniis fidem accommodant, quam eos qui ventum persequerentur aut umbram.

3. Hoc secundum hoc visio somniorum; ante faciem hominis similitudo hominis.

4. Ab immundo quid mundabitur? et a mendace quid verum dicetur?

5. Divinatio erroris, et auguria mendacia, et somnia malefacientium, vanitas est.

6. Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur; nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum;

7. Multos enim errare fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis.

8. Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.

9. Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa; et qui multa didicit enarrabit intellectum.

10. Qui non est expertus, pauca recognoscit; qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.

3. Les visions des songes sont comme l'image d'un homme qui se voit lui-même dans un miroir :

4. Comment ce qui est impur peut-il rendre pur? et comment la vérité peut-elle sortir du mensonge?

5. Les divinations de l'erreur, les augures trompeurs et les songes des méchants ne sont que vanité.

6. Ce ne sont que des effets de votre imagination, comme sont les fantaisies des femmes grosses. N'appliquez *donc* point votre pensée à ces visions, à moins que le Très-Haut ne vous les envoie lui-même.

7. Car les songes en ont jeté plusieurs dans l'égarement, et ils sont tombés pour y avoir mis leur confiance.

8. La parole de la loi s'accomplira entièrement, et la sagesse sera claire dans la bouche du fidèle.

9. (Que sait celui qui n'a point été tenté? l'homme d'une grande expérience aura de grandes vues; et celui qui a beaucoup appris parlera avec sagesse.

10. Celui qui est peu expérimenté connaît peu de choses; mais celui qui a fait beaucoup d'épreuves s'est acquis une grande prudence.

Cap. XXXIV. — 5. *Divinatio erroris, et auguria mendacia.* Dans les superstitions, tout se tient, tout s'enchaîne. Ceux qui croient aux songes sont portés à croire à ceux qui les interprètent, par conséquent à recourir aux devins, aux nécromanciens, aux spirites et à une foule d'individus qui exploitent la crédulité humaine. Il y a eu sans doute des songes ou des visions qui sont venues de Dieu. Jacob, Joseph, Samuel et une foule d'autres personnages dont il est parlé dans l'Écriture sainte ont été visités par le Très-Haut dans leur sommeil. Mais à part ces révélations, les songes ne sont que de vaines imaginations dont un homme sensé ne doit pas s'occuper.

8. *Sine mendacio consummabitur verbum legis.* Cette superstition était alors très-répandue. Le Sage exhorte ses frères à ne pas tomber dans de pareilles erreurs. Recourez plutôt, leur dit-il, à la loi de Dieu et à sa parole. C'est là que se trouve la vérité immuable, et c'est d'après ses promesses que vous pourrez avoir une connaissance exacte et utile de l'avenir. C'est la même pensée qui a fait dire à Isaïe : Quand on vous dira : Consultez les devins, les pythons avec leurs enchantements, allez plutôt consulter la loi et l'alliance (Is., VIII, 19, 20).

---

3. *Hoc secundum hoc visio somniorum.* Visio somniorum non est aliud quam repræsentatio quædam, qua hoc est secundum hoc, id est, hoc huic apparet simile. — *Ante faciem hominis similitudo hominis.* Sicut cum ante faciem hominis ponitur speculum, in quo facies ejusdem hominis apparet.

4. *Ab immundo.* Quemadmodum immundus res alias mundare non potest, cum potius illas sit aptus inquinare; ita somnia, cum sint mendacia, verum docere non possunt, nec conjectores instruere qui illa interpretantur.

5. *Divinatio erroris.* Erronea, quæ ab errore proficiscitur, puta a dæmone, mago, sagis, vel a figmentis impostorum, ut cum divini futura prædicant per inspectionem aquæ, ignis aut aeris, etc. — *Auguria mendacia.* Cum ex avium volatu, gemitu, etc., res futuræ significari creduntur. — *Somnia malefacientium.* Hominum iniquorum et perversorum, qui contra Dei legem somniis suis attendunt et credunt, ideoque in vanitatem, id est, in mendacium et fraudem induci se sinunt.

6. *Et sicut parturientis.* Si somniis credas mendacibus, multos tibi ingerent timores et perturbationes, quæ pectus tuum crucient, ad eum modum quo partui proximæ mulieres cruciantur. * Vel sensus est : quemadmodum prægnantes miras habent imaginationes (unde et appetitus absurdi nascuntur), ita et qui somniant

8. *Sine mendacio consummabitur verbum legis.* In tota lege nullum est mendacium, sed est plane verax et a Deo prima veritate profecta. — *Et sapientia in ore fidelis complanabitur.* Et licet sapientia quæ in lege divina et sacris Litteris continetur, obscura aliquando et perplexa esse videatur, tamen si quis illam frequenter versat, oculis legendo, corde meditando et ore sacra eloquia pronuntiando, faciliorem illam inveniet, et ad illius arcana intelligenda admittetur.

9. *Qui non est tentatus.* Qui nullis casibus jactatus, rerum experientiam non habet. — *In multis expertus.* In græco est, πεπλανημένος, id est, qui multum peregrinatus est, et multa loca pervagatus. — *Cogitabit multa.* Multa prævidebit quæ cavenda sint, et varios multosque modos se expediendi facile inveniet. — *Enarrabit intellectum.* De rebus sapienter pronuntiabit.

10. *Pauca recognoscit.* Pauca cognoscit et scit. — *In multis factus est.* In multis negotiis versatus est. Aliqui pro *factus* legunt *fatuus;* sed si quid in sacro textu Vulgatæ editionis mutandum sit, malim legi *falsus,* quod bene græco πεπλανημένος respondet, quod deceptum, falsum, in errorem inductum significat. — *Malitiam.* Prudentiam; sumitur enim in bonam partem, ut astutia non semel in sacris Litteris.

11. (Quelle est la science de celui qui n'a point été tenté? Mais celui qui a été surpris, aura une grande adresse pour ne l'être plus.)

12. J'ai bien vu des choses allant en divers lieux, et j'ai remarqué bien des coutumes différentes.

13. Je m'y suis vu quelquefois en danger de perdre la vie; mais Dieu m'en a délivré par sa grâce.

14. Dieu aura soin de l'âme de ceux qui le craignent, et son regard les comblera de bénédictions;

15. Car leur espérance est en celui qui les sauve; (les yeux de Dieu sont sur ceux qui l'aiment.)

16. Celui qui craint le Seigneur ne tremblera point; il n'aura point de peur, parce que Dieu même est son espérance.

17. Heureuse est l'âme de celui qui craint le Seigneur!

18. Sur qui jette-t-il l'œil et qui est sa force?

19. Les yeux du Seigneur sont sur ceux qui le craignent; il est leur protection puissante et l'affermissement de leur force: il les couvre contre la chaleur; il les met à l'ombre contre l'ardeur du midi.

20. Il les soutient, afin qu'ils ne tombent pas; il les assiste quand ils sont tombés; il élève leur âme et il éclaire leurs yeux; il leur donne la santé, la vie et la bénédiction.

21. L'oblation de celui qui sacrifie d'un bien d'iniquité est souillée, et les insultes des injustes ne sont point agréées de Dieu.

22. (Le Seigneur ne se donne qu'à ceux qui l'attendent en paix, dans la voie de la vérité et de la justice.)

23. Le Très-Haut n'approuve point les dons des injustes: il ne regarde point les oblations des méchants; et la multitude de leurs sacrifices n'obtiendra point de lui le pardon de leurs péchés.

11. Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est, abundabit nequitia.

12. Multa vidi errando, et plurimas verborum consuetudines.

13. Aliquoties usque ad mortem periclitatus sum horum causa, et liberatus sum gratia Dei.

14. Spiritus timentium Deum quæritur, et in respectu illius benedicetur.

15. Spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se.

16. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit; quoniam ipse est spes ejus.

17. Timentis Dominum beata est anima ejus.

18. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus?

19. *a* Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, et umbraculum meridiani; [*a* *Ps.* 33. 16.]

20. Deprecatio offensionis, et adjutorium casus, exaltans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et vitam, et benedictionem.

21. *a* Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacita subsannationes injustorum. [*a* *Prov.* 21. 27.]

22. Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et justitiæ.

23. *a* Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. [*a* *Prov.* 15. 8.]

21. *Immolantis ex iniquo oblatio.* C'était une erreur très-commune de croire qu'après avoir commis une injustice, on obtenait de Dieu le pardon en lui offrant une partie de la proie que l'on avait saisie. Les brigands, en Italie, font encore ce mélange de foi et de superstition. Le Sage combat ce préjugé en montrant qu'une pareille offrande, loin d'être agréable à Dieu, n'est qu'une insulte à sa justice.

---

11. *Implanatus.* Deceptus, falsus, græce, πεπλανημένος. — *Nequitia.* Astutia, bona prudentia.

12. *Verborum consuetudines.* Rerum hominumque consuetudines et mores.

13. *Horum causa.* Propter peregrinationum discrimina, latronum, naufragiorum, calumniarum, quibus peregrini in alieno solo circumveniuntur, etc.

14. *Quæritur.* In græco nunc est, ζήσεται, vivet; at noster legit ἐκζητήσεται, quæretur a Deo scilicet qui sibi fideles quærit ut servet et a periculis eripiat. — *In respectu illius benedicetur.* Cum cœperit illum Deus benigno oculo respicere, benedicetur, et omni bonorum genere abundabit.

15. *Spes enim illorum.* Quemadmodum qui suam spem locaverunt in Domino ad illum respiciunt, et ab eo implorant opem et auxilium; ita vicissim Deus illos respicit, et bonorum copiam in illos immittit.

18. *Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus?* Quem spectat, quo nititur? certe Deo.

19. *Protector potentiæ.* Protector potens, vires sufficiens et roborans, tegumentum in ardore malorum aut tentationum nos circumsistentium et adurentium, et quasi umbraculum in æstu meridiano.

20. *Deprecatio offensionis.* Evitatio offensionis, φυλακὴ ἀπὸ προσκόμματος, ut est in græco. — *Adjutorium casus.* Auxilium ne cadamus. — *Exaltans animam.* Erigens animam cum in malum aliquod prolapsa est, sive culpæ, sive pœnæ. — *Illuminans oculos.* Ignorantiam pellendo, et cœleste lumen quo dirigamur, immittendo. — *Dans sanitatem.* Mentis et corporis. — *Benedictionem.* Omne genus bonorum.

21. *Immolantis ex iniquo.* Ex raptis, aut alioqui male partis. — *Est maculata.* Hujusmodi victima quasi polluta Deo displicet. — *Subsannationes.* Deum enim irridet et parvipendit, qui rem illi ingratam offert.

24. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.

25. Panis egentium vita pauperum est; qui defraudat illum, homo sanguinis est.

26. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

27. *a* Qui effundit sanguinem, et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. [*a* *Deut.* 24. 14. *Supr.* 7. 22.]

28. Unus ædificans, et unus destruens; quid prodest illis nisi labor?

29. Unus orans, et unus maledicens; cujus vocem exaudiet Deus?

30. Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?

31. *a* Sic homo qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? [*a* *II. Petr.* 2. 21.]

24. Celui qui offre un sacrifice de la substance des pauvres, est comme celui qui égorge le fils aux yeux du père.

25. Un peu de pain est la vie des pauvres; celui qui le leur ôte est un homme de sang.

26. Celui qui arrache à un homme, le pain qu'il a gagné par son travail est comme celui qui assassine son prochain.

27. Celui qui répand le sang, et celui qui prive le mercenaire de sa récompense, sont frères.

28. Si l'un bâtit et que l'autre détruise, que gagneront-ils que de la peine?

29. Si l'un prie et que l'autre maudisse, de qui Dieu exaucera-t-il la voix?

30. Si celui qui se lave après avoir touché un mort, le touche de nouveau, de quoi lui sert de s'être lavé?

31. De même, si un homme jeûne après avoir commis des péchés, et les commet de nouveau, que gagne-t-il de s'être affligé et humilié? et qui exaucera sa prière?

CHAPITRE XXXV.

Des sacrifices agréables à Dieu. De la prière. Efficacité de la prière du pauvre.

1. Qui conservat legem, multiplicat oblationem.

2. *a* Sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. [*a* *I. Reg.* 15. 22.]

1. Celui qui observe la loi est comme s'il offrait un grand nombre d'oblations.

2. C'est un sacrifice salutaire *que* d'être attentif à garder les commandements *de Dieu*, (et de se retirer de toute iniquité.)

29. *Unus orans, et unus maledicens.* Rien n'est plus nécessaire dans la vertu que l'uniformité, dit Sacy, et cette liaison des moyens que Dieu nous a prescrits et qu'il a subordonnés les uns aux autres, pour obtenir de lui ce que nous lui demandons. Si donc notre bouche *bénit Dieu* et que nos *actions le déshonorent*, *de quoi nous servira* cette alliance monstrueuse *du bien et du mal*, si après que Dieu nous a retirés de l'abîme *du péché*, *nous nous y rejetons encore!* Si *après avoir jeûné* et répandu des larmes pour réparer des fautes mortelles, *nous les commettons de nouveau*, de quoi nous sert cette affliction dont nous nous rétractons ensuite, et qui n'empêche pas que notre vie soit comme un cercle et une révolution continuelle de péchés très-véritables, de pénitences très-fausses, de communions indignes!

CAP. XXXV. — 2. *Sacrificium salutare est attendere mandatis.* Comme il y a deux sortes de culte, il y a aussi deux sortes de sacrifices, le sacrifice intérieur et le sacrifice extérieur. Le sacrifice intérieur consiste à offrir à Dieu sa volonté en se soumettant à sa loi. Ce sacrifice est essentiel; c'est lui qui donne du mérite au sacrifice extérieur qui sans cela ne serait qu'une cérémonie vaine: comme la prière vocale n'est rien sans la prière mentale.

---

24. *Quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Quod adeo patri placere non potest, ut etiam summum illi dolorem afferat.

25. *Homo sanguinis est.* Homicida est.

26. *In sudore panem.* Panem in sudore partum, panem scilicet aut victum pauperum, quem sibi illi laboribus et sudoribus suis parant.

27. *Fratres sunt.* Similes et fere pares.

28. *Unus ædificans.* Quomodmodum si unus ædificet, et ædificata diruat alius, aut ille ipse qui extruxerat, nihil proficiunt; ita qui ex raptis eleemosynam facit aut Deo sacrificia offert, licet opus de se bonum faciat, illud tamen vitiat, et adeo corrumpit ut nullum fructum inde percipiat.

29. *Unus orans.* Et bona alicui a Deo postulans, pauper scilicet cui impius et alienorum raptor benefecit. — *Maledicens.* Ipse impius qui Deum irritat, et contra se provocat; quasi dicat: Pauperes Deum propitiant, ipse vero sibi illum infestum facit et inimicum. Quemnam Deus audiet, pauperemne orantem, an impium in se iram Dei vindicem provocantem? * Orat pro se dives; at pauper ab eo spoliatus ei mala imprecatur.

30. *Qui baptizatur a mortuo.* Qui purificat se ab immunditia legali quam contraxit ob contactum cadaveris. Vide Numer., c. 19, ubi de purificatione agitur, de qua hic est sermo.

31. *Sic homo qui jejunat.* Qui bonum quidem opus facit, illud ex se considerando; sed illius gratiam corrumpit aliis peccatis quæ superaddit.

CAP. XXXV. — 1. *Multiplicat oblationem.* Religiosus est, et frequenter victimas offert ad sacrificium.

2. *Attendere mandatis.* Legem servando.

3. S'éloigner de l'injustice, c'est offrir un sacrifice qui obtient le pardon de nos offenses; et qui détourne la punition de nos péchés.

4. Celui qui rend grâces à Dieu, offre la fleur de farine, et celui qui fait miséricorde, offre un sacrifice.

5. S'abstenir du mal, est ce qui plaît au Seigneur; et se retirer de l'injustice, est un sacrifice pour l'expiation des péchés.

6. Vous ne paraîtrez point les mains vides devant le Seigneur.

7. Car toutes ces choses se font pour obéir aux commandements de Dieu.

8. L'oblation du juste engraisse l'autel et monte devant le Très-Haut, comme une excellente odeur.

9. Le sacrifice du juste est bien reçu, et le Seigneur n'en perdra point le souvenir.

10. Rendez gloire à Dieu, de bon cœur, et ne retranchez rien des prémices du fruit de vos mains.

11. Faites tous vos dons avec un visage gai; sanctifiez vos décimes par votre joie;

12. Donnez au Très-Haut selon qu'il vous a donné, et faites votre offrande de bon cœur à proportion de ce que vous avez entre les mains.

13. Car le Seigneur est libéral envers ceux qui lui donnent, et il vous en rendra sept fois autant.

14. N'offrez point des dons corrompus, parce qu'il ne les recevra point.

15. Ne mettez point votre confiance en un sacrifice d'iniquité, parce que le Seigneur est votre juge, et qu'il n'aura point d'égard à la condition des personnes.

16. Le Seigneur ne fera point acception de personnes contre le pauvre; et il exaucera la prière de celui qui souffre l'injure.

17. Il ne méprisera point l'orphelin qui le prie, ni la veuve qui répand ses gémissements devant lui.

18. Les larmes de la veuve n'arrosent-elles pas son visage, et ne crient elles pas vengeance contre celui qui les tire de ses yeux?

19. (Car du visage de la veuve, elles montent jusqu'au ciel : et le Sauveur, qui l'exauce, ne se plaira point à la voir pleurer.)

20. Celui qui adore Dieu avec joie, sera bien reçu de lui, et sa prière montera jusqu'aux nues.

21. La prière d'un homme qui s'humilie percera les nues. Il ne se consolera point qu'elle n'ait été jusqu'à Dieu, et il ne se retirera point jusqu'à ce que le Très-Haut le regarde.

22. Le Seigneur ne différera pas longtemps, mais il prendra la défense des gens de bien, et leur fera justice. Le Très-Fort n'usera plus à leur égard de sa longue patience : mais il accablera de maux ceux qui les ont opprimés;

23. Et il se vengera des nations jusqu'à ce qu'il détruise toute l'assemblée des superbes, et qu'il brise le sceptre des injustes;

24. Jusqu'à ce qu'il rende aux hommes selon leurs actions et selon les œuvres et la présomption d'Adam;

3. Et propitiationem litare sacrificii super injustitia, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia.

4. Retribuet gratiam, qui offert similaginem, et qui facit misericordiam, offert sacrificium.

5. a Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate; et deprecatio pro peccatis recedere ab injustitia. [a *Jerem.* 7. 3. et 26. 13.]

6. a Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. [a *Exod.* 23. 15. et 34. 20. *Deut.* 16. 16.]

7. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.

8. Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi.

9. Sacrificium justi acceptum est, et memoriam ejus non obliviscetur Dominus.

10. Bono animo gloriam redde Deo; et non minuas primitias manuum tuarum.

11. a In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas. [a *II. Cor.* 9. 7. *Tob.* 4. 9.]

12. Da Altissimo secundum datum ejus, et in bono oculo ad inventionem facito manuum tuarum :

13. Quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi.

14. a Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa. [a *Levit.* 22. 21. *Deut.* 15. 21.]

15. Et noli inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus judex est, et non est apud illum gloria personæ. [*Deut.* 10. 17. *II. Par.* 19. 7. *Job.* 34. 19. *Sap.* 6. 8. *Act.* 10. 34. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Col.* 3. 25. *I. Petr.* 1. 17.]

16. Non accipiet Dominus personam in pauperem, et deprecationem læsi exaudiet.

17. Non despiciet preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus.

18. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas?

19. A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis.

20. Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.

21. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit; et donec propinquet non consolabitur; et non discedet donec Altissimus aspiciat.

22. Et Dominus non elongabit, sed judicabit justos : et faciet judicium; et Fortissimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dorsum ipsorum.

23. Et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, et sceptra iniquorum contribulet :

24. Donec reddat hominibus secundum actus suos, et secundum opera Adæ, et secundum præsumptionem illius;

6. *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus.* Mais après avoir recommandé le sacrifice intérieur, le Sage s'empresse de proclamer la nécessité du sacrifice extérieur. Ces oblations sont obligatoires, parce que Dieu les commande, et Dieu les commande non pour lui-même, car il n'en a aucun besoin, mais dans notre intérêt. Car l'expérience prouve que sans le culte extérieur le culte intérieur s'éteint; celui qui ne prie pas de bouche, ne prie pas davantage de cœur. C'est le bois, dit saint François de Salès, qui alimente le feu sacré. Sans cet aliment il s'éteint.

20. *Qui adorat Deum in oblectatione.* Dieu veut qu'on *l'adore* avec une *joie respectueuse* et reconnaissante; et lorsque l'âme est dans cet état, *sa prière monte jusqu'aux nues.* C'est en ce sens que David a dit : Mettez votre joie en Dieu, et il vous accordera les demandes de votre cœur. Mais lorsqu'un *homme s'humilie* profondément dans les adorations qu'il rend à Dieu, *sa prière perce les nuées;* et il ne met point de fin à ses larmes et à ses soupirs jusqu'à *ce qu'elle s'élève jusqu'au ciel*, et qu'elle attire sur lui le *regard de Dieu.* Car toutes les vertus nous élèvent en haut et frappent à la porte de la grâce; mais c'est l'humilité qui nous l'ouvre et qui nous mène jusqu'au trône de celui qui n'y est monté qu'après s'être anéanti lui-même, et qui n'a voulu recevoir la couronne de sa gloire que de la main de l'humilité (Sacy).

23. *Et gentibus reddet vindictam.* Ces paroles ont un accent prophétique. Dieu s'était déjà vengé des Egyptiens et des Chaldéens qui, à des époques différentes, avaient opprimé le peuple de Dieu. A l'époque où le Sage écrivait, les Juifs étaient sous la domination des Grecs, et exposés aux violences des Syriens et des Egyptiens. Il voit comme prochaine l'époque du renversement de cette domination, et il annonce à l'avance les châtiments que fera peser sur ces nations le joug de fer des Romains, qui seront cette fois les instruments de la Providence irritée.

---

3. *Propitiationem litare sacrificii super injustitias.* Et recedere ab injustitia, est sacrificare ad propitiationem peccatorum obtinendam, easdemque injustitias abolendas, et est pro peccatis deprecari.

4. *Retribuet gratiam qui offert similaginem.* Sicut qui offert similaginem in sacrificium, gratias agit Deo pro acceptis beneficiis; ita qui in proximos misericors est, quoddam quasi sacrificium offert Deo gratissimum. Vel sententia est : qui rependit gratiam, sicut qui similaginem offert; hunc enim sensum græca commodissime admittunt, quæ habent, ἀνταποδιδοὺς χάριν, προσφέρων σεμίδαλιν, id est, *reddens gratiam, offerens similam.*

6. *Non apparebis.* Quod est legis præceptum, Exod., 23, 15; et 34, 20; et Deut., 16, 16. Vide dicta Exod., c. 23, n. 15.

7. *Hæc enim omnia.* Ita enim Dominus præcipit, locis nimirum proxime citatis.

8. *Impinguat altare.* Quia pinguia offerunt sacrificia et victimas selectas, easque cum magno animi sensu et pietate offerunt quod maxime Dominus expetit, et sacrificium quodammodo pingue facit. Hinc S. David precatur Psalm., 19, 4 : *Holocaustum tuum pingue fiat.*

9. *Memoriam ejus.* Non justi, sed sacrificii; nam in græco est, αὐτῆς, scilicet θυσίας.

10. *Bono animo.* Alacri, læto, liberali. — *Gloriam redde Deo.* Per oblationes et sacrificia. — *Non minuas primitias.* Maligne et diminute illas offerendo, quod animi sordidi est, et cum Deo illiberaliter agentis.

11. *In omni dato.* Quidquid offers et Deo donas, hilariter tribuas. — *In exultatione sanctifica decimas tuas.* Multum enim gratiæ accedit sacrificio, aut decimarum et primitiarum oblationi, si hilariter et animo volenti tribuantur.

12. *Secundum datum ejus.* Secundum quod tibi dedit, juxta opes tuas. — *Bono oculo.* Læto et hilari oculo, et vultu fac oblationem secundum quod invenit manus tua, id est, juxta facultates tuas.

14. *Munera prava.* Vitio aliquo laborantia, qualia sunt animalia cæca, clauda, scabiosa quæ vetantur offerri, Levit., 22, 21 et sequent., Deut., 15, 21; Malach., 1, 8.

15. *Noli inspicere sacrificium injustum.* Græce, μὴ ἔπεχε θυσίᾳ ἀδίκῳ, *ne intendas*, vel *ne attendas sacrificio injusto;* id est, ne iniquum instituas sacrificium. — * *Dominus judex est.* Nemo autem ausit rapinas suas ad judicem deferre. — *Non est apud illum gloria personæ.* Non est quasi homo qui personæ dignitate commoveatur, illam revereatur aut timeat.

16. *In pauperem.* Contra pauperem, lædentem aut violantem jus pauperis. Græce enim est, ἠδικημένου.

17. *Loquelam gemitus.* Vocem gemitus, vocem gementem.

18. *Exclamatio ejus.* Scilicet viduæ. — *Deducentem eas.* Lacrymis illis et gemitibus causam dantem.

19. *Non delectabitur in illis.* Est meiosis; valde illi displicebunt, et irascetur, et excandescet contra eos qui sua injustitia illa eliciunt.

20. *In oblectatione.* Εὐδοκίᾳ, bona voluntate, animo hilari et liberali orationes et oblationes exhibens. * Posset etiam bonus sensus esse interpunctione sic mutata : *Qui adorat Deum, in oblectatione suscipietur.* Qui pie colet Deum, benevole a Deo recipietur, audietur.

21. *Donec propinquet non consolabitur.* Non admittet consolationem, nec cessabit donec ad Deum evadat et penetret. — *Aspiciat.* Et exaudiat.

22. *Non elongabit.* Non in longum protrahet, non tardabit. — *Non habebit in illis patientiam.* Ut se diu patiatur orari, sed statim in oppressores suorum iram effundet. — *Ut contribulet dorsum ipsorum.* Græca habent, *donec contriverit ossa immisericordium.*

23. *Gentibus reddet vindictam.* Peccantes populos puniet. — *Plenitudinem superborum.* Multitudinem iniquorum et injuste agentium. — *Sceptra iniquorum contribulet.* Potentiam iniquorum conterat, comminuat et in nihilum redigat.

24. *Et secundum opera Adæ.* Adam aliquando nomen proprium est protoplasti, aliquando om

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

25. Jusqu'à ce qu'il fasse justice à son peuple, et qu'il rende la joie aux justes en leur faisant miséricorde.

26. La miséricorde de Dieu est reçue avec joie au temps de l'affliction, comme la nuée qui répand la pluie au temps de la sécheresse.

25. Donec judicet judicium plebis suæ, et oblectabit justos misericordia sua.

26. Speciosa misericordia Dei, in tempore tribulationis, quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis.

CHAPITRE XXXVI.

Prière de l'auteur pour attirer la miséricorde de Dieu sur Israël. Du cœur éclairé et du cœur corrompu. Avantage de celui qui a une femme vertueuse.

1. O Dieu, Seigneur de toutes choses, ayez pitié de nous, regardez-nous favorablement; (et faites-nous voir la lumière de vos miséricordes.)

2. Répandez la terreur sur les nations (qui ne se mettent point en peine de vous rechercher, afin qu'elles reconnaissent qu'il n'y a point de Dieu que vous seul, et qu'elles publient la grandeur de vos merveilles.)

3. Etendez votre main sur les peuples étrangers, et faites-leur sentir votre puissance.

4. Comme ils ont vu de leurs yeux que vous avez été sanctifié parmi nous, faites que nous voyions aussi éclater votre grandeur parmi eux;

5. Afin qu'ils connaissent, comme nous l'avons connu, qu'il n'y a point d'autre Dieu que vous, Seigneur.

6. Renouvelez donc vos prodiges, et faites des miracles qui n'aient point encore été vus.

7. Glorifiez votre main et votre bras droit.

8. Excitez votre fureur, et répandez votre colère.

9. Détruisez l'ennemi et brisez celui qui nous fait la guerre.

10. Pressez le temps et hâtez la fin, afin que les hommes publient vos merveilles.

1. Miserere nostri, Deus omnium, et respice nos, et ostende nobis lucem miserationum tuarum:

2. Et immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, et enarrent magnalia tua.

3. Alleva manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam.

4. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis,

5. Ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus præter te, Domine.

6. Innova signa, et immuta mirabilia.

7. Glorifica manum, et brachium dextrum.

8. Excita furorem, et effunde iram.

9. Tolle adversarium, et affige inimicum.

10. Festina tempus, et memento finis, ut enarrent mirabilia tua.

CAP. XXXVI.—1. *Miserere nostri, Deus omnium.* Après avoir parlé des oblations et des prières, le Sage s'adresse lui-même à Dieu et le prie pour ses frères. Cette prière est une des leçons qu'on lit à la messe le samedi des Quatre-Temps de Carême.

9. *Tolle adversarium.* Bossuet fait observer que cet ennemi est sans doute Antiochus Épiphane. Mais rien ne nous autorise à admettre ce sentiment. Nous croyons que ce livre fut composé avant le règne de ce prince, et les Juifs eurent d'ailleurs à souffrir beaucoup des princes étrangers avant la révolte des Machabées. Ptolémée Evergète, sous qui vivait le fils de Sirach, n'a pas toujours ménagé les enfants de Jacob, et ses menaces, sinon ses persécutions, ont bien pu motiver cette prière.

---

nibus hominibus commune. Hic secundo hoc modo accipi videtur, ut sensus sit, Deum hominibus pœnas rependere, juxta eorum opera mala. — *Et secundum præsumptionem illius.* Græce, ἐνθυμήματα, secundum cogitationes, et vota et desideria illius. Itens autem ἐνθυμήματα, *præsumptiones* vocantur, quia ante opus malum mente præsumuntur et præcipiuntur.

25. *Donec judicet judicium.* Plebi scilicet et populo suo causam adjudicando, et illum a malis eripiendo.

26. *Speciosa.* Decora, grata, exoptata.

CAP. XXXVI. — 3. *Alleva manum.* Erige brachium tuum ad percutiendum, et ad immittendas plagas in hostes populi tui. — *Gentes alienas.* Infideles.

4. *Eorum.* Earum gentium. — *Sanctificatus es in nobis.* Ostendendo sanctam misericordiam tuam, qua nos ex multis malis liberasti. — *Magnificaberis in eis.* Tuam potentiam contra illos exercendo, et vindice dextera tua illos flagellis cædendo et atterendo.

6. *Innova signa.* Ede nova signa. — *Immuta mirabilia.* Græce est, ἀλλοίωσον, id est, alia nova patra miracula, immuta vetera in nova, patra similia, sed diversa ab illis quæ Mose et Josue populi ducibus patrasti.

7. *Glorifica manum, et brachium dextrum.* Superbi robur suum prædicant; scilicet illud Deut. 32, 27: *Manus nostra excelsa, et non Dominus, fecit hæc omnia.* Contra vero tu, Domine, gloriam tuam tibi assere manu tua, et brachio tuo illos conterens.

9. *Tolle.* De medio. — *Adversarium.* Ptolemæum Lagi.

10. *Festina tempus.* Festinare fac. Quasi dicat: Cito adsit liberatio nostra. — *Memento finis.* Quem destinasti malis nostris. — *Enarrent.* Fideles tui Judæi.

11. In ira flammæ devoretur qui salvatur; et qui pessimant plebem tuam, inveniant perditionem.

12. Contere caput principum inimicorum dicentium: Non est alius præter nos.

13. Congrega omnes tribus Jacob; ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, et enarrent magnalia tua; et hæreditabis eos, sicut ab initio.

14. Miserere plebi tuæ super quam invocatum est nomen tuum; et Israel, *a* quem coæquasti primogenito tuo. [*a* *Exod.* 4. 22.]

15. Miserere civitati sanctificationis tuæ Jerusalem, civitati requiei tuæ.

16. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, et gloria tua populum tuum.

17. Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, et suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.

18. Da mercedem sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur; et exaudi orationes servorum tuorum,

19. *a* Secundum benedictionem Aaron de populo tuo, et dirige nos in viam justitiæ, et sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector sæculorum. [*a* *Num.* 6. 24.]

20. Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior.

11. Que celui qui sera échappé *à l'épée* soit dévoré par l'ardeur des flammes; et que ceux qui tyrannisent votre peuple, tombent dans la perdition.

12. Brisez la tête des chefs des ennemis qui disent : Il n'y a point d'autre *seigneur* que nous.

13. Rassemblez toutes les tribus de Jacob, (afin qu'ils connaissent qu'il n'y a point d'autre Dieu que vous, qu'ils racontent la grandeur de vos merveilles,) et qu'ils deviennent votre héritage comme ils l'ont été au commencement.

14. Ayez pitié de votre peuple qui a été appelé de votre nom, et d'Israël que vous avez traité comme votre fils aîné.

15. Ayez compassion de Jérusalem, de cette ville que vous avez sanctifiée, de cette ville où vous avez établi votre repos.

16. Remplissez Sion de la vérité de vos paroles ineffables; et *faites que* votre peuple y *voie éclater* votre gloire.

17. Rendez témoignage à ceux qui ont été à vous dès la création du monde; vérifiez les prédictions que les anciens prophètes ont prononcées en votre nom.

18. Récompensez ceux qui vous ont attendu longtemps, afin que vos prophètes soient trouvés fidèles; exaucez les prières de vos serviteurs,

19. Selon les bénédictions qu'Aaron a données à votre peuple; (et conduisez-nous dans la voie de la justice,) afin que tous ceux qui habitent la terre, sachent que vous êtes le Dieu qui voyez tous les siècles devant vous.

20. L'estomac reçoit toutes sortes de viandes; mais entre les nourritures, l'une est meilleure que l'autre.

---

17. *Da testimonium his.* D'après le Grec : Rendez témoignage à ceux qui ont été dès le commencement vos créatures et votre possession; donnez des marques de votre protection à ce peuple que vous avez vous-même formé et que vous vous êtes acquis. Dans toute cette prière, l'auteur se fonde sur les promesses faites par Dieu à Israël, et il attend avec confiance la délivrance de sa nation opprimée, parce que Dieu l'a choisie pour délivrer le monde entier du joug qui l'accable.

---

11. *Qui salvatur.* Græce est, ὁ σωζόμενος, id est, qui salvus evasit. Qui ex una clade evasit incidat in iram flammæ furoris tui, ita ut exitium non possit effugere. — *Qui pessimant.* Pessime tractant.

12. *Non est alius præter nos.* Se solos homines putant, alios non secus tractant ac si pecudes essent. Vel qui Deum non agnoscunt, se ipsos deos faciunt.

13. *Congrega omnes tribus Jacob.* Eas ab exilio et captivitate revocans in terram sanctam. — *Hæreditabis.* Immittes in hæreditatem et possessionem ejusdem terræ sanctæ olim promissæ patribus, et postea datæ.

14. *Super quam invocatum est nomen tuum.* Quæ tuo nomine insignitur, et vocatur populus Dei Israel. — *Quem coæquasti primogenito tuo.* Amasti et tractasti ut primogenitum: quare Exod. 4, 22, Pharaoni renuntiari jubet: *Hæc dicit Dominus Filius: meus primogenitus Israel, etc.*

15. *Sanctificationis tuæ.* In qua religiose coleris et sanctificaris. — *Requiei tuæ.* In qua templum habes quasi propriam domum in qua requiescas.

16. *Sion.* Templum quod in monte Sion erat situm. — *Inenarrabilibus verbis tuis.* Oraculis tuis et responsis quibus dirigatur populus tuus. Dicuntur inenarrabilia, quia nunquam plene et pro dignitate explicantur. — *Gloria tua.* Ingens enim Israelis gloria est, quod solus ex omnibus gentibus domesticum haberet Dei oraculum.

17. *Da testimonium his.* Testare significationibus exhibitis tuæ in nos misericordiæ et beneficentiæ. — *Creaturæ tuæ.* Peculiares scilicet et clientes. Sic dicimus italice: *Il tale è mia creatura.* — *Suscita prædicationes.* Effecta da antiquorum prophetarum promissa, quæ illi prædicantes populo nomine tuo polliciti sunt.

18. *Da mercedem sustinentibus te.* Merces sustinentium, hoc est, patienter et longanimiter expectantium, id est, quod ipsi expectant et postulant, liberatio nimirum Israelis. — *Fideles.* Veraces.

19. *De populo tuo.* Qua scilicet Aaron populo tuo benedixit. Numer., cap. 6, n. 24. — *Conspector sæculorum.* Cui omnia sæcula nota sunt et perspecta.

20. *Omnem escam manducabit venter.* Venter quemvis cibum capit, cujuslibet cibi capax est; non tamen omnes cibi æque suaves sunt aut salutares.

21. Le palais discerne au goût la venaison, et le cœur éclairé les paroles du mensonge.
22. Le cœur corrompu causera de la tristesse; et l'homme habile lui résistera.
23. La femme peut épouser toute sorte d'hommes, mais entre les filles, l'une est meilleure que l'autre;
24. L'agrément de la femme met la joie sur le visage de son mari, et la rend plus aimable que tout ce que l'homme peut désirer.
25. Que *si* sa langue (peut guérir les maux : et *si elle*) est pleine de douceur et de bonté ; son mari aura un avantage qui n'est pas commun parmi les hommes.
26. Celui qui a une femme vertueuse, commence à établir sa maison : il a un secours qui lui est semblable, et un ferme appui où il se repose.
27. Où il n'y a point de haie, le bien est au pillage; de même où il n'y a point de femme, l'homme soupire dans l'indigence.
28. Qui se fiera à celui qui n'a point de retraite[1], qui va chercher le couvert partout où la nuit le prend, et qui erre de ville en ville, comme un voleur, toujours prêt à fuir?

21. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.
22. Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistet illi.
23. Omnem masculum excipiet mulier; et est filia melior filia.
24. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.
25. Si est lingua curationis, est et mitigationis et misericordiæ ; non est vir illius secundum filios hominum.
26. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem; adjutorium secundum illum est, et columna ut requies.
27. Ubi non est sepes, diripietur possessio, et ubi non est mulier, ingemiscit egens.
28. Quis credit ei, qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exiliens de civitate in civitatem!

CHAPITRE XXXVII.

Du vrai et du faux ami. Choisir son conseil avec soin. Consulter le Seigneur. Des différentes sortes de science. Des suites funestes de l'intempérance.

1. Tout ami dira : J'ai fait aussi amitié avec cet homme. Mais il y a un ami qui n'est ami que de nom. N'est-ce pas une douleur qui dure jusqu'à la mort,

1. Omnis amicus dicet : Et ego amicitiam copulavi; sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usque ad mortem?

[1] 28. *Qui non habet nidum.* L'homme qui n'était pas marié, et par conséquent, qui n'avait pas de famille, n'était pas estimé. On le considérait comme un vagabond, comme un individu qui n'a ni feu, ni lieu, et on n'avait en lui aucune confiance.

---

21. *Fauces contingunt cibum feræ.* Ut gustus discernit saporem ferinæ carnis a carnibus altilium et domesticorum animalium : ita sensati homines mendacia a veris distinguunt.

22. *Cor pravum.* Versutum, fallax, fraudulentum. — *Dabit tristitiam.* Iis molestiam creando quibuscum agit. — *Peritus.* Prudens, sapiens, illius scilicet versutias et fallacias dissolvendo, vel in caput et perniciem ejus convertendo.

23. *Omnem masculum excipiet mulier.* Filiæ nubiles parentum voluntatem fere sequuntur, et eum in maritum accipiunt, quem illis pater dederit, sive pulcher aut sapiens sit, sive deformis et insipiens. — *Est filia melior filia.* Pulchrior scilicet et magis cordata ; quare viro videndum diligenter est quam ducat.

24. *Species mulieris.* Pulchritudo uxoris. — *Et super omnem concupiscentiam.* Præ omni objecto concupiscibili incitat viri desiderium et concupiscentiam.

25. *Si est lingua curationis.* Si in uxore præter pulchritudinem sit etiam lingua blanda et prudens, quæ norit curare mariti et domesticorum molestias. — *Est et mitigationis.* Si est in ea sermo et lingua, quæ dolorem lenire valeat et mœrorem animi abstergere. — *Misericordiæ.* In consolandis miseris, afflictis, ægrotantibus. — *Non est vir illius secundum filios hominum.* Illius maritus humanam felicitatem transcendit.

26. *Inchoat possessionem.* Domus, id est, familiæ fundamenta jacit. — *Adjutorium secundum illum est.* Juxta illud Genes., 2, 18 : *Faciamus ei adjutorium simile sibi.* — *Et columna et requies.* Græca habent, στῦλος ἀναπαύσεως, vel, ut alii legunt ἀναπαύσεων, columna domum fulciens, cui maritus quieto animo possit inniti, illi fidens, et multa domestica negotia conficienda relinquens.

27. *Ubi non est sepes.* Sicut vineæ aut agri sæpe carentis fructus diripiuntur; ita res familiaris dilabitur, ubi mulier non est quæ illam curet. — *Egens.* Vir solatio et auxilio indigens.

28. *Quis credit ei, qui non habet nidum.* Quasi dicat : Nemo fidit in contractibus aut pactis illi qui ab uxore solutus est, nec domum habet. — *Deflectens ubicumque obscuraverit.* Qui enim uxore caret, facile huc illuc vagatur, et ubi illum nox deprehenderit, ibi moratur, cum proprios lares non habeat, ad quos festinet et ad quos se recipiat. — *Succinctus.* Græce, εὔζωνος, expeditus, vel ad pugnam et insultum, vel ad fugam.

Cap. XXXVII. — 1. *Omnis amicus dicet.* Sententia est multos esse qui se amicos asserant, et dicant : Tali ego amicus sum, cum tamen hæc amicitia nomine tenus sit amicitia. — *Nonne tristitia inest usque ad mortem!* Nonne amicus solo nomine, cum talis esse cognoscitur, creat alteri dolorem tantum ut mortem ei afferat, vel durat usque ad mortem! sodalis vero hic, qui amicitiam violavit, deprehensus quod amicus non sit, palam convertitur ad inimicitiam. In græco est : *Nonne dolor, est ad mortem usque, cum socius et amicus usque ad inimicitiam convertitur!*

2. Sodalis autem et amicus ad inimicitiam convertentur.
3. O præsumptio nequissima, unde creata es cooperire aridam malitia, et dolositate illius?
4. Sodalis amico conjucundatur in oblectationibus, et in tempore tribulationis adversarius erit.
5. Sodalis amico condolet causa ventris, et contra hostem accipiet scutum.
6. Non obliviscaris amici tui in animo tuo, et non immemor sis illius in opibus tuis.
7. Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, et a zelantibus te absconde concilium.
8. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso.
9. A consiliario serva animam tuam; prius scito quæ sit illius necessitas; et ipse enim animo suo cogitabit;
10. Ne forte mittat sudem in terram, et dicat tibi :
11. Bona est via tua ; et stet e contrario videre quid tibi eveniat.
12. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, et cum injusto de justitia, et cum muliere de ea quæ æmulatur; cum timido de bello, cum negotiatore de trajectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de gratiis agendis,
13. Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere,

2. Que de voir un ami qui se change en ennemi?
3. O pensée détestable! d'où as-tu pris ton origine, pour venir couvrir la terre de ta malice et de ta perfidie?
4. L'ami se divertit avec son ami pendant sa prospérité, et il deviendra ennemi au temps de l'affliction.
5. L'ami s'affligera avec son ami, afin qu'il lui donne de quoi manger; et à la vue de l'ennemi, il prendra le bouclier.
6. Conservez dans votre cœur le souvenir de votre ami, et ne l'oubliez pas lorsque vous serez devenu riche.
7. Ne prenez point conseil de celui qui vous tend un piége, et cachez vos desseins à ceux qui vous portent envie.
8. Tout homme que l'on consulte, donne son conseil; mais il y en a qui ne regardent qu'eux-mêmes dans ce qu'ils conseillent.
9. En demandant conseil à un homme, veillez à la garde de votre âme. Sachez auparavant quels sont ses intérêts; car il vous donnera conseil selon qu'il lui sera plus utile.
10. Craignez qu'il ne plante un pieu dans votre chemin, *et qu'il* ne vous dise :
11. Votre voie est bonne, pendant qu'il se tiendra à l'écart pour voir ce qui vous arrivera.
12. Allez, consultez un homme sans religion sur les choses saintes, un injuste sur la justice, une femme sur celle dont elle est jalouse, un homme timide sur ce qui regarde la guerre, un marchand sur le trafic des marchandises, un acheteur sur ce qui est à vendre, un envieux sur la reconnaissance des grâces reçues,
13. Un impie sur la piété, un homme sans honneur sur l'honnêteté, celui qui travaille aux champs sur ce qui regarde son travail,

Cap. XXXVII. — 5. *Et contra hostem accipiet scutum.* Quelques interprètes croient qu'il faudrait ici une négation et qu'on devrait lire : Il ne prendra point le bouclier, *c'est-à-dire*, il ne le défendra point.

12. *Cum viro irreligioso tracta.* On doit voir ici une ironie ou supposer qu'il manque une négation. Cette négation est d'ailleurs dans le Grec, où on lit : N'allez pas consulter un homme sans religion, sur les choses saintes, etc.

---

3. *O præsumptio nequissima!* Græce est, ἐνθύμημα πονηρόν, *scelerata cogitatio.* — *Unde creata es!* Totius hujus versiculi sententia esse videtur. O scelerata cogitatio, undenam prorepsisti, ut dolo terram operires!

5. *Contra hostem accipiet scutum.* Ut amicum tueatur, non amicitiæ causa, sed ne a mensa amici excludatur.

6. *In opibus tuis.* Cum dives et opulentus factus fueris.

7. *Zelantibus te.* Tibi invidentibus.

8. *Omnis consiliarius.* Omnis talis consiliarius. — *Est consiliarius in semetipso.* In propriam utilitatem.

9. *Serva animam tuam.* Cave tibi a consiliario. — *Scito quæ sit illius necessitas.* Eo enim fere diriget consilium quod tibi dat, ut suis necessitatibus consulat. — *Cogitabit.* Quæ scilicet sit necessitas qua laborat et cui prospicere velit.

10. *Mittat sudem in terram.* Paret tibi offendiculum in quod impingas.

11. *Stet e contrario.* Cupide observet an incidas in aliquod incommodum ex quo ipse emolumentum capiat.

12. *Cum viro irreligioso.* Est perpetua ironia usque ad versiculum 14, quasi dicat : Si cum irreligioso de religione tractes et consultes, cum injusto de justitia, etc., male et insipienter facis. — *De ea quæ æmulatur.* De æmulatrice illius. Græce, περὶ ἀντιζήλου αὐτῆς. — *De trajectione.* De permutatione. Dicet enim negotiator et suadebit quod in rem suam illi esse videbitur, non autem quod convenit. Vel trajectio sumitur pro mercium aut pecuniarum transportatione de civitate in civitatem. — *Cum emptore de venditione.* Suadebit enim ut vili vendas quod ipse sibi comparare studet. — *Livido.* Invido. — *De gratiis agendis.* Quia invidus gratiarum actionem invidet, tum ei qui beneficium accepit, ne scilicet per gratiarum actionem gratiam dantis sibi conciliet, pluraque impetret, sibique præripiat, tum ei qui beneficium dedit, quia invidet ejus honori et laudi.

14. Un ouvrier à l'année sur ce qu'il doit faire pendant un an, et un serviteur paresseux sur l'assiduité au travail. Vous ne devez point attendre de bon conseil de ces personnes sur toutes ces choses.

15. Mais tenez-vous sans cesse auprès d'un homme saint lorsque vous en aurez connu quelqu'un qui craint véritablement Dieu;

16. Dont l'âme a du rapport avec la vôtre, et qui prendra part à votre douleur lorsque vous aurez fait un faux pas dans les ténèbres.

17. Affermissez votre cœur dans la droiture d'une bonne conscience; car vous n'aurez point de plus fidèle conseiller.

18. L'âme d'un homme saint lui découvre quelquefois mieux la vérité que sept sentinelles qui sont assises dans un lieu élevé pour contempler tout ce qui se passe.

19. Mais sur toutes choses priez le Très-Haut, afin qu'il vous conduise dans le droit chemin de la vérité.

20. Que la parole de vérité précède toutes vos œuvres, et qu'un conseil stable règle auparavant tout ce que vous faites.

21. Une parole mauvaise gâtera le cœur; c'est du cœur que naissent ces quatre choses, le bien et le mal, la vie et la mort; et tout cela dépend ordinairement de la langue. Tel est habile, et enseigne plusieurs, qui est inutile à lui-même.

22. Tel est éclairé, et en instruit plusieurs, qui y trouve la paix et la douceur de son âme.

14. Cum operario annuali de consummatione anni, cum servo pigro de multa operatione; non attendas his in omni consilio.

15. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei;

16. Cujus anima est secundum animam tuam; et qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.

17. Cor boni consilii statue tecum; non est enim tibi aliud pluris illo.

18. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

19. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam.

20. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile.

21. Verbum nequam immutabit cor; ex quo partes quatuor oriuntur, bonum et malum, vita et mors : et dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, et animæ suæ inutilis est.

22. Vir peritus multos erudivit, et animæ suæ suavis est.

19. *Et in his omnibus deprecare Altissimum.* D'après le Sage, les deux premiers conseillers pour l'homme de bien, c'est d'abord sa conscience qui lui indique toujours son devoir, et c'est ensuite la lumière qu'il obtient de Dieu par la prière.

22. *Vir peritus.* L'homme habile, dit le Sage, c'est-à-dire qui a la lumière de la science, mais qui n'a pas le sentiment de la piété, *en instruit plusieurs*, en leur apprenant des vérités très-saintes qui leur sont connues; mais il est inutile à lui-même, parce qu'il ne veut point faire ce qu'il dit. Il y a, au contraire, un homme habile qui instruit tellement les autres, qu'il goûte la douceur de la sagesse, et qu'il y trouve *la paix et la guérison de son âme*. Car les savants superbes, dit saint Grégoire, ne connaissent que l'écorce de la vérité; mais ceux qui sont humbles dans leur science, en ressentent l'onction et en pénètrent l'esprit. Ils s'appliquent à eux-mêmes les remèdes qu'ils prescrivent aux autres, et ils se nourrissent du même pain dont ils les nourrissent (Sacy).

---

14. *Cum operario annuali.* Cum operario ad annum unum conducto. — *De consummatione anni.* Græce, tantum est, περὶ συντελείας *de consummatione*, tam operis quam anni. Dicet enim operarius esse opera hæc in alium annum rejicienda, et jam facta esse ea omnia quæ hoc anno facienda sunt, ut labori se subtrahat, et mercedem prius accipiat quam illam meritus fuerit. — *Non attendas his in omni consilio.* Quasi dicat : Ironice loquebar, non enim tales consulendi sunt.

16. *Cujus anima est secundum animam tuam.* Quem amas et a quo amaris; qui ejusdem spiritus est ac tu; qui ejusdem tecum est ingenii et genii, ubique conformis. — *Cum titubaveris in tenebris.* Non satis sapiens aut expediens quodnam sequaris consilium in rebus adversis.

17. *Cor boni consilii statue tecum.* Non cum aliis tantum consulta quæ facienda sunt, sed tecum ipse rationibus in utramque partem diligenter examinatis. Est enim hypallage; *cor boni consilii*, id est, *bonum consilium cordis.* — *Non est enim tibi aliud pluris illo.* Cor enim fidelius tibi consilium dabit quam quivis alius; et frequenter etiam verius et certius, quilibet enim res suas melius novit et considerat attentius quam alienas.

18. *Anima viri sancti.* In græco est : *Animus enim hominis plura quandoque renuntiare solet, quam septem speculatores sedentes in excelso speculæ.* Reddit ergo rationem ejus quod dixit numero præcedenti.

19. *Ut dirigat.* Quamvis enim sapientes simus, et multum cogitaverimus, divino tamen indigemus lumine, ut melius consilium eligere sciamus.

20. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te.* In græco est, ἀρχὴ παντὸς ἔργου λόγος. Sensus esse videtur : initium operis sit ratio. — *Ante omnem actum.* Ante omne opus. — *Consilium stabile.* Prudens, solidum et bene fundatum.

21. *Verbum nequam.* Malum consilium. — *Immutabit cor.* A bono in malum. — *Partes quatuor oriuntur.* Quatuor scilicet differentiæ oppositæ quæ recensentur. — *Dominatrix illorum.* Lingua enim persuadendi vim habens, bonum et vitam affert, si sana suggerat consilia; malum autem et mortem, si pravorum consiliorum auctor sit. — *Vir astutus.* Prudens et bonorum consiliorum auctor.

22. *Animæ suæ suavis est.* Nimium indulgens, nec facit quæ alios docet facienda.

23. Qui sophistice loquitur, odibilis est; in omni re defraudabitur;

24. Non est illi data a Domino gratia; omni enim sapientia defraudatus est.

25. Est sapiens, animæ suæ sapiens; et fructus sensus illius laudabilis.

26. Vir sapiens plebem suam erudit; et fructus sensus illius fideles sunt.

27. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt.

28. Vita viri in numero dierum; dies autem Israël innumerabiles sunt.

29. Sapiens in populo hæreditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum.

30. Fili, in vita tua tenta animam tuam; et si fuerit nequam, non des illi potestatem;

31. Non enim omnia omnibus expediunt, et non omni animæ omne genus placet.

32. Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam;

33. In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram.

34. Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est, adjiciet vitam.

23. Celui qui use d'un langage sophistique, est digne de haine : il sera pauvre et vide de tout.

24. Il n'a point reçu la grâce du Seigneur, car il est dépourvu de toute sagesse.

25. Il y a un sage qui est sage pour lui-même; et les fruits de sa sagesse sont vraiment louables.

26. L'homme sage instruit son peuple; et le fruit de sa sagesse est stable et fidèle.

27. L'homme sage sera rempli de bénédictions; et ceux qui le verront le combleront de louanges.

28. Les jours de la vie d'un homme *sage* n'ont qu'un certain nombre : mais les jours d'Israël sont innombrables;

29. Le sage s'acquerra de l'honneur parmi son peuple, et son nom vivra éternellement.

30. Mon fils, éprouvez votre âme pendant votre vie; et si vous trouvez que quelque chose lui soit mauvaise, ne la lui accordez pas.

31. Car tout n'est pas avantageux à tous, et tous ne se plaisent pas aux mêmes choses.

32. Ne soyez jamais avide dans un festin, et ne vous jetez point sur toutes les viandes;

33. Car l'excès de viandes cause des maladies, et le trop manger donne la colique.

34. L'intempérance en a tué plusieurs : mais l'homme sobre prolonge ses jours.

CHAPITRE XXXVIII.

Des médecins et de leurs remèdes. Comment il faut pleurer les morts. Du repos nécessaire pour acquérir la sagesse. La prière sanctifie le travail.

1. Honora medicum propter necessitatem; et enim illum creavit Altissimus.

1. Honorez le médecin à cause de la nécessité, parce que c'est le Très-Haut qui l'a créé.

Cap. XXXVIII. — 1. *Honora medicum.* La profession de médecin fut d'abord exclusive-

---

23. *Qui sophistice loquitur.* Græce est, ὁ σοφιζόμενος ἐν λόγοις, id est, *qui in verbis sapientiam ostentat.* — *Odibilis est.* Omnibus enim gravis est hujusmodi jactantia. — *In omni re defraudabitur.* Successibus carebit. Vel sensus est : fraudes patietur; nemo enim fere est qui non gaudeat, cum eos qui sapientiam suam venditant decipi videt; aliqui etiam sunt qui hoc genus hominum decipere studeant, ut seipsos aliquando agnoscere discant. Vel sensus genuinus est, cum in omni re, hoc est, in omni negotio aut quæstione proposita fraudari sapientia quam scilicet non habet.

24. *Gratia.* Non est illi a Deo datum ut gratiam inveniat in oculis hominum, illisque placeat.

25. *Animæ suæ sapiens.* Non ut ille de quo n. 21, animæ suæ inutilis. — *Sensus illius.* Sapientiæ et prudentiæ.

26. *Fructus sensus illius fideles sunt.* Veros enim et solidos fructus parit illius sapientia, non fucatos et inanes, quales sophistarum sunt, qui populum non erudiunt, sed decipiunt.

28. *Vita viri.* Vita cujuslibet hominis certo quodam et definito dierum numero circumscribitur, at populi Dei fidelis dies sunt innumeri, et idcirco sapientis memoria, quæ in Israel perpetua est, nunquam excidet. Hunc autem esse loci hujus sententiam patet ex versiculo sequenti, in qua idem clare repetitur.

30. *Tenta.* Explora, examina quinam sint ejus affectus et propensiones. — *Si fuerit nequam.* Si ad malum te rapiat, noxia desiderans. — *Non des illi potestatem.* Coerce, et a malo prohibe.

31. *Non omni animæ omne genus placet.* Id est, placere debet. Vel sensus est, explorandam propensionem animi nostri, ut statum vitæ prudenter eligamus, quia in re alia studia et occupationes aliis placent; quidam enim ad otium litterarum apti sunt, alii ad res bellicas, etc.

32. *Omni epulatione.* Ulla epulatione, ut etiam τὸ *omnem escam* dicitur phrasi hebraica pro *ullam escam.*

33. *Usque ad choleram.* Nimius enim cibus cruditatem et bilem, et alios vitiosos humores creat.

34. *Adjiciet vitam.* Vivet diutius.

Cap. XXXVIII. — 1 *Honora medicum propter necessitatem.* In græco est, πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ, quia illius opera et ministerio aliquando indiges, convenienti honorario sedulitatem et labores illius munera. — *Etenim illum creavit Altissimus.* Dominus artis medicæ auctor est.

14. Un ouvrier à l'année sur ce qu'il doit faire pendant un an, et un serviteur paresseux sur l'assiduité au travail. Vous ne devez point attendre de bon conseil de ces personnes sur toutes ces choses.

15. Mais tenez-vous sans cesse auprès d'un homme saint lorsque vous en aurez connu quelqu'un qui craint véritablement Dieu;

16. Dont l'âme a du rapport avec la vôtre, et qui prendra part à votre douleur lorsque vous aurez fait un faux pas dans les ténèbres.

17. Affermissez votre cœur dans la droiture d'une bonne conscience; car vous n'aurez point de plus fidèle conseiller.

18. L'âme d'un homme saint lui découvre quelquefois mieux la vérité que sept sentinelles qui sont assises dans un lieu élevé pour contempler tout ce qui se passe.

19. Mais sur toutes choses priez le Très-Haut, afin qu'il vous conduise dans le droit chemin de la vérité.

20. Que la parole de vérité précède toutes vos œuvres, et qu'un conseil stable règle auparavant tout ce que vous faites.

21. Une parole mauvaise gâtera le cœur; c'est du cœur que naissent ces quatre choses, le bien et le mal, la vie et la mort; et tout cela dépend ordinairement de la langue. Tel est habile, et enseigne plusieurs, qui est inutile à lui-même.

22. Tel est éclairé, et en instruit plusieurs, qui y trouve la paix et la douceur de son âme.

14. Cum operario annuali de consummatione anni, cum servo pigro de multa operatione; non attendas his in omni consilio.

15. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei;

16. Cujus anima est secundum animam tuam; et qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.

17. Cor boni consilii statue tecum; non est enim tibi aliud pluris illo.

18. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

19. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam.

20. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile.

21. Verbum nequam immutabit cor; ex quo partes quatuor oriuntur, bonum et malum, vita et mors : et dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, et animæ suæ inutilis est.

22. Vir peritus multos erudivit, et animæ suæ suavis est.

19. *Et in his omnibus deprecare Altissimum.* D'après le Sage, les deux premiers conseillers pour l'homme de bien, c'est d'abord sa conscience qui lui indique toujours son devoir, et c'est ensuite la lumière qu'il obtient de Dieu par la prière.

22. *Vir peritus.* L'homme habile, dit le Sage, c'est-à-dire qui a la lumière de la science, mais qui n'a pas le sentiment de la piété, *en instruit plusieurs*, en leur apprenant des vérités très-saintes qui leur sont connues; mais il est inutile à lui-même, parce qu'il ne veut point faire ce qu'il dit. Il y a, au contraire, un homme habile qui instruit tellement les autres, qu'il goûte la douceur de la sagesse, et qu'il y trouve *la paix et la guérison de son âme*. Car les savants superbes, dit saint Grégoire, ne connaissent que l'écorce de la vérité; mais ceux qui sont humbles dans leur science, en ressentent l'onction et en pénètrent l'esprit. Ils s'appliquent à eux-mêmes les remèdes qu'ils prescrivent aux autres, et ils se nourrissent du même pain dont ils les nourrissent (Sacy).

---

14. *Cum operario annuali.* Cum operario ad annum unum conducto. — *De consummatione anni.* Græce, tantum est, περὶ συντελείας *de consummatione*, tam operis quam anni. Dicet enim operarius esse opera hæc in alium annum rejicienda, et jam facta esse ea omnia quæ hoc anno facienda sunt, ut labori se subtrahat, et mercedem prius accipiat quam illam meritus fuerit. — *Non attendas his in omni consilio.* Quasi dicat : Ironice loquebar, non enim tales consulendi sunt.

16. *Cujus anima est secundum animam tuam.* Quem amas et a quo amaris; qui ejusdem spiritus est ac tu; qui ejusdem tecum est ingenii et genii, ubique conformis. — *Cum titubaveris in tenebris.* Non satis sapiens aut expediens quodnam sequaris consilium in rebus adversis.

17. *Cor boni consilii statue tecum.* Non cum aliis tantum consulta quæ facienda sunt, sed tecum ipse rationibus in utramque partem diligenter examinatis. Est enim hypallage; *cor boni consilii*, id est, *bonum consilium cordis.* — *Non est enim tibi aliud pluris illo.* Cor enim fidelius tibi consilium dabit quam quivis alius; et frequenter etiam verius et certius, quilibet enim res suas melius novit et considerat attentius quam alienas.

18. *Anima viri sancti.* In græco est : *Anima enim hominis plura quandoque renuntiare solet, quam septem speculatores sedentes in excelso speculæ.* Reddit ergo rationem ejus quod dixit numero præcedenti.

19. *Ut dirigat.* Quamvis enim sapientes simus, et multum cogitaverimus, divino tamen indigemus lumine, ut melius consilium eligere sciamus.

20. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te.* In græco est, ἀρχὴ παντὸς ἔργου λόγος. Sensus esse videtur : initium operis sit ratio. — *Ante omnem actum.* Ante omne opus. — *Consilium stabile.* Prudens, solidum et bene fundatum.

21. *Verbum nequam.* Malum consilium. — *Immutabit cor.* A bono in malum. — *Partes quatuor oriuntur.* Quatuor scilicet differentiæ oppositæ quæ recensentur. — *Dominatrix illorum.* Lingua enim persuadendi vim habens, bonum et vitam affert, si sana suggerat consilia; malum autem et mortem, si pravorum consiliorum auctor sit. — *Vir astutus.* Prudens et bonorum consiliorum auctor.

22. *Animæ suæ suavis est.* Nimium indulgens, nec facit quæ alios docet facienda.

23. Qui sophistice loquitur, odibilis est; in omni re defraudabitur;

24. Non est illi data a Domino gratia; omni enim sapientia defraudatus est.

25. Est sapiens, animæ suæ sapiens; et fructus sensus illius laudabilis.

26. Vir sapiens plebem suam erudit; et fructus sensus illius fideles sunt.

27. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt.

28. Vita viri in numero dierum; dies autem Israël innumerabiles sunt.

29. Sapiens in populo hæreditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum.

30. Fili, in vita tua tenta animam tuam; et si fuerit nequam, non des illi potestatem;

31. Non enim omnia omnibus expediunt, et non omni animæ omne genus placet.

32. Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam;

33. In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram.

34. Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est, adjiciet vitam.

23. Celui qui use d'un langage sophistique, est digne de haine : il sera pauvre et vide de tout.

24. Il n'a point reçu la grâce du Seigneur, car il est dépourvu de toute sagesse.

25. Il y a un sage qui est sage pour lui-même; et les fruits de sa sagesse sont vraiment louables.

26. L'homme sage instruit son peuple; et le fruit de sa sagesse est stable et fidèle.

27. L'homme sage sera rempli de bénédictions; et ceux qui le verront le combleront de louanges.

28. Les jours de la vie d'un homme *sage* n'ont qu'un certain nombre : mais les jours d'Israël sont innombrables;

29. Le sage s'acquerra de l'honneur parmi son peuple, et son nom vivra éternellement.

30. Mon fils, éprouvez votre âme pendant votre vie; et si vous trouvez que quelque chose lui soit mauvaise, ne la lui accordez pas.

31. Car tout n'est pas avantageux à tous, et tous ne se plaisent pas aux mêmes choses.

32. Ne soyez jamais avide dans un festin, et ne vous jetez point sur toutes les viandes;

33. Car l'excès de viandes cause des maladies, et le trop manger donne la colique.

34. L'intempérance en a tué plusieurs : mais l'homme sobre prolonge ses jours.

CHAPITRE XXXVIII.

Des médecins et de leurs remèdes. Comment il faut pleurer les morts. Du repos nécessaire pour acquérir la sagesse. La prière sanctifie le travail.

1. Honora medicum propter necessitatem; et enim illum creavit Altissimus.

1. Honorez le médecin à cause de la nécessité, parce que c'est le Très-Haut qui l'a créé.

Cap. XXXVIII. — 1. *Honora medicum.* La profession de médecin fut d'abord exclusive-

---

23. *Qui sophistice loquitur.* Græce est, ὁ σοφιζόμενος ἐν λόγοις, id est, *qui in verbis sapientiam ostentat.* — *Odibilis est.* Omnibus enim gravis est hujusmodi jactantia. — *In omni re defraudabitur.* Successibus carebit. Vel sensus est : fraudes patietur; nemo enim fere est qui non gaudeat, cum eos qui sapientiam suam venditant decipi videt; aliqui etiam sunt qui hoc genus hominum decipere studeant, ut seipsos aliquando agnoscere discant. Vel sensus genuinus est, cum in omni re, hoc est, in omni negotio aut quæstione proposita fraudari sapientia quam scilicet non habet.

24. *Gratia.* Non est illi a Deo datum ut gratiam inveniat in oculis hominum, illisque placeat.

25. *Animæ suæ sapiens.* Non ut ille de quo n. 21, animæ suæ inutilis. — *Sensus illius.* Sapientiæ et prudentiæ.

26. *Fructus sensus illius fideles sunt.* Veros enim et solidos fructus parit illius sapientia, non fucatos et inanes, quales sophistarum sunt, qui populum non erudiunt, sed decipiunt.

28. *Vita viri.* Vita cujuslibet hominis certo quodam et definito dierum numero circumscribitur, at populi Dei fidelis dies sunt innumeri, et idcirco sapientis memoria, quæ in Israel perpetua est, nunquam excidet. Hunc autem esse loci hujus sententiam patet ex versiculo sequenti, in qua idem clare repetitur.

30. *Tenta.* Explora, examina quinam sint ejus affectus et propensiones. — *Si fuerit nequam.* Si ad malum te rapiat, noxia desiderans. — *Non des illi potestatem.* Coerce, et a malo prohibe.

31. *Non omni animæ omne genus placet.* Id est, placere debet. Vel sensus est, explorandam propensionem animi nostri, ut statum vitæ prudenter eligamus, quia in re alia studia et occupationes aliis placent; quidam enim ad otium litterarum apti sunt, alii ad res bellicas, etc.

32. *Omni epulatione.* Ulla epulatione, ut etiam τὸ *omnem escam* dicitur phrasi hebraica pro *ullam escam.*

33. *Usque ad choleram.* Nimius enim cibus cruditatem et bilem, et alios vitiosos humores creat.

34. *Adjiciet vitam.* Vivet diutius.

Cap. XXXVIII. — 1 *Honora medicum propter necessitatem.* In græco est, πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ, quia illius opera et ministerio aliquando indiges, convenienti honorario sedulitatem et labores illius munera. — *Etenim illum creavit Altissimus.* Dominus artis medicæ auctor est.

2. Car toute médecine vient de Dieu; et elle recevra des présents du roi.

3. La science du médecin l'élèvera en honneur, et il sera loué devant les grands.

4. C'est le Très-Haut qui a produit de la terre tout ce qui guérit; et l'homme sage n'en aura point d'éloignement.

5. Un peu de bois n'a-t-il pas adouci l'eau qui était amère?

6. Dieu a fait connaître aux hommes la vertu des plantes; le Très-Haut leur en a donné la science afin qu'ils l'honorassent dans ses merveilles.

7. Il s'en sert pour apaiser leurs douleurs, et pour les guérir. Ceux qui en ont l'art en font des compositions (agréables, et des onctions qui rendent la santé;) et ils diversifient leurs confections en mille manières.

8. Car la paix et la bénédiction de Dieu s'étend sur toute la terre.

9. Mon fils, ne vous méprisez pas vous-même dans votre infirmité; mais priez le Seigneur, et lui-même vous guérira.

10. Détournez-vous du péché; redressez vos mains et purifiez votre cœur de toutes ses fautes:

2. A Deo est enim omnis medela, et a rege accipiet donationem.

3. Disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur.

4. Altissimus creavit de terra medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa.

5. *a* Nonne a ligno indulcata est aqua amara? [*a* *Exod.* 15. 25.]

6. Ad agnitionem hominum virtus illorum, et dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.

7. In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur opera ejus.

8. Pax enim Dei super faciem terræ.

9. *a* Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te. [*a* *Isa.* 38. 3.]

10. Averte a delicto, et dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum.

ment exercés par les prêtres, chez les Hébreux comme chez les Égyptiens. Il paraît, d'après certains passages de l'Écriture, qu'elle appartint ensuite aux princes. C'est ce qu'indiquent des passages d'Isaïe (III, 6), d'Osée (v. 13), de Zacharie (XI, 16), et de Jérémie (VI, 13, 14). Dans ces derniers temps, les médecins Juifs s'éclairèrent des ouvrages d'Hippocrate et des médecins grecs, et formèrent parmi les savants une classe à part que le Sage veut que l'on honore, à cause des services qu'elle rend.

5. *Nonne a ligno indulcata est aqua amara.* Primitivement, la médecine n'était guère que de la chirurgie. Elle se bornait à traiter les fractures, les meurtrissures et les plaies extérieures. Elle fit ensuite usage des plantes pour adoucir ou guérir les souffrances intérieures. Mais il se mêla à l'emploi de ces remèdes beaucoup de superstitions. On prétendait que la vertu curative des plantes dépendait de la manière de les cueillir et de certaines formules que l'on devait employer en les cueillant ou en s'en servant. Les magiciens s'emparaient de ces ressources pour exploiter la crédulité du vulgaire. Le Sage condamne ces erreurs, en disant que les plantes doivent à leur nature leurs propriétés médicinales, et qu'elles les ont reçues de Dieu.

10. *Averte a delicto.* Les Hébreux considéraient le péché comme la cause de tous les maux physiques. Cette pensée prise dans sa généralité est exacte, puisque c'est du péché originel que proviennent toutes nos misères. Mais elle est encore vraie dans un sens restreint. Car nous sommes souvent les auteurs de nos maux. Si on retranchait de l'humanité tous les vices qui la déshonorent: l'avarice, la sensualité, la gourmandise, l'ivrognerie, la paresse, la colère, l'impureté et une foule d'autres passions, on diminuerait de plus des trois quarts les douleurs corporelles dont elle est affligée.

---

2. *A Deo est enim omnis medela.* Tum quia a Deo creatæ sunt vires herbarum et aliorum medicaminum; tum quia earum cognitio et scientia a Deo indita fuit Adæ et posteris, a quibus eam hauserunt medici. — *A rege accipiet donationem.* Largam remunerationem. In aliquibus græcis est, δόξαν, *gloriam.*

3. *Exaltabit caput illius.* Ad magnas opes et honores evehet. — *Magnatorum.* Procerum.

5. *Indulcata est aqua amara.* Exod. 15, 25.

6. *Ad agnitionem hominum virtus illorum.* Deus creavit medicamenta ut homines virtutes illorum agnoscerent; imo hanc ipsam cognitionem et scientiam vel indidit vel suggessit illis Altissimus, et per hoc honoraretur in mirabilibus quæ per naturales medicamentorum facultates operatur.

7. *In his.* Per hæc medicamenta, vel per hos medicos. — *Unguentarius.* Græce est, μυρεψός, aromatarius, pharmacopœus. — *Pigmenta.* Græce, μίγμα, mixtionem. — *Suavitatis.* Quæ suavem odorem exhalent, et nares ac cerebrum ægrotantis recreent et reficiant. — *Sanitatis.* Sanitatem afferentis. — *Non consummabuntur opera ejus.* Quia novi morbi existunt, et medici novas medicamentorum mixtiones et compositiones excogitant. * Ex græco hæc sic verte: *Pigmentarius ex illis* (herbis, radicibus, aromatibus) *migma faciet*, *neque absolverit*, *opus suum*, *quia inde late se diffundat dulcis aura.* Nam quod est in græco εἰρήνη, *pax* putant aliqui legendum εὐαερία, *dulcis aura*, suavis et gratus odor.

8. *Pax enim Dei super faciem terræ.* Benignitas divina, quæ in superficie terræ creavit herbas ac stirpes, et alia hujusmodi in usum medicinæ.

9. *Ne despicias teipsum.* Ne tibi desis medicamenta negligendo, et morbis medicinam non faciendo.

10. *Averte a delicto.* Mentem et voluntatem tuam. — *Dirige manus.* Ad rectam operationem.

11. Da suavitatem et memoriam similaginis, et impingua oblationem, et da locum medico;

12. Etenim illum Dominus creavit; et non discedat a te, quia opera ejus sunt necessaria.

13. Est enim tempus quando in manus illorum incurras;

14. Ipsi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, et sanitatem, propter conversationem illorum.

15. Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.

16. Fili in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius.

17. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius uno die, et consolare propter tristitiam;

18. Et fac luctum secundum meritum ejus uno die, vel duobus propter detractionem.

19. *a* A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit cervicem [*a* *Prov.* 15. 13. et 17. 22.]

20. In abductione permanet tristitia; et substantia inopis secundum cor ejus.

11. Offrez à Dieu un encens de bonne odeur et de la fleur de farine en mémoire de votre sacrifice; et que votre offrande soit grasse *et* parfaite: et donnez lieu au médecin, *appelez-le pour vous traiter*;

12. Car c'est le Seigneur qui l'a créé. Qu'il ne vous quitte donc point, parce que son art vous est nécessaire.

13. Puisque le temps est *venu* où vous devez tomber entre les mains des médecins;

14. Et ils prieront eux-mêmes le Seigneur, afin qu'à cause de leur bonne vie il les conduise au soulagement et à la santé qu'ils vous veulent procurer.

15. L'homme qui pèche aux yeux de celui qui l'a créé, tombera entre les mains du médecin.

16. Mon fils, répandez vos larmes sur un mort, et pleurez comme un homme qui a reçu une grande plaie; ensevelissez son corps selon la coutume, et ne négligez pas sa sépulture.

17. Faites un grand deuil (pendant un jour dans l'amertume de votre âme, pour ne pas donner sujet de mal parler de vous; mais ne soyez pas inconsolable dans votre tristesse.

18. Faites ce deuil selon le mérite de la personne, un jour ou deux, pour ne point donner lieu à la médisance;

19. Car la tristesse conduit à la mort; elle accable toute la vigueur *de l'homme*; et l'abattement du cœur fait baisser la tête.

20. La tristesse s'entretient dans la solitude; et la vie du pauvre est telle que son cœur.

14. *Ipsi vero Dominum deprecabuntur.* Dans l'antiquité, le médecin n'était pas hostile à la religion. Souvent, comme nous l'avons dit, il était prêtre. Mais même, quand il ne l'était pas, il reconnaissait que pour réussir dans son art il avait besoin de l'aide de Dieu. Ainsi Hippocrate dit lui-même dans sa Préface: *Non solum ægrotus præstare se debet opportuna facientem, sed et medicus, scilicet adhibere curationem et Dominum deprecari ut dirigat opera sua.*

17. *Amare fer luctum illius uno die.* Nous avons dit que, chez les Juifs, le deuil durait sept jours. L'*Ecclésiastique* le dit lui-même: *Luctus mortui septem dies* (XXII, 13). Mais dans ce deuil il y avait différents degrés. Dans les premiers moments, la douleur se manifestait naturellement avec plus d'éclat. Ici le Sage conseille de ne donner qu'un jour ou deux à ce grand deuil: *Amare fer luctum.*

---

11. *Da suavitatem.* Suavem sacrificiorum odorem, thus, thymiama, etc., quæ sunt grata divinis naribus suffimenta. — *Memoriam.* Græce est, μνημόσυνον, memoriale seu monumentum. — *Similaginis.* Similæ: sermo est de parte illa similæ quæ, imposito thure, Deo cremabatur. Vide dicta Levit. 2, 2. — *Impingua oblationem.* Pinguem, selectam, insignem oblationem offeras. — *Da locum medico.* Præter spiritualia præsidia sacrificiorum et oblationum, etiam medico locum da.

13. *Quando in manus illorum incurras.* Incidas in manus medici, ægritudine aliqua corporis superveniente.

14. *Ipsi vero.* Sacerdotes. — *Requiem eorum.* Quam in ægroto, pulsis doloribus, facere student medici. — *Propter conversationem illorum.* Scilicet ægrotorum, ut a malis valetudinibus liberati communi aliorum convictui et consuetudini reddantur. In græco est, χάριν ἐμβιώσεως, quod in Bibliis romanis Flaminii Nobilii vertitur, *propter restituendam valetudinem*, sensu quem dedimus.

15. *Incidet.* In græco est, ἐμπέσοι, *incidat.* Medici enim et morbi sunt quasi tortores, quibus propter peccata nos vexari vult Dominus.

16. *Produc lacrymas.* Profer, effunde lacrymas. — *Quasi dira passus.* Ut fit in rebus acerbis quæ nobis accidunt. — *Secundum judicium.* Ut decet, et ut postulat consuetudo recepta.

17. *Propter delaturam.* Detractionem et oblocutionem civium tuorum, qui, si viderint te propinqui mortem leviter ferre, existimabunt te illum odisse, et morte illius fuisse lætatum. — *Amare fer luctum.* Ede signa doloris. — *Consolare propter tristitiam.* Consolationem admitte, ne tibi noceat tristitia et mœror.

18. *Secundum meritum ejus.* Pompa funeris personæ meritis et dignitati consentanea sit. — *Propter detractionem.* Quam delaturam dixit n. 17.

19. *Cooperit virtutem.* Obruit et opprimit vires corporis, et senium inducit quo cervix curvatur.

20. *In abductione permanet tristitia.* Si te a convictu aliorum abducas, et solitudini tradas, permanebit tristitia. — *Substantia inopis secundum cor ejus.* Si enim corde sit bono et hilari operi se impendet, et facultates suas tuebitur et augebit; si vero corde sit mœsto et tristitia

21. N'abandonnez point votre cœur à la tristesse; mais éloignez-la de vous : souvenez-vous de votre dernière fin,

22. Et ne l'oubliez pas : car après cela, il n'y a point de retour. Vous ne servirez de rien au mort en vous affligeant, et vous vous ferez à vous-même un très-grand mal.

23. Souvenez-vous du jugement de Dieu sur moi; car le vôtre viendra de même, hier à moi, aujourd'hui à vous.

24. Que la paix où le mort est entré, apaise dans vous le regret que vous avez de sa mort; et consolez-vous de ce que son esprit s'est séparé de son corps.

25. Le docteur de la loi deviendra sage au temps de son repos : et celui qui s'agite peu acquerra la sagesse.

26. Comment se pourrait remplir de sagesse celui qui mène une charrue, qui prend plaisir à tenir à la main l'aiguillon dont il pique les bœufs, qui les fait travailler sans cesse, et qui ne s'entretient que de jeunes bœufs et de taureaux?

27. Il applique tout son cœur à remuer la terre et à dresser des sillons, et toutes ses veilles à engraisser des vaches.

28. Ainsi le charpentier et l'architecte passe à son travail les jours et les nuits. Ainsi celui qui grave les cachets diversifie ses figures par un long travail; son cœur s'applique tout entier à imiter la peinture; et par ses veilles il achève son ouvrage.

21. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te; et memento novissimorum.

22. Noli oblivisci; neque enim est conversio, et huic nihil proderis et te ipsum pessimabis.

23. Memor esto judicii mei; sic enim erit et tuum; mihi heri, et tibi hodie.

24. *a* In requie mortui requiescere fac memoriam ejus, et consolare illum in exitu spiritus sui. [a *II. Reg.* 12. 21.]

25. Sapientia scribæ in tempore vacuitatis; et qui minoratur actu, sapientiam percipiet. Qua sapientia replebitur,

26. Qui tenet aratrum, et qui gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat, et conversatur in operibus eorum, et enarratio ejus in filiis taurorum?

27. Cor suum dabit ad versandos sulcos, et vigilia ejus in sagina vaccarum.

28. Sic omnis faber et architectus, qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, et assiduitas ejus variat picturam; cor suum dabit in similitudinem picturæ, et vigilia sua perficiet opus.

23. *Memor esto judicii mei.* Un chagrin excessif a ses dangers. Il amène le découragement, et bien souvent, à la suite de pertes très-sensibles, comme celles d'un enfant ou d'un père, ou d'une mère, il arrive qu'on accuse la Providence et qu'on blasphème. C'est pour éviter ces fautes que le Sage nous engage à méditer alors sur le jugement. La pensée de l'autre vie nous console de la perte de nos parents et de nos amis que la foi nous montre habituellement plus heureux dans l'autre monde que dans celui-ci, et elle nous rappelle en même temps les devoirs que nous avons à remplir envers nous-mêmes.

25. *In tempore vacuitatis.* Il faut à l'étude de la Sagesse, du repos et de la tranquillité d'esprit. La réflexion, la contemplation, sont nécessaires pour le développement de l'âme. C'est ce qui fait que dans l'Évangile, Notre Seigneur, loue la quiétude de Marie qui est restée à ses pieds et qu'il la préfère à l'activité inquiète de Marthe. Le Sage ne blâme pas l'ouvrier qui est obligé de se livrer au travail manuel. Il reconnaît, au contraire, que son industrie est nécessaire. Elle ne lui permet pas de s'élever aux premières charges de l'État, mais elle peut l'ennoblir s'il travaille pour Dieu et en vue de lui plaire. Cette théorie est admirable, surtout quand on songe que dans les sociétés anciennes, lorsque le fils de Sirach écrivait ces lignes, le travail des mains était universellement méprisé et qu'on le renvoyait à l'esclave comme une occupation indigne de l'homme libre.

---

obruatur, opus negliget boni successus desperatione, atque adeo res familiaris male dilabetur. * Vel sensus est : substantia, id est, subsistentiæ inopia, vita nimirum illius longior est, aut contrahetur secundum cor ejus; si enim curis et tristitia animum exedi patiatur, parum vivet; si vero hilariter agat, cursus vitæ erit productior.

21. *In tristitia.* Tristitiæ et mœrori. — *Memento novissimorum.* Mortis et sepulturæ quæ tibi per tristitiam accersis et acceleras.

22. *Conversio.* Reditus (græce, ἐπάνοδος a morte ad vitam. — *Huic.* Mortuo. — *Pessimabis.* Pessime afficies.

23. *Judicii mei.* Sortis et conditionis. Sunt verba mortui.

24. *Requiescere.* Cessare. — *Consolare illum.* Moribundum.

25. *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis.* Sententia est, sapientiam et scientiam a litteratis hominibus comparari, ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς, *in opportunitate otii*, ut est in græco; quod enim ille dixit de carminibus :

Carmina secessum scribentis, et otia quærunt,

verum est de quolibet genere litterarum. — *Qui minoratur actu.* Qui activæ vitæ functiones a se removet.

26. *Qui gloriatur in jaculo.* Græce est, ἐν δόρατι κέντρου, id est, in hasta stimulo præfixa, qua boves pungit et regit.

27. *Vigilia ejus.* Omnis cura et cogitatio.

28. *Sculpit signacula sculptilia.* Græce est, γλύμματα σφραγίδων, sculpturas, sive cælaturas sigillorum, quibus utimur ad epistolas et alia hujusmodi obsignanda. — *Assiduitas ejus variat picturam.* Totus est in varietate colorum tabulis per artem picturæ inducenda. — *In similitudinem picturæ.* Ut pictura exprimat et imitetur quæ voluerit.

29. *In calore fornacis concertatur.* Conflictatur.

29. Sic faber ferrarius sedens juxta incudem, et considerans opus ferri : Vapor ignis uret carnes ejus, et in calore fornacis concertatur;

30. Vox mallei innovat aurem ejus, et contra similitudinem vasis oculus ejus;

31. Cor suum dabit in consummationem operum, et vigilia sua ornabit in perfectionem.

32. Sic figulus sedens ad opus suum, convertens pedibus suis rotam, qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum, et in numero est omnis operatio ejus.

33. In brachio suo formabit lutum, et ante pedes suos curvabit virtutem suam.

34. Cor suum dabit ut consummet linitionem, et vigilia sua mundabit fornacem.

35. Omnes hi in manibus suis speraverunt, et unusquisque in arte sua sapiens est.

36. Sine his omnibus non ædificatur civitas.

37. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, et in ecclesiam non transilient.

38. Super sellam judicis non sedebunt, et testamentum judicii non intelligent, neque palam facient disciplinam et judicium, et in parabolis non invenientur.

39. Sed creaturam ævi confirmabunt, et deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animam suam, et conquirentes in lege Altissimi.

29. Ainsi celui qui travaille sur le fer s'assied près de l'enclume, et considère le fer qu'il met en œuvre; la vapeur du feu lui dessèche la chair, et il ne se lasse point de souffrir l'ardeur de la fournaise;

30. Son oreille est frappée sans cesse du bruit des marteaux, et son œil est attentif à la forme qu'il veut donner à ce qu'il fait.

31. Son cœur s'applique tout entier à achever son ouvrage; il l'embellit par ses veilles, et le rend parfait.

32. Ainsi le potier s'assied près de son argile; il tourne la roue avec les pieds, il est dans un soin continuel pour son ouvrage, et il ne fait rien qu'avec art et avec mesure.

33. Son bras donne la forme qu'il veut à l'argile, après qu'il l'a remuée et qu'il l'a rendue flexible avec les pieds.

34. Son cœur s'applique tout entier à donner la dernière perfection à son ouvrage en le vernissant; et il a grand soin que son fourneau soit bien net.

35. Toutes ces personnes espèrent en l'industrie de leurs mains; et chacun est sage dans son art.

36. Sans eux nulle ville ne serait ni bâtie, ni habitée, ni fréquentée.

37. Mais ils n'entreront point dans les assemblées.

38. Ils ne seront point assis sur les siéges des juges, ils n'auront point l'intelligence des lois sur lesquelles se forment les jugements, ils ne publieront point les instructions, ni les règles de la vie, ils ne trouveront point l'éclaircissement des paraboles.

39. Mais ils ne maintiennent l'état de ce monde qu'en entretenant ce qui se passe avec le temps; ils prient en travaillant aux ouvrages de leur art; ils y appliquent leur âme, et ils cherchent à y vivre selon la loi du Très-Haut.

---

30. *Innovat aurem ejus.* Novis et repetitis ictibus pulsat et ferit aurem ejus. * In græco est, καινιεῖ : quare videtur vulgatus interpres legisse, *vox mallei innovat aurem ejus.* — *Contra similitudinem vasis oculus ejus.* Fabri enim et artifices omnes crebro ad exemplar et typum propositum reflectunt oculos, illum subinde respiciendo ne aberrent.

31. *Cor suum dabit in consummationem.* Animum ad opus absolvendum applicat, et diligenter studet in opere perficiendo et poliendo.

32. *In numero est omnis operatio ejus.* Certum enim vasorum numerum sibi, aut famulis suis figulus præscribit, quem perficiant.

33. *Ante pedes suos.* Curvat se in inferiorem partem, et vires suas exerit ad subigendum et formandum lutum vel argillam.

34. *Linitionem.* Qua vasa intus et foris liniunt, et vitream illis crustam inducunt, * vel colores.

35. *In manibus suis speraverunt.* In labore manuum suarum statuunt spem parandi victus.

37. *Non inhabitabunt.* In græco est, οὐ παροικήσουσιν, id est, *juxta non habitabunt*, templum scilicet, aut curiam, aut prætorium, ne strepitu machinarum suarum aliis molestiam creent; sed suos vicos habebunt seorsim, in quibus officinas aperiant. * Vel non habitabunt in domo sapientiæ. — *Nec inambulabunt.* More nobilium urbem otiosi non perambulabunt, sed in suis officinis operi affixi erunt. — *In ecclesiam.* Curiam, seu senatum ubi de republica deliberatur.

38. *Testamentum judicii.* Ritus, decreta, leges, et constitutiones judiciales. — *Neque palam faciant disciplinam.* Alios non docebunt, quod professores bonarum artium faciunt, aut privatim, aut in scholis. — *In parabolis.* Gravibus et eruditis sapientium sententiis, et placitis percipiendis et examinandis.

39. *Creaturam ævi confirmabunt.* Cum enim res omnes sint fragiles et caducæ, et multis alterationibus et corruptionibus obnoxiæ, eas opifices reparant, et suo artificio reficiunt. Fortasse etiam explicari possit de procreatione filiorum, quasi dicat sapiens : Rempublicam artifices mechanici non administrant, sed domi resident; et quia viles animæ sunt, habentur pro proletariis qui in hac reipublicæ commodant, quod populum augent, et pro iis quos mors absumit alios substituunt. — *Deprecatio illorum.* Votum et desiderium illorum est ut opera bene succedant, et lucrum aliquod inde proveniat. — *Accommodantes animam suam.* Sententia est : opifices toti vacant arti suæ; verumtamen stato tempore accommodant animam suam legi divinæ * cognoscendæ, quatenus saltem eorum status exigit.

CHAPITRE XXXIX.

Des occupations du Sage : éloge de la Sagesse. Exhortation aux enfants d'Israël pour qu'ils bénissent le Seigneur dans ses ouvrages. De la justice de Dieu. Toutes les créatures lui obéissent.

1. Mais le sage aura soin de rechercher la sagesse de tous les anciens, et il fera son étude des prophètes.

2. Il conservera dans son cœur les instructions des hommes célèbres, et il entrera en même temps dans les mystères des paraboles.

3. Il tâchera de pénétrer dans le secret des proverbes et des sentences obscures, et il se nourrira de ce qu'il y a de plus caché dans les paraboles.

4. Il cachera son ministère au milieu des grands, et il paraîtra devant ceux qui gouvernent.

5. Il passera dans les terres des nations étrangères, pour éprouver, parmi les hommes, le bien et le mal.

6. Il appliquera son cœur, et il veillera dès le point du jour pour s'attacher au Seigneur qui l'a créé, et il offrira ses prières au Très-Haut.

7. Il ouvrira sa bouche pour la prière, et il demandera pardon pour ses péchés.

8. Car s'il plaît au souverain Seigneur, il le remplira de l'esprit d'intelligence.

9. Et il répandra comme une pluie les paroles de la sagesse, et il bénira le Seigneur dans la prière.

10. Le Seigneur conduira ses conseils et ses instructions; et lui, il méditera les secrets de *Dieu*.

1. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit.

2. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit.

3. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur.

4. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidiis apparebit.

5. In terram alienigenarum gentium pertransiet; bona enim et mala in hominibus tentabit.

6. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.

7. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.

8. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum :

9. Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et in oratione confitebitur Domino :

10. Et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam : et in absconditis suis consiliabitur.

Cap. XXXIX. — 1. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens.* Aux occupations des artisans dont il vient de décrire les travaux, l'*Ecclésiastique* oppose les travaux du sage ou du prêtre qui doit consacrer tout son temps à l'étude de la loi et à la prière. Il veut que dans son étude il se nourrisse d'abord de la tradition, qu'il recherche la sagesse des anciens, tels qu'Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moïse et tous les autres patriarches. Il lui fait un devoir d'étudier avant tout les saintes Ecritures : *In prophetis vacabit*, l'histoire de son pays vient ensuite, *narrationem virorum nominatorum conservabit*, les maximes des philosophes, *occulta proverbiorum exquiret*, et après avoir paru avec honneur dans les assemblées de ses concitoyens, il l'engage à étendre le cercle de ses connaissances par des voyages utiles : *In terram alienigenarum gentium pertransiet*; enfin il exige qu'il sanctifie tous ses travaux par la prière et la pureté du cœur : *pro delictis suis deprecabitur*.

Cap. XXXIX. — 1. *In prophetis.* Græce, *in prophetiis.* Totam sacram Scripturam intelligit per synecdochen.

2. *Narrationem.* Ἀφήγησιν, enarrationem, explicationem. Itaque sapiens multus est in sacrorum librorum studio, et eorum investigandis explicationibus. — *Versutias.* Græce στροφάς, argutias, involucra, occulte per parabolas tradita documenta et præcepta vitæ instituendæ.

3. *In absconditis.* Græce, *in ænigmatibus.* — *Conversabitur.* Versabitur, occupabitur.

4. *In medio magnatorum ministrabit.* Alter modus hic est parandæ sapientiæ, scilicet per experientiam, in aulis principum versando, in quibus viri prudentia et usu rerum spectati agunt, negotia gravia et implicata tractant et expediunt. — *Ministrabit.* Non tam significat *serviet* quam *publica munia obibit.* — *Præsidiis.* Ἡγουμένου, ducis, præsidis, principis, gubernatoris. — *Apparebit.* Ὀφθήσεται, *conspicietur.*

5. *Bona enim et mala in hominibus tentabit.* Prospera et adversa experietur; sic enim homines per omnia tentati prudentiam colligunt.

6. *Cor suum tradet.* Magno cordis affectu orabit.

7. *Pro delictis suis deprecabitur.* Ut scilicet amoveat impedimenta sapientiæ.

9. *Tanquam imbres.* Large et copiose sapientiam suam aliorum utilitatem depromet. — *Confitebitur Domino.* Laudabit Dominum.

10. *Et ipse.* Sapiens. — *Diriget consilium ejus.* Diriget mores suos ad normam et præscriptum divinæ legis quam in omnibus consulit. Sic S. Joannes Baptista clamabat : *Dirigite viam Domini*, Joan., 1, 23. — *In absconditis suis.* Ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτοῦ, in rebus obscuris et dubiis, cum dubium et obscurum est quid juxta divinam legem faciendum sit, attenta meditatione considerabit quæ sit Dei voluntas. Porro illud *suis* positum est pro *ejus*, scilicet Dei. — *Consiliabitur.* Διανοηθήσεται, *meditabitur.*

11. Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur.

12. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur.

13. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem.

14. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia.

15. Si permanserit, nomen derelinquet plus quam mille; et si requieverit, proderit illi.

16. Adhuc consiliabor, ut enarrem, ut furore enim repletus sum.

17. In voce dicit : Obaudite me, divini fructus, et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificate.

18. Quasi Libanus odorem suavitatis habete.

19. Florete flores, quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis.

20. Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum, et in canticis labiorum, et citharis, et sic dicetis in confessione :

21. *a* Opera Domini universa bona valde. [*a Gen.* 1. 31. *Marc.* 7. 37.]

11. Il publiera lui-même les instructions qu'il a apprises, et il mettra sa gloire dans la loi de l'alliance du Seigneur.

12. Sa sagesse sera louée de plusieurs, et elle ne tombera jamais dans l'oubli.

13. Sa mémoire ne s'effacera point de l'esprit des hommes, et son nom sera honoré de siècle en siècle.

14. Les nations publieront sa sagesse, et l'assemblée *sainte* célébrera ses louanges.

15. Tant qu'il vivra, il s'acquerra plus de réputation que mille autres; et quand il viendra à se reposer, il en sera plus heureux.

16. Je continuerai encore à publier ce que je médite : car je suis rempli comme d'une *sainte* fureur.

17. (Une voix me dit :) Ecoutez-moi, ô germes divins, et portez des fruits comme des rosiers plantés sur le bord des eaux.

18. Répandez une odeur agréable comme le Liban.

19. Portez des fleurs comme le lis; jetez une odeur douce; (poussez des branches de grâces;) chantez des cantiques, et bénissez le Seigneur dans ses ouvrages.

20. Relevez son nom par de magnifiques éloges; louez-le par les paroles de vos lèvres, par le chant de vos cantiques et par le son de vos harpes; et vous direz ceci dans les bénédictions que vous lui donnerez :

21. Les ouvrages du Seigneur sont tous souverainement bons.

17. *In voce dicit.* Cette voix que l'auteur entend, est cette voix intérieure par laquelle Dieu avait l'habitude de se communiquer à ses prophètes. Après avoir montré la mission du Sage qui est si grande et si belle, le fils de Sirach se sent lui-même tout transporté du souffle d'en-haut, et, dans son enthousiasme, il exhorte Israël à profiter de toutes les faveurs dont Dieu l'a comblé.

21. *Opera Domini universa bona valde.* Cette doctrine était la condamnation du dualisme qui commençait déjà à se développer, et dont les Israélites avaient vu l'application en Perse. D'après la religion des deux principes, le monde étant l'œuvre du principe du bien et du principe du mal, il y avait deux sortes de créatures; les unes bonnes qui étaient nées du bon principe, et les autres mauvaises qui étaient nées du principe mauvais. Le Sage proclame que toutes les créatures sont l'œuvre de Dieu et qu'elles sont toutes excellentes chacune dans son espèce.

---

11. *Palam faciet.* Exeret, promet. — *Disciplinam doctrinæ suæ.* Doctrinam qua institutus est. — *In lege testamenti Domini gloriabitur.* Divinæ legis scientia et exercitatione gaudebit. Ita de se prædicabat David : *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.*

12. *Non delebitur.* Memoria illius.

13. *Requiretur.* Noster enim legit, vel ζητηθήσεται, vel ζητήσεται; jam vero in textu græco est ζήσεται, *vivet*, sensus tamen eodem recidit.

14. *Gentes.* Gentiles, ut Salomonem regina Saba. — *Ecclesia.* Synagoga, cœtus fidelium.

15. *Si permanserit.* Si diu superstes fuerit, si diuturnam vitam illi fuerit largitus Omnipotens. — *Nomen.* Famam et gloriam. — *Plus quam mille.* E vulgo imperitorum. *Si requieverit, proderit illi.* Etiamsi alios erudire non possit æciso vitæ termino, non tamen propterea laborum ad Dei gloriam susceptorum, et promptæ ad alios juvandos voluntatis præmio frustrabitur.

16. *Adhuc consiliabor.* Adhuc alia suggeram monita et consilia. — *Ut enarrem.* Explicando et enarrando quæ mihi dictat spiritus. — *Ut furore enim repletus sum.* Æstuat enim animus, et, ut est in libro Job, plenus sum sermonibus quos in audientium bonum effundere gestio. In græco est, ὡς διχομηνία ἐπληρώθην, *tanquam semiplena luna impletus sum.* Sensus esse videtur : cum primum essem ut luna semiplena, nunc divino munere et studii assiduitate sapientiæ orbem implevi. Noster pro διχομηνία videtur legisse, μανίᾳ, *furore*,* vel διχομανία eodem sensu.

17. *In voce dicit.* Alii legunt, *in voce dicam*, clamabo. — *Divini fructus.* Filii Dei : ita Israelitas fideles appellat. *Fructificate.* Germinate, βλαστήσατε, ut est in græco.

18. *Libanus.* Thus; hoc enim significat vox græca λίβανος.

19. *Frondete in gratiam.* Pulchre frondete. — *Collaudate canticum.* Cantica laudate.

20. *Date nomini ejus magnificentiam.* Magnificate, celebrate nomen ejus. — *Confitemini.* Laudate.

22. A sa parole, l'eau s'est arrêtée comme un monceau : comme un réservoir à un seul mot de sa bouche;

23. Car tout devient favorable aussitôt qu'il le commande; et le salut qu'il donne est inviolable.

24. Les œuvres de tous les hommes lui sont présentes, et rien n'est caché à ses yeux.

25. Son regard s'étend de siècle en siècle; et rien n'est grand ni merveilleux devant lui.

26. On ne doit point dire *de ses œuvres* : Qu'est-ce que ceci? qu'est-ce que cela? Car tout se découvrira en son temps.

27. La bénédiction qu'il donne est comme un fleuve qui se déborde.

28. Et comme le déluge a inondé toute la terre, ainsi sa colère sera le partage des nations qui ne se sont pas mises en peine de le rechercher.

29. Comme il a changé les eaux en un lieu sec, et qu'il a desséché la terre; et comme ses voies furent alors trouvées droites par les siens, ainsi les pécheurs trouvent dans sa colère des sujets de chute.

30. Comme les biens dès le commencement ont été créés pour les bons, ainsi (les biens et) les maux ont été créés pour les méchants.

31. Ce qui est principalement nécessaire pour la vie des hommes, c'est l'eau, le feu, le fer, le sel, le lait, le pain de fleur de farine, le miel, le raisin, l'huile et les vêtements.

32. *Or*, comme toutes ces choses sont un bien

22. a In verbo ejus stetit aqua sicut congeries; et in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum; [a *Gen.* 8. 3.]

23. Quoniam in præcepto ipsius placor fit, et non est minoratio in salute ipsius.

24. Opera omnis carnis coram illo, et non est quidquam absconditum ab oculis ejus.

25. A sæculo usque in sæculum respicit, et nihil est mirabile in conspectu ejus.

26. Non est dicere : Quid est hoc, aut quid est istud : omnia enim in tempore suo quærentur.

27. Benedictio illius quasi fluvius inundavit;

28. a Quomodo cataclysmus aridam inebriavit, sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit. [a *Gen.* 7. 21.]

29. a Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra; et viæ illius viis illorum directæ sunt; sic peccatoribus offensiones in ira ejus. [a *Exod.* 14. 21.]

30. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona et mala.

31. a Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, et ferrum, sal, lac, et panis similagineus, et mel, et botrus uvæ, et oleum, et vestimentum. [a *Supr.* 29. 28.]

32. Hæc omnia sanctis in bona, sic et

26. *In tempore suo quærentur.* Un temps viendra où l'on reconnaîtra que Dieu a tout fait avec une raison souveraine et une sagesse infinie. Aujourd'hui, nous ne connaissons pas assez le plan divin pour le juger dans tous ses détails. S'il y a des choses qui nous choquent, cela provient uniquement de la faiblesse de notre intelligence, qui est incapable de comprendre pleinement d'aussi grandes choses.

---

22. *Sicut congeries.* Græce, θημωνιά, acervus, cumulus. Vel cum divino jussu congregatæ sunt aquæ, ut appareret arida. Genes. 1, 9. Vel in mari Rubro et Jordane Hebræis transeuntibus. — *Exceptoria aquarum.* Conceptacula aquarum : steterunt aquæ non secus ac si in suis finibus et conceptaculis quiescerent.

23. *Placor fit.* Græce, εὐδοκία, benevolentia, placabilitas, favor, etc. — *Minoratio.* Imminutio, defectus. — *In salute ipsius.* Cujus ipse auctor est.

24. *Omnis carnis.* Omnium hominum.

25. *Mirabile.* Nihil enim illi novum est, aut quod ignoret.

26. *Quid est hoc, aut quid est istud!* Quidnam est rei hujus usus aut finis! — *Omnia enim in tempore suo quærentur.* In græco est, *omnia enim in usus suos creata sunt.* Nostræ vulgatæ sensus est : omnia habent usum suum requisitum, congruum, et eorum naturæ consentaneum.

27. *Quasi fluvius inundavit.* Multiplex et copiosa est Dei benedictio, quæ quasi fluvius terram fœcundat.

28. *Quomodo cataclysmus aridam inebriavit.* Quemadmodum diluvium aquarum terram operuit, et hominum genus, paucis cum Noe superstitibus, delevit; ita, etc. — *Ira ipsius gentes... hæreditabit.* Gentes quæ Deum non exquisierunt divinæ iræ et furoris præda, pabulum, possessio, et quasi hæreditas fient.

29. *Quomodo convertit aquas in siccitatem.* Cùm scilicet filii Israel per maris fundum sicco vestigio transierunt. Exod. 14, 21. — *Et viæ illius viis illorum directæ.* Et semitæ quas Deus Israelitis aperuit itineri illorum præparatæ sunt, directæ, complanatæ, exsiccatæ. * Pro *viis* in græco est *piis*, ὁσίοις. — *Sic peccatoribus.* Ita e contrario peccatoribus difficultates Deus objicit; in quas offendunt et ruunt.

30. *Sic nequissimis bona et mala.* Etiam mali bonorum quorumdam sunt participes, nam *facit Deus oriri solem suum super bonos et malos*, etc., illos tamen manent mala æterna. Et quamvis justi cum aliquibus malis conflictentur in hac vita, omnia tamen illis cooperantur in bonum, ut usurpare possimus illud Isaiæ 3, 10 : *Dicite justo quoniam bene.* Particula *nequissimis* posita est pro positivo *nequam*, malis, iniquis. In græco versiculi hujus sententia plana est; ita enim se habet : *Bona bonis creata sunt ab initio, sic peccatoribus mala.*

31. *Initium necessariæ rei.* Summa rerum magis victui humano necessarium. Græce, ἀρχὴ, quasi dicat : Hæc præcipue necessaria. — *Similagineus.* Ex simila, puriore scilicet tritici farina. Panis enim triticeus est proprie panis, et maxime idoneus hominum cibus.

32. *Hæc omnia.* Omnia hæc quæ hominibus ad vitam utilia sunt illis convertuntur ad perniciem, si bene illis uti nesciant.

impiis et peccatoribus in mala convertentur.

33. Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua;

34. In tempore consummationis effundent virtutem, et furorem ejus, qui fecit illos, placabunt.

35. Ignis, grando, fames, et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt;

36. Bestiarum dentes, et scorpii, et serpentes, et rhomphæa vindicans in exterminium impios.

37. In mandatis ejus epulabuntur, et super terram in necessitatem præparabuntur, et in temporibus suis non præterient verbum.

38. Propterea ab initio confirmatus sum, et consiliatus sum, et cogitavi, et scripta dimisi.

39. a Omnia opera Domini bona, et omne opus hora sua subministrabit. [a *Gen.* 1. 31. *Marc.* 7. 37.]

40. Non est dicere : Hoc illo nequius est; omnia enim in tempore suo comprobabuntur.

41. Et nunc in omni corde et ore collaudate, et benedicite nomen Domini.

pour les saints, aussi se changent-elles en maux pour les méchants et pour les pécheurs.

33. Il y a des esprits qui ont été créés pour *être les ministres* de la vengeance; et par leur fureur ils augmentent les supplices des méchants qui les auront commis.

34. Ils se répandront dans toute leur violence au temps que la mesure de la justice de Dieu sera remplie; et ils satisferont la justice de celui qui les a créés.

35. Le feu, la grêle, la famine et la mort, toutes ces choses ont été créées pour exercer la vengeance *de Dieu;*

36. Ainsi que les dents des bêtes, les scorpions et les serpents, et l'épée destinée à punir et à exterminer les impies.

37. Toutes ces choses exécutent les ordres du Seigneur avec joie; elles se tiendront prêtes sur la terre pour servir au besoin; et quand leur temps sera venu, elles obéiront exactement à sa parole.

38. C'est pourquoi je me suis affermi dès le commencement, je les ai considérées et méditées en moi-même, et je les ai laissées par écrit.

39. Tous les ouvrages du Seigneur sont bons; et il met chaque chose en usage quand l'heure est venue.

40. On ne peut point dire : Ceci est plus mal que cela. Car toutes choses seront trouvées bonnes en leur temps.

41. C'est pourquoi, dès maintenant, louez tous ensemble de tout votre cœur, et bénissez par les paroles de votre bouche le nom du Seigneur.

37. *In mandatis ejus epulabuntur.* Dieu est l'auteur de tout ce qui existe. En créant les êtres, il a conservé sur eux son empire. Les lois qui les régissent sont toutes l'expression de sa volonté. Il est le maître de suspendre ces lois quand il lui plaît, comme il a été le maître de les créer; ce qui nous fait comprendre le miracle. Dieu commande à la terre, à la mer, aux animaux et à tous les êtres, à la vie et à la mort, et tout lui obéit. Il donne cette puissance, dans une certaine limite, aux ministres de sa parole, à ses envoyés, et c'est ce qui explique les miracles que firent les prophètes sous l'ancienne loi, les apôtres et leurs successeurs sous la loi nouvelle.

---

33. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt.* Angeli sive boni sive mali, qui sunt administratorii spiritus, et, cum Deus jubet, mala mortalibus inferunt. — *Confirmaverunt tormenta sua.* Constanter inferunt flagella et tormenta, prout a Domino jubentur.

34. *In tempore consummationis.* Consumptionis, finis, interitus, necis, cum scilicet Deus malos perdere decrevit. — *Effundent virtutem.* Exerent vim et potentiam suam. — *Furorem... placabunt.* Cum enim vindicta de peccatis sumitur, tunc placatur et sedatur furor Dei.

36. *Rhomphæa.* Gladius. — *Vindicans in exterminium.* Occidens et perdens.

37. *In mandatis ejus epulabuntur.* Nam scorpii, serpentes, gladius, ut loquitur Moses in Deut., c. 32, v. 42, *devorabit carnes*, si jubeat Dominus, idque prompte faciunt et libenter, et quasi epularentur et convivium agitarent. Quare pro *epulabuntur* in græco est, εὐφρανθήσονται, gaudebunt, exultabunt. — *In necessitatem præparabuntur.* Mala hæc et noxia parata sunt, ut, cum usus et necessitas tulerint, ad manum haberi possint. — *Non præterient verbum.* Ad unguem id effectum dabant, quod jussa fuerint.

38. *Ab initio confirmatus sum.* In hac sententia. — *Consiliatus sum.* Græco, διενοήθην, cogitavi, cum animo reputavi, statui. — *Et scripta dimisi.* Animi et mentis meæ decreta quæ sequuntur.

39. *Hora sua subministrabit.* Suo tempore, cum opus illis erit, dabit eis ut opera sua exerant ad quæ instituta sunt.

40. *Non est dicere : Hoc illo nequius est.* Deus nihil fecit nequam, id est, malum et reprehensibile, sed omnia bona et utilia. — *Tempore suo comprobabuntur.* Ita esse tempus docebit, cum scilicet illorum usus erit, aut necessitas ea requiret. Alii vertunt, *omnia suo tempore laudem invenient.*

41. *Et nunc.* Nunc igitur. — *Omni corde.* Toto corde. — *Nomen Domini.* Dominum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS UANL ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CHAPITRE XL.

Misères communes à tous les hommes. Des richesses injustes. Avantages de la crainte du Seigneur. De la mendicité.

1. Une inquiète occupation a été destinée d'abord à tous les hommes; et un joug pesant accable les enfants d'Adam, depuis le jour qu'ils sortent du ventre de leur mère jusqu'au jour de leur sépulture, où ils rentrent dans la mère de tous.

2. Les imaginations de leur esprit, les appréhensions de leur cœur, les réflexions qui les tiennent en suspens, et le jour qui doit tout finir.

3. Depuis celui qui est assis sur un trône de gloire jusqu'à celui qui est couché sur la terre et dans la cendre;

4. Depuis celui qui est vêtu de pourpre et qui porte la couronne, jusqu'à celui qui n'est couvert que de toile; la fureur, la jalousie, l'inquiétude, l'agitation, la crainte de la mort, la colère toujours vive, et les querelles,

5. Troublent leurs pensées dans le lit même, et pendant le sommeil de la nuit qui est le temps qui leur a été donné pour prendre quelque repos.

6. L'homme se repose peu, et presque point; et dans son sommeil même il est comme une sentinelle pendant le jour.

7. Les fantômes qu'il voit en son âme l'inquiètent : il s'imagine fuir comme un homme qui se sauve du combat; il se lève le lendemain; il se voit en assurance, et il admire sa frayeur qui n'avait aucun fondement.

8. Toute chair est sujette à ces accidents, depuis les hommes jusqu'aux bêtes; et les pécheurs encore sept fois plus que les autres.

1. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.

2. Cogitationes eorum, et timores cordis, adinventio expectationis, et dies finitionis;

3. A residente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terra et cinere;

4. Ab eo qui utitur hyacintho, et portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo; furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio,

5. Et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.

6. Modicum tanquam nihil in requie, et ab eo in somnis, quasi in die respectus.

7. Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui evaserit in die belli. In tempore salutis suæ exsurrexit, et admirans ad nullum timorem;

8. Cum omni carne, ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum.

CAP. XL. — 8. *Et super peccatores septuplum.* Quoique tous les hommes, dit Sacy, soient en quelque sorte *sujets* à ces troubles de l'esprit, les pécheurs, néanmoins, dit le Sage, c'est-à-dire, ceux qui ne craignent point Dieu, le sont *sept fois encore plus que les autres*; car ils se nourrissent de leurs passions, au lieu que les justes travaillent sans cesse à les détruire; et leur cœur, dit le Prophète, est comme une mer toujours agitée qui ne peut jamais être en repos. *La mort, les oppressions, la famine et les autres fléaux* de Dieu sont *pour accabler les méchants*, parce qu'ils ne sont dans eux qu'une pure peine, et comme un commencement de leur enfer; au lieu qu'ils sont dans les bons un effet de la miséricorde de Dieu, qui les humilie pour les rendre humbles, et qui les prépare ainsi à un bonheur éternel.

CAP. XL. — 1. *Occupatio.* Negotium, molestia, inquietudo, ærumnæ; græce, ἀσχολία. — *Matris eorum.* Terræ, ex qua formati sumus, et in cujus sinum omnes tandem condimur.

2. *Adinventio expectationis.* Mala et incommoda quæ sibi fingit animus, excogitat et adinvenit, et anxia expectatione ut sibi impendentia reformidat. — *Dies finitionis.* Dies obitus.

3. *A residente.* Quasi dicat : Nemo liber est a dictis molestiis.

4. *Lino crudo.* Veste rudi ex lino nondum excocto, nec lotione purgato.

5. *Tempore refectionis in cubili.* Cum vires, corpore in strato ad quietem composito, reficiendæ sunt. — *Somnus noctis immutat scientiam.* Curæ animum lacerant, alternant, et modo in hanc sententiam impellunt, modo ab illa revocant.

6. *Modicum tanquam nihil in requie.* Modica et quasi nulla est requies. — *Ab eo.* Modico quo fuit in requie. — *In somnis quasi in die respectus.* Græce, ἐν ἡμέραις σκοπιᾶς, id est, *in diebus speculæ.* Corpore dormit, sed somno parum quieto, ad eum modum quo vigilibus et excubitoribus somnus obrepit, qui hostium timore, et terrore pœnæ a ducibus si obdormiscant infligendæ, exiguam et timore infestam quietem capiunt.

7. *Conturbatus est in visu cordis sui.* Somnia quæ inter dormiendum videt, illum conturbant; nam pugnam cum hoste somniat, et vitæ discrimen, et difficilem fugam, qua vix hostem evadat. — *In tempore salutis suæ exsurrexit.* Cum somniavit se fuga lapsum evasisse, tunc evigilat. — *Admirans.* Miratur se adeo timuisse, cum nulla esset timoris occasio.

8. *Cum omni carne.* Id accidit omnibus hominibus. — *Usque ad pecus.* Nam etiam bruta animalia somniant. — *Super peccatores septuplum.* Major multo est peccatorum timor, qui conscientiæ stimulis fodiuntur, cum sibi patratorum scelerum conscii sint.

9. [a] Ad hæc mors, sanguis, contentio, et rhomphæa, oppressiones, fames, et contritio, et flagella; [a *Supr.* 39. 35. 36.]

10. Super iniquos creata sunt hæc omnia, et propter illos factus est cataclysmus.

11. [a] Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur, [b] et omnes aquæ in mare revertentur. [a *Gen.* 7. 10. *Infr.* 41. 13. || b. *Eccles.* 1. 7.]

12. Omne munus, et iniquitas delebitur, et fides in sæculum stabit.

13. Substantiæ injustorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvia personabunt.

14. In aperiendo manus suas lætabitur; sic prævaricatores in consummatione tabescent.

15. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, et radices immundæ super cacumen petræ sonant.

16. Super omnem aquam viriditas, et ad oram fluminis ante omne fœnum evelletur.

17. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in sæculum permanet.

18. Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur, et in ea invenies thesaurum.

9. De plus, la mort, le sang, les querelles, l'épée, les oppressions, la famine, les ruines des pays et les autres fléaux,

10. Ont tous été créés pour accabler les méchants; et le déluge est arrivé à cause d'eux.

11. Tout ce qui vient de la terre, retournera dans la terre, comme toutes les eaux rentrent dans la mer.

12. Tout don et toute iniquité périra; mais la foi subsistera éternellement.

13. Les richesses des injustes sécheront comme un torrent, et seront semblables à un tonnerre qui fait un grand bruit pendant la pluie.

14. Les injustes se réjouiront en ouvrant leurs mains; mais comme par là ils violent la loi de Dieu, ils seront exterminés pour jamais.

15. La postérité des impies ne se multipliera point; leurs branches seront comme de mauvaises racines qui sont agitées du vent sur le haut d'un rocher.

16. L'herbe verte qui croît sur les eaux et au bord d'un fleuve, sera arrachée avant toutes les herbes des champs.

17. Les œuvres de grâce sont comme un jardin délicieux et béni du ciel; et les fruits de la miséricorde dureront éternellement.

18. La vie de celui qui se contente de ce qu'il gagne de son travail, sera remplie de douceur; et en vivant ainsi vous trouverez un trésor.

13. *Substantiæ injustorum.* D'après le Grec, on peut traduire ainsi ce verset et le suivant : Les richesses des injustes sécheront comme un torrent; mais lorsqu'ils ouvrent leurs mains pour les répandre, on se réjouit; et comme le bruit d'un grand tonnerre se dissipera en faisant tomber la pluie, de même les prévaricateurs se dissiperont à la fin en laissant tomber de leurs mains tout ce qu'ils possédaient.

18. *Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur.* Saint Paul appréciait de même la douceur de l'existence de l'homme, qui se suffit par son travail : *Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi... quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ* (Act., XX, 33).

---

9. *Rhomphæa.* Gladius.

10. *Cataclysmus.* Diluvium tempore Noe.

11. *Omnes aquæ in mare revertentur.* Nihil enim firmum est et stabile, sed terrena solvuntur in terram, quemadmodum etiam aquarum perpetuus quidam est fluxus, iis in mare perpetuo quodam decursu properantibus.

12. *Omne munus.* Acceptum, vel datum ad justitiam pervertendam et violandam. — *Et iniquitas delebitur.* Injustus cum sua injustitia et acceptis muneribus interibit. — *Fides.* Justitia, æquitas, sinceritas, fides in pactis et conventis, uno verbo, actiones ad virtutis præscriptum exactæ.

13. *Sicut fluvius.* Sicut torrens qui perennes aquas non habet. — *Sicut tonitruum magnum.* Quod simul cum sonitu perit.

14. *In aperiendo manus suas lætabitur.* Cum manus aperuerit ad accipiendum lætabitur, sed ad modicum tempus : at vero tabescent, ἐκλείψουσιν, deficient in consummatione, id est, ut est in græco, *in consummationem,* εἰς συντέλειαν, consummate, et perfecte. Uno verbo, ad modicum lætabitur, sed peribit in æternum.

15. *Ramos.* Id est, filios. — *Radices immundæ.* Peccatores, qui cum arboribus conferuntur, aut fructibus in præruptis locis, vento expositis, et facile exarescentibus. — *Sonant.* Arescunt; folia enim arida sonantius moventur cum flant venti, quam viridia.

16. *Super omnem aquam viriditas.* Quemadmodum viridantia gramina in margine riparum juxta aquas facilius enascuntur et adolescunt, ita citius falcem sentiunt : idem evenit impiis, qui bonis temporalibus aucti, cito crescunt, sed etiam cito intereunt.

17. *Gratia.* Benignitas, beneficentia. — *Sicut paradisus in benedictionibus.* Sicut paradisus benedictus, multos et optimos proferens fructus. — *Misericordia in sæculum permanet.* Fructus immortales producit, juxta illud Ps. 111, 9 : *Dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

18. *Sibi sufficientis.* Sua sorte contenti, et qui quæstum facit domesticis necessitatibus parem. — *Condulcabitur.* Dulcis vita est, jucunda et quieta. — *Thesaurum.* Quietis, lætitiæ, bonæ pacatæque conscientiæ. Est enim, ut ait D. Paul., I. ad Tim., 6, 6, *quæstus magnus, pietas cum sufficientia.*

19. Les enfants et la fondation d'une ville rendent le nom d'un homme célèbre après lui; mais une femme sans tache passe l'un et l'autre.

20. Le vin et la musique réjouissent le cœur: mais l'amour de la sagesse passe l'un et l'autre.

21. Le son des flûtes et de la harpe font une agréable harmonie; mais la langue douce passe l'un et l'autre.

22. La grâce du corps et la beauté du visage plaisent à l'œil; mais la verdure d'un champ semé passe l'un et l'autre.

23. L'ami aide son ami dans l'occasion; mais une femme et un mari s'entre-soulagent encore plus.

24. Les frères sont un secours au temps de l'affliction; mais la miséricorde qu'on aura faite en délivrera encore plus qu'eux.

25. L'or et l'argent affermissent l'état de l'homme, mais un conseil sage surpasse l'un et l'autre.

26. Le bien et la force du corps élèvent le cœur, mais la crainte du Seigneur surpasse l'un et l'autre.

27. Rien ne manque à celui qui a la crainte du Seigneur, et il n'a pas besoin de chercher d'*autre* secours.

28. La crainte du Seigneur est comme un paradis de bénédiction, et il est revêtu d'une gloire au-dessus de toute gloire.

19. Filii et ædificatio civitatis confirmabit nomen, et super hæc mulier immaculata computabitur.

20. Vinum et musica lætificant cor; et super utraque dilectio sapientiæ.

21. Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.

22. Gratiam, et speciem desiderabit oculus tuus, et super hæc virides sationes.

23. Amicus et sodalis in tempore convenientes, et super utrosque mulier cum viro.

24. Fratres in adjutorium in tempore tribulationis, et super eos misericordia liberabit.

25. Aurum et argentum est constitutio pedum; et super utrumque consilium beneplacitum.

26. Facultates et virtutes exaltant cor, et super hæc timor Domini.

27. Non est in timore Domini minoratio, et non est in eo inquirere adjutorium.

28. Timor Domini sicut paradisus benedictionis, et super omnem gloriam operuerunt illum.

19. *Mulier immaculata computabitur.* Ménochius cite l'exemple d'Artémise, qui a illustré Mausole. Nous pouvons citer, d'après la sainte Écriture, Manassès, qui a été illustré par le courage héroïque de Judith (Jud., VIII, 2); Booz, par la vertu de Ruth la Moabite (Ruth., II, III; Cf. Prov., XXXI, 28 et seq.).

---

19. *Filii et ædificatio civitatis confirmabit nomen.* Hæc duo nomen ad posteros propagant. — *Super hæc mulier immaculata.* Græce, ἄμωμος, haud nominis, de qua nullus obloquitur. Præfert uxorem inculpatam, quia parum profuerit multos reliquisse liberos, aut extructæ civitati nomen dedisse, si uxor contingat impudica, aut parum secundæ famæ; majorem enim ex hoc labem et dedecus quam ex illis gloriam consequetur. " Sic Mausolum celebrem facit Artemisia.

20. *Super utraque dilectio sapientiæ.* Superat enim voluptas quæ ex rebus spiritualibus percipitur, voluptates quæ externis sensibus percipiuntur.

21. *Tibiæ et psalterium.* Musica instrumenta. — *Super utraque lingua suavis.* Sermo enim suavis magis mentem afficit et delectat, tum quia vivus est et vitalis, tum quia humano sermoni subest sententia et significatio, quæ mentem afficit, et aliquid post se relinquit, etiam cum exterior vocis sonus quievit.

22. *Gratiam et speciem.* Corporum pulchritudinem. — *Super hæc virides sationes.* Præferendus est aspectus viridantium camporum, quia non solum delectant, sed etiam prosunt, et fatigatam aciem oculorum et mentis reficiunt, nec, ut aspectus pulchrorum corporum, ad libidinem excitant.

23. *In tempore convenientes.* Græce εἰς καιρὸν ἀπαντῶντες, qui accurrunt et adsunt sibi mutuo cum difficilia incidunt tempora, quibus alieno auxilio opus habemus. — *Super utrosque mulier cum viro.* Plura enim et diuturniora commoda refert maritus ex sociali vita cum uxore quam ex amici, aut sodalis auxilio ad tempus exhibito.

24. *Fratres in adjutorium.* Sententia est, multum sperari posse in fratrum auxilio, plus in utilitate eleemosynæ. Idem est ac si diceretur, plus fidendum esse in bonis operibus nostris, quam in propinquorum, aut amicorum, quantumvis conjunctissimorum auxilio.

25. *Constitutio pedum.* Faciunt ut quis firmiter consistat. — *Super utrumque consilium beneplacitum.* Subaudi, *est.* In græco est, Βουλὴ εὐδοκιμεῖται, id est, consilium approbatur. Prudens enim consilium argento et auro præstabilius est.

26. *Facultates.* Divitiæ, opes, ut est enim in græco, χρήματα. — *Virtutes.* Ἰσχὺς, robur corporis. — *Exaltant cor.* Erigunt hominis cor, et illud audax faciunt. — *Super hæc timor Domini.* Qui non ut humanus timor contrahit cor, sed illud dilatat et extollit. Timore etiam Domini divinæ legis observatio significatur, quæ animum confirmat, cum sciant fideles eam mereri divinam protectionem, habeatque adjunctam spem, quæ non confundit.

27. *Minoratio.* Ἐλάττωσις, diminutio, defectus, inopia; quasi dicat: Nullum bonum deest timori Dei. — *Non est in eo inquirere adjutorium.* Est sibi sufficiens timor Dei, nec alieno indiget auxilio.

28. *Paradisus benedictionis.* Vide dicta n. 17. — *Super omnem gloriam operuerunt illum.* Ut Deus paradisum omnigenis floribus et fructibus ornavit, ita timorem sanctum omnium bonorum genere quamlibet humanam gloriam superante, instruxerunt, operuerunt et ornaverunt divinæ manus.

29. Fili, in tempore vitæ tuæ, ne indigeas; melius est enim mori, quam indigere.

30. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus; alit enim animam suam cibis alienis.

31. Vir autem disciplinatus, et eruditus custodiet se.

32. In ore imprudentis condulcabitur inopia, et in ventre ejus ignis ardebit.

29. Mon fils, ne menez jamais une vie de mendiant: car il vaut mieux mourir que de mendier.

30. La vie de celui qui s'attend à la table d'autrui n'est pas une vie, parce qu'il se nourrit des viandes des autres.

31. Mais celui qui est réglé et bien instruit se gardera *bien de tomber dans un tel état.*

32. L'insensé trouvera de la douceur à demander sa vie, et l'avidité de manger lui brûlera les entrailles.

CHAPITRE XLI.

Du souvenir de la mort. L'opprobre et la malédiction sont le partage des méchants. La bonne réputation vaut mieux que les richesses. Diverses choses dont on doit rougir.

1. O mors! quam amara est memoria tua! homini pacem habenti in substantiis suis;

2. Viro quieto, et cujus viæ directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum!

3. O mors, bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus,

4. Defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili, qui perdidit patientiam?

5. Noli metuere judicium mortis. Me-

1. O mort! que ton souvenir est amer à un homme qui vit en paix au milieu de ses biens!

2. A un homme qui n'a rien qui le trouble, à qui tout réussit heureusement, et qui est encore en état de goûter la nourriture!

3. O mort! que ta sentence est douce à un homme pauvre à qui les forces manquent;

4. Qui est dans la défaillance de l'âme, accablé de soins, sans espérance, et à qui la patience manque.

5. Ne craignez point l'arrêt de la mort; souve-

29. *Melius est enim mori quam indigere.* Il y avait alors deux sortes d'hommes qui faisaient le déshonneur de la société: le parasite, qui faisait profession de vivre à la table d'autrui, et qui achetait cet avantage par le vil métier d'espion et d'adulateur; et le mendiant, qui vagabondait pour entretenir sa paresse aux dépens des autres. Le Sage flétrit avec raison ces deux états que la saine morale réprouve.

CAP. XLI. — 2. *Et adhuc valenti accipere cibum!* Nous tenons naturellement à la vie, et celui qui ne manque de rien en ce monde a un double motif pour redouter la mort. Le riche meurt doublement, dit saint Jean Chrysostome, car il faut qu'il se sépare, non-seulement de son corps, mais encore de ses richesses qui ne lui sont pas moins chères.

5. *Noli metuere judicium mortis.* Le Sage veut que nous considérions la mort, non pas au point de vue de notre condition présente, mais au point de vue plus élevé de l'avenir qu'elle nous ouvre.

---

29. *Ne indigeas.* In græco est, ζωὴν ἐπαιτήσεως μὴ βιώσῃς, *cave ne vivas mendicato;* cave ne otio et desidia tua redigas te ad mendicitatem. — *Melius est enim mori, quam indigere.* Quam mendicare. Concinit antiquus versus, βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος, *vita victu indigens non est vita;* est enim vita infelix, et ærumnis plena.

30. *Respiciens in mensam alienam.* De qua expectat frustum panis ad sedandam famem. — *Non est vita... in cogitationes victus.* Ἐν λογισμῷ ζωῆς, *computari non potest in vita.* Italice diceremus: *Non si può mettere in conto di vita.* — *Alit.* Græce, ἀλισγήσει, *contaminabit.* Inopia enim ex desidia et inertia probro est hominibus. — *Animam suam.* Seipsum. Quis autem vitam eam vocet quæ agitur cum dedecore!

31. *Vir... disciplinatus et eruditus.* Vir sapiens. — *Custodiet se.* Ab hujusmodi inopia. Cavebit (in græco enim est), φυλάξεται, turpem hanc egestatem.

32. *In ore imprudentis.* In græco est, ἀναιδοῦς, *impudentis.* — *Condulcabitur.* Dulcis erit vita mendica. — *In ventre... ignis ardebit.* Famis viscera depascentis, cum scilicet a divitibus mendicus submovetur, et inanis dimittitur; quod ei nonnunquam accidere necesse est.

CAP. XLI. — 1. *Pacem habenti.* Quieto et pacate divitiis suis fruenti.

2. *Viæ directæ sunt.* Omnia prospere cedunt. — *Valenti accipere cibum.* Sano, vegeto, valenti.

3. *Judicium tuum.* Intelligit decretum et sententiam Dei, qua omnes Adæ posteri ad mortem damnati sunt, cujus decreti executionem nobis mors affert. — *Homini indigenti.* Pauperi vitam ægre et cum labore et sollicitudine toleranti. — *Qui minoratur viribus.* Cujus vires elanguerunt et collapsæ sunt.

4. *Defecto ætate.* Ei qui ad extremam pervenit ætatem, ἐσχατογήρῳ, ut est in græco. — *Cui de omnibus cura est.* Qui circa omnia distractus, sollicitus et anxius esse cogitur, ut sibi et suis paret necessaria. — *Incredibili.* Græce, ἀπειθοῦντι, diffidenti, desperanti, qui meliorem fortunam non sperat; hujusmodi enim homines patientiam perdunt, et melioris sortis expectationem.

5. *Judicium mortis.* Vide dicta n. 3. — *Memento quæ ante te fuerunt.* Mente reputa te om-

nez-vous de tous ceux qui ont été avant vous, et de tous ceux qui viendront après; c'est l'arrêt que le Seigneur a prononcé contre toute chair.

6. Que craignez-vous, puisqu'il ne vous peut arriver que ce qu'il plaira au Très-Haut ? Qu'un homme vive dix ans, cent ans, mille ans, *cela doit lui être fort indifférent.*

7. Puisqu'on ne compte point les années de la vie parmi les morts.

8. Les enfants des pécheurs, sont des enfants d'abomination, ainsi que ceux qui fréquentent les maisons des méchants.

9. L'héritage des enfants des pécheurs périra, et leur race sera éternellement déshonorée.

10. Les enfants d'un méchant homme se plaindront de leur père, parce qu'il est cause qu'ils sont en opprobre.

11. Malheur à vous, hommes impies, qui avez abandonné la loi du Seigneur, le Très-Haut.

12. Quand vous êtes nés, vous êtes nés dans la malédiction; et quand vous mourrez, vous aurez la malédiction pour votre partage.

13. Tout ce qui vient de la terre retournera en terre : ainsi les méchants tomberont de la malédiction dans la perdition.

14. On pleure les hommes de bien lorsqu'on met leurs corps en terre; mais le nom des méchants sera effacé du monde.

15. Ayez soin de vous procurer une bonne réputation; car ce vous sera un bien plus stable que mille trésors grands et précieux.

mento quæ ante te fuerunt, et quæ superventura sunt tibi; hoc judicium à Domino omni carni;

6. Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni.

7. Non est enim in inferno accusatio vitæ.

8. Filii abominationum fiunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum.

9. Filiorum peccatorum periet hæreditas, et cum semine illorum assiduitas opprobrii.

10. De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

11. Væ vobis viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi.

12. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini; et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.

13. [a] Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur; sic impii à maledicto in perditionem. [a *Supr.* 40. 11.]

14. Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur.

15. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni.

7. *Non est enim in inferno accusatio vitæ.* On ne compte point les années de la vie parmi les morts, mais seulement le nombre des bonnes œuvres qui ont seules quelque mérite devant Dieu. C'est la paraphrase du P. de Carrières. Mais on peut aussi traduire : Car après la mort on ne vous fera point un crime de la longueur ou de la brièveté de la vie.

12. *In maledictione nascemini.* Notre Seigneur a dit de Judas : *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille* (Matth., XXVI, 24).

13. *A maledicto in perditionem.* Ils sont maudits à cause de leurs péchés, et leurs péchés les entraînent dans la perdition ou la damnation éternelle.

---

neque homines in hanc lucem hac conditione editos ut moriantur. Itaque et qui præcesserunt nos extincti sunt, et nos moriemur, posterique nostri. Æquum igitur est ut mortis duritatem conditionis omnium gentium æqualitate mitigemus.

6. *Quid superveniet tibi.* In græco est, τί ἀπαναίνῃ, *quid recusas*, aut *renuis*. Cur non acquiescis divinæ voluntati, sive decem tantum, sive centum aut mille annos vivere te velit? Nostræ vulgatæ sensus esse potest : acquiesce divinæ voluntati, neque enim tua sollicitudine tibi superveniet, aut adjicietur vita longior ultra Altissimi beneplacitum. * Noster interpres videtur legisse, ἀπαντήσει.

7. *Non est... in inferno accusatio vitæ.* Post mortem non dolebis quod parum, sed quod male vixeris. * Non exprobrabunt tibi apud manes quod parum aut diu vixeris.

8. *Filii abominationum.* Peccatorum filii parentes imitantur, iis similes, hoc est, abominabiles evadunt, * aut etiam deteriores. Mala exempla ubi incipiunt, ibi non consistunt. — *Secus domos impiorum.* Qui cum impiis versantur, eorum enim mores induunt.

9. *Periet hæreditas.* Male peribunt eorum divitiæ quas a majoribus acceperunt. — *Assiduitas opprobrii.* Perpetuum dedecus.

10. *Queruntur filii.* Merito queruntur, quia se et genus suum dehonestavit.

12. *Si nati fueritis.* Quando nascemini. — *In maledictione nascemini.* Dicuntur enim filii hominis scelerati, impii, hæretici, etc. Videntur enim hæc cum dictis n. 10 continuenda, ita ut quæ habentur n. 11, sit quædam exclamatio per parenthesim sensum interrumpens. — *In maledictione erit pars vestra.* Idem vobis accidet in morte; semper enim paterni dedecoris labes vobis adhærebit.

13. *A maledicto in perditionem.* Græce, ἀπὸ κατάρας; ab execratione, qua homines illis precantur ut Deus illos perdat. — *In perditionem.* Εἰς ἀπώλειαν, in exitium, a perditione in voto, ad perditionem in re.

14. *Luctus hominum in corpore ipsorum.* Quamvis homines ad propinquorum mortuorum celebrandam memoriam eis persolvant justa funebria, et epitaphia corporum conditoriis adscribant, etc., tamen memoria impiorum delebitur.

15. *Curam habe de bono nomine.* Nobilius enim bonum est fama quam divitiæ. Respicit dictum Salomonis, Prov. 22, 1 : *Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ.*

16. Bonæ vitæ numerus dierum; bonum autem nomen permanebit in ævum.

17. Disciplinam in pace conservate, filii; *a* sapientia enim abscondita, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? [*Supr.* 20. 32.]

18. Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam.

19. Veruntamen reveremini in his quæ procedunt de ore meo.

20. Non est enim bonum omnem reverentiam observare; et non omnia omnibus bene placent in fide.

21. Erubescite a patre et matre de fornicatione; et a præsidente et a potente de mendacio;

22. A principe et a judice de delicto; a synagoga et plebe de iniquitate;

23. A socio et amico de injustitia; et de loco in quo habitas;

24. De furto, de veritate Dei, et testamento; de discubitu in panibus, et ab obfuscatione dati et accepti :

16. La bonne vie n'a qu'un nombre de jours; mais la bonne réputation demeure éternellement.

17. Conservez, mes enfants, *pendant que vous êtes* en paix, les instructions que je vous donne : car à quoi sert une sagesse cachée et un trésor inconnu ?

18. Celui qui cache son imprudence vaut mieux que celui qui cache sa sagesse;

19. Ayez donc de la honte pour ce que je m'en vais vous marquer :

20. Car il n'est pas bon d'en avoir pour tout; et il y a de bonnes choses qui ne plaisent pas à tout le monde.

21. *Mais* rougissez de la fornication devant votre père et votre mère; du mensonge, devant celui qui gouverne et qui est puissant;

22. D'une faute devant le prince et le juge; de l'iniquité devant l'assemblée et devant le peuple.

23. De l'injustice devant votre compagnon et votre ami; de faire un larcin au lieu où vous demeurez :

24. A cause de la vérité de Dieu et de son alliance. *Rougissez* de mettre le coude sur la table, et d'user de tromperie dans ce que vous recevez ou donnez.

21. *A præsidente et a potente de mendacio.* Nous préférons le sens du P. de Carrières à celui de Ménochius. Il faut rougir de mentir devant un magistrat, parce que la vérité lui est due en sa qualité de gouverneur ou de chef du pays; il faut rougir de faire une faute devant un prince ou un juge, parce qu'ils sont chargés de faire respecter la loi et de punir les crimes. Il faut rougir de faire une injustice devant un ami et un compagnon, parce que la justice est la base de l'amitié et de l'ordre social. Il faut rougir de voler dans le lieu où l'on demeure, parce que cet exemple doit porter les serviteurs et toutes les personnes de la maison à faire de même.

24. *De discubitu in panibus.* On mangeait ordinairement couché sur le côté, sur des lits. S'appuyer sur le coude, était une posture que la civilité condamnait. Elle indiquait un homme sensuel, qui ne songe qu'à satisfaire sa gourmandise, c'est ce qui fait que le Sage flétrit cette attitude indécente.

---

16. *Bonæ vitæ.* Vel jucundæ, qualem sectantur mali; vel honestæ, qualem vivunt boni. — *Numerus dierum.* Ejus dies numerabiles sunt, pauci nimirum; ideoque nec tam brevem voluptatem sectari, nec tantulum laborem fugere debemus.

17. *Disciplinam in pace conservate.* Vel sensus est : etiam cum prospere vobis cuncta fluunt, disciplinæ et virtutis tenaces estote; vel sedato animo et tranquillo disciplinam admittite, et quæ docemini retinete. — *Sapientia enim.* In græco est, σοφία δὲ, *sapientia autem.* — *Thesaurus invisus.* Ἀφανής, occulte habitus, ut videri non possit. — *Quæ utilitas in utrisque?* Quasi dicat, nulla.

18. *Melior est homo.* Qui enim abscondit stultitiam, sapiens habebitur; qui vero sapientiam, invidus; quippe qui thesaurum illum cum aliis communicare non vult.

19. *Veruntamen.* Ergo, itaque; græce, τοιγαροῦν. — *Reveremini.* Pudeat vos. — *In his quæ procedunt de ore meo.* Ea patrare quæ mox enumeraturus sum.

20. *Non est enim bonum.* Quasi dicat : Est enim aliquis pudor vitiosus, quem contemnere debemus; aliquis vero bonus et probabilis, quo nos commoveri par est, cum quædam peccamus. — *In fide.* Bene, recte, et secundum præscriptum rationis et divinæ legis facta. Hæc, inquam, ex vitioso pudore aliquibus aliquando non placent. Sic Deus Psal. 32, 4, dicitur fecisse *omnia opera in fide*, id est, integre et perfecte.

21. *A patre et a matre de fornicatione.* Pudeat eos qui filios habent, quos sancte et caste debent instituere, si fornicentur, et malo exemplo illis sint matura præsertim ætate, quam ab hujusmodi turpitudine maxime remotam esse par est. Italica phrasis vulgari sententiam bene explicat : *Vergognatevi d'essere padre, o madre, e cascare in fornicazione.* — *A præsidente et a potente de mendacio.* Pudeat vos, cum principes sitis aut judices, mentiri; nam ut habemus Prov., 17, 7 : *Non decent stultum labia composita; nec principem labium mendax.*

22. *A principe et a judice de delicto.* Pudeat vos, qui judices estis et principes, hoc est, delictorum vindices, ea quæ in aliis plectitis admittere. — *A synagoga et plebe.* Vos qui consilii democratici partes estis, pudere debet si sitis in alios injusti et iniqui, cum penes vos justitiæ sit administratio.

23. *A socio et amico.* Pudeat profiteri vos alicujus amicos, et tamen amicitiam injustitia violare. — *De loco in quo habitas.* Pudeat te in domo in qua habitas furari; cum enim par sit omnes domesticos in familiæ bonum conspirare, pudendum sane aliquem contra facere, et furto rei domesticæ nocere.

24. *De veritate Dei, et testamento.* Fortasse sensus est : pudeat te in testamentis, hoc est in pactis et contractibus divinum testimonium verax per juramentum invocasse, et quæ juraveris non implesse. — *De discubitu in panibus.* Græco, ἀπὸ πήξεως ἀγκῶνος ἐπ' ἄρτοις, *de*

25. *Rougissez* de ne répondre pas à ceux qui vous saluent; de jeter la vue sur une femme prostituée, et de détourner votre visage de l'un de vos proches.	25. A salutantibus de silentio; a respectu mulieris fornicariæ; et ab aversione vultus cognati.
26. Ne vous détournez pas pour ne point voir votre prochain; et *rougissez* de lui ôter ce qui lui appartient, sans le lui rendre.	26. Ne avertas faciem a proximo tuo et ab auferendo partem et non restituendo.
27. Ne regardez point la femme d'un autre; ne vous rendez point familier avec sa servante, et ne vous tenez point auprès de son lit.	27. *a* Ne respicias mulierem alieni viri, et ne scruteris ancillam ejus, neque steteris ad lectum ejus. [a *Matth.* 5. 28.]
28. Rougissez de dire des paroles offensantes à vos amis, et ne reprochez point ce que vous aurez donné.	28. Ab amicis de sermonibus improperii; et cum dederis, ne improperes.

CHAPITRE XLII

Des choses dont il ne faut pas rougir. Vigilance que le père doit exercer sur ses filles. Fuir la compagnie des femmes. Louanges des ouvrages du Seigneur.

1. Ne redites point ce que vous avez entendu dire, et ne révélez point ce qui est secret : alors vous serez vraiment exempt de confusion, et vous trouverez grâce devant tous les hommes. Ne rougissez point de tout ce que je vais vous dire, et n'ayez point d'égard à la qualité des personnes pour commettre le péché.	1. Non duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi, et eris vere sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum; ne pro his omnibus confundaris, *a* et ne accipias personam ut delinquas. [a *Levit.* 19. 15. *Deut.* 1. 17. et 16. 19. *Prov.* 24. 23. *Jac.* 2. 1.]
2. *Ne rougissez point* de la loi et de l'alliance du Très-Haut dans un jugement où l'on voudrait absoudre un méchant homme;	2. De lege Altissimi, et testamento, et de judicio justificare impium,

Cap. XLII. — 2. *De lege Altissimi.* Le respect humain paralyse souvent l'homme et l'empêche de manifester les sentiments de piété et de justice qu'il a dans le cœur. Il rougit de sa religion devant les impies, il n'ose défendre la justice devant des hommes injustes. Le Sage condamne cette faiblesse et il dit que rien n'honore plus l'homme que le courage de son opinion, surtout quand il s'agit de faire prévaloir les droits de la justice et de la vérité.

---

cubitis super mensam, aut super ipsos panes fixis cum cibum capis; hæc enim magna est inurbanitas, et animum in patinas defixum significat. — *Ab obfuscatione dati et accepti.* Cum scilicet aliquid acceperis, et illud te accepisse negaveris, et veritati rationum tenebras offundere conatus fueris. In græco est, ἀπὸ σκορπισμοῦ λήψεως καὶ δόσεως. Est autem σκορπισμὸς cum quis ad corvos, ut dici solet, irritus dimittitur. Sententia ergo est : pudeat te negare quod debes, et ad corvos creditorem amandare.

25. *A salutantibus de silentio.* Pudeat te non resalutare salutantem. — *A respectu mulieris fornicariæ.* Pudeat oculos figere in mulierem fornicariam; signum enim est propensi animi in turpitudinem. — *Ab aversione vultus cognati.* Pudeat te cum aliquis propinquus tuus a te aliquid honestum postulat, vultum illius confundere et avertere, negata re quæ postulatur; hæc enim videtur esse ἀποστροφὴ προσώπου συγγενοῦς, ut est in græco. Alii interpretantur : Pudeat te vultum a propinquo humili aut paupere avertere. Prior tamen explicatio magis placet.

26. *Ne avertas faciem a proximo tuo.* Quasi illum parvi faciens, aut dissimulans cognationem et propinquitatem quam cum illo habes, idque quia humilis est aut pauper. — *Ab auferendo partem, et non restituendo.* In græco est, *ab ablatione partis, et donationis.* Pudeat te partem alii debitam habuisse aut abstulisse, nec tamen reddidisse; hoc enim rapacis et avari nomen tibi conciliabit.

27. *Ne scruteris ancillam ejus.* Græce, ἀπὸ περιεργίας παιδίσκης αὐτοῦ, id est, *a curiositate circa ancillam ejus* : qui enim multum et curiose aspiciunt et interrogant, etc., suspicionem faciunt intemperantis animi. — *Neque steteris ad lectum ejus.* Ut ad concubitum sollicites; nam cum inhonestum sit propriam ancillam sollicitare ad turpitudinem, inhonestius etiam est et fœdius alienam, proximi domui labem aspergendo.

28. *Ab amicis de sermonibus improperii.* Turpe est, cum amico benefeceris, odiose beneficia in eum collata commemorare, quasi ille non satis recordetur, aut ingratus sit. Hujus ergo lapsus prudentem hominem pudere debet.

Cap. XLII. — 1. *Non duplices sermonem auditus.* In græco est, *ab iteratione et sermone.* Est continuatio enumerationis eorum quorum nos pudere debet. Sententia est : pudeat te creditum tibi arcanum revelasse; hoc enim est sermonem duplicare, sive iterare, nimirum semel auditum repetere, et cum alio communicare. — *Eris... sine confusione.* Si secretum tibi commissum celaveris, non erit quod te pudeat. — *Ne pro his omnibus confundaris.* Non te pudeat eorum quæ mox enumerabo. — *Ne accipias personam ut delinquas.* Ne personæ alicujus auctoritate aut amore ita commovearis, ut contra ea pecces quæ mox subjungam.

2. *De lege Altissimi, et testamento.* Ne te pudeat profiteri Dei legem quam pacto olim per majores tuos cum Deo inito servaturum te recepisti. — *De judicio justificare impium.* Ne vitioso pudore adeo ducaris, ut in judicio impium justum pronunties. Nectendum cum superioribus hoc modo : *Ne confundaris, nec accipias personam justificare impium*, id est, ne des locum pudori, nec personæ cedas, ita ut in judicio secundum impium judices.

3. De verbo sociorum et viatorum, et de datione hæreditatis amicorum.	3. Ni dans une affaire *qui est* entre ceux de votre connaissance et des étrangers qui passent, dans le partage d'un héritage où vos amis sont intéressés.
4. De æqualitate stateræ et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum.	4. *Ne rougissez point* d'user d'un juste poids et d'une juste balance, ni d'être équitable lorsqu'il s'agit d'acquérir peu ou beaucoup;
5. De corruptione emptionis et negotiatorum, et de multa disciplina filiorum, et servo pessimo latus sanguinare.	5. Ni de faire justice des corruptions qui arrivent entre les vendeurs et les acheteurs, ni de châtier souvent vos enfants, ni de battre jusqu'au sang un méchant esclave.
6. Super mulierem nequam bonum est signum.	6. Il est bon de tenir tout sous la clef lorsqu'on a une méchante femme.
7. Ubi manus multæ sunt, claude; et quodcumque trades, numera, et appende; datum vero et acceptum omne describe.	7. Où il y a beaucoup de mains, tenez tout fermé, donnez tout compté et pesé; et ne manquez point d'écrire ce que vous aurez donné et reçu.
8. De disciplina insensati et fatui, et de senioribus, qui judicantur ab adolescentibus; et eris eruditus in omnibus, et probabilis in conspectu omnium virorum.	8. *Ne rougissez point* de corriger l'insensé et l'imprudent, ni de soutenir les vieillards qui sont condamnés par des jeunes gens : alors vous ferez voir que vous êtes bien instruit de toutes choses, et vous serez approuvé de tous les hommes.

7. *Datum vero et acceptum omne describe.* On serait étonné que l'Esprit-Saint fût entré dans de semblables détails, si l'on ne savait que la paix et le bonheur d'une maison dépend souvent de l'ordre que le chef met dans l'administration de ses affaires. Le défaut d'ordre amène la ruine, la ruine conduit à la misère et la misère entraîne toutes sortes de fautes morales. C'est ainsi que le désordre matériel et le désordre moral se tiennent, et que l'un est souvent la cause de l'autre.

---

3. *De verbo sociorum et viatorum.* Si inter peregrinum et socium aliquem tuum inciderit controversia, cave ne vitioso ductus pudore justitiam violes, et pro socio pronunties ne illum offendas; sed justus esto et rectus arbiter, ut etiam peregrino causam adjudices, si rationes illius fuerint potiores. — *De datione hæreditatis amicorum.* In distributione et divisione hæreditatis æqualiter et fideliter inter cohæredes dividenda, noli ex pudore uni plus favere aut dare quam alteri. Itaque vertunt aliqui : *Ne des locum pudori in hæreditate consortium partienda.*

4. *De æqualitate stateræ et ponderum.* Non te pudeat ab eo a quo aliquid mercaris exigere ut æquam tribuat et tibi debitam mensuram aut pondus rei emptæ. Sunt enim qui vitioso pudore ducti hoc facere non audeant. Vel sensus est : non te pudeat exactum esse in servanda æqualitate mensurarum et ponderum, etiamsi alios cernas passim fraudibus grassari, et te quasi simplicem aut nimis anxium rideri animadvertas. — *De acquisitione multorum et paucorum.* Non te pudeat si pauca acquiras, aliis ad magnas divitias pervenientibus; nec propterea justitiam violare velis.

5. *De corruptione emptionis et negotiatorum.* Videtur vulgatæ sensus esse : non te pudeat corrumpere, id est, impedire negotiatorum emptionem, cum res aliqua venditur in auctione, quasi timens ne alios offendas, si aliquid addendo de pretio rem utilem tibi vindices. In græco varia lectio est; nam aliquid habent, περὶ ἀδιαφόρου πράσεως, alii ἀδιαφθόρου, alii διαφόρου. Primæ lectionis sensus esse potest : non te pudeat indifferenter et æqualiter omnibus vendere, civibus et peregrinis, summis et imis, notis et ignotis. Secundæ : non te pudeat incorruptum esse, hoc est, justum in venditione. Tertiæ : non te pudeat diverso pretio, et mitiori magisque justo res vendere, etiamsi alii mercatores secus faciant. * Aliqui ex græco vertunt : *De pecunia conditionis mercatorum.* Et sensum esse putant : ne te pudeat flagitare pretium a mercatore qui emit; nam etiam bona nomina non interpellando fiunt mala. — *De multa disciplina filiorum.* Non te pudeat multum esse in filiorum institutione, correctione, castigatione, timens ne immitis et durus habearis. — *Servo pessimo latus sanguinare.* Non te pudeat servi mali, furacis, verbi gratia, ebriosi, scortatoris, etc., latus sanguinare, id est, cruentare verberibus.

6. *Mulierem nequam.* Moribus levem, aut parum pudicam. — *Bonum est signum.* Σφραγίς, id est, sigillum, sive clausula, quasi dicat : Non te pudeat clausam habere uxorem, timens ne zelotypus appelleris, si alioqui noveris illam esse impudicam.

7. *Ubi manus multæ sunt.* Quæ furari possunt claude, nec te hujus diligentiæ pudeat. — *Quodcumque trades.* Non te pudeat cum alteri pecuniam tribuis aut accipis numerare, etc., timens ne propterea parum credere videaris amici fidelitati.

8. *De disciplina insensati.* Non te pudeat erudire et castigare insensatum et fatuum, quasi otium male colloces, et te aliis ridendum exhibeas. — *De senioribus qui judicantur ab adolescentibus.* Pro *senioribus* in græco est, ἐσχατογήρου, decrepiti. Hi frequenter ridentur a junioribus, quasi delirent. Non ergo prudentem et bonum virum pudere debet, si illorum sumat patrocinium, eosque defendat, et ab irrisionibus vindicet. * Vel sensus est : non te pudeat senem admonere ne cum junioribus certet; facit enim rem sua persona et ætate indignam cum illis jurgando, et se illis æquando. In græco est, περὶ ἐσχατογήρου, κρινομένου πρὸς νέους; videtur autem κρίνεσθαι πρὸς νέους, esse cum illis jurgari, disputare, contendere. — *Eris eruditus.* Bene moratus, bene institutus apparebis. — *Probabilis.* Gratus.

9. La fille est à son père un sujet secret de veiller toujours : et le soin qu'elle *lui* cause lui ôte le sommeil ; *car il craint* qu'elle ne passe la fleur de son âge sans être mariée ; et que, lorsqu'elle sera avec son mari, elle n'en soit point aimée.

10. Il craint qu'elle ne se corrompe pendant qu'elle est vierge, et qu'elle ne soit trouvée grosse dans la maison de son père ; ou qu'étant mariée elle ne viole la loi du mariage ; ou qu'elle demeure stérile.

11. Gardez étroitement une fille libertine, de peur qu'elle ne vous expose aux insultes de vos ennemis ; qu'elle ne vous rende l'objet de la médisance de toute une ville et la fable du peuple, et qu'elle ne vous déshonore devant tout le monde.

12. N'arrêtez point vos yeux sur la beauté de personne, et ne demeurez point au milieu des femmes.

13. Car, comme le ver s'engendre dans les vêtements, aussi l'iniquité de l'homme vient de la femme.

14. *De sorte* qu'un homme qui vous fait du mal, vaut mieux qu'une femme qui vous fait du bien, et qui devient un sujet de confusion et de honte.

15. Je me souviendrai donc des ouvrages du Seigneur, j'annoncerai ce que j'en ai vu : je découvrirai les ouvrages de Dieu par ses paroles.

16. Le soleil voit tout et éclaire tout, la gloire du Seigneur éclate dans ses œuvres.

9. Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo ejus aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat;

10. Nequando polluatur in virginitate sua, et in paternis suis gravida inveniatur; ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur.

11. Super filiam luxuriosam confirma custodiam; nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractione in civitate, et objectione plebis, et confundat te in multitudine populi.

12. Omni homini noli intendere in specie : et in medio mulierum noli commorari ;

13. De vestimentis enim procedit tinea, et à muliere iniquitas viri.

14. Melior est enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens, et mulier confundens in opprobrium.

15. Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidi annuntiabo. In sermonibus Domini opera ejus.

16. Sol illuminans per omnia respexit, et gloria Domini plenum est opus ejus.

9. *Filia patris abscondita est vigilia*. Le Sage énumère cinq causes de crainte pour le père : 1° Il craint que sa fille ne passe la fleur de l'âge sans se marier, ce qui était regardé comme un déshonneur ; 2° que mariée, elle ne soit pas aimée de son mari, ce qui fait un mauvais ménage ; 3° que jeune fille elle ne se déshonore à la maison par son inconduite, ce qui est une tache pour la famille ; 4° que mariée elle ne tombe dans l'adultère, crime que la loi punissait de mort ; 5° qu'elle ne reste stérile, ce qui était un opprobre aux yeux des Juifs.

15. *Memor ero igitur operum Domini*. Ici commence la conclusion de l'ouvrage que l'auteur termine par la louange de Dieu et un éloge de tous les grands hommes qui l'ont servi. Il loue Dieu de ses perfections infinies qui nous sont révélées par ses œuvres. Ces louanges s'accordent si parfaitement avec la notion chrétienne que nous avons de Dieu, qu'elles nous semblent toutes naturelles. Mais si nous nous reportons à l'époque où vivait le fils de Sirach ; si nous réfléchissons qu'en Egypte et dans toutes les autres contrées du monde, le polythéisme dominait alors avec toutes ses superstitions, nous reconnaîtrons que Dieu seul a pu inspirer et conserver une doctrine aussi pure et aussi exacte que celle que nous trouvons ici.

---

9. *Abscondita est vigilia*. Facit enim ut noctu, cum dormire creditur, vigilet. — *Adulta efficiatur*. In græco est, παρακμάσῃ, ne florem ætatis innupta pertranseat, ne domi senescat, antequam nuptui tradatur, ne fiat *superadulta*, ut loquitur D. Paulus I. Cor. 7, 36. — *Cum viro commorata*. Stupri causa. — *Odibilis fiat*. Et maritum non inveniat.

10. *Polluatur in virginitate sua*. Corruptorem admittat, dum est in virginali statu, ante nuptias. — *In paternis*. Ædibus. — *Cum viro commorata*. Viro tradita in matrimonium. — *Transgrediatur*. Jura matrimonii per adulterium. — *Sterilis efficiatur*. Sterilis inveniatur, ac propterea parum a viro diligatur.

11. *Super filiam luxuriosam*. — Diligenter custodi filiam luxuriosam. — *In opprobrium... inimicis*. Ne inimici tui dedecus aliquod filiæ tibi opprobrare merito possint. In græco est, ἐπίχαρμα, *lætitiam*, id est, ne lætitiæ occasionem præbeas inimicis. — *A detractione in civitate*. Propter detractionem in civitate. Græcus habet, λαλιὰν ἐν πόλει, *fabulam in civitate*, ne te fabulam faciat. — *Et objectione plebis*. Quæ domesticum illud dedecus objiciat. — *Confundat*. Pudefaciat.

12. *Intendere in specie*. Pulchritudinem aspicere.

13. *De vestimentis... procedit tinea*. Quemadmodum ex vestimentis tinea nascitur, ita a muliere pulchra tinea amoris, quæ rodat cor aspicientis.

14. *Melior est enim iniquitas viri*. Melius enim est virum tibi iniquum esse, infestum et contrarium, quam mulierem erga te benignam aut blandam; in hac enim majus est periculum. — *Confundens in opprobrium*. Dedecorans te; cum ad turpem consuetudinem trahit.

15. *Memor ero*. Commemorabo. — *Quæ vidi*. Quæ oculis inspexi, vel mente contemplatus sum. — *In sermonibus Domini opera ejus*. Verbo jussuque Domini omnia ejus opera creata sunt, conservantur et gubernantur.

16. *Sol illuminans per omnia respexit*. Est enim sol quasi oculus mundi, cuncta aspiciens et lustrans. *Gloria Domini*. Ministerium solis lucem summa velocitate circumferentis, et suo calore cuncta foventis, etc., in magnam Dei gloriam cedit. * Vel sensus est : sicut sol omnia perlustrat, ita et opus hoc Dei, nempe mundus plenus est ipsius majestate.

17. Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua?

18. Abyssum, et cor hominum investigavit; et in astutia eorum excogitavit.

19. Cognovit enim Dominus omnem scientiam, et inspexit in signum ævi, annuntians quæ præterierunt, et quæ superventura sunt, revelans vestigia occultorum.

20. Non præterit illum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo.

21. Magnalia sapientiæ suæ decoravit; qui est ante sæculum et usque in sæculum; neque adjectum est,

22. Neque minuitur, et non eget alicujus consilio.

23. Quam desiderabilia omnia opera ejus, et tanquam scintilla, quæ est considerare!

24. Omnia hæc vivunt, et manent in sæculum, et in omni necessitate omnia obaudiunt ei.

25. Omnia duplicia, unum contra unum, et non fecit quidquam deesse.

17. Le Seigneur n'a-t-il pas fait publier par ses saints *prophètes* toutes ses merveilles, qu'il a affermies comme étant le Seigneur tout-puissant, afin qu'elles subsistent éternellement pour sa gloire?

18. Il sonde l'abîme et le cœur des hommes, et il pénètre leurs plus secrètes pensées.

19. Car le Seigneur connaît tout ce qui se peut savoir, et il voit les signes des temps à venir : il annonce les choses passées et les choses futures ; il découvre les traces de ce qui était le plus caché.

20. Il n'y a point pour lui de pensées secrètes, et rien ne se dérobe à sa lumière.

21. Il a fait éclater la beauté des merveilles de sa sagesse. Il est avant tous les siècles, et il sera dans tous les siècles.

22. On ne peut ni ajouter rien à ce qu'il est, ni en rien ôter ; et il n'a besoin du conseil de personne.

23. Combien ses œuvres sont-elles aimables ! et cependant ce que nous en pouvons considérer n'est qu'une étincelle.

24. Elles subsistent toutes, et demeurent pour jamais, et elles lui obéissent dans tout ce qu'il demande d'elles.

25. Chaque chose a son contraire : l'une est opposée à l'autre, et rien ne manque aux œuvres de Dieu.

23. *Et tanquam scintilla*. Notre intelligence ne peut embrasser dans toute leur étendue les œuvres de Dieu. Elle ne peut recevoir la lumière immense qui s'en dégage. Elle n'en saisit qu'une lueur, qu'une étincelle, mais cette étincelle nous transporte d'admiration et nous fait penser aux ravissements que nous causera la plénitude de sa gloire, lorsqu'il nous sera donné de nous y plonger dans la bienheureuse éternité que sa bonté nous réserve (Cf. Job., XXVI, 24).

---

17. *Quæ confirmavit Dominus*. Sententia est, Dominus non fluxa, sed stabilia et perdurantia fecit opera sua, ut in iis firmaret, et stabiliret gloriam et magnificentiam suam per totum universum. * Ex græco sic vertere possumus : *Non dedit Dominus facultatem ipsis sanctis enarrandi mira ipsius, quæ ipse Deus omnipotens constituit, nempe ideo, ut ad ejus honorem universum hoc subsisteret*. Hoc dicitur ne quis putet a se expectandum ut res verbis æquet.

18. *Abyssum et cor hominum*. Abyssum cordis hominis. Vel, æque notum habet abyssum et cor hominis, licet utrumque profundissimum sit, et inscrutabile existimetur. — *In astutia eorum excogitavit*. Astutias cordis humani assecutus est, intelligit, considerat.

19. *Inspexit in signum ævi*. Intelligit astra, quæ, Genes. 1. 14, dicuntur posita *in signa et tempora, et dies et annos*, et astrorum naturales effectus et influxus in hæc inferiora. * Vel sensus est : singula puncta temporis videt. Pars temporis, quanta minima in horologiis notari potest, dicitur σημεῖον *signum*, teste Polluce in Onomastico. — *Annuntians*. Non est nectendum cum voce signum, σημεῖον, nam græce ἀπαγγέλλων generis est masculini; itaque refertur ad Deum, qui dicitur annuntiare quæ præterierunt, etc., quia omnia illi æque nota sunt, præterita, præsentia et futura. — *Vestigia occultorum*. Occulta, quorum vestigia obscura persequuntur mortales, sed Deo clarissime patent.

20. *Cogitatus*. Cogitatio. — *Sermo*. Res, vel sermo hominum.

21. *Magnalia sapientiæ suæ decoravit*. Magnifica opera sapientiæ suæ, eadem sua sapientia ornavit et perfecit. — *Qui est ante sæculum*. Qui æternus est. — *Neque adjectum est*. Nihil illi advenit de novo, nec mutatur, sed semper idem perseverat.

23. *Desiderabilia*. Pulchra et perfecta; quæ enim sunt hujusmodi, eadem sunt desiderabilia. — *Et tanquam scintilla*. Opera Dei tanquam scintillæ sunt divinæ potentiæ, sapientiæ, bonitatis. — *Quæ est considerare*. Quas licet et decet contemplari. In aliquibus græcis codicibus est, ὡς σπινθῆρός ἐστι θεωρῆσαι, id est, *usque ad scintillam est contemplari*. Scintillæ enim, quamvis parvæ, consideratione et admiratione indignæ non sunt.

24. *Vivunt, et manent in sæculum*. Vel enim in se ipsis perdurant, vel in sua specie. * Vel sensus est : hæc omnia vim suam exerunt. — *In omni necessitate*. Ad omnes usus; in græco enim est ἐν πάσαις χρείαις.

25. *Omnia duplicia*. Δισσά, id est, bina, vel gemina, quorum tamen unum alteri contrarium est, vel adversum : sic calori oppositum frigus, siccitas humiditati. — *Non fecit quidquam deesse*. Scilicet a suo pari, vel contrario; non fecit quidquam habere defectum sui paris, oppositi et antitheti, ut idcirco altero quasi pede deficeret et claudicaret, sed unicuique suum par apposuit vel opposuit : * v. g., in animalibus et mas et femina; in mixtis opposita elementa; in corporis materia et forma in omnibus creatis actus et potentia.

26. Il a affermi ce que chacun a de bon; et qui pourra se rassasier en voyant sa gloire?	26. Uniuscujusque confirmavit bona. Et quis satiabitur videns gloriam ejus?

CHAPITRE XLIII.

Grandeur de Dieu marquée dans ses ouvrages. Le ciel, le soleil, la lune, les étoiles, l'arc-en-ciel, les éclairs, le tonnerre, la grêle, la glace, la mer et toutes les autres choses dans lesquelles éclatent la toute-puissance de Dieu et ses perfections qui sont au-dessus de toute louange.

1. Le firmament est la beauté des corps les plus hauts, l'ornement du ciel; c'est lui qui en fait luire la gloire.	1. Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, species cœli in visione gloriæ.
2. Le soleil paraissant à son lever annonce le jour; c'est le vase, l'ouvrage *exquis* du Très-Haut.	2. Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.
3. Il brûle la terre en son midi; et qui peut supporter ses vives ardeurs? il conserve une fournaise de feu dans ses chaleurs.	3. In meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris ejus quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris;
4. Il brûle les montagnes d'une triple flamme; il lance des rayons de feu et la vivacité de sa lumière éblouit les yeux.	4. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, et refulgens radiis suis obcæcat oculos.
5. Le Seigneur qui l'a créé est grand : il hâte sa course pour lui obéir.	5. Magnus Dominus qui fecit illum, et in sermonibus ejus festinavit iter.
6. La lune est dans toutes les révolutions qui lui arrivent, la marque des temps, et le signe des changements de l'année.	6. Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, et signum ævi.
7. C'est la lune qui détermine les jours de fêtes : c'est un corps de lumière dont la clarté, arrivée à son plus haut point, diminue toujours.	7. A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione.

Cap. XLIII. — 1. *Altitudinis firmamentum.* Le firmament désigne ici l'immensité de l'étendue à laquelle nous donnons le nom de ciel. C'est dans cette immensité que brille avec le plus d'éclat la beauté des œuvres de Dieu. Là, dit Bossuet, est son temple, là est sa demeure.

3. *Fornacem custodiens.* D'après le Grec : On souffle dans une fournaise pour y exciter le feu; mais le soleil brûle les montagnes avec un feu trois fois plus ardent. Cette description convient à merveille à ce soleil d'Orient dont les yeux ne peuvent supporter la lumière.

6. *Et signum ævi.* Les Hébreux avaient adopté l'année lunaire; par conséquent, c'était d'après les mouvements de cet astre qu'ils divisaient le temps.

---

26. *Uniuscujusque confirmavit bona.* Scilicet per oppositum suum; sic materia perficitur per formam, potentia per actum. Sic album ex nigro pulchrius apparet, juventus consilio senum regitur, senes juvenum juvantur auxilio. Clarius hunc sensum exhibent græca quæ habent, ἓν τοῦ ἑνὸς ἐστερέωσε τὰ ἀγαθά; unum unius (hoc est, alterum alterius) *stabilivit bona.*

Cap. XLIII. — 1. *Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est.* Particula *ejus* referenda est ad vocem *altitudinis*, ut sensus sit : altitudinis, hoc est, cœli altissimi pars nobilissima, puta firmamentum, sive cœlum stellatum, est pulchritudo ejus, scilicet altitudinis. — *Species cœli in visione gloriæ.* Species et pulchritudo firmamenti, quæ est species et pulchritudo totius cœli et mundi, est id in quo videtur gloria tum ipsius cœli, tum Dei qui ejus est auctor et creator. Est hypallage invertens ordinem; recto enim ordine dicendum fuisset, *visio gloriæ Dei est in specie cœli.*

2. *In aspectu.* Cum nos incipit aspicere matutino tempore; cum nos primum illum aspicimus. — *Annuntians.* Adesse lucem et tempus repetendi opera diurna. — *In exitu.* Ex oriente. — *Vas.* Instrumentum, organum, machina.

3. *In meridiano.* Meridie. — *Fornacem custodiens.* Noster legit φυλάσσων, custodiens; sed jam in græco est, φυσῶν, *insufflans*; sed sensus idem est; nam artifices fornaces suas custodientes follibus aut alia ratione ignem excitant. Est autem particula aliqua similitudinis subintelligenda ut sensus constet hoc modo : sicut faber ferrarius aut coctor calcariæ, aut laterariæ fornacis ignem excitat, sic, etc. — *In operibus ardoris.* In operibus quæ ignis ardore perficiuntur.

4. *Tripliciter sol exurens montes.* Multo magis ac triplo plus sol montes exurit. — *Exsufflans.* Emittens, ejaculans.

5. *In sermonibus ejus festinavit iter.* Jussu Domini cursu celerrimo cursum suum conficit.

6. *Et luna in omnibus.* Vel in omnibus gentibus ac terræ plagis, vel in omnibus mutationibus quas patitur. — *Ostensio temporis.* Per illam enim menses fiunt. — *Signum ævi.* Signum temporis; nam per lunam tempora distinguuntur.

7. *A luna signum diei festi.* Neomeniæ quæ celebrabatur in novilunio, ut significat ipsa vox *neomenia.* — *Minuitur in consummatione.* Luce nimirum decrescente, donec perfecte deficiat.

8. Mensis secundum nomen ejus est, crescens mirabiliter in consummatione.	8. La lune a donné le nom au mois; sa lumière croît d'une manière admirable, jusqu'à ce qu'elle soit parfaite.
9. Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendens gloriose.	9. Un camp militaire luit au haut du ciel, et jette une splendeur étincelante dans le firmament.
10. Species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.	10. L'éclat des étoiles est la beauté du ciel; c'est le Seigneur qui éclaire le monde, des lieux les plus hauts.
11. In verbis sancti stabunt ad judicium, et non deficient in vigiliis suis.	11. A la moindre parole du *Dieu* saint, elles se tiennent prêtes à exécuter ses ordres; et elles sont infatigables dans leurs veilles.
12. Vide arcum, et benedic eum a qui fecit illum; valde speciosus est in splendore suo [a *Genes.* 9. 13.]	12. Considérez l'arc-en-ciel, et bénissez celui qui l'a fait; il éclate avec une admirable beauté.
13. Gyravit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.	13. Il forme dans le ciel un cercle de gloire; et son étendue est l'ouvrage des mains du Très-Haut.
14. Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat coruscationes emittere judicii sui.	14. Le Seigneur fait tout d'un coup paraître la neige : il se hâte de lancer ses éclairs, pour l'exécution de ses jugements.
15. Propterea aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebulæ sicut aves.	15. C'est pour cela qu'il ouvre ses trésors et qu'il fait voler les nuages comme des oiseaux.
16. In magnitudine sua posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.	16. Par la grandeur de son pouvoir il épaissit les nues, et il en fait sortir la grêle comme des pierres.
17. In conspectu ejus commovebuntur montes, et in voluntate ejus aspirabit notus.	17. Par un de ses regards il ébranle les montagnes; et par sa seule volonté il fait souffler le vent du midi.
18. Vox tonitrui ejus verberabit terram, tempestas aquilonis, et congregatio spiritus.	18. Il frappe la terre par le bruit de son tonnerre, par la tempête des aquilons, et par les tourbillons des vents.

9. *Vas castrorum.* Dans les Prophètes, les étoiles sont ordinairement comparées à une armée rangée en bataille. Elles obéissent toutes à la voix de Dieu, comme des soldats à leur chef, et elles sont toutes au poste qui leur a été assigné.

15. *Aperti sunt thesauri.* La même figure se trouve non-seulement dans Job, mais encore dans les Psaumes (Ps. CXXXIX, 7). Elle est fondée sur l'opinion du vulgaire, qui se figurait que Dieu tenait les vents renfermés, et qu'il les lâchait à volonté. Dans la mythologie grecque et latine, la légende d'Éole repose sur la même donnée.

---

8. *Mensis secundum nomen ejus.* Tam apud Græcos quam apud Hebræos; nam a Græcis luna dicitur μήνη, mensis vero μήν, unde etiam vox mensis apud Latinos, ut aliqui sentiunt. Apud Hebræos vero luna dicitur ירח *jareach*, et ab illa mensis ירח *jerach.* — *In consummatione.* Donec orbem perficiat et impleat.

9. *Vas castrorum in excelsis.* Præclarum Dei instrumentum inter astra quæ Scripturæ phrasi militia et castra cœli dicuntur.

10. *Species cœli.* Pulchritudo cœli. — *Mundum illuminans.* Quibus mundum Deus illuminat.

11. *In verbis sancti stabunt ad judicium.* Jubente Deo sistent se ad jussa ejus justissima capessenda, ut morigeros decet milites. — *Non deficient in vigiliis suis.* Non fatigantur excubias suas vigiliasque servantes.

12. *Arcum.* Iridem.

13. *In circuitu.* Semicirculo quem describit. — *Aperuerunt.* Expanderunt, extenderunt; græce enim est, ἐτάνυσαν.

14. *Acceleravit.* Mittit nives quæ celeriter et prompte jussa Dei faciunt. Quomodo etiam accipiendum est quod sequitur, *accelerat coruscationes emittere.* — *Coruscationes... judicii.* Quas suo tempore et sapienti judicio emittit.

15. *Aperti sunt thesauri.* Thesauri nivis, pluviarum, *etc.* Non quod sint apothecæ aut conclaves in quibus nubes claudantur et nives, et suo tempore inde promantur; sed loquitur sacer textus juxta vulgarium hominum opinionem, qui hujusmodi meteora cum fiunt, aliunde prodire existimant. Sic, Job. 38, 22 : *Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et belli?* — *Nebulæ.* Nubes; in græco enim est, νεφέλαι.

16. *In magnitudine sua posuit nubes.* Magna sua potentia excitat nubes, eas stipat, densat, firmatque : in græco enim est, ἴσχυσε, firmavit, roboravit, præteritum pro præsenti, firmat, roborat. — *Confracti sunt lapides grandinis.* Loquitur juxta vulgi opinionem, qui existimat grandinem esse frustula ex conglaciata nube decisa.

17. *In conspectu ejus.* Domini scilicet qui respicit terram, et facit eam tremere. Psal. 103, 32. — *In voluntate ejus.* Ipso volente aut jubente. — *Aspirabit Notus.* Auster flabit.

18. *Vox tonitrui.* Sonus, strepitus, fragor. — *Verberabit.* Oritur enim tonitru ex vehementi collisione nubium, quæ vehementem facit aeris impulsum, quo terra verberatur. Vel dicitur verberare terram, quia aures et corda mortalium horribili fulminum fragore percelluntur. —

19. Il répand la neige comme une multitude d'oiseaux qui vient s'asseoir sur la terre, et comme une troupe de sauterelles qui descend en bas.

20. L'éclat de sa blancheur ravit les yeux ; et les inondations qu'elle cause jettent de la frayeur dans le cœur.

21. Il répand sur la terre comme du sel, les frimats et la gelée qui, s'étant glacés sur les plantes, les hérisse en pointes comme des chardons.

22. Lorsqu'il fait souffler le vent froid de l'aquilon, l'eau se glace aussitôt comme du cristal ; la gelée se repose sur tous les amas des eaux, et s'en fait comme une cuirasse.

23. Elle dévore les montagnes, elle brûle les déserts, et elle sèche tout ce qui était vert, comme si le feu y avait passé.

24. Le remède à tous ces maux est qu'une nuée se hâte de paraître ; et une rosée chaude survenant après le froid, le dissipera.

25. (La moindre de ses paroles fait taire les vents ;) sa seule pensée apaise les abîmes de l'eau ; et c'est là que le Seigneur a fondé les îles.

26. Que ceux qui naviguent sur la mer racontent les périls que l'on y court ; et en les écoutant, nous serons ravis d'admiration.

27. Là sont les grands ouvrages et les merveilles *du Seigneur*; des poissons de nature différente ; des animaux de toute sorte, et des bêtes monstrueuses *que Dieu* a créées.

28. Il a fait que tout tend à sa fin par un ordre stable ; et sa parole règle toutes choses.

19. Et sicut avis deponens ad sedendum, aspergit nivem, et sicut locusta demergens descensus ejus.

20. Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus ; et super imbrem ejus expavescet cor.

21. Gelu sicut salem effundet super terram ; et dum gelaverit, fiet tanquam cacumina tribuli.

22. Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit cristallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, et sicut lorica induet se aquis.

23. Et devorabit montes, et exuret desertum, et extinguet viride, sicut igne.

24. Medicina omnium in festinatione nebulæ ; et ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.

25. In sermone ejus siluit ventus, et cogitatione sua placavit abyssum, et plantavit in illa Dominus insulas.

26. Qui navigant mare, enarrent pericula ejus ; et audientes auribus nostris admirabimur.

27. Illic præclara opera, et mirabilia ; varia bestiarum genera, et omnium pecorum, et creatura belluarum.

28. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.

Tempestas Aquilonis. Boreas procellam ciens. — *Congregatio spiritus.* Græce, συστροφὴ πνεύματος, vortex venti, turbo, qui in orbem rotatus, omnia secum agit in gyrum. Bene vertit noster, congregationem spiritus, quia exiguo spatio magna vis venti continetur. Itali appellant, *groppo di vento.*

19. *Sicut avis deponens.* Nix, cum de cœlo in terram cadit, similis est avibus turmatim magno numero volantibus, quæ demittunt se ad sedendum, id est, ad quiescendum in campo, aut similis est exercitui locustarum quæ tam immani numero sparguntur in terram, ut illam operiant, obruant, et quasi demergant.

20. *Candoris.* Qui est in nive. — *Imbrem ejus.* In græco est, ὑετοῦ αὐτῆς, quod vel actum cadendi e cœlo, et quasi pluendi significat ; vel aquam in quam tabescens nix tandem solvitur. — *Expavescet.* Multum mirabitur. Græce ἐκστήσεται, extra se rapietur. * Merito etiam expavescit, quia candor nivis oculos lædit.

21. *Gelu sicut salem effundet.* Nix enim conglaciata salem refert. Vel sermo est de pruina, ut græca vox πάχνη significare videtur. Est autem pruina sali persimilis. — *Tanquam cacumina tribuli.* Græce, σκόλοπες sudium. Sensus est, nivem, quæ in summitate sudium aut palorum conglaciatur, apicem et quasi cuspidem illis facere.

22. *Gelavit crystallus.* Concrevit glacies, quæ κρύσταλλος, crystallus dicitur a Græcis. — *Ab aqua.* Ex aqua. — *Super omnem congregationem aquarum requiescet.* Glacies omnes lacus et aquarum conceptacula occupat, et aquis crustam inducit. — *Sicut lorica induet se aquis.* Enallage, pro aquas vestiet quasi lorica.

23. *Devorabit montes.* Depascitur montes, quia omnia gramina viroremque corrumpit, et quodammodo devorat. — *Exuret desertum.* Exsiccabit, arefaciet ; propterea se gelu adustum, dicebat Jacob. Genes. 31, 40 : *Die noctuque æstu urebar, et gelu.*

24. *Medicina omnium in festinatione nebulæ.* Remedium omnium incommodorum quæ affert gelu et glacies, est nebula, nubes scilicet et ros, hoc est, pluvia flante austro excitata ; tunc enim aer tepet, et nix tabescit et solvitur. — *Ab ardore.* Austri venti calidi. — *Humilem efficiet eum.* Minuet nivem, aut glaciem quam crystallum vocaverat.

25. *Sermone ejus.* Verbo ejus, præcepto ejus. — *Cogitatione sua.* Voluntate sua. Græce, λογισμῷ, cogitatione, sermone, jussu. — *Placavit abyssum.* Sedavit mare fluctibus æstuans.

27. *Varia bestiarum genera.* Piscium, cetorum, etc. — *Et omnium pecorum.* De marinis etiam dicitur. Ita Horatius, lib. 1, od. 2 :

Omnes cum Proteus pecus egit altos
Visere montes.

— *Creatura belluarum.* Immanes belluæ ex genere cetorum, quas in mari creavit Deus.

28. *Propter ipsum.* Græce, δι' αὐτόν, per ipsum, Deum scilicet. — *Confirmatus est itineris finis.* Itineris finem videtur vocare finem creaturarum, ad quem singulæ suo quasi itinere continuo tendunt et pergunt, quia hic eis a Deo confirmatus est, id est, firmiter positus et stabilitus. * In græcis aliquibus codicibus est, δι' αὐτὸν εὐοδοῖ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ, *per ipsum,* scilicet mare, *prosperum iter facit nuntius ejus,* id est, navis. — *In sermone ejus.* Voluntate ejus. — *Composita sunt omnia.* Disposita sunt et ordinata.

29. Multa dicemus, et deficiemus in verbis ; consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.

30. Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotens super omnia opera sua.

31. Terribilis Dominus, et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius.

32. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit enim adhuc, et admirabilis magnificentia ejus.

33. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, major enim est omni laude.

34. Exaltantes eum replemini virtute ; ne laboretis ; non enim comprehendetis.

35. Quis videbit eum, et enarrabit? et *a* quis magnificabit eum sicut est ab initio? [a *Psal.* 105. 2.]

36. Multa abscondita sunt majora his ; pauca enim vidimus operum ejus.

37. Omnia autem Dominus fecit, et pie agentibus dedit sapientiam.

29. Nous multiplierons les discours et les paroles nous manqueront, mais l'abrégé de tout ce qui se peut dire est qu'il est l'âme de tout.

30. Que pouvons-nous dire pour relever sa gloire? car le Tout-Puissant est au-dessus de tous ses ouvrages.

31. Le Seigneur est terrible ; il est souverainement grand, et sa puissance est merveilleuse.

32. Portez la gloire du Seigneur le plus haut que vous pourrez ; elle éclatera encore au-dessus ; (et sa magnificence ne peut être assez admirée.)

33. Vous qui bénissez le Seigneur, relevez sa grandeur autant que vous pourrez : car il est au-dessus de toutes louanges.

34. En relevant sa grandeur, fortifiez-vous de plus en plus. Ne vous lassez point dans cet exercice : car vous ne comprendrez jamais ce qu'il est.

35. Qui le pourra voir, et le représenter? Qui dira sa grandeur, selon qu'elle est dès le commencement?

36. Beaucoup de ses ouvrages nous sont cachés, qui sont plus grands que ceux que nous connaissons : car nous n'en voyons qu'un petit nombre.

37. Mais le Seigneur a fait toutes choses, et il a donné la sagesse à ceux qui vivent dans la piété.

CHAPITRE XLIV.

Eloges des patriarches et des grands hommes de la nation sainte, et particulièrement d'Hénoch, de Noé, d'Abraham, d'Isaac et de Jacob.

1. Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.

1. Louons ces hommes pleins de gloire, qui sont nos pères, et dont nous sommes la race.

29. *Multa dicemus.* Les descriptions qui précèdent sont d'une grande richesse et rappellent les plus belles pages de David, de Job et des Prophètes. Cependant l'auteur sent qu'il est resté bien au-dessous de son sujet. Il complète donc sa pensée en ajoutant que la parole humaine n'est rien quand il s'agit de rendre compte des merveilles de la création, parce que les œuvres du Seigneur sont au-dessus de toute louange.

CAP. XLIV. — 1. *Laudemus viros gloriosos.* Le Sage loue les hommes célèbres de sa nation. Il comprend par là les patriarches, les prophètes, les pontifes, et en général tous les chefs illustres du peuple de Dieu (Cf. verset 6). Ainsi il loue non-seulement Aaron, mais encore Phinées, Jésus, fils de Josédec, et en dernier lieu, Simon, la gloire de son temps. Suivant l'usage des historiens de cette époque, il peint leur caractère en peu de mots, en rappelant sommairement ce qu'il y a de plus saillant dans leur existence.

---

29. *Multa dicemus.* Id est, quamvis multa dicamus, sermonem tamen nostrum vincet argumenti magnitudo. — *Consummatio... sermonum ipse est in omnibus.* Cum non possimus persequi omnia quæ de Deo dici possent, finis et summa verborum et sermonum sit quod Deus est in omnibus, omnium effectrix causa, et conservatrix, et ad quem tanquam ad finem referuntur. In græco est, τὸ πᾶν ἐστιν αὐτός, *ipse est omnia.*

30. *Gloriantes.* Δοξάζοντες, glorificantes. — *Ad quid valebimus!* Quantulam partem ejus laudum exequi poterimus! — *Super omnia opera sua.* Deum non nisi ex operibus ejus possumus agnoscere et celebrare ; opera autem Dei in infinitum minora et depressiora sunt ipso Deo.

32. *Supervalebit... adhuc.* Majori adhuc laude et gloria dignus erit. — *Magnificentia ejus.* Majestas et potentia ejus.

34. *Replemini virtute.* Colligite vires vestras, et in laudando Deo strenui estote. — *Non... comprehendetis.* Hoc assequi non poteritis, ut quantum laudabilis est, ipsum laudetis.

35. *Quis videbit eum.* Ostendit nos, ut meretur, Deum laudare non posse, quod divinitas res a sensibus nostris remota sit, et supra sensus nostros. — *Ab initio.* Ab æternitate.

36. *Multa abscondita.* Pauca scimus, plurima et maxima nos latent.

37. *Pie agentibus dedit sapientiam.* Quæ homines de Deo cognoscunt pauca sunt ; piis tamen præ aliis uberior divinarum rerum cognitio a Domino conceditur.

CAP. XLIV. — 1. *Viros gloriosos.* Inclytos, quorum fama celebris est. — *Parentes nostros.* Majores nostros. — *In generatione sua.* Ætate sua, qui inclyti fuerunt et illustres suo tempore, dum viverent.

19. Il répand la neige comme une multitude d'oiseaux qui vient s'asseoir sur la terre, et comme une troupe de sauterelles qui descend en bas.	19. Et sicut avis deponens ad sedendum, aspergit nivem, et sicut locusta demergens descensus ejus.
20. L'éclat de sa blancheur ravit les yeux ; et les inondations qu'elle cause jettent de la frayeur dans le cœur.	20. Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus; et super imbrem ejus expavescet cor.
21. Il répand sur la terre comme du sel, les frimats et la gelée qui, s'étant glacés sur les plantes, les hérisse en pointes comme des chardons.	21. Gelu sicut salem effundet super terram ; et dum gelaverit, fiet tanquam cacumina tribuli.
22. Lorsqu'il fait souffler le vent froid de l'aquilon, l'eau se glace aussitôt comme du cristal ; la gelée se repose sur tous les amas des eaux, et s'en fait comme une cuirasse.	22. Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit cristallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, et sicut lorica induet se aquis.
23. Elle dévore les montagnes, elle brûle les déserts, et elle sèche tout ce qui était vert, comme si le feu y avait passé.	23. Et devorabit montes, et exuret desertum, et extinguet viride, sicut igne.
24. Le remède à tous ces maux est qu'une nuée se hâte de paraître; et une rosée chaude survenant après le froid, le dissipera.	24. Medicina omnium in festinatione nebulæ; et ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.
25. (La moindre de ses paroles fait taire les vents ;) sa seule pensée apaise les abîmes de l'eau; et c'est là que le Seigneur a fondé les îles.	25. In sermone ejus siluit ventus, et cogitatione sua placavit abyssum, et plantavit in illa Dominus insulas.
26. Que ceux qui naviguent sur la mer racontent les périls que l'on y court; et en les écoutant, nous serons ravis d'admiration.	26. Qui navigant mare, enarrent pericula ejus; et audientes auribus nostris admirabimur.
27. Là sont les grands ouvrages et les merveilles *du Seigneur*; des poissons de nature différente ; des animaux de toute sorte, et des bêtes monstrueuses *que Dieu* a créées.	27. Illic præclara opera, et mirabilia; varia bestiarum genera, et omnium pecorum, et creatura belluarum.
28. Il a fait que tout tend à sa fin par un ordre stable; et sa parole règle toutes choses.	28. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.

Tempestas Aquilonis. Boreæ procellam ciens. — *Congregatio spiritus.* Græce, συστροφὴ πνεύματος, vortex venti, turbo, qui in orbem rotatus, omnia secum agit in gyrum. Bene vertit noster, congregationem spiritus, quia exiguo spatio magna vis venti continetur. Itali appellant, *groppo di vento.*

19. *Sicut avis deponens.* Nix, cum de cœlo in terram cadit, similis est avibus turmatim magno numero volantibus, quæ demittunt se ad sedendum, id est, ad quiescendum in campo, aut similis est exercitui locustarum quæ tam immani numero sparguntur in terram, ut illam operiant, obruant, et quasi demergant.

20. *Candoris.* Qui est in nive. — *Imbrem ejus.* In græco est, ὑετοῦ αὐτῆς, quod vel actum cadendi e cœlo, et quasi pluendi significat; vel aquam in quam tabescens nix tandem solvitur. — *Expavescet.* Multum mirabitur. Græce ἐξίσταται, extra se rapietur. * Merito etiam expavescit, quia candor nivis oculos lædit.

21. *Gelu sicut salem effundet.* Nix enim conglaciata salem refert. Vel sermo est de pruina, ut græca vox πάχνη significare videtur. Est autem pruina sali persimilis. — *Tanquam cacumina tribuli.* Græce, σκόλοπες *sudium.* Sensus est, nivem, quæ in summitate sudium aut palorum conglaciatur, apicem et quasi cuspidem illis facere.

22. *Gelavit crystallus.* Concrevit glacies, quæ κρύσταλλος, crystallus dicitur a Græcis. — *Ab aqua.* Ex aqua. — *Super omnem congregationem aquarum requiescet.* Glacies omnes lacus et aquarum conceptacula occupat, et aquis crustam inducit. — *Sicut lorica induet se aquis.* Enallage, pro aquas vestiet quasi lorica.

23. *Devorabit montes.* Depascitur montes, quia omnia gramina viroremque corrumpit, et quodammodo devorat. — *Exuret desertum.* Exsiccabit, arefaciet; propterea se gelu adustum dicebat Jacob. Genes. 31, 40 : *Die noctuque æstu urebar, et gelu.*

24. *Medicina omnium in festinatione nebulæ.* Remedium omnium incommodorum quæ affert gelu et glacies, est nebula, nubes scilicet et ros, hoc est, pluvia flante austro excitata; tunc enim aer tepet, et nix tabescit et solvitur. — *Ab ardore.* Austri venti calidi. — *Humilem efficiet eum.* Minuet nivem, aut glaciem quam crystallum vocaverat.

25. *Sermone ejus.* Verbo ejus, præcepto ejus. — *Cogitatione sua.* Voluntate sua. Græce, λογισμῷ, cogitatione, sermone, jussu. — *Placavit abyssum.* Sedavit mare fluctibus æstuans.

27. *Varia bestiarum genera.* Piscium, cetorum, etc. — *Et omnium pecorum.* De marinis etiam dicitur. Ita Horatius, lib. 1, od. 2 :

Omnes cum Proteus pecus egit altos
Visere montes.

— *Creatura belluarum.* Immanes belluæ ex genere cetorum, quæ in mari creavit Deus.

28. *Propter ipsum.* Græce, δι' αὐτὸν, per ipsum, Deum scilicet. — *Confirmatus est itineris finis.* Itineris finem videtur vocare finem creaturarum, ad quem singulæ suo quasi itinere continuo tendunt et pergunt, quia hic eis a Deo confirmatus est, id est, firmiter positus et stabilitus. * In græcis aliquibus codicibus est, δι' αὐτὸν εὐοδοῖ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ, *per ipsum,* scilicet mare, *prosperum iter facit nuntius ejus,* id est, navis. — *In sermone ejus.* Voluntate ejus. — *Composita sunt omnia.* Disposita sunt et ordinata.

29. Multa dicemus, et deficiemus in verbis; consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.	29. Nous multiplierons les discours et les paroles nous manqueront, mais l'abrégé de tout ce qui se peut dire est qu'il est l'âme de tout.
30. Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotens super omnia opera sua.	30. Que pouvons-nous dire pour relever sa gloire? car le Tout-Puissant est au-dessus de tous ses ouvrages.
31. Terribilis Dominus, et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius.	31. Le Seigneur est terrible; il est souverainement grand, et sa puissance est merveilleuse.
32. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit enim adhuc, et admirabilis magnificentia ejus.	32. Portez la gloire du Seigneur le plus haut que vous pourrez; elle éclatera encore au-dessus; (et sa magnificence ne peut être assez admirée.)
33. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, major enim est omni laude.	33. Vous qui bénissez le Seigneur, relevez sa grandeur autant que vous pourrez : car il est au-dessus de toutes louanges.
34. Exaltantes eum replemini virtute; ne laboretis; non enim comprehendetis.	34. En relevant sa grandeur, fortifiez-vous de plus en plus. Ne vous lassez point dans cet exercice : car vous ne comprendrez jamais ce qu'il est.
35. Quis videbit eum, et enarrabit? et a quis magnificabit eum sicut est ab initio? [a *Psal.* 105. 2.]	35. Qui le pourra voir, et le représenter? Qui dira sa grandeur, selon qu'elle est dès le commencement?
36. Multa abscondita sunt majora his; pauca enim vidimus operum ejus.	36. Beaucoup de ses ouvrages nous sont cachés, qui sont plus grands que ceux que nous connaissons : car nous n'en voyons qu'un petit nombre.
37. Omnia autem Dominus fecit, et pie agentibus dedit sapientiam.	37. Mais le Seigneur a fait toutes choses, et il a donné la sagesse à ceux qui vivent dans la piété.

CHAPITRE XLIV.

Eloges des patriarches et des grands hommes de la nation sainte, et particulièrement d'Hénoch, de Noé, d'Abraham, d'Isaac et de Jacob.

1. Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.	1. Louons ces hommes pleins de gloire, qui sont nos pères, et dont nous sommes la race.

---

29. *Multa dicemus.* Les descriptions qui précèdent sont d'une grande richesse et rappellent les plus belles pages de David, de Job et des Prophètes. Cependant l'auteur sent qu'il est resté bien au-dessous de son sujet. Il complète donc sa pensée en ajoutant que la parole humaine n'est rien quand il s'agit de rendre compte des merveilles de la création, parce que les œuvres du Seigneur sont au-dessus de toute louange.

Cap. XLIV. — 1. *Laudemus viros gloriosos.* Le Sage loue les hommes célèbres de sa nation. Il comprend par là les patriarches, les prophètes, les pontifes, et en général tous les chefs illustres du peuple de Dieu (Cf. verset 5). Ainsi il loue non-seulement Aaron, mais encore Phinées, Jésus, fils de Josédec, et en dernier lieu, Simon, la gloire de son temps. Suivant l'usage des historiens de cette époque, il peint leur caractère en peu de mots, en rappelant sommairement ce qu'il y a de plus saillant dans leur existence.

---

29. *Multa dicemus.* Id est, quamvis multa dicamus, sermonem tamen nostrum vincet argumenti magnitudo. — *Consummatio... sermonum ipse est in omnibus.* Cum non possimus persequi omnia quæ de Deo dici possent, finis et summa verborum et sermonum sit quod Deus est in omnibus, omnium effectrix causa, et conservatrix, et ad quem tanquam ad finem referuntur. In græco est, τὸ πᾶν ἐστιν αὐτός, *ipse est omnia.*

30. *Gloriantes.* Δοξάζοντες, glorificantes. — *Ad quid valebimus!* Quantulam partem ejus laudum exequi poterimus! — *Super omnia opera sua.* Deum non nisi ex operibus ejus possumus agnoscere et celebrare : opera autem Dei in infinitum minora et depressiora sunt ipso Deo.

32. *Supervalebit... adhuc.* Majori adhuc laude et gloria dignus erit. — *Magnificentia ejus.* Majestas et potentia ejus.

34. *Replemini virtute.* Colligite vires vestras, et in laudando Deo strenui estote. — *Non... comprehendetis.* Hoc assequi non poteritis, ut quantum laudabilis est, ipsum laudetis.

35. *Quis videbit eum.* Ostendit nos, ut meretur, Deum laudare non posse, quod divinitas res a sensibus nostris remota sit, et supra sensus nostros. — *Ab initio.* Ab æternitate.

36. *Multa abscondita.* Pauca scimus, plurima et maxima nos latent.

37. *Pie agentibus dedit sapientiam.* Quæ homines de Deo cognoscunt pauca sunt; piis tamen præ aliis uberior divinarum rerum cognitio a Domino conceditur.

Cap. XLIV. — 1. *Viros gloriosos.* Inclytos, quorum fama celebris est. — *Parentes nostros.* Majores nostros. — *In generatione sua.* Ætate sua, qui inclyti fuerunt et illustres suo tempore, dum viverent.

UANL ® UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Le Seigneur, dès le commencement du monde, a signalé dans eux sa gloire et sa grande puissance.

3. Ils ont dominé dans leurs Etats; ils ont été grands en vertu et ornés de prudence; et les prédictions qu'ils ont faites leur ont acquis la dignité de prophètes.

4. Ils ont commandé à ceux qui vivaient de leur temps, et les peuples ont reçu de la solidité de leur sagesse des paroles toutes saintes.

5. Ils ont recherché par leur habileté l'art des accords de la musique; et ils nous ont laissé les cantiques de l'Ecriture.

6. Ils ont été riches en vertu; ils ont aimé avec ardeur la véritable beauté; et ils ont gouverné leurs maisons en paix.

7. Ils se sont tous acquis parmi leurs peuples une gloire qui est passée d'âge en âge; et on les loue encore aujourd'hui pour ce qu'ils ont fait pendant leur vie.

8. Ceux qui sont nés d'eux ont laissé après leur mort un grand nom, qui renouvelle les louanges de leurs pères.

9. Il y a eu d'autres hommes dont on a perdu le souvenir; leur mémoire est périe, comme s'ils n'avaient jamais été; ils sont nés, eux et leurs enfants, comme s'ils n'étaient jamais nés.

2. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo.

3. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua præditi, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum.

4. Et imperantes in præsenti populo, et virtute prudentiæ populis sanctissima verba.

5. In peritia sua requirentes modos musicos, et narrentes carmina scripturarum.

6. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes; pacificantes in domibus suis.

7. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus.

8. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum;

9. Et sunt quorum non est memoria; perierunt quasi qui non fuerint; et nati sunt, quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis.

4. *Et imperantes in præsenti populo.* D'après le Grec. Ils ont gouverné le peuple par leurs conseils, et avec l'intelligence qui convient à ceux qui sont à la tête d'une nation; leur doctrine était soutenue par des discours pleins de sagesse.

9. *Et sunt quorum non est memoria.* D'après le Grec : Il y en a d'entre eux qui ont laissé après leur mort un grand nom qui perpétue leurs louanges; il y en a d'autres dont on a perdu le souvenir, ils sont ensevelis dans l'oubli, comme s'ils n'avaient jamais été, etc. En traduisant ainsi, les premiers seraient les patriarches et autres, dont la mémoire a été célébrée; les seconds pourraient être les justes et les sages dont la mémoire est tombée dans l'oubli dans la longue suite des siècles (*Bible de Vence*).

---

2. *Multam gloriam fecit Dominus.* Multam gloriam per inclytos hosce viros sibi Dominus peperit. — *Magnificentia sua.* Magnifica potentia sua. — *A sæculo.* Ab initio mundi.

3. *Dominantes in potestatibus suis.* Τὸ *dominantes* non est accusativus pendens ex verbo *laudemus*, sed nominativus, ut patet ex græco, κυριεύοντες, idemque judicium de aliis duabus vocibus, *nuntiantes*, *imperantes*. Hæc igitur participia accipienda sunt pro præteritis, quasi dicat : Dominati sunt, nuntiaverunt, imperarunt. Sensus ergo est : *qui in regnis suis dominati sunt.* In græco est, ἐν ταῖς βασιλείαις αὐτῶν. — *Nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum.* In græco est tantum, ἀπηγγελκότες ἐν προφητείαις, *annuntiantes in prophetiis*; vulgatæ sensus esse potest : majores nostri erant nuntiantes inter prophetas dignitatem suam propheticam, quasi dicat : Non semel aut iterum spiritu prophetico acti prophetarunt, sed sæpius et per modum habitus, ex quo fiebat ut in populo se prophetas esse, et hanc divinitus dignitatem obtinuisse profiterentur. Ita fere Palacius. Vel sensus est : nuntiantes prophetias cum prophetis, juxta dignitatem prophetarum. Ita Emman. Sa; quasi dicat : Majores nostri prophetæ fuerunt, et vaticinia eorum digna prophetis. Vel tandem sensus est : majores nostri nuntiabant, hoc est, re ipsa ostendebant, et exhibebant dignitatem prophetiæ, dum eam a Deo accipiebant, et in libris conscribebant, ex quibus illa populo legeretur et annuntiaretur. Ita explicat Jansenius.

4. *In præsenti populo.* In populo hoc nostro Israelitico. — *Sanctissima verba.* Sanctissimas res, præcepta sanctissima.

5. *In peritia sua requirentes modos musicos.* Aliqui ex majoribus nostris non tantum rexerunt populum, eumque docuerunt legem Dei, sed sua solertia peritiaque invenerunt modos musicos quibus Deus laudaretur. Talis præcipue fuit David, qui Psalmos conscripsit, et canendos musicis tradidit. — *Narrantes carmina Scripturarum.* In græco est, διηγούμενοι ἔπη ἐν γραφῇ, *explicantes carmina in Scripturis*, quæ scilicet sunt in Scripturis non intelligentibus interpretantes et declarantes. Aliqui legunt, ἔπη ἐγγραφῇ, *carmina scripta*, quod in idem recidit.

6. *Divites in virtute.* Magna virtute, hoc est, fortitudine præditi et instructi; in græco enim est, κεχορηγημένοι ἐν ἰσχύϊ. — *Pulchritudinis studium habentes.* Membrum hoc non est in græco. Sensus esse potest, fuisse studiosos pulchritudinis, hoc est, decoris et ornatus in rebus sacris; sic de se David aiebat : *Dilexi decorem domus tuæ*, Psal., 25, 8. — *Pacificantes.* Græce, εἰρηνεύοντες, pacifice et prospere agentes domi suæ. Vel etiam sensus est, pacifice cum finitimis populis vixisse : quod enim dicitur in vulgata, *in domibus suis*, in græco est, ἐν παροικίαις αὐτῶν; sunt autem πάροικοι accolæ et finitimi.

7. *In generationibus gentis suæ.* Suo sæculo, tempore quo vixerunt. — *Et in diebus suis.* Inter eos qui illo ævo fuerunt. — *Habentur in laudibus.* Inclyti sunt, celebrantur.

8. *Reliquerunt nomen.* Famam et gloriam. — *Narrandi laudes eorum.* Et amplam materiam narrandi eorum laudes.

9. *Et sunt quorum non est memoria.* Cum parentibus illustribus similes non fuerint, obscuri et etiam mali.

10. Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt;

11. Cum semine eorum permanent bona.

12. Hæreditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum.

13. Et filii eorum propter illos usque in æternum manent; semen eorum et gloria eorum non derelinquetur.

14. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.

15. Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet ecclesia.

16. a Henoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam. [a *Gen.* 5. 24. *Hebr.* 11. 5].

17. a Noe inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. [a *Gen.* 9. 9.]

18. Ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluvium.

19. a Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro. [a *Gen.* 6. 14. et 7. 1. *Hebr.* 11. 7.]

20. a Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria; qui conservavit legem Excelsi, et fuit in testamento cum illo. [a *Gen.* 12. 2. 15. 5. et 17. 4.]

10. Mais ces premiers sont des hommes de charité et de miséricorde; et les œuvres de leur piété subsisteront pour jamais.

11. Les biens qu'ils ont laissés à leur postérité lui demeurent pour toujours.

12. Les enfants de leurs enfants sont un peuple saint; leur race se conserve dans l'alliance de Dieu.

13. C'est en leur considération que leurs enfants subsistent éternellement; et leur race, non plus que leur gloire, ne finira point.

14. Leurs corps ont été ensevelis en paix, et leur nom vivra dans la succession de tous les siècles.

15. Que les peuples publient leur sagesse, et que l'assemblée chante leurs louanges.

16. Hénoch a plu à Dieu : il a été transféré dans le paradis pour faire entrer les nations dans la pénitence.

17. Noé a été trouvé juste et parfait; et il est devenu, au temps de la colère, la réconciliation.

18. Car Dieu s'est réservé sur la terre quelques hommes, lorsque le déluge est arrivé.

19. Il a été le dépositaire de l'alliance faite avec le monde, afin qu'à l'avenir toute chair ne pût plus être exterminée par le déluge.

20. Le grand Abraham a été le père de la multitude des nations, et nul ne lui a été semblable en gloire. Il a conservé la loi du Très-Haut, et il a fait alliance avec lui.

16. *Ut det gentibus pœnitentiam.* L'opinion commune des Pères est qu'Enoch et Elie ont été enlevés tous les deux au ciel pour en revenir à la fin des temps et remplir leur ministère prophétique en appelant la génération dernière à la pénitence. Ils croient que leur avénement futur est marqué dans l'Apocalypse (XI, 3 et suivants).

---

10. *Viri misericordiæ.* In alios misericordes, et a Deo misericordiam consecuti. — *Pietates.* Misericordiæ opera.

11. *Cum semine eorum.* Cum eorum filiis, nepotibus, posteris. — *Bona.* Tam temporalia quam spiritualia.

12. *Hæreditas sancta.* Ut nepotes eorum sancti sint, fideles et virtutis cultores. — *In testamentis stetit.* Servavit fœdus cum Domino pactum ut illi fideliter serviret.

13. *Propter illos.* Propter parentes suos fideles ac pios. — *Usque in æternum manent.* Filii non tam carnales, quales Judæi, quam spirituales, scilicet fideles.

14. *In pace.* Pleni dierum et bonorum operum naturali morte extincti.

15. *Narrent populi.* Celebretur in populis eorum sapientia. — *Ecclesia.* Cœtus fidelium, synagoga.

16. *Placuit Deo.* Vide Genes., 5, 22, ubi dicitur ambulasse cum Deo. — *Translatus est in paradisum.* Terrestrem : vide ibidem dicta n. 24. — *Ut det gentibus pœnitentiam.* Ut tempore Antichristi rediens, det gentibus monita, stimulos et hortamenta pœnitentiæ.

17. *In tempore iracundiæ factus est reconciliatio.* In græco est, ἀντάλλαγμα, id est, commutatio, permutatio, redemptio et redemptionis pretium. Fuit ergo Noe pietas et sanctitas pretium quo ipse a Deo redemit tum familiam suam ne mergeretur communi diluvio, tum consequenter spem et propaginem generis humani. Vulgati sententia est, Noe factum fuisse reconciliationem, hoc est, hominum genus iratum Deum placando velut redemisse et reconciliasse.

18. *Dimissum est reliquum terræ.* Dimissæ sunt aliquæ reliquiæ hominum mundo. — *Terræ.* Τῇ γῇ, dativi casus.

19. *Testamenta sæculi.* Pacta æterna et in omne sæculum duratura. — *Posita sunt apud illum.* Contracta sunt cum ipso. — *Ne deleri possit.* Vide Genes., 9, 16 et 17.

20. *Pater multitudinis gentium.* Abraham enim patrem multarum gentium significat. Vide Genes., 17, 5. — *Non est inventus similis illi.* Tum ob eximiam ejus fidem et sanctitatem, qua factus dictusque est pater credentium, id est, fidelium et sanctorum; tum quia Deus cum eo et posteris ejus singulare pactum iniit, et Messiam promisit ex ejus semine nasciturum, et novam ceremoniam circumcisionis dedit, etc. — *Conservavit legem Excelsi.* Dicta in omnibus audiens. — *Fuit in testamento cum illo.* Dignatus est Deus cum Abraham, quasi cum amico et socio, imo quasi par cum pari pacisci et inire fœdus.

21. Le Seigneur a affermi son alliance dans sa chair ; et dans la tentation il a été trouvé fidèle.

22. C'est pourquoi il lui a juré d'établir sa gloire dans sa race, et de multiplier sa postérité comme la poussière de la terre ;

23. De l'élever comme des étoiles, et d'étendre leur partage héréditaire depuis une mer jusqu'à l'autre, et depuis le fleuve jusqu'aux extrémités du monde.

24. Il a traité Isaac de même, à cause d'Abraham, son père.

25. Le Seigneur lui a promis que toutes les nations seraient bénies en sa race ; et il a confirmé son alliance et l'a fait passer en la personne de Jacob.

26. Il a versé sur lui ses bénédictions, et lui a donné son héritage ; il le lui a partagé en douze tribus.

27. Et il lui a conservé des hommes pleins de bonté et de miséricorde, qui ont trouvé grâce aux yeux de tout le monde.

21. *a* In carne ejus stare fecit testamentum, et *b* in tentatione inventus est fidelis. [a *Gen.* 17. 10. *Gal.* 3. 6. || b *Gen.* 22. 1.]

22. Ideo jurejurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum,

23. Et ut stellas exaltare semen ejus, et hæreditare illos a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terræ.

24. Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem ejus.

25. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, et testamentum confirmavit super caput Jacob.

26. Agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi hæreditatem, et divisit illi partem in tribubus duodecim.

27. Et conservavit illi homines misericordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis carnis.

CHAPITRE XLV.

Éloges de Moïse, d'Aaron et de Phinéès.

1. Moïse a été aimé de Dieu et des hommes, et sa mémoire est en bénédiction.

1. Dilectus a Deo et hominibus Moyses : cujus memoria in benedictione est. [a *Exod.* 11. 3.]

21. *In carne ejus stare fecit testamentum.* Allusion à ces paroles de la Genèse (XVII, 13) : *Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.*

24. *Et in Isaac eodem modo fecit.* Le Grec lit : Il a de même affermi son alliance sur Isaac à cause d'Abraham son père, et lui a promis de même la bénédiction de toutes les nations en sa race ; et il a fait ensuite reposer ces mêmes promesses sur la tête de Jacob.

---

21. *In carne ejus.* In carne illius constituit notam hujus pacti circumcisionem, qua illum omnesque ejus posteros consignatos esse voluit. — *In tentatione inventus est fidelis.* Cum Deus Abrahami obedientiam tentavit, imperans illi ut sacrificaret filium. Inventus est autem fidelis, quia firmiter credidit Deum resuscitaturum Isaac, ut promissam ex eo posteritatem haberet.

22. *Ideo jurejurando.* Respicit illud Genes., 22, 16 : *Per memetipsum juravi, dicit Dominus.* — *Dedit illi gloriam in gente sua.* Ut ex semine ejus Christus nasceretur, et posteri ejus in maximam crescerent multitudinem, filii scilicet naturales, et multo magis spirituales qui sunt fideles. — *Quasi terræ cumulum.* Quasi magnum arenæ cumulum. In græco est ὡς χοῦν τῆς γῆς, tanquam pulverem terræ.

23. *Ut stellas exaltare semen ejus.* Extollere semen illius gloria, numero, opibus, regno, victoriis, religione templi incylti, oraculis prophetarum, etc. — *Hæreditare illos.* Concedere illis quasi in hæreditatem. — *A mari usque ad mare.* A mari Mediterraneo quod est ad occidentem terræ sanctæ, usque ad mare Mortuum quod est illi ad orientem. — *Et a flumine.* Euphrate, vel certe Rhinocolura fluvio qui terminus fuit Terræ sanctæ austrum versus. — *Usque ad terminos terræ.* Palæstinæ, vel intelligit peculiariter terminum borealem Libani montis.

24. *In Isaac eodem modo fecit.* Cum eo instaurans promissiones Abrahæ parenti ejus factas. Vide Genes., 26, 3.

25. *Benedictionem omnium gentium dedit illi.* Deus fecit ut ex Isaac, non ex Ismael nasceretur Christus Abrahæ et semini ejus promissus, in quo benedicendæ, id est, justificandæ et salvandæ erant omnes gentes. — *Testamentum.* Pactum et promissum. — *Confirmavit super caput Jacob.* Constituit in Jacob, non in Esau fratre suo. Sic italice dicimus beneficium aliquod, aut ejus primogenituræ in alicujus capite constitui : *Porre in capo d'alcuno il beneficio, o la primogenitura.*

26. *Agnovit eum in benedictionibus suis.* Agnitio Dei non est otiosa, sed efficax, amorem scilicet, favorem et benedictionem bonorumque cumulum secumferens. — *Dedit illi hæreditatem.* Hæreditatem illi tribuit in posteris suis. — *Divisit illi partem in tribubus duodecim.* Hæreditatem, quam illi dedit, in duodecim tribus divisit ac distribuit.

27. *Conservavit illi homines misericordiæ.* Hoc Jacobo tribuit Dominus, ut semper aliqui essent pii et fideles in populo Israelitico, licet passim vulgus et principes peccarent per idololatriam et alia scelera. Vide dicta n. 10. — *Omnis carnis.* Qui non Deo tantum, sed hominibus etiam grati erant. * Versiculus hic ex græco sic vertitur : *Eduxit ex eo virum misericordiæ invenientem gratiam in oculis omnis carnis.* Quæ verba optime conveniunt Josepho, qui Pharaoni et universæ Ægypto fuit gratus.

CAP. XLV. — 1. *Cujus memoria in benedictione est.* Cujus beata felixque est memoria.

2. Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit.

3. *a* Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. [a *Exod.* 6. 7. 3.]

4. *a* In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne. [a *Num.* 12. 3. 7. *Hebr.* 3. 2. 5.]

5. Audivit enim eum, et vocem ipsius, et induxit illum in nubem.

6. Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

7. Excelsum fecit Aaron fratrem ejus, et similem sibi de tribu Levi.

8. Statuit ei testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium gentis ; et beatificavit illum in gloria.

9. Et circumcinxit eum zonâ gloriæ, et induit eum stolam gloriæ, et coronavit eum in vasis virtutis.

10. Circumpedes, et femoralia, et hu-

2. Le Seigneur lui a donné une gloire égale à celle des saints ; il l'a rendu grand et redoutable à ses ennemis ; et par ses paroles il a apaisé les monstres.

3. Il l'a élevé en honneur devant les rois, il lui a prescrit ses ordonnances devant son peuple, et lui a fait voir sa gloire.

4. Il l'a sanctifié dans sa foi et dans sa douceur, et il l'a choisi d'entre tous les hommes.

5. Car Dieu l'a écouté et a entendu sa voix, et il l'a fait entrer dans la nuée.

6. Il lui a donné ses préceptes devant tout son peuple : la loi de vie et de science pour apprendre son alliance à Jacob, et ses ordonnances à Israël.

7. Il a élevé son frère Aaron qui lui était semblable, de la tribu de Lévi.

8. Il a fait avec lui une alliance éternelle, il lui a donné le sacerdoce de son peuple, il l'a comblé de bonheur et de gloire :

9. Il l'a ceint d'une ceinture d'honneur, il l'a revêtu d'une robe de gloire, et il l'a couronné de tout cet appareil plein de majesté.

10. Il lui donna la robe qui descendait jus-

CAP. XLV. — 2. *Similem illum fecit in gloria sanctorum.* On lit dans le Grec ἁγίων, mais la Bible de Vence croit que l'on a pu confondre ce mot avec ἀγγέλων (*angelorum*) ; parce que la gloire de Moïse a non-seulement égalé, mais même surpassé celle des autres saints qui l'avaient précédé et qu'elle a beaucoup approché de celle des anges.

8. *Statuit ei testamentum æternum.* Le sacerdoce d'Aaron était figuratif de celui de Jésus-Christ dans lequel s'est littéralement accomplie cette promesse. Car, comme la loi nouvelle s'est substituée à la loi ancienne, dont elle était le perfectionnement, ainsi le sacerdoce de Jésus-Christ s'est substitué au sacerdoce judaïque.

---

2. *Similem illum fecit in gloria sanctorum.* Fecit illum similem sanctis patriarchis Abraham, Isaac, Jacob, etc., et eorum gloriæ æquiparavit. — *Magnificavit eum in timore inimicorum.* Quia per Mosem tot prodigia in Ægypto et in deserto patrantem Deus incussit ingentem terrorem Pharaoni, Ægyptiis, Amalecitis, cæterisque Chananæis Hebræorum inimicis. — *In verbis suis.* Verbo et jussu Mosis. — *Monstra placavit.* Monstrosas et portentosas plagas Deus cessare fecit, κατέπαυσε, ut est in græco.

3. *Glorificavit illum in conspectu regum.* Pharaone rege Ægypti, Agag rege Amalec, Og rege Basan, et Sehon rege Amorrhæorum, quos omnes Moses regnis privavit et occidit, ob quæ magnam gloriam consecutus est. — *Jussit illi coram populo suo.* Id est, *mandata dedit illi ad populum suum*, ut est in græco, ἐνετείλατο αὐτῷ πρὸς λαὸν αὐτοῦ. — * *Ostendit illi gloriam suam.* Majestatis suæ particulam aliquam, Exod., 34, 22.

4. *In fide.* Fidelitate, juxta illud elogium quod a Deo tulit Numer., 12, 7 : *Moyses qui in omni domo mea fidelissimus est.* — *Lenitate.* Quia, ut ibidem dicitur, *erat Moses vir mitissimus.* — *Sanctum fecit illum.* Ornavit illum et sanctificavit fidelitate et lenitate. — *Elegit eum ex omni carne.* Ex omnibus hominibus, ut populi dux esset.

5. *Audivit enim eum.* Familiares cum eo sermones miscuit, et cum eo os ad os locutus est. In græco est, ἠκούτισεν αὐτὸν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, *auditam fecit illi vocem suam*, Deus scilicet. — *In nubem.* In caliginem tempore datæ legis in monte Sina.

* 6. *Legem vitæ.* Quæ vitæ longæ et felicis promissionem habebat. — *Docere Jacob.* Ut Israeliticum populum in lege institueret quam a Deo acceperat in monte. — *Testamentum suum.* Pactum. Pepigit enim Deus cum Abraham, Isaac, Jacob, Mose et Hebræis, se eis fore Deum, id est, patrem, tutorem et provisorem, hac conditione, si ipsi leges suas servarent. — *Judicia sua.* Legem suam, juxta quam in dubiis rebus judicandum est.

7. *Excelsum fecit.* Ὕψωσε, extulit ad magnam in populo dignitatem. — *Similem sibi.* Similem Mosi ; ponitur enim *sibi* pro *illi*.

8. *Statuit ei testamentum æternum.* Pacto et promissione æterna illi sacerdotium tribuit. — *Gentis.* Israeliticæ. — *Beatificavit illum in gloria.* Ornatu vestium gloriosum et quasi beatum reddidit. — *In gloria.* Græce, ἐν εὐπρεπείᾳ, in decore corporis ornatu.

9. *Zona gloriæ.* Cingulo eleganti et pretioso. — *Stolam gloriæ.* Veste, amictu, tunica talari eleganti pretiosaque. — *Coronavit eum in vasis virtutis*, instrumentis vestium eximiis, quibus ejus virtus, id est, potestas pontificalis significabatur, ob quam omnes eum honorabant et reverebantur. Fortassis vasa virtutis appellantur pretiosæ vestes, quo sensu infra, n. 14, corona, sive lamina aurea, dicitur *opus virtutis*. Itaque verterunt aliqui, *instruxit eum apparatu opulento*.

10. *Circumpedes.* Græce, ποδήρη, *poderem*, vestem ad pedes usque demissam. Intelligit tunicam hyacinthinam quæ pontificis propria erat, de qua vide, Exod., 28, 4. — *Humerale.* Ephod., sive superhumerale. Vide dicta, Exod. 28, n. 6. — *Tintinnabulis.* Vide ibidem dicta n. 33

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® ALERE FLAMMAM VERITATIS UANL DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qu'en bas, la tunique et l'éphod, et il mit tout autour de sa robe un grand nombre de sonnettes d'or,

11. Afin qu'il fît du bruit en marchant; et que ce son, qui retentissait dans le temple, fût un avertissement pour les enfants de son peuple.

12. Il lui donna *le rational qui est* un ornement saint, tissu d'or, d'hyacinthe et de pourpre par un homme sage, plein de jugement et de vérité.

13. Cet ouvrage était fait avec art de fils retors d'écarlate, et il y avait douze pierres précieuses enchâssées dans l'or, taillées et gravées par un lapidaire, pour lui remettre en mémoire les douze tribus d'Israël.

14. Il avait une couronne d'or sur sa mitre où était gravé le nom de la sainteté, et *où éclatait* la gloire souveraine; et cet ornement était plein de majesté, et plaisait aux yeux en se faisant respecter.

15. Il n'y eut jamais avant lui un vêtement si magnifique, depuis le commencement du monde *jusqu'à lui*.

16. Nul étranger n'a été revêtu de cette robe, mais ses fils seulement, et les enfants de ses fils dans la suite de tous les âges.

17. Ses sacrifices ont été tous les jours consumés par le feu.

18. Moïse lui a sacré les mains et l'a oint de l'huile sainte.

19. Dieu a fait avec lui et avec sa race une alliance éternelle qui durera autant que les jours du ciel, pour exercer les fonctions du sacerdoce, pour chanter les louanges du Seigneur, et annoncer en son nom sa gloire à son peuple.

merale posuit ei, et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro,

11. *a* Dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo, in memoriam filiis gentis suæ. [*Exod.* 28. 33.]

12. Stolam sanctam, auro, et hyacintho, et purpura, opus textile, viri sapientis, judicio et veritate præditi;

13. Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, et opere lapidarii sculptis, in memoriam secundum numerum tribuum Israel.

14. Corona aurea super mitram ejus expressa signo sanctitatis, et gloria honoris; opus virtutis, et desideria oculorum ornata.

15. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem.

16. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filii ipsius soli, et nepotes ejus per omne tempus.

17. Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.

18. *a* Complevit Moyses manus ejus, et unxit oleo sancto. [*a Levit.* 8. 12.]

19. Factum est illi in testamentum æternum, et semini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glorificare populum suum in nomine ejus.

12. *Judicio et veritate præditi.* D'après le Grec : Le rational du jugement avec l'oracle de la vérité, c'est-à-dire avec l'Urim et le Thummim sur lequel on avait gravé : DOCTRINE ET VÉRITÉ (Cf. Ex., XXVIII, 30; Lev., VIII, 8).

14. *Corona aurea super mitram.* C'est le bandeau que portait le grand-prêtre, et où était attachée une lame d'or avec ces mots : LA SAINTETÉ EST AU SEIGNEUR (Exod., XXVIII, 36).

17. *Consumpta sunt igne quotidie.* Le Grec ajoute *bis assidue*, perpétuellement deux fois chaque jour, désignant ainsi l'holocauste perpétuel du matin et du soir (Num., XXVIII, 3, 4).

---

11. *In memoriam filiis gentis suæ.* Ut populus hoc pulsu recordaretur divinæ majestatis, eamque revereretur in pontifice templum ingrediente.

12. *Stolam sanctam.* Intelligit rationale, quod vestis quædam erat et pectoris ornamentum. — *Opus textile viri sapientis.* A sapienti artifice factum. — *Judicio et veritate præditi.* Vera prudentia et arte præditi ad illud texendum.

13. *Torto cocco.* Vide dicta Exod., 28, n. 15, ubi rationalis forma et materia explicata est. — *In memoriam.* Ut scilicet pontifex nomina filiorum Israel pretiosis lapidibus insculpta gestans in pectore, eorum recordaretur, et sacrificans oransque, Deo commendaret. Vel in memoriam, refertur ad Deum, hoc sensu, ut scilicet Deus videns pontificem rationali indutum, memor quasi redderetur filiorum Israel, quorum nomina gemmis illis videbat insculpta.

14. *Corona aurea.* Est lamina aurea, de qua vide Exod., c. 28, n. 36. — *Super mitram ejus.* Pileum ejus, sive, ut est in græco, *cidarim*. Vide dicta Exod., c. 28, n. 39. — *Expressa signo sanctitatis.* In ea enim lamina expressum et insculptum erat : *Sanctitas Domino*. Vide dicta Exod., c. 28, n. 36. — *Gloria honoris.* Ornamentum honorificum. — *Opus virtutis.* Vide dicta n. 9. — *Desideria oculorum ornata.* Ornamentum egregium quod oculos et desideria intuentium ad se raperet.

15. *Usque ad originem.* Ab origine mundi.

16. *Alienigena aliquis.* Qui ex Aaronis filiis non esset.

17. *Quotidie.* Quod intellige de jugi holocaustorum sacrificio, quod mane et vespere offerebatur. Num., 28, 3.

18. *Complevit Moyses manus ejus.* Moses consecravit manus Aaronis, implendo illas tum oleo quo eas consecrando perungebat, tum muneribus et victimis quas ipse initiandus et consecrandus pro sua consecratione Deo offerebat. Historiam et ritum consecrationis Aaronis in pontificem habes Levit., 8.

19. *Testamentum æternum.* Pactum æternum. — *Sicut dies cœli.* Perpetuo et quamdiu durant dies cœli. — *Habere laudem.* Officium Deum laudandi per hymnos, psalmos et sacrificia, etc. — *Glorificare populum.* Benedicere populo; in græco enim est, εὐλογεῖν. Formulam benedictionis habes Num., 6, 24 : *Benedicat tibi Dominus, et custodiat te*, etc. — *In nomine ejus.* In nomine suo, hoc est, suo pontificio jure et auctoritate.

20. Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium Deo incensum, et bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo;

21. Et dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis judiciorum, docere Jacob testimonia, et in lege sua lucem dare Israel.

22. *a* Quia contra illum steterunt alieni, et propter invidiam circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan et Abiron, et congregatio Core, in iracundia. [*a Num.* 16. 1. 3.]

23. Vidit Dominus Deus, et non placuit illi, et consumpti sunt in impetu iracundiæ.

24. Fecit illis monstra, et consumpsit illos in flamma ignis.

25. Et addidit Aaron gloriam, et dedit illi hæreditatem, et primitias frugum terræ divisit illi.

26. Panem ipsis in primis paravit in satietatem; nam et sacrificia Domini edent, quæ dedit illi et semini ejus.

27. Cæterum in terra gentes non hæreditabit, et pars non est illi in gente; ipse est enim pars ejus, et hæreditas.

28. *a* Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini; [*a Num.* 25. 7. 1. *Mach.* 2. 26. 54.]

29. Et stare in reverentia gentis; in bonitate et alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel.

20. Il l'a choisi entre tous les vivants pour offrir à Dieu les sacrifices, l'encens et la bonne odeur, afin qu'il se souvînt de son peuple et qu'il lui fût favorable.

21. Il lui donna le pouvoir de publier ses préceptes, ses volontés et son alliance, pour apprendre ses ordonnances à Jacob, et pour donner à Israël la lumière et l'intelligence de sa loi.

22. Les étrangers se sont soulevés contre lui; et ceux qui suivaient Dathan et Abiron, et la faction furieuse de Coré, sont venus fondre sur lui dans le désert par un mouvement d'envie.

23. Le Seigneur *notre* Dieu les vit, et ce dessein ne lui plut pas, et ils furent tous consumés par l'impétuosité de sa colère.

24. Il les punit d'une manière inouïe; et la flamme du feu les dévora.

25. Il augmenta encore la gloire d'Aaron; il lui donna un héritage particulier, et il voulut que les prémices des fruits de la terre fussent son partage.

26. Il prépara à ses enfants une nourriture abondante dans les prémices; car ils doivent manger des sacrifices du Seigneur, qui lui ont été donnés et à sa race.

27. Mais il ne doit point hériter de la terre des nations; il n'a point de partage dans leur pays, parce que le Seigneur est lui-même sa part et son héritage.

28. Phinées, fils d'Eléazar, est le troisième en gloire; il imita Aaron dans la crainte du Seigneur.

29. Il demeura ferme dans la chute honteuse de son peuple, et il apaisa la colère de Dieu contre Israël par sa bonté et son zèle.

22. *Quia contra illum steterunt alieni.* Dieu, dit Sacy, punit Dathan, Coré et Abiron avec ceux qu'ils avaient fait révolter contre Moïse d'une manière effroyable et inouïe: la terre s'étant ouverte sous les pieds des uns, qui descendirent tout vivants en enfer, et la flamme ayant dévoré les autres. Dieu fit voir, par cet exemple redoutable, qu'il ne déteste rien tant que le schisme, et que le crime par lequel on se sépare de l'unité de l'Église est toujours plus grand que tous les désordres prétendus pour lesquels on se divise (Cf. Num., XVI, 31 et suiv.).

28. *Phinees, filius Eleazari, tertius.* Phinées est aussi le troisième dans l'ordre des temps. Aaron eut pour successeur Eléazar, à qui succéda Phinées.

---

20. *In memoriam.* Ut memorem quasi faceret Deum populi sui. Et in signo animi memoris beneficiorum Dei. — *Placare.* Et ad placandum Deum, et propitium illum reddendum populo suo.

21. *In præceptis suis potestatem.* Non dispensandi in lege divina, sed auctoritatem illam docendi et explicandi. — *In testamentis judiciorum.* Dicitur enim Deuter., 17, 8 : « Si difficile et ambiguum apud te judicium esse prospexeris, etc., venies ad sacerdotes Levitici generis, et ad judicem qui fuerit illo tempore; quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. » — *Testimonia.* Divinam legem. — *Lucem dare Israel.* Legem divinam proponendo eamque explicando.

22. *Alieni.* Ad quos sacerdotium non pertinebat. — *In iracundia.* Irati et invidia tumentes quod sacerdotium illis non contigisset.

23. *Consumpti sunt.* Terræ hiatu absorpti. Num., 16, 31.

24. *Monstra.* Prodigia, miracula.

25. *Addidit Aaron gloriam.* Miraculo in virga edito, cum floruit; addicendo levitas ejus ministerio; suam hæreditatem, hoc est, suas victimas, primitias et oblationes ei attribuendo.

26. *Panem.* Alimenta.

27. *In terra gentes non hæreditabit.* Tribus enim Levi non est, ut aliæ tribus, sortita partem terræ promissæ, nec possessiones agrorum habuit, ut sæpe dictum est supra. — *Ipse est... pars ejus, et hæreditas.* Ipse Deus qui eos, sacrificiis, oblationibus et aliis hujusmodi sacris proventibus alit.

28. *Tertius in gloria.* Fuit enim Phinees tertius summus sacerdos. — *Imitando eum in timore Domini.* Vel sensus est, Phinees imitatum fuisse Aaronem avum suum in sanctitate et timore Dei. Vel similem fuisse Mosi, cujus mentio facta fuerat initio capitis; ut enim Moses ultus est idololatras, ita Phinees idololatram et scortatorem interfecit, Num., 25, 8. In græco est, ἐν τῷ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐν φόβῳ Κυρίου, quod vertere possis, *cum zelatus est in timore Domini*, scilicet zelo in fornicarium quem confodit exardescens.

29. *Stare.* Stando, vel cum stetit. — *In reverentia gentis.* Ut in gente sua, Deo et sibi

30. C'est pourquoi Dieu a fait avec lui une alliance de paix; il lui a donné la principauté des choses saintes et de son peuple, afin que lui et sa race possèdent pour jamais la dignité du sacerdoce.

31. Dieu a fait aussi alliance avec le roi David, fils de Jessé, de la tribu de Juda; il l'a rendu héritier du royaume, lui et sa race, pour répandre la sagesse dans nos cœurs, pour juger son peuple dans la justice, afin que les biens qu'il leur avait donnés ne périssent point, et il a rendu leur gloire éternelle dans la suite de leur postérité.

30. Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum et gentis suæ, ut sit illi et semini ejus sacerdotii dignitas in æternum.

31. Et testamentum David regi filio Jessæ de tribu Juda, hæreditas ipsi et semini ejus, ut daret sapientiam in cor nostrum judicare gentem suam in justitia, ne abolerentur bona ipsorum, et gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

CHAPITRE XLVI.

Eloges de Josué et de Caleb, des juges en général, et de Samuel en particulier.

1. Jésus Navé a été vaillant dans la guerre; il a succédé à Moïse dans l'esprit de prophétie; il a été grand, selon le nom qu'il portait.

2. *Il a été* très-grand pour sauver les élus de Dieu, pour renverser les ennemis qui s'élevaient contre lui, et pour acquérir à Israël la terre qui était son héritage.

3. Combien s'est-il acquis de gloire lorsqu'il tenait ses mains élevées et qu'il lançait des dards contre les villes!

1. Fortis in bello Jesus Nave, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum.

2. Maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem Israel.

3. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, et jactando contra civitates rompheas?

30. *Ut sit illi et semini ejus sacerdotii dignitas.* Ce verset et le suivant semblent avoir beaucoup souffert. On peut les traduire ainsi d'après le Grec : Dieu a fait avec lui une alliance de paix, de même que l'alliance qu'il fit ensuite avec le roi David, fils de Jessé, de la tribu de Juda, ayant rendu héritiers du royaume, ce prince et ses descendants, et héritiers du sacerdoce, Aaron et sa race. O prêtres du Seigneur, qu'il répande la sagesse dans vos cœurs pour juger, etc. Le nom de David n'intervient ici que comme terme de comparaison, l'auteur devant parler spécialement de ce grand roi au chapitre XLVII.

Cap. XLVI. — 1. *Successor Moysi in prophetis.* En faisant la conquête de la terre promise et en y introduisant le peuple de Dieu, Josué a été la figure de Jésus-Christ, et a annoncé, par ses actions, les conquêtes du Messie qui introduit ses élus dans la véritable terre promise, en les arrachant à la tyrannie du démon et en les incorporant à son humanité sainte, d'où découlent les ruisseaux du lait de sa grâce et les torrents du miel qui sont les consolations de son Esprit-Saint.

3 *Contra civitates.* Ce sont les villes des Amorrhéens.

---

reverentiam faceret zelo suo, ut non auderet ultra a Domino per idololatriam deficere. Noster interpres legit ἐντροπῇ, quæ vox reverentiam significat. Nunc autem legitur ἐν τροπῇ, id est, in conversione, sive defectione cum scilicet populus se ad idola convertit. — *In bonitate et alacritate animæ suæ.* In græco est, *in bonitate alacritatis animæ suæ*, hoc est, egregia et præstanti alacritate et zelo suo. — *Placuit Deo pro Israel.* Placuit Deo, et illum Israeli placavit. In græco est, ἐξιλάσατο περὶ τοῦ Ἰσραήλ, *placavit pro Israel.*

30. *Testamentum pacis.* Pacis et prosperitatis, ut pace et felicitate frueretur. — *Principem sanctorum.* Sacrorum, vel sacerdotum, ut summus esset sacerdos et princeps sacer in Israel. — *In æternum.* Quamdiu duraret lex vetus et judaismus.

31. *Et testamentum David.* Sicut testamentum David; quasi dicat : Sicut et Davidi promisit regnum perpetuum, sic Phinees sacerdotium in æternum. — *Hæreditas ipsi et semini ejus.* Hæreditarium sacerdotium successione transmittendum ad filios et nepotes, ut etiam regnum erat hæreditarium. — *Ut daret sapientiam in cor nostrum.* Ut Phinees et sacerdotes sapientiam docerent Israelitas, David vero et reges juste judicarent. — *Bona ipsorum.* Tam Phinees et Davidis quam populi Israelitici. Intelligit beneficia a Deo in eos collata. — *Gloriam ipsorum.* Dignitatem et potestatem ipsorum. — *Æternam.* Ut ipsis dum viverent maneret, et illis extinctis ad filios et posteros perpetua successione transiret.

Cap. XLVI. — 1. *Jesus Nave.* Josue filius Nun, ut passim appellatur in libro ejusdem nominis, et alibi. — *Successor Moysi in prophetis.* Fuit enim successor Mosi in populi gubernatione, et in spiritu prophetico. Itaque fuit in prophetis, hoc est, unus ex prophetis. — *Fuit magnus secundum nomen suum.* Josue enim et Jesus salvatorem significant.

2. *Maximus in salutem electorum.* Josue quoad nomen magnus fuit, sed major, imo maximus in præstanda Israeli salute, quemadmodum nomen ejus pollicebatur. — *Hæreditatem Israel.* Terram Chananæam populo promissam.

3. *In tollendo manus suas.* Eas ad feriendum elevando. Vel alludit ad primam Josue expeditionem contra Hai, quæ habetur Josue 8, 26, ubi legimus : *Josue vero non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai.* — *Jactando... rhomphæas.* Gladium vibrando.

4. Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus perduxit.

5. *a* Annon in iracundia ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo? [a *Jos.* 10. 14.]

6. Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique, et audivit illum magnus et sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.

7. Impetum fecit contra gentem hostilem, et in descensu perdidit contrarios,

8. Ut cognoscant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est a tergo potentis;

9. *a* Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, et Caleb filius Jephone stare contra hostem, et prohibere gentem a peccatis, et perfringere murmur malitiæ. [a *Num.* 14. 6.]

10. Et ipsi duo constituti, a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac et mel.

11. Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, et usque in senectutem permansit illi virtus, ut ascenderet in excelsum terræ locum, et semen ipsius obtinuit hæreditatem;

12. Ut viderent omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.

13. Et judices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor; qui non aversi sunt a Domino.

14. Ut sit memoria illorum in bene-

4. Qui a subsisté devant sa face? car le Seigneur lui a amené lui-même ses ennemis.

5. N'a-t-il pas arrêté le soleil dans le transport de sa colère, lorsque un seul jour devint aussi long que deux?

6. Il invoqua le Très-Haut et le Tout-Puissant lorsque ses ennemis l'attaquaient de toutes parts; et le Dieu grand et saint l'écouta et fit tomber sur ses ennemis une grêle de grosses pierres.

7. Il fondit avec impétuosité sur les troupes ennemies, et il les tailla en pièces à la descente de la vallée,

8. Afin que les nations reconnussent la puissance du Seigneur, et qu'elles apprissent qu'il n'est pas aisé de combattre contre Dieu. Il a toujours suivi le Tout-Puissant.

9. Et au temps de Moïse il fit, avec Caleb, fils de Jéphoné, une action de miséricorde, en demeurant ferme contre les ennemis *de Dieu*, en empêchant le peuple de pécher, et en étouffant le murmure que la malice avait excité.

10. Ils furent tous deux choisis de Dieu pour être délivrés du péril de la mort où tombèrent six cent mille hommes de pied, pour faire entrer le peuple *de Dieu* dans son héritage, dans cette terre où coulaient des ruisseaux de lait et de miel.

11. Le Seigneur donna à ce même Caleb une grande force, et son corps demeura dans sa vigueur jusqu'à la vieillesse; et il monta dans un lieu élevé de la terre promise, que sa race conserva toujours comme son héritage,

12. Afin que tous les enfants d'Israël reconnussent qu'il est bon d'obéir au Dieu saint.

13. Ensuite sont venus les juges dont l'Ecriture a marqué les noms, dont le cœur ne s'est point perverti, qui ne se sont point détournés du Seigneur;

14. Qui méritent que leur mémoire soit en bé-

13. *Et judices singuli suo nomine.* L'*Ecclésiastique* ne loue ici que les juges que Dieu a choisis. Il ne parle donc pas d'Abimélech, le fils de Gédéon, qui s'est frayé un chemin à la tyrannie par le meurtre de ses frères, et qui ne se contenta pas d'ailleurs du titre modeste de Juge, mais qui prit celui de roi (Jud., IX, 5, 6). Mais tous les autres que Dieu a choisis pour gouverner son peuple, méritent l'éloge que le Sage en fait.

14. *Ossa eorum pullulent.* Cette image fait allusion à la coutume que l'on avait de placer les morts dans des endroits agréables et verdoyants (IV. Reg., XXI, 18, 26). Le corps du

---

4. *Quis ante illum sic restitit?* Quis ex hebræis ducibus qui fuerunt ante Josue, quales fuerunt Moses et patriarchæ, ausus est ut Josue contra hostes in acie stare et manus conferre? — *Hostes ipse Dominus perduxit.* In manus Josue, illosque ei tradidit.

5. *In iracundia ejus.* Id est, zelo et ira contra hostes Dei. — *Impeditus est sol.* Ne progrederetur; dixit enim Josue : *Sol, contra Gabaon ne movearis*, etc. — *Una dies facta est quasi duo.* Duplo fere longior solito.

6. *In saxis grandinis.* Vide historiam Josue 10, 11, ubi habemus misisse Dominum super hostes Israelis lapides magnos de cœlo, etc. — *Virtutis valde fortis.* Erat enim grando adeo potens et valida, ut homines et jumenta sterneret et occideret.

7. *Impetum fecit.* Grando, vel Deus grandinem mittens. — *In descensu.* In descensu Bethoron. — *Perdidit contrarios.* Hostes Josue.

8. *Ejus.* Dei, qui grandine pugnabat de cœlo. — *Secutus est a tergo potentis.* Secutus est Dominum potentem, illique obedivit.

9. *Misericordiam fecit.* Opus pietatis, et in Mosen et in populum quem a murmure compescuerunt. Vide Num. 14, 6. — *Stare contra hostem.* Suadentes ut starent contra hostes Chananæos. — *Prohibere gentem a peccatis.* Et populum Israel a peccato diffidentiæ et murmuris revocantes. — *Perfringere murmur malitiæ.* Sedare murmur malum, malitiosum.

10. *Ipsi duo constituti.* In græco est, δύο ὄντες, *cum essent duo tantum*, liberati sunt a periculo quod subibant populo resistentes, et murmur sedare conantes, idque Dei beneficio volentis illos inducere in terram promissam. Vel sensus est : liberatos a periculo, id est a morte, quam reliqui in deserto oppetiverant.

11. *Permansit illi virtus.* Græce, ἰσχύς, robur corporis. — *In excelsum terræ locum.* In Hebron. Vide historiam Josue c. 14, n. 6 et sequentibus. — *Obtinuit hæreditatem.* — Hebron, quam suam fecit et suis reliquit jure hæreditario.

13. *Judices singuli suo nomine.* Singuli viritim et nominatim. — *Quorum non est corruptum cor.* Qui corde perfecto Domino servierunt.

14. *Ut sit.* In græco est εἴη, sit : utinam sit. — *Ossa eorum pullulent de loco suo.* Quasi

nédiction, que leurs os refleurissent dans leurs sépulcres ;	dictione, et ossa eorum pullulent de loco suo ;
15. Que leur nom demeure éternellement, et qu'il passe dans leurs enfants avec la gloire qui est due aux saints.	15. Et nomen eorum permaneat in æternum permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.
16. Samuel, le prophète du Seigneur, a été aimé du Seigneur son Dieu ; il a institué un gouvernement nouveau, et il a sacré les princes de son peuple.	16. Dilectus a Domino Deo suo, Samuel propheta Domini, renovavit imperium, et unxit principes in gente sua.
17. Il a jugé l'assemblée d'Israël selon la loi du Seigneur, et Dieu a regardé favorablement Jacob. Il a paru un vrai prophète dans sa foi ;	17. In lege Domini congregationem judicavit, et vidit Deus Jacob, et in fide sua probatus est propheta.
18. Et il a été reconnu fidèle dans ses paroles, parce qu'il a vu le Dieu de lumière.	18. Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis :
19. Il a invoqué le Seigneur tout-puissant en lui offrant un agneau sans tache, lorsque ses ennemis l'attaquaient de tous côtés.	19. *a* Et invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes undique, in oblatione agni inviolati. [a *I. Reg.* 7. 9.]
20. Et le Seigneur tonna du ciel, et fit entendre sa voix avec un grand bruit ;	20. Et intonuit de cœlo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam :
21. Il tailla en pièces les princes de Tyr, et tous les chefs des Philistins.	21. Et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philisthiim :
22. Avant la fin de sa vie, il prit aussi à témoin le Seigneur et son Christ, en protestant qu'il n'avait jamais pris rien de qui que ce soit, ni argent, ni jusqu'à un cordon de soulier, et il ne se trouva point d'homme qui pût l'accuser.	22. *a* Et ante tempus finis vitæ suæ et sæculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, et Christi ; pecunias et usque ad calceamenta ab omni carne non accepit, et non accusavit illum homo. [a *I. Reg.* 12. 3.]
23. Il dormit ensuite dans le tombeau *d'où* il parla au roi, et lui prédit la fin de sa vie, et sortant de la terre, il haussa sa voix pour prophétiser la ruine du peuple et la peine due à son impiété.	23. Et post hoc dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem suam de terra in prophetia delere impietatem gentis.

Christ fut ainsi déposé dans un sépulcre situé dans un jardin (Joan., XIX, 41). Le spectacle des plantes et des arbres qui renaissent et qui fleurissent chaque année était un symbole perpétuel de la résurrection des corps qui doivent un jour aussi renaître et refleurir avec un éclat nouveau (Bossuet).

18. *Vidit Deum lucis.* D'après le Grec : Il a été reconnu par ses paroles un fidèle voyant, c'est-à-dire un fidèle prophète. Toutes ses prophéties sur Elie et sur Saül se sont en effet accomplies (I. Reg., III, IV, XV).

19. *In oblatione agni inviolati.* Le Grec lit : Un agneau qui tétait encore (*lactentis*). Ceci se rapporte à la victoire que Samuel obtint de Dieu sur les Philistins et dont il est parlé (I. Reg., VII).

---

dicat : Ossium, id est, sepulcri eorum, et consequenter ipsorummet virens semper et florida sit memoria, ut eorum fama jugiter rediviva conservetur et augeatur.

15. *Permanens ad filios illorum.* Usque ad eorum filios. — *Sanctorum virorum gloria.* Vox *gloria* videtur esse ablativi casus, hoc sensu : permanente in ipsis sanctorum majorum suorum gloria.

16. *Renovavit imperium.* Reipublicæ formam mutavit rege inducto. — *Unxit principes.* Saulem et David.

17. *In lege Domini.* Juxta legem divinam. — *Congregationem.* Populum Israeliticum. — *Vidit Deus Jacob.* Græce est, ἐπεσκέψατο Κύριος τὸν Ἰακώβ, *visitavit Dominus Jacob*, id est, opportune misso Samuele providit necessitatibus populi qui a Philisthæis foris vexabatur, et domi a filiis Heli Deum non timentibus. — *In fide sua probatus est propheta.* Fidelitate sua erga Deum et populum ostendit se verum, legitimum et a Deo missum prophetam fuisse.

18. *Vidit Deum lucis.* Divina luce illustratus est. Huc videtur allusisse D. Jacobus cum Deum appellavit *patrem luminum*, c. 1, n. 17.

19. *In oblatione agni inviolati.* Immaculati. Vide historiam I. Reg., 7, 9.

20. *Intonuit de cœlo Dominus.* Hoc patet ex eadem historia ibidem.

22. *Testimonium præbuit.* Professus est se nihil accepisse, et hujus rei testes esse voluit ipsos Israelitas. Vide historiam I. Reg., 12, 1. — *Christi.* Saulis in regem inuncti. — *Ab omni carne.* A nullo homine.

23. *Dormivit.* Mortuus est. — *Notum fecit regi.* Sauli apparuit, illique interitum et populi cladem prænuntiavit. Historiam habes I. Reg., 28. — *Exaltavit vocem... de terra.* E terra pythonissæ visus emergere, clare locutus est. — *Delere impietatem gentis.* Bello delendam gentis Israeliticæ impietatem; dixit enim Samuel Sauli : *Dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim.*

CHAPITRE XLVII.

Eloges de Nathan, de David et de Salomon. Chute de ce prince. Mauvaise conduite de Roboam. Impiété de Jéroboam.

1. Post *a* hæc surrexit Nathan propheta in diebus David. [a *II. Reg.* 12. 1.]	1. Après cela, le prophète Nathan s'éleva au temps de David.
2. Et quasi adeps separatus a carne, sic David a filiis Israel.	2. David a été tiré d'entre les enfants d'Israël comme la graisse que l'on sépare de la chair.
3. *a* Cum leonibus lusit quasi cum agnis ; et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium, in juventute sua [a *I. Reg.* 17. 34.]	3. Dans sa jeunesse il s'est joué avec les lions comme avec des agneaux, et il a traité les ours comme il aurait fait les petits des brebis.
4. *a* Numquid non occidit gigantem, et abstulit opprobrium de gente? [a *I. Reg.* 17. 49.]	4. N'est-ce pas lui qui tua *Goliath*, ce géant, et qui fit cesser l'opprobre du peuple *d'Israël ?*
5. In tollendo manum, saxo fundæ dejecit exultationem Goliæ ;	5. Sa main, en jetant une pierre de sa fronde, terrassa l'insolence de Goliath ;
6. Nam invocavit Dominum omnipotentem, et dedit in dextera ejus tollere hominem fortem in bello, et exaltare cornu gentis suæ.	6. Car il invoqua le Seigneur tout-puissant qui donna la force à sa main de renverser un homme redoutable en guerre, et de relever la puissance de son peuple.
7. *a* Sic in decem millibus glorificavit eum et laudavit eum in benedictionibus Domini in offerendo illi coronam gloriæ ; [a *I. Reg.* 18. 7.]	7. Aussi lui donna-t-on l'honneur d'avoir tué dix mille hommes. On le loua en bénissant le Seigneur ; et on lui offrit une couronne de gloire.
8. Contrivit enim inimicos undique, et extirpavit Philisthiim contrarios usque in hodiernum diem ; contrivit cornu ipsorum usque in æternum.	8. Car il renversa ceux qui attaquaient Israël de toutes parts, il extermina les Philistins, ses ennemis jusqu'aujourd'hui, et il abattit pour jamais toute leur puissance.
9. In omni opere dedit confessionem Sancto et Excelso in verbo gloriæ.	9. Dans toutes ses œuvres il a rendu grâces au Dieu saint, et il a béni le Très-Haut par des paroles pleines de sa gloire.
10. De omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum, qui fecit illum ; et dedit illi contra inimicos potentiam ;	10. Il a loué le Seigneur de tout son cœur ; il a aimé le Dieu qui l'avait créé, et qui l'avait rendu fort contre ses ennemis.
11. Et stare fecit cantores contra al-	11. Il a établi des chantres pour être devant

CAP. XLVII. — 1. *Post hæc surrexit Nathan.* De Samuel, l'*Ecclésiastique* passe à Nathan, qui remplit un grand rôle comme prophète sous David. C'est par lui que David reçut de Dieu les promesses relatives à la construction du temple et à la succession de sa race, et c'est d'après ses avis qu'il fit pénitence et qu'il sacra Salomon (II. Reg., VII, XII ; III. Reg., I).

CAP. XLVII. — 2. *Quasi adeps separatus a carne.* Quasi dicat : Sicut adeps subtilior, tenerior et melior pars est animalis ; ita et David totius mystici corporis Israelis. Est phrasis proverbialis. Adipis enim nomine quidquid in quaque re optimum est Hebræi significabant. Sic in hebræo dicitur *adeps renum tritici* ; ubi noster vertit, *medullam tritici*. Deuter. 32, 14 ; *et adeps frumenti*, Psalm. 80, v. 17, et Psalm. 147, 14. Vide Martin. Delrio, tomo 2, adagial 475.

3. *Cum leonibus lusit quasi cum agnis. Nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus.* Ipsemet David non vana prædicatione asserebat, I. Reg., 17, 36. *Sicut in agnis ovium.* Ursos enim apprehenso eorum mento suffocabat, I. Reg., 17, 35.

Abstulit opprobrium de gente. Exprobrabat enim Goliath Hebræis ignaviam quod non ferens David ait : *Vadam, et auferam opprobrium populi*, I. Reg., 17, 36.

5. *Exultationem Goliæ.* Exultantem Goliam, γαυρίαμα, exultationem, jactantiam, superbiam. Italice diceremus : *l'insolenza di Golia.*

6. *Tollere.* De medio, occidere. — *Exaltare...* Gloriam, decus, potentiam.

7. *In decem millibus glorificavit eum.* Alludit ad puellarum epinicium, quæ canebant : *Percussit Saul mille, et David decem millia*, I. Reg., 18, 7. — *In benedictionibus Domini.* Deus per populum laudavit Davidem propter egregias animi et corporis dotes, quibus ei Dominus benedixit, eas in illum congerens. Vel per benedictiones Domini intellige ingentes benedictiones ; sic montes Dei dicuntur montes excelsi. — *Coronam gloriæ.* Regiam dignitatem.

8. *Contrivit enim.* In græco non est particula *enim.* — *Usque in hodiernum diem.* Adeo illos afflixit David, ut postea nunquam Israelitis sint dominati. — *Cornu ipsorum.* Potentiam ipsorum.

9. *Dedit confessionem.* Quidquid fecit, in Dei laudem et gloriam retulit, nec sibi tribuit quod Goliath, v. g., vicerit, sed Deo. — *In verbo gloriæ.* Ideoque Deum verbis glorificavit, hymnis et psalmis, quibus variis modis divinas laudes executus est.

11. *Stare fecit cantores contra altare.* Cantores constituit, de quo vide I. Paral., c. 25, per totum. — *Dulces fecit modos.* Tum quia sanxit ut cantores dulci vocum et instrumentorum melodia Psalmos canerent ; tum quia dulces canendi modos et tonos ipse per se et per suos musicos invenit, et cantoribus usurpandos præscripsit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

l'autel du Seigneur; et il a accompagné leurs chants de doux concerts de musique.

12. Il a rendu les fêtes plus célèbres, et il a orné les jours sacrés jusqu'à la fin de sa vie, afin qu'Israël louât le saint nom du Seigneur, et que dès le matin il rendît gloire à sa sainteté.

13. Le Seigneur l'a purifié de ses péchés; et il a relevé sa puissance pour jamais; il lui a assuré le royaume par son alliance, et un trône de gloire dans Israël.

14. Après lui s'éleva son fils rempli de sagesse; et le Seigneur détruisit par lui toute la puissance de ses ennemis.

15. Salomon régna dans un temps de paix, et Dieu lui soumit tous ceux qui le combattaient, afin qu'il bâtît une maison au nom du Seigneur, et qu'il lui préparât un sanctuaire éternel. *O* prince, comment avez-vous été instruit dans votre jeunesse?

16. Vous avez été rempli de sagesse comme un fleuve, et toute la terre a été découverte à votre âme.

17. Vous avez renfermé des énigmes dans une multitude de paraboles; votre nom s'est rendu célèbre jusqu'aux îles les plus reculées, et vous avez été aimé dans votre règne de paix.

18. Toute la terre a admiré vos cantiques, vos proverbes, vos paraboles, et l'interprétation que vous avez donnée aux choses obscures.

19. Elle en a glorifié le nom du Seigneur Dieu, qui s'appelle le Dieu d'Israël.

tare, et in sono eorum dulces fecit modos.

12. Et dedit in celebrationibus decus et ornavit tempora usque ad consummationem vitæ, ut laudarent nomen sanctum Domini et amplificarent mane Dei sanctitatem.

13. *a* Dominus purgavit peccata ipsius, et exaltavit in æternum cornu ejus; et dedit illi testamentum regni, et sedem gloriæ in Israel. [*a* *II. Reg.* 12. 13.]

14. Post ipsum surrexit filius sensatus, et propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum.

15. *a* Salomon imperavit in diebus pacis, cui subjecit Deus omnes hostes, ut conderet domum in nomine suo, et pararet sanctitatem in sempiternum; quemadmodum eruditus es in juventute tua? [*a* *III. Reg.* 3. 1.]

16. *a* Et impletus es, quasi flumen, sapientia, et terram retexit anima tua. [*a* *III. Reg.* 4. 31.]

17. Et replesti in comparationibus ænigmata; ad insulas longe divulgatum est nomen tuum, et dilectus es in pace tua.

18. In cantilenis, et proverbiis, et comparationibus, et interpretationibus, miratæ sunt terræ.

19. Et in nomine Domini Dei, cui est cognomen, Deus Israel.

13. *Dominus purgavit peccata ipsius.* Il n'est rien dit de la chute de David, dit Sacy, sinon que Dieu *l'a purifié de son péché.* La pénitence qui fait qu'un vrai pénitent se souvient sans cesse de son péché fait qu'un Dieu l'oublie. Dieu laisse tomber ses élus, comme une mère laisse quelquefois tomber son enfant pour le faire marcher avec plus de soin. C'est la plus grande marque de l'élection de Dieu, lorsque nos chutes servent à nous rendre plus forts et plus humbles. Ce sont des remèdes dont Dieu se sert pour purifier les saints. Ils sont violents, mais nécessaires.

---

12. *Dedit in celebrationibus decus.* Celebritatibus et festis (nam græco est, ἑορταῖς) addidit decus musicæ. — *Ornavit tempora.* Tempora et dies festivos hilaritate musices decoravit. — *Usque ad consummationem vitæ.* Quamdiu vixit. * In græco est, μέχρι συντελείας, *usque ad finem*; quod de fine anni potest intelligi, quo evoluto redibat orbis festorum et hymnorum. — *Amplificarent.* Celebrarent, magnificarent. — *Mane.* Non mane tantum, sed etiam vespere, tempore sacrificii, ut patet ex I. Paral., 23. 30.

13. *Purgavit peccata ipsius.* Abolevit peccatum illius, adulterii scilicet et homicidii, cum per Nathan Davidi dixit : *Dominus transtulit peccatum tuum*, II. Reg., 12, 13. — *Exaltavit in æternum cornu ejus.* Potentiam, gloriam et regnum, quod dedit illi in æternum; tum quia illud possedit David in posteris quamdiu duravit synagoga et respublica Israelis, usque ad ejus excidium per Chaldæos; tum quia mystice longe excellentius regnum possidet per Christum ex se prognatum. — *Testamentum regni.* Pactum et promissionem regni. — *Sedem gloriæ.* Thronum regium gloriosum.

14. *Filius sensatus.* Salomon. — *Dejecit omnem potentiam inimicorum.* Quasi dicat : Propter merita et sanctitatem Davidis Deus dejecit omnem impetum inimicorum, ut nemo auderet Salomoni, Davidis filio, sese opponere, sed ille libere regnaret, lateque suum imperium propagaret.

15. *In diebus pacis.* Pacifice. — *Domum in nomine suo.* Templum nomini ejus dicatum. — *Pararet sanctitatem.* Sanctuarium. — *Quemadmodum eruditus es.* Sententia est : o quam sapiens factus es! etc., In græco enim habetur, ὡς ἐσοφίσθης.

16. *Terram retexit anima tua.* In græco est, ἐπεκάλυψε, *operuit*, ut sit continuatio allegoriæ fluminis terram inundantis. Noster legit ἀπεκάλυψε, retexit, et sensus esse potest, Salomonem terram et quæ sunt arcana in terra retexisse; disputavit enim de naturis stirpium, animalium, metallorum, etc. — *Anima tua.* Tu.

17. *Replesti in comparationibus ænigmata.* In parabolis tuis replesti; plena, hoc est, plurima congessisti ænigmata. Sic replere pro plena multaque afferre sumitur a S. Paulo ad Roman., c. 15, n. 19, cum ait : *Ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim* (id est, plene prædicaverim) *Evangelium Christi* : et II. ad Timoth., 4. 17 : *Per me prædicatio impleatur.* — *Dilectus es in pace tua.* Diligebant te populi, quia pacem tuo regno conciliasti et servasti.

18. *Cantilenis.* Quale est Canticum canticorum quod adhuc exstat.

19. *Et in nomine Domini.* Qui te protegebat, et sapientiam tibi dederat.

20. *a* Collegisti quasi aurichalcum aurum, et ut plumbum complesti argentum, [*a* *III. Reg.* 10. 27.]

21. Et inclinasti femora tua mulieribus; potestatem habuisti in corpore tuo.

22. Dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam,

23. *a* Ut faceres imperium bipartitum, et ex Ephraim imperare imperium durum. [*a* *III. Reg.* 12. 16.]

24. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, et non corrumpet nec delebit opera sua, neque perdet a stirpe nepotes electi sui; et semen ejus, qui diligit Dominum, non corrumpet.

25. Dedit autem reliquum Jacob et David de ipsa stirpe.

26. Et finem habuit Salomon cum patribus suis.

27. Et dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam.

28. Et immunitum a prudentia, Roboam, qui avertit gentem consilio suo :

29. *a* Et Jeroboam filium Nabath, qui peccare fecit Israel, et dedit viam peccandi Ephraim, et plurima redundaverunt peccata ipsorum. [*a* *III. Reg.* 12. 28.]

20. Vous avez fait des amas d'or comme on en fait d'airain, et d'argent, comme on en ferait de plomb;

21. Et après cela vous vous êtes prostitué aux femmes, vous avez asservi votre corps.

22. Vous avez terni l'éclat de votre gloire, vous avez déshonoré votre race; vous avez attiré la colère du *Seigneur* sur vos enfants, et la punition sur votre folie;

23. En sorte que vous avez été cause que votre royaume a été partagé en deux, et qu'il est sorti d'Éphraïm une puissance rebelle.

24. Mais Dieu n'oubliera point sa miséricorde, il ne détruira point et n'anéantira point ses ouvrages; il ne retranchera point par la racine la postérité de *David*, son élu, et il n'exterminera point la race de celui qu'il a aimé.

25. *Ainsi* il a laissé quelques restes à Jacob, et à David quelques rejetons de sa race.

26. Salomon a fini sa vie, et s'en est allé avec ses pères.

27. Et il a laissé après lui son fils Roboam, qui a été un exemple de folie parmi son peuple;

28. Un homme sans jugement et sans prudence, qui, par son conseil, détourna de lui son peuple,

29. Et Jéroboam, fils de Nabath, qui a fait pécher Israël, et qui a ouvert à Éphraïm le chemin de l'iniquité. Et les péchés ont inondé parmi eux.

21. *Et inclinasti femora tua mulieribus.* Salomon s'abandonna aux femmes étrangères que la loi défendait aux Hébreux d'épouser. Elles l'entraînèrent dans l'idolâtrie, et il en eut des enfants qui déshonorèrent sa race. Les fautes de Salomon ont été la cause du schisme, comme le remarque lui-même l'*Ecclésiastique* (v. 23); mais la miséricorde de Dieu a été si grande, qu'il n'a pas voulu priver pour cela Israël de l'héritage de ses promesses (v. 24).

29. *Qui peccare fecit Israel.* Il faut distinguer entre le schisme politique et le schisme religieux. Le schisme politique était un malheur; en séparant de Juda les dix tribus, il affaiblissait la nation sainte. Mais le schisme religieux fut un crime, parce qu'en détournant les Israélites du culte du vrai Dieu, leurs rois les jetèrent dans l'idolâtrie, préférant leurs intérêts personnels à ceux de la justice et de la vérité.

---

20. *Quasi aurichalcum aurum.* Vide III. Reg. 10, 27. — *Complesti argentum.* Argentum multiplicasti, ut est in græco.

21. *Inclinasti femora tua mulieribus.* Mulierum amoribus et consuetudine implicatus es. — *Potestatem habuisti.* Potestatem passus in corpore tuo; nam uxoribus et concubinis servivit corpus tuum : græce enim est, ἐνεξουσιάσθης.

22. *Dedisti maculam.* Maculasti, fœdasti. — *Profanasti semen tuum.* Contaminasti, violasti semen tuum, filios scilicet tuos, cum eos ex idololatris mulieribus procreasti, iisque nocuisti; nam peccatorum tuorum pœna ad illos etiam pervenit. — *Incitari stultitiam tuam.* *Ad idola colenda. In aliquibus græcis est, κατανυγῆναι, *compungi.* Deus juste te puniens fecit ut stultitia tua incitaretur in seipsa, et compungeretur dolore, cum tu, qui in pace semper vixeras, intelligeres Deum suscitasse contra te Jeroboam servum tuum, qui tandem sub Roboam filio tuo regnum Israel divideret, et, ut hic loquitur sacer textus, bipartitum faceret.

23. *Et ex Ephraim.* Jeroboam enim erat ex tribu Ephraim. — *Imperium durum.* Græce, ἀπειθῆ, contumax, rebelle regibus Juda, et a Deo vero per idololatriam deficiens.

24. *Non derelinquet misericordiam suam.* Non abstulit plane regnum a Davidis domo. — *Neque perdet a stirpe nepotes electi sui.* Stirpitus non avellet nepotes Davidis electi sui. — *Qui diligit.* Græce, dilexit. — *Non corrumpet.* Non perdet.

25. *Reliquum.* Græce est, κατάλειμμα, *reliquias*, hoc est, stirpem et prosapiam. — *Jacob et David.* Sunt dativi casus. Versiculi sententia est, Deum dedisse Jacobo, et Davidi stirpem regiam, ut fuerat pollicitus. — *De ipsa.* Ex ipsa stirpe.

26. *Finem habuit... cum patribus suis.* Dormivit cum patribus suis, ut sæpe loquitur Scriptura, mortuus est.

27. *Gentis stultitiam.* Roboam parenti minime similem, sed vecordem et imprudentem. Videtur phrasis hæc respondere italicæ, cum dicimus : *Costui è la pazzia del mondo.*

28. *Immunitum a prudentia.* A prudentia male instructum, prudentiæ et mentis inopem. — *Avertit gentem consilio suo.* Avertit a se decem tribus consultatione illa cum juvenibus habita. III. Reg., 12.

29. *Dedit viam peccandi.* Aperuit viam idololatriæ, eamque in regnum suum induxit. — *Ephraim.* In qua tribu sedem regni habuit, et aliis etiam tribubus quibus imperavit. — *Redundaverunt peccata ipsorum.* Plurima et gravissima fuerunt.

30. Ils les ont fait enfin chasser de leur terre.

31. Ils ont cherché toutes les manières de faire le mal, jusqu'à ce que la vengeance *divine* est venue fondre sur eux, (et qu'elle a mis fin à tous leurs péchés.)

30. Valde averterunt illos à terra sua.

31. Et quæsivit omnes nequitias, usque dum perveniret ad illos defensio, et ab omnibus peccatis liberavit eos.

CHAPITRE XLVIII.

Eloges d'Elie, d'Elisée, d'Ezéchias et d'Isaïe.

1. Le prophète Elie s'est élevé ensuite comme un feu; et ses paroles brûlaient comme un flambeau ardent.

2. Il frappa le peuple de famine. Ils l'irritèrent par leur envie, et ils furent réduits à un petit nombre; (car ils ne pouvaient supporter les préceptes du Seigneur.)

3. En parlant au nom du Seigneur il ferma le ciel, et il en fit tomber le feu par trois fois :

4. Quelle gloire, ô Elie! vous vous êtes acquise par vos miracles! Et qui peut se glorifier comme vous?

5. Vous qui, par la parole du Seigneur votre Dieu, avez fait sortir un mort des enfers, et l'avez arraché à la mort.

6. Vous qui avait fait tomber les rois dans le précipice; qui avez brisé sans peine toute leur puissance, et qui, dans leur gloire, les avez réduits au lit de la mort;

7. Vous qui entendez sur le mont de Sina le jugement du Seigneur, et sur le mont Horeb les arrêts de sa vengeance;

1. Et *a* surrexit Elias propheta, quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat. [a *III. Reg.* 17. 1.]

2. Qui induxit in illos famem, et irritantes illum invidia sua pauci facti sunt; non enim poterant sustinere præcepta Domini.

3. *a* Verbo Domini continuit cœlum, et dejecit de cœlo ignem ter : [a *III. Reg.* 17. 1. *IV. Reg.* 1. 10. 12.]

4. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?

5. *a* Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. [a *III. Reg.* 17. 22.]

6. Qui dejecisti reges ad perniciem, et confregisti facile potentiam ipsorum, et gloriosos de lecto suo.

7. Qui audis in Sina judicium, et in Horeb judicia defensionis.

Cap. XLVIII. — 3. *Dejecit de cœlo ignem ter.* La première fois pour consumer son sacrifice (III. Reg., XVII, 38), et les deux autres pour dévorer ses ennemis (IV. Reg., I, 10 et suiv.).

5. *Qui sustulisti mortuum.* Le fils de la veuve de Sarepta.

7. *Qui audis in Sina.* Elie fuyant la persécution de Jézabel, se sauva au mont Horeb situé dans l'Arabie Pétrée, tout près du mont Sinaï. Là, Dieu lui fit connaître ses desseins contre la maison d'Achab et contre le royaume d'Israël (III. Reg., XIX, 8 et seq.).

---

30. *Averterunt illos a terra sua.* Propter peccata enim sua patrio solo caruerunt Israelitæ in captivitatem non semel abducti.

31. *Quæsivit omnes nequitias.* Sectatus est Israel omne genus peccati. — *Defensio.* Græce, ἐκδίκησις, *vindicta*, *ultio*. Vide Judith, c. 1, n. 12, et c. 2, *n.* 1, ubi *defendere* pro *ulcisci* ponitur a vulgatæ editionis auctore. — *Ab omnibus peccatis liberavit eos.* Ultione immissa finem eorum sceleribus imposuit. Multi etiam a peccatis per patientiam liberati sunt, ad meliorem conditionem afflictione illa revocati.

Cap. XLVIII. — 1. *Quasi ignis.* Æstuans zelo divini honoris.

2. *Induxit in illos famem.* Vide historiam III. Reg., 17, 1. — *Irritans illum.* Pravis suis actionibus illius animum offendentes. — *Invidia sua. Zelo suo*, ut est in græco. Vulgatus vertit *invidia*, quia ζῆλος zelum significat et invidiam. — *Pauci facti sunt. Ad paucitatem eos reduxit;* in græco enim est, ὠλιγοποίησεν αὐτούς, multi enim fame enecti sunt. — *Sustinere præcepta Domini.* Servare Domini præceptum, quo ab idololatria deterrebantur.

3. *Continuit cœlum.* Ne plueret. III. Reg., 17, 1. — *Dejecit... ignem ter.* E cœlo deduxit ignem quo quinquagenarius cum suis absumeretur. Vide historiam IV. Reg., 1, 10.

4. *Amplificatus.* Magnificatus. Similis phrasis habetur supra, c. 47, n. 12. — *Sic gloriari tibi.* Sic gloriari ut tu.

5. *Sustulisti.* Excitasti. Vide historiam III. Reg., 17, 22. — *De sorte mortis.* De potestate mortis.

9. *Dejecisti reges ad perniciem.* Fuere ii quatuor. Primus fuit Achab et Jezabel; utrique enim Elias interitum comminatus est, et a Deo suis precibus obtinuit, III. Reg., 21. Secundus fuit Ochosias, filius Achab, qui ægrotans de sanitate sua Beelzebub consuluit, propter quod scelus Elias illi mortem denuntiavit, IV. Reg., 1. Tertius fuit Joram, frater Ochosiæ, qui juxta prædictionem Eliæ, IV. Reg., 9, a Jehu occisus est. Quartus fuit alter Joram filius Josaphat, rex Juda, cui Elias per litteras morbum, et ex eo mortem prædixit. Vide historiam II. Paral., 21, 12. — *Gloriosos de lecto suo.* Quod de Joram rege Juda ægrotante intellige, de quo proxime diximus.

7. *Audis in Sina judicium.* Græce, ἐλεγμὸν, *increpationem*, qua scilicet a Domino increpatus est. Vide historiam III. Reg., 19, 12. — *In Horeb.* Est idem mons Sina, vel pars ejus. — *Judicia defensionis.* Judicia vindictæ et ultionis. Græco ἐκδικήσεις, quibus idololatras plectam. Vide dicta supra, c. 47, n. 31.

8. Qui ungis reges ad pœnitentiam, et prophetas facis successores post te.

9. *a* Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. [a *IV. Reg.* 2. 11.]

10. *a* Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob. [a *Malach.* 4. 6.]

11. Beati sunt, qui te viderunt, et in amicitia tua decorati sunt :

12. Nam nos vita vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.

13. *a* Elias quidem in turbine tectus est, et in Eliseo completus est spiritus ejus; in diebus suis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum; [a *IV. Reg.* 2. 11.]

14. *a* Nec superavit illum verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus. [a *IV. Reg.* 13. 21.]

15. In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est.

16. In omnibus istis non pœnituit populus, et non recesserunt a peccatis suis, usque dum ejecti sunt de terra sua, et dispersi sunt in omnem terram.

8. Vous qui sacrez les rois pour venger les crimes *des impies*, et qui laissez après vous des prophètes pour vos successeurs;

9. Vous qui avez été enlevé au ciel dans un tourbillon de feu, et dans un char traîné par des chevaux ardents;

10. Vous qui avez été destiné pour adoucir la colère du Seigneur, par des jugements que vous exercerez au temps prescrit; vous *qui avez été choisi* pour réunir les cœurs des pères à leurs enfants, et pour rétablir les tribus de Jacob?

11. Bienheureux sont ceux qui vous ont vu, et qui ont été honorés de votre amitié.

12. Car pour nous, nous vivons seulement pendant cette vie; (mais notre nom ne vivra pas de même après *notre* mort.)

13. Elie a été enlevé dans un tourbillon; mais son esprit est demeuré dans Elisée. Elisée n'a point eu peur des princes pendant sa vie, et nul n'a été plus puissant que lui.

14. Jamais rien ne l'a pu vaincre; et son corps, après sa mort même, a fait voir qu'il était un vrai prophète.

15. Il a fait des prodiges pendant sa vie, et des miracles après sa mort.

16. Mais dans toutes ces merveilles, le peuple *d'Israël* n'a point fait pénitence; et ils ne se sont point retirés de leurs péchés, jusqu'à ce qu'ils ont été chassés de leurs terres, et dispersés dans tous les pays du monde.

10. *Qui scriptus es in judiciis temporum.* Ces paroles, placées après l'enlèvement d'Elie, montrent, dit Bossuet, que le rôle d'Elie n'est pas terminé et qu'il est réservé pour apaiser la colère de Dieu au temps marqué : ce qui s'est accompli en partie dans Jean-Baptiste dont Elie était la figure, et ce qui doit s'accomplir encore dans l'avénement d'Elie qui doit précéder le dernier avénement du Christ, d'après la croyance des Juifs et des chrétiens.

12. *Nam nos vita vivimus.* D'après le Grec : Heureux ceux qui vous verront et qui seront honorés de votre amitié : car pour nous, c'est alors que nous vivrons de la vraie vie.

---

8. *Ungis reges.* Unxit enim Hazael in regem Syriæ, et Jehu in regem Israel. — *Ad pœnitentiam.* Ad pœnam et vindictam idololatrarum. Græce εἰς ἀνταπόδομα, *in retributionem*, ut scilicet pœna pro peccato rependeretur idololatris, duorum regum istorum ministerio. — *Successores post te.* Elisæum intelligit. Vide III. Reg., 19, 19.

9. *Receptus es.* Assumptus. Vide historiam, IV. Reg., 2, 11.

10. *Scriptus es.* Qui in propheticis libris scriptus es, quod in novissimorum temporum ostensione leniturus sis iram Domini. Vel, qui scriptus et destinatus es ad leniendam iram Domini, cum signa novissimi temporis manifestabuntur. — *In judiciis temporum.* Græce, ἐν ἐλεγμοῖς εἰς καιρούς, *in redargutionibus ad tempora*, ut scilicet opportuno tempore redarguas impios in fine mundi. — *Conciliare cor patris ad filium.* Sunt verba desumpta ex c. 4. Malach., num. 5, 6, ubi habemus : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam*, etc. *Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum*, etc. Patres sunt Abraham, Isaac, Jacob et prophetæ, quorum corda a Judæis eorum posteris propter scelera aversa convertentur ad illos, illos amando, et de illorum bono gaudendo; sicut etiam Judæi ad patres convertentur, idem sentiendo per fidem, quod ipsi eorum patres senserunt. — *Restituere tribus Jacob.* In pristinum statum fidelitatis.

11. *Beati sunt, qui te viderunt.* Hæc intelligenda sunt partim de tempore præterito, partim de futuro, quasi dicat : Beati erant qui olim te viderunt et amaverunt; beati etiam qui te suo tempore redeuntem videbunt et amabunt, monitaque tua recipient, et ea opere perficient. Dissimilis tu admodum es a nobis, quia nos tantum vivimus vita hac mortali ac brevi peritura; post mortem autem non erit tale nomen nostrum quale tuum, qui nec deprehenderis esse mortuus, et postquam sublatus es, etiam prophetico scripto prædicaris rursum mittendus, idque in salutem totius populi. Ita Jansenius.

13. *In turbine tectus est.* Caligine circumdatus et subductus ab oculis mortalium. — *Completus est spiritus ejus.* Repletus est spiritu Eliæ. Vide IV. Reg., 2, 15. — *Non pertimuit principem.* Non est veritus principes idololatras. Vide quid responderit Joram regi Israelis, IV. Reg., 3, 14. — *Potentia nemo vicit illum.* In græco est : *Nemo eum sibi subjugavit.*

14. *Nec superavit illum verbum aliquod.* Nullius verbis fractus est invictus illius animus, nec mollitus est blanditiis, nec territus minis. — *Prophetavit corpus ejus.* Miraculum edidit mortuum suscitando. Vide historiam IV. Reg., 13, 21.

15. *Fecit monstra.* Prodigia, miracula.

16. *In omnibus istis.* Licet tam eximius propheta esset Elisæus, et tam illustria miracula patraret — *Ejecti.* Ducti in captivitatem. — *In omnem terram.* Assyriorum et Chaldæorum.

17. Il n'est demeuré qu'un petit reste du peuple et un prince de la maison de David.

18. Quelques-uns ont plu à Dieu dans leur vie; mais les autres ont commis beaucoup de péchés.

19. Ézéchias a fortifié sa ville, et il y a fait venir de l'eau; il a creusé le roc avec le fer, et il a bâti un puits pour *conserver* l'eau.

20. Sennachérib vint pendant son règne; il envoya Rabsacès; (et il éleva sa main contre eux;) il étendit sa main contre Sion, et sa puissance le remplit d'orgueil.

21. Alors la frayeur leur saisit le cœur et les mains, et ils furent agités comme une femme qui est dans les douleurs de l'enfantement.

22. Ils invoquèrent le Seigneur plein de miséricorde, ils étendirent leurs mains, et les élevèrent au ciel : et le Saint, le Seigneur *notre* Dieu écoutera bientôt leur voix.

23. (Il ne se souvint point de leurs péchés, et il ne les livra point à leurs ennemis; mais il les purifia par les mains d'Isaïe, son saint prophète.

24. Il dissipa le camp des Assyriens, et l'ange du Seigneur les tailla en pièces.)

25. Car Ézéchias fit ce qui était agréable à Dieu; il marcha courageusement dans la voie de David son père, que lui avait recommandée Isaïe, qui fut un grand prophète, et fidèle aux yeux du Seigneur.

26. Le soleil pendant ses jours retourna en arrière; et il ajouta plusieurs années à la vie du roi.

27. Il vit la fin des temps par un grand don

17. Et relicta est gens perpauca, et princeps in domo David.

18. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo; alii autem multa commiserunt peccata.

19. Ezechias munivit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam, et fodit ferro rupem, et ædificavit ad aquam puteum.

20. *a* In diebus ipsius ascendit Sennacherib, et misit Rabsacen, et sustulit manum suam contra illos, et extulit manum suam in Sion, et superbus factus est potentia sua. [*IV. Reg.* 18. 13.]

21. Tunc mota sunt corda, et manus ipsorum; et doluerunt quasi parturientes mulieres.

22. Et invocaverunt Dominum misericordem, et expandentes manus suas, extulerunt ad cœlum; et sanctus Dominus Deus audivit cito vocem ipsorum.

23. Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgavit eos, in manu Isaiæ sancti prophetæ.

24. *a* Dejecit castra Assyriorum, et contrivit illos angelus Domini; [*a IV. Reg.* 19. 35. *Tob.* 1. 21. *Isa.* 37. 36. *I. Mac.* 7. 31. *II. Mac.* 8. 19.]

25. Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, et fortiter ivit in via David patris sui, quam mandavit illi Isaias propheta magnus, et fidelis in conspectu Dei.

26. *a* In diebus ipsius retro rediit sol, et addidit regi vitam. [*a IV. Reg.* 20. 11. *Isa.* 38. 8.]

27. Spiritu magno vidit ultima, et

17. *Et relicta est gens perpauca.* Dans les différentes expéditions que firent en Judée les Assyriens et les Chaldéens, ils emmenèrent à chaque fois un certain nombre de captifs. Il ne resta plus en terre sainte qu'un petit nombre d'hommes qui étaient employés à cultiver la terre et à faire les ouvrages nécessaires (Cf. IV. Reg., XVII, XXIV). Il ne resta plus d'autres princes que ceux qui étaient de la maison de David.

22. *Et invocaverunt Dominum.* Ce qu'il faut entendre d'Ézéchias et d'Isaïe (IV. Reg., XIX, 2 et suiv.; II. Paral., XXXII, 20).

27. *Spiritu magno vidit ultima.* L'*Ecclésiastique* fait allusion à ces paroles d'Isaïe lui-même (cap. LXI, 1 et seq.) : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me; ad*

---

17. *Relicta est gens perpauca.* Abductis captivis ab Assyriis decem tribubus, pauci relicti sunt, tribus nimirum Juda, et tribus Benjamin cum rege suo de domo David.

18. *Ipsorum.* Ex regibus nimirum Juda, ut David, Josaphat, Ezechias, Josias.

19. *Munivit civitatem suam.* Vide II. Paral., 32, initio. — *Fodit ferro rupem.* Vide dicta II. Paral., 32, n. 30. — *Ædificavit ad aquam puteum.* Græcus habet, *puteos*, ne scilicet populus obsidione pressus aquæ penuria laboraret.

20. *Ascendit Sennacherib.* Vide historiam IV. Reg., 18, 13; et II. Paralip., 32, 1. — *Sustulit manum suam.* Contra Jerusalem, illi insultans et minans excidium. Vide Isaiæ 36, 4 et deinceps. In græco est, καὶ ἀπέστειλε Ραψάκην, καὶ ἀπῆρε, καὶ ἐπῆρε χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ Σιών, quæ ego sic verterem : *Misit Rabsacem, qui profectus est, et extulit manum suam in Sion;* hoc enim significat græcum ἀπῆρεν.

21. *Mota sunt corda et manus.* Scilicet tremuerunt.

23. *Commemoratus.* Recordatus. — *Purgavit eos.* A peccatis quæ detestati sunt, excitante eos Isaia.

24. *Dejecit castra Assyriorum.* Vide historiam IV. Reg., 19, 35.

25. *Fortiter ivit in via David.* Constanter veram religionem et pietatem coluit, secutus Davidem primogenitorem suum. — *Quam mandavit illi Isaias.* Ut illum instituebat, eique suggerebat Isaias.

26. *Retro rediit sol.* Vide IV. Reg., 2, 11, et ibi notata.

27. *Spiritu magno vidit ultima.* Spiritu suo magno prophetico vidit ultima, hoc est, quæ ultimis temporibus erant futura, et ad Christum pertinebant. — *Consolatus est lugentes.* Ezechiam et Judæos ob metum Sennacherib metu perculsos; viros etiam pios sui temporis ærumnas et scelera deplorantes quos prænuntiatione adventus Messiæ erexit ad spem. — *Usque in sempiternum.* Id est, sæculi finem.

consolatus est lugentes in Sion. Usque in sempiternum.

28. Ostendit futura, et abscondita antequam evenirent.

de l'esprit *de Dieu;* et il consola ceux qui pleuraient dans Sion.

28. Il prédit ce qui devait arriver jusqu'à la fin des temps, et il découvrit les choses secrètes avant qu'elles arrivassent.

CHAPITRE XLIX.

Eloges de Josias, de Jérémie, d'Ezéchiel, des douze petits prophètes, de Zorobabel, de Jésus fils de Josédec, de Néhémias, d'Hénoch, de Joseph, de Sem et de Seth.

1. Memoria *a* Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii. [*a IV. Reg.* 22. 1.]

2. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini.

3. Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis.

4. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

5. Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt.

6. Nam reliquerunt legem Altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei.

7. Dederunt enim regnum suum aliis, et gloriam suam alienigenæ genti.

8. *a* Incenderunt electam sanctitatis civitatem, et desertas fecerunt vias ipsius in manu Jeremiæ. [*a IV. Reg.* 25. 9.]

9. Nam male tractaverunt illum, qui

1. La mémoire de Josias est comme un parfum d'une odeur admirable, composé par un excellent parfumeur.

2. Son souvenir sera doux à la bouche de tous les hommes comme le miel, et comme un concert de musique dans un festin de vin délicieux.

3. Il a été destiné (divinement) pour faire entrer le peuple dans la pénitence; et il a exterminé les abominations de l'impiété.

4. Il a tourné son cœur vers le Seigneur : et dans un temps de péché il s'est affermi dans la piété.

5. Hors David, Ezéchias et Josias, tous ont péché.

6. Car les rois de Juda ont abandonné la loi du Très-Haut, et ont méprisé la crainte de Dieu.

7. Ils ont abandonné leur royaume à un autre peuple, et leur gloire à une nation étrangère.

8. *Ces étrangers* ont brûlé la ville choisie, la ville sainte; et ils ont fait un désert de ses rues, selon la prédiction de Jérémie.

9. Car ils ont maltraité, celui qui avait été

annuntiandum mansuetis misit me... ut consolarer omnes lugentes : ut ponerem lugentibus Sion; et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu. Ce grand prophète ne vit pas seulement les maux qui allaient fondre sur son pays, la captivité de Babylone, mais il nomma Cyrus lui-même, l'auteur de la délivrance de ses concitoyens; il vit ce qui arriverait du temps du Christ, la fondation de l'Église et son extension si rapide, ses persécutions et ses triomphes et la gloire du Christ à la fin des siècles.

CAP. XLIX. — 3. *Tulit abominationes impietatis.* Il a enlevé même les hauts lieux que Salomon avait élevés et qu'avaient tolérés les autres rois (IV. Reg., XXIII, 13).

5. *Præter David, et Ezechiam.* Encore Ézéchias, dit Bossuet, n'a pas été irrépréhensible, car il est écrit : *Attamen in legatione principum Babylonis... dereliquit eum Deus,* etc. (II. Par., XXXII, 1), et Isaïe le blâme vivement de sa faiblesse (IV. Reg., XX, 16). Il faut donc comprendre que ces trois rois n'ont pas péché grièvement contre la loi de Dieu et qu'ils n'ont pas cherché à altérer son culte en entraînant le peuple dans l'idolâtrie. Si David a péché, il a effacé ses fautes par son repentir.

7. *Dederunt enim regnum suum.* Par leurs infidélités, ils ont obligé Dieu à donner leur couronne et leur royaume à des princes étrangers qui les ont réduits en captivité.

9. *Nam male tractaverunt illum.* Le Sage, dit Sacy, marque comme la principale cause de la destruction de Jérusalem les mauvais traitements que les Juifs ont fait endurer à Jéré-

---

CAP. XLIX. — 1. *Memoria Josiæ.* Sententia est, memoriam Josiæ suavissimam esse, ut odoratui suavissima est odorata aromatum compositio, quæ unguentariorum miscetur artificio.

2. *In omni ore.* Ut suaviter ad aures accedit illius recordatio, ita dulcis est in ore ejus res gestas commemorantis. — *In convivio vini.* In lauto convivio, in quo vina generosa convivis dantur.

3. *Directus.* Direxit illum Deus, illique adfuit ut idololatriam felici successu exterminaret, et sibi subjectum populum ad scelerum pœnitentiam excitaret.

4. *Gubernavit ad Dominum. Direxit ad Dominum cor suum*, ut est in græco. — *Peccatorum.* Iniquorum, ἀνόμων, cum scilicet iniquitas et peccatum dominarentur, pietatem religionemque restituit et stabilivit.

5. *Omnes peccatum commiserunt.* Peccato idololatriæ, vel illi proximo et vicino, quod scilicet excelsa non abstulerunt.

7. *Dederunt... regnum suum aliis.* Ex peccato hunc fructum collegerunt, quod regno et gloria caruerunt, et gentibus alienigenis in captivitatem ducti servierunt.

8. *Incenderunt.* Incendii causa fuerunt, quo per Chaldæos Jerusalem vastata est. Vide IV. Reg., 25, 9. — *In manu Jeremiæ.* Juxta Jeremiæ vaticinium.

9. *Male tractaverunt illum.* Jechonias enim et Sedecias, et populi principes Jeremiam male tractarunt, in carcerem conjecerunt, et in fossam demerserunt, utique ibi moriturum, nisi

consacré prophète dès le ventre de sa mère, et destiné pour renverser, pour détruire, pour perdre et pour édifier.

10. Quant à Ezéchiel, il a vu cette vision de gloire que le Seigneur lui représenta dans le char des chérubins.

11. Car il a marqué par une pluie les maux qui devaient arriver aux ennemis du Seigneur, et les biens qu'il devait faire à ceux qui avaient marché dans la droite voie.

12. Que les os des douze prophètes refleurissent dans leurs tombeaux : car ils ont fortifié Jacob, et l'ont racheté de la servitude par une foi pleine de courage.

13. Comment relèverons-nous la gloire de Zorobabel, lui qui a été comme un anneau à la main droite *du Seigneur?*

14. Et Jésus, fils de Josédec, qui en leur temps, ont rebâti la maison du Seigneur, qui ont relevé son saint temple destiné à son éternelle gloire?

15. La mémoire de Néhémias passera aussi dans plusieurs siècles, lui qui a relevé nos murs abattus, qui a rétabli nos portes et nos serrures, et qui a rebâti nos maisons.

a ventre matris consecratus est propheta, evertere, et eruere, et perdere, et iterum ædificare, et renovare.

10. *a* Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru cherubim. [*a Ezech.* 1. 4.]

11. Non commemoratus est inimicorum in imbre benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.

12. Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo; nam corroboraverunt Jacob, et redemerunt se in fide virtutis.

13. *a* Quomodo amplificemus Zorobabel? nam et ipse quasi signum in dextera manu; [*a I. Esd.* 3. 2. *Agg.* 1. 1. 14. *et* 2. 3. 5. 22. 24.]

14. *a* Sic et Jesum filium Josedec? qui in diebus suis ædificaverunt domum, et exaltaverunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam. [*a Zach.* 3. 1.]

15. Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, et stare fecit portas et seras, qui erexit domos nostras.

mie *qui avait été consacré prophète dès le ventre de sa mère*. Car il n'y a rien qui comble plus la mesure des péchés des hommes et qui attire davantage la colère de Dieu sur eux, que lorsque non-seulement ils foulent aux pieds sa loi sainte, et qu'ils déchirent sans cesse leur âme par des plaies mortelles, mais qu'ils s'arment encore de fureur contre les ministres qu'il leur envoie pour les réconcilier avec lui, et qu'ils ne cherchent que les moyens de perdre ceux qui ne désirent que de les guérir.

11. *Non commemoratus est.* D'après le Grec : Car il a marqué par une pluie les maux qui devaient arriver aux ennemis du Seigneur (Ezech., XIII, 11, 13; XXXVIII, 22), et il a aussi annoncé les biens que le Seigneur devait faire à ceux qui dirigeraient leur voie, et qui marcheraient dans la droiture et la justice (Ezech., XVIII, XXVII, XXXIV, 23, et surtout XL et suiv.).

12. *Et duodecim prophetarum.* Le Sage ne fait pas mention de Daniel, le quatrième des quatre grands prophètes. D'où vient cette omission? On peut répondre avec Bossuet que les Hébreux n'avaient pas coutume de comprendre Daniel parmi les prophètes, attendu qu'il n'avait pas mené une vie prophétique, mais satrapique, pour employer leur expression. Ils le comptaient au nombre des hagiographes, et l'*Ecclésiastique* n'a pas fait l'énumération de ces derniers. On peut aussi dire que l'auteur de ce livre ne se proposait pas de dresser la liste complète des grands hommes de sa nation. Ainsi il n'a parlé ni d'Esdras ni de Mardochée. D'ailleurs Ezéchiel a fait un bel éloge de Daniel (XIV, 14; XXVIII, 3).

14. *Sic et Jesum, filium Josedec.* Bossuet croit qu'il n'est pas ici fait mention d'Esdras, parce que l'auteur ne rappelle que les prophètes et ceux qui ont été les chefs de la nation. A ce titre, il parle des grands pontifes, mais il ne fait pas mention d'Esdras qui fut un scribe illustre et un grand docteur, mais qui n'eut pas le nom de prophète.

Abdemelech eunuchus liberasset eum, Jerem., 38, 7. — *A ventre matris.* Eum scilicet cui dictum est Jerem. 1, 5 : *Priusquam te formarem in utero, novi te, etc.* — *Evertere, et eruere.* Eidem enim Jeremiæ dictum est ib. n. 10 : *Constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices et plantes.*

10. *Vidit conspectum gloriæ.* Vide Ezech., 1, 4.

11. *Commemoratus est inimicorum in imbre.* Sub allegoria imbris prædixit mala inimicis Dei. Vide Ezech., 13, 13, etc., 38, 22. — *Benefacere illis.* Videtur notari quod habemus Ezech., 18, 21, ubi convertentibus se a viis suis malis, et facientibus judicium, et justitiam, etc., promittitur quod vivent et non morientur.

12. *Pullulent de loco suo.* Floreat et virescat memoria duodecim prophetarum, licet locis suis, hoc est, sepulcris suis condantur. — *Corroboraverunt Jacob.* Israeliticum populum revocarunt ab impietate, et in vera religione stabilem reddere conati sunt. — *Redemerunt se in fide virtutis.* Se immunes præstiterunt ab omni labe impuri sæculi et idololatriæ dediti studio virtutis, in qua vixerunt, strenue fideles Domino et veræ religioni.

13. *Amplificemus.* Celebremus, ornemus laudibus, *magnificemus*, ut est in græco. — *Quasi signum in dextera manu.* Respicit locum Aggæi, c. 2, 24, ubi habemus : *Assumam et Zorobabel, etc., et ponam te quasi signaculum, quia elegi te;* ponam te quasi annulum signatorium mihi charissimum, et quem semper in manibus meis gesto.

14. *Jesum filium Josedec.* Pontificem, qui simul cum Zorobabel templum reædificavit. — *Exaltaverunt templum.* Excitaverunt, fabricati sunt. — *Paratum in gloriam sempiternam* Cujus gloria et fama erit æterna.

15. *In memoria multi temporis.* Sit memoria et fama illius diuturna. — *Erexit nobis muros.* Vide lib., II. Esdræ, c. 3.

16. Nemo natus est in terra qualis Henoch; nam et ipse receptus est a terra.

17. *a* Neque ut Joseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi; [*a Gen.* 41. 40; 42. 3; 45. 4; 50. 20.]

18. Et ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt.

19. *a* Seth et Sem apud homines gloriam adepti sunt; et super omnem animam in origine Adam. [*a Gen.* 4. 25. et 5. 31.]

16. Nul n'est né sur la terre comme Hénoch, qui a été ensuite enlevé de dessus la terre;

17. Ni comme Joseph, qui est né pour être le prince de ses frères et l'appui de sa famille; (pour être le gouverneur de ses frères et le ferme appui de son peuple.)

18. Ses os ont été conservés avec soin, (et ont prophétisé après sa mort.)

19. Seth et Sem ont été élevés en gloire entre les hommes; et Adam dans sa création, *a été élevé* au-dessus de toutes les créatures.

CHAPITRE L.

Eloge du grand-prêtre Simon, fils d'Onias. Exhortation à la prière. Trois peuples dignes de haine ou de mépris. De l'auteur de ce livre.

1. Simon Oniæ *a* filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum. [*a I. Mach.* 12. 7. *II. Mach.* 3. 4.]

2. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio et excelsi parietes templi.

1. Simon, fils d'Onias, grand pontife, a soutenu la maison du Seigneur tant qu'il a vécu, et il a fortifié le temple pendant ses jours.

2. C'est lui qui a fait faire les fondements profonds du temple, le double bâtiment, et les hauts murs.

16. *Qualis Henoch.* L'auteur revient à Hénoch, dont il a mis le nom en tête de son énumération des grands hommes (XLIV, 16). Il y joint les noms de Sem et de Seth. C'est de Seth que sortit la race des justes avant le déluge, et c'est de Sem qu'elle sortit après ce grand événement. Le Christ devait naître de leurs descendants. Adam est cité comme chef du genre humain. Le Sage, dit Bossuet, ne lui donne aucune louange, parce qu'il fut l'auteur du péché. Au lieu de dire qu'il fut élevé au-dessus *de toute âme*, le Grec lit au-dessus de tout animal (*animal*); c'est-à-dire que Dieu lui donna l'empire sur tous les animaux.

CAP. L. — 1. *Simon, Oniæ filius.* Il y a eu deux pontifes de ce nom, Simon Ier, dit le Juste, qui vécut lorsque Séleucus Nicanor était roi de Syrie et Ptolémée, fils de Lagus, était roi d'Egypte au commencement de l'empire de Macédoine, et Simon II, fils d'Onias II, qui vécut à l'époque d'Antiochus le grand, roi de Syrie, et de Ptolémée Philopator, roi d'Egypte. Nous croyons, avec Menochius, qu'il s'agit ici du premier, contrairement au sentiment de D. Calmet, de Bossuet et de plusieurs autres qui rapportent cet éloge au second (Voy. notre Préf.).

2. *Duplex ædificatio.* Il y avait autour du temple une double muraille qui en faisait un lieu fortifié. Simon fit jeter les fondements de cette seconde enceinte et construire les hautes murailles qui en faisaient la force et la défense.

---

16. *Nemo... qualis Henoch.* Primo scilicet mundi sæculo ante diluvium.

17. *Qui natus est homo.* Vel sensus est, Josephum ab ipsa pueritia virilem sapientiam habuisse. Vel, a puero et ab ipsa nativitate natum fuisse ut esset princeps fratrum, etc. — *Firmamentum gentis.* Idem est quod paulo post dicitur, *stabilimentum populi;* Joseph enim fratres suos cum familiis eorum aluit et stabilivit in Ægypto.

18. *Ossa ipsius visitata sunt.* Significat curam habitam ossium Joseph, ut in exitu Israelis ex Ægypto exportarentur in terram promissam, quod a Mose factum est, Exod., 13, 19. — *Prophetaverunt.* Nempe quia cum juxta ejus prædictionem, et exitus ex Ægypto, et ossium ejus elatio facta sit, ipsa ossa declaverunt illum verum fuisse prophetam.

19. *Seth et Sem.* Sententia est, magnam quidem gloriam Seth et Sem pios viros meritos fuisse, et etiam consecutos; sed tamen majorem esse gloriam Adami, omnium primi parentis et primæ stirpis humani generis. — *In origine.* In græco est, ἐν τῇ κτίσει, *in creatura*, id est, inter creatos, homines scilicet.

CAP. L. — 1. *Simon.* Duo fuerunt hujus nominis pontifices, et uterque patrem habuit nomine Oniam. Hic quem celebrat Ecclesiasticus, est Simon senior, qui cognominatus est priscus, non autem junior. — *Sacerdos magnus.* Summus sacerdos. — *Suffulsit domum.* Idem est cum eo quod additur explicationis causa, *et in diebus suis corroboravit templum*, quod scilicet post instaurationem factam a Zorobabel cœperat collabi.

2. *Templi etiam altitudo ab ipso fundata est.* In græco est, ὑπ' αὐτοῦ ἐθεμελιώθη ὕψος διπλῆς ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου ἱεροῦ; quod in Bibliis latinis LXX interpretum Romæ impressis sic vertitur : *Et ab ipso fundata est altitudo duplicis, reparatio excelsa ambitus templi.* Significatur Simonem suffulsisse et coroborasse templum, quia templi substructiones, quibus extrema sustentabatur templi area, a Chaldæis dissipatas, a Zorobabelo autem prætermissas, Simon ædificavit. — *Duplex ædificatio.* Dicitur ædificatio, sive altitudo duplex, quia templum qua parte altissimum fuit, non nisi 120 cubitorum fuit, substructio a radice montis ad ejus verticem trecentorum, id est, altior duplo, et eo amplius. — *Parietes templi.* Templum hic non præcise pro ipso templo, sed pro complexu omnium ædificiorum, porticuum, arearum ad templum pertinentium sumitur.

3. Les eaux des fontaines ont coulé en son temps dans les canaux; et ils se sont remplis extraordinairement comme une mer.

4. Il a eu un soin particulier de son peuple, et il l'a délivré de la perdition.

5. Il a été assez puissant pour agrandir et fortifier la ville; il s'est acquis de la gloire par la manière dont il a vécu avec le peuple; et il a élargi *et* étendu l'entrée de la maison et du parvis.

6. Il a éclaté pendant sa vie comme l'étoile du matin au milieu des nuages, et comme la lune lorsqu'elle est venue en son plein.

7. Il a lui dans le temple de Dieu comme un soleil éclatant de lumière.

8. Il a paru comme l'*arc-en-ciel*, qui brille dans des nuées lumineuses, et comme les rosiers qui poussent leurs fleurs au printemps, comme les lis qui sont sur le bord des eaux, et comme l'encens qui répand son odeur pendant l'été;

9. Comme une flamme qui étincelle, et comme l'encens qui s'évapore dans le feu;

10. Comme un vase d'or massif orné de toutes sortes de pierres précieuses.

11. Il a paru comme un olivier qui pousse ses rejetons, et comme un cyprès qui s'élève en haut lorsqu'il a pris sa robe de gloire, et qu'il s'est revêtu de tous les ornements de sa dignité.

12. En montant au saint autel, il a honoré ses vêtements saints.

3. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adimpleti sunt supra modum.

4. Qui curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione.

5. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis; et ingressum domus et atrii amplificavit.

6. Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet.

7. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

8. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus æstatis;

9. Quasi ignis effulgens, et thus ardens in igne;

10. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.

11. Quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.

12. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.

3. *Putei aquarum.* D'après le Grec : De son temps on a creusé un réservoir d'eau, une piscine aussi étendue qu'une mer. Suivant quelques commentateurs, il s'agirait de la mer d'airain que ce pontife aurait fait refaire sur des dimensions trois fois plus considérables (Cf. III. Reg., VII, 23; II. Par., IV, 2).

4. *Et liberavit eam a perditione.* Ceux qui croient qu'il s'agit ici de Simon II, regardent ces paroles comme une allusion à ce qui arriva, lorsque Ptolémée Philopator étant venu à Jérusalem, et ayant voulu entrer dans le sanctuaire, Simon II s'y opposa et l'obligea de se retirer sans que ce prince commît aucune violence, ni contre les ministres du temple, ni contre le peuple.

5. *Qui prævaluit.* Le Grec lit : Avec quelle gloire ne paraissait-il pas étant environné du peuple, lorsqu'il sortait du sanctuaire, de cette partie de la maison du Seigneur fermée d'un voile! c'est ce qui amène les comparaisons suivantes. L'auteur compare le pontife sortant du sanctuaire, à l'étoile du matin qui se lève au milieu des nuages, rompant en quelque sorte les voiles de la nuit.

8. *Quasi arcus refulgens.* Ces images ont pour objet de rappeler les riches couleurs des vêtements du grand-prêtre et l'éclat des pierreries dont il était orné lorsqu'il remplissait ses fonctions. Comme il offrait à Dieu de l'encens et qu'il oignait de l'huile sainte l'arche, le tabernacle, l'autel et les instruments du sacrifice, il se trouvait toujours au milieu d'une fumée qui répandait une agréable odeur. De là ces images des rosiers, des lis, de l'arbre qui porte l'encens.

12. *In ascensu altaris sancti.* On peut ne voir ici qu'une description générale ayant pour objet de faire ressortir la gravité et la majesté avec lesquelles le grand-prêtre Simon remplis-

---

3. *Emanaverunt putei aquarum.* Putei aquis redundarunt, aquæductibus instauratis.

4. *Curavit gentem suam.* Curam gessit populi ut pontifex, et eum arcuit a peccatorum periculis et lapsibus.

5. *Amplificare civitatem.* Domibus et civium numero. — *In conversatione gentis.* Inter suos cives versando, et quæ muneris sui erant perfecte adimplendo. — *Ingressum domus.* Templi scilicet.

6. *Stella matutina.* Lucifer. — *In medio nebulæ.* Inter nebulas translucens et emicans, calamitates scilicet populi. — *In diebus suis.* Quibus pleno orbe clarius fulget.

8. *Arcus.* Iridis. — *Nebulas gloriæ.* Nubes splendore et coloribus arcus gloriosas. — *Thus redolens.* In græco est, ὡς βλαστὸς λιβάνου, *ut germen thuris*, sive *thurifer*, ut vertit Vatablus. — *In diebus æstatis.* Tunc enim thuriferæ arbores propter solis ardorem suaviorem odorem exhalant.

9. *Thus ardens in igne.* Quod suavem olentiam circumspargit.

11. *In accipiendo ipsum stolam gloriæ.* Cum pontificio indueretur ornatu. — *Vestiri eum in consummationem virtutis.* Cum vestiretur perfecto et consummato illo ornatu, qui sacerdotalis et pontificalis virtutis et auctoritatis argumentum erat et insigne.

12. *Gloriam dedit sanctitatis amictum.* Græce ἐδόξασε περιβολὴν ἁγιάσματος, *glorificavit amictum sanctitatis*, gravitate et modestia incessus et vultus. Italice diceremus : *Fece onore all'abito santo.* Vulgatæ sensus huic explicationi consentaneus esse potest : facit ut amictus sanctus esset gloria. Cum enim sacerdotes, verbi gratia, sancte se gerunt, jam eorum habitus et cultus ab eorum moribus accipit ut sit gloriosus.

---

13. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, et ipse stans juxta aram. Et circa illum corona fratrum; quasi plantatio cedri in monte Libano.

14. Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, et omnes filii Aaron in gloria sua.

15. Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel; et consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi Regis.

16. Porrexit manum suam in libatione, et libavit de sanguine uvæ.

17. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso Principi.

18. Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, et auditam fecerunt vocem magnam coram Deo.

19. Tunc omnis populus simul properaverunt, et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, et dare preces omnipotenti Deo excelso.

20. Et amplificaverunt psallentes in vocibus suis, et in magna domo auctus est sonus suavitatis plenus.

21. Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus est honor Domini, et munus suum perfecerunt.

22. Tunc descendens, manus suas

13. Se tenant debout à l'autel, il a reçu une partie de l'hostie de la main des prêtres; et il a été environné de ses frères, comme d'une couronne; ils se sont tenus autour de lui comme des cèdres plantés sur le mont Liban;

14. Comme des branches de palmier : et tous les enfants d'Aaron étaient dans leur gloire autour de lui.

15. L'oblation se présentait au Seigneur par leurs mains devant toute l'assemblée d'Israël; et pour achever entièrement le sacrifice à l'autel, et pour honorer l'oblation du Roi très-haut;

16. Il a étendu sa main pour lui offrir le sang de la vigne.

17. Il a répandu au pied de l'autel un vin dont l'odeur divine est montée devant le Prince très-haut.

18. Alors les enfants d'Aaron ont jeté un grand cri et ont sonné de leurs trompettes battues au marteau : ils ont fait retentir un grand bruit, pour renouveler leur mémoire devant le Seigneur.

19. Tout le peuple est venu en foule, et ils se sont prosternés le visage contre terre, pour adorer le Seigneur leur Dieu, et pour rendre leurs vœux au Tout-Puissant, au Dieu très-haut.

20. Les chantres ont élevé leurs voix dans leurs cantiques, et ils ont fait éclater dans cette grande maison un bruit plein d'une douce harmonie.

21. Le peuple a offert sa prière au Seigneur très-haut; jusqu'à ce qu'il lui ait rendu tout le culte qui lui est dû, et qu'ils aient achevé leurs fonctions.

22. Alors le grand-prêtre, descendant de l'au-

sait ses fonctions. Bossuet et D. Calmet rapportent ce passage à une circonstance particulière du règne de Ptolémée Philopator. Au IIIe livre des *Machabées*, chapitre Ier, il est dit qu'après sa victoire sur les Syriens, ce roi d'Égypte vint à Jérusalem, et qu'à cette occasion, Simon II offrit un sacrifice d'action de grâces. L'*Ecclésiastique* aurait ici décrit cette cérémonie.

18. *Vocem magnam coram Deo.* Pour que Dieu se souvint du peuple, dit Ménochius, ou plutôt suivant la paraphrase du P. de Carrières : Pour que le peuple se souvint de rendre au Seigneur les adorations et les hommages qui lui sont dûs.

22. *Manus suas extulit.* Le pontife descendant de l'autel bénissait le peuple et le congédiait ensuite après la cérémonie (Lev., IX, 22; Num., VI, 27). Bossuet et D. Calmet croient que la prière dont il est parlé au verset suivant doit s'entendre de celle que Simon II adressa au Seigneur, afin qu'il changeât le cœur de Philopator, qui, après que le sacrifice fût offert, voulait entrer dans le sanctuaire (Cf. III. Mach., I).

---

13. *In accipiendo.* Cum ipse acciperet membra animalium immolatorum offerenda, et imponenda altari holocaustorum, ipse erat stans juxta aram, quasi sacerdos et pontifex Deo sacrificaturus pro populo. — *Corona fratrum.* Sacerdotum et levitarum circumstantium. — *Quasi plantatio cedri.* Perinde ac cedrus procera in Libano, circum se habens plantas cedrorum minorum.

14. *Filii Aaron.* Sacerdotes. — *In gloria sua.* Glorioso suo amictu induti.

15. *Oblatio... Domini.* In honorem scilicet Domini. — *Consummatione fungens in ara.* Pontifex consummaturus sacrificium, et extremam illi manum impositurus, ut ampliorem oblationi Dei excelsi gloriam addat, extendit manum suam ad phialam vino plenam, quam effundens in pavimentum altaris ei libat.

16. *De sanguine uvæ.* Vinum.

17. *In fundamento altaris.* In pavimento super quod altare fundatum est. — *Odorem divinum.* Præstantis vini. — *Excelso principi.* Nimirum Deo.

18. *Exclamaverunt.* Canentes et jubilantes. — *Productilibus.* Ex argento in laminas producto formatis. — *In memoriam.* Ut Deus quasi sono illo et cantu excitetur, et memor sit populi.

20. *Amplificaverunt.* Ἤνεσαν, *laudaverunt*, scilicet Dominum, magnificantes et celebrantes illum. — *In magna domo.* Templo. Ἐν πλείστῳ οἴκῳ, *in maxima domo.* — *Auctus est sonus.* Vocibus multiplicatis cantorum; vel ex vocum repercussione et echo; aliqui enim pro in magna domo legunt ἐν πλείστῳ ἤχῳ, *in maximo sono.*

21. *Honor Domini.* Sacrificium in Dei honorem. — *Munus suum.* Græce, λειτουργίαν, *suum ministerium.*

22. *In omnem congregationem.* Super omnem populi cœtum. — *Dare gloriam Deo.* Sacerdos enim benedicens populo simul dabat gloriam Deo, quem bonorum omnium, quæ populo precabatur, profitebatur auctorem. — *A labiis suis.* Labiis suis. — *In nomine ipsius gloriari.* Illumque solum bonorum auctorem agnoscere et prædicare.

tel, a élevé ses mains sur toute l'assemblée des enfants d'Israël, pour rendre gloire à Dieu par ses lèvres, et pour se glorifier de son nom.

23. Il a renouvelé encore sa prière, pour témoigner la souveraine puissance *de Dieu.*

24. Priez donc maintenant le Dieu de toutes les créatures, qui a fait de grandes choses dans toute la terre, qui nous a fait vivre de jour en jour depuis que nous sommes sortis du ventre de notre mère, et qui nous a traités selon sa miséricorde :

25. Qu'il nous donne la joie du cœur, et que pendant nos jours et pour jamais il fasse fleurir la paix dans Israël;

26. Qu'il donne à Israël une ferme foi que la miséricorde de Dieu est sur nous, afin qu'il les délivre pendant leur vie.

27. Mon âme hait deux peuples; et le troisième que je hais n'est pas un peuple :

28. Ceux qui demeurent sur le mont Séir, et les Philistins, et ce peuple insensé qui habite dans Sichem.

29. Jésus, fils de Sirach de Jérusalem, a écrit dans ce livre des instructions *pleines* de sagesse et de science, et il y a répandu la sagesse de son cœur.

30. Heureux qui se nourrit de ses bonnes paroles, et qui les renferme dans son cœur ! celui-là sera toujours sage.

31. Car s'il fait ce qui est écrit ici, il sera capable de toutes choses, parce que la lumière de Dieu conduira ses pas.

extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriari.

23. Et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.

24. Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit et omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostræ, qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam.

25. Det nobis jucunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos;

26. Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

27. Duas gentes odit anima mea; tertia autem non est gens, quam oderim :

28. Qui sedent in monte Seir, et Philisthiim, et stultus populus qui habitat in Sichimis.

29. Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.

30. Beatus, qui in istis versatur bonis, qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.

31. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit; quia lux Dei, vestigium ejus est.

27. *Duas gentes odit anima mea.* Ces deux peuples sont : 1° les Iduméens qui habitaient sur la montagne de Séir et qui furent dès le commencement, les ennemis des Israélites; 2° les Philistins qui ont été aussi perpétuellement en hostilité avec les Juifs; 3° le troisième était les Samaritains qui n'étaient pas un peuple proprement dit, mais plutôt un assemblage de gens de diverses nations (Cf. IV, Reg., XVII, 24). Sichem fut considérée comme leur capitale après la ruine de Samarie.

29. *Renovavit sapientiam de corde suo.* Bossuet voit dans ce passage une imitation de cet endroit de l'*Ecclésiaste* : *Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes docuit populum* (Cap. XII, 9).

30. *Beatus qui in istis versatur bonis.* Les écrivains inspirés ont coutume de recommander leur doctrine non comme la leur, mais comme une lumière qui vient de Dieu et que tout homme doit suivre. Salomon parle ainsi en divers endroits, et l'*Ecclésiastique* lui-même a déjà fait les mêmes recommandations (Cap. XXIII, 17-19, XXXIX, 16 et suiv.).

---

23. *Orationem suam.* Benedictionem qua populo bene precabatur. — *Volens ostendere virtutem Dei.* Ut magis ac magis ostenderet et publice celebraret virtutem Dei, potentiam scilicet ejus, bonitatem, beneficentiam in populum.

24. *Auxit dies nostros.* Ab infantia usque ad hanc ætatem addens annis annos.

26. *Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam.* Ut speremus, nobisque persuadeamus adesse nobis Dei misericordiam. — *In diebus suis.* In diebus ejus, Simonis scilicet pontificis.

27. *Tertia autem non est gens, quam oderim.* In græco est, *tertia autem est gens*, hoc est, non est digna nomine gentis, scilicet Samaritani conflati ex variis gentibus. Vide IV. Reg., c. 17, v. 24.

28. *Qui sedent in monte Seir.* Idumæi. — *Stultus populus qui habitat in Sichimis.* Samaritani Sichimitæ, apud quos in monte Garizim, qui est juxta eorum civitatem, templum, ut sic loquar, schismaticum, Jerosolymitano simile constructum erat. Hinc controversia de loco in quo oportebat adorare, quæ inter Judæos erat et Samaritanos, Joan., 4, 20. Vide Josephum, lib. 11 Antiq. c. 7 et 8; et lib. 12, c. 1.

29. *Renovavit sapientiam de corde suo.* Quia priscam veterum sapientiam pene obsoletam et oblivioni datam de novo conscripsit, et ad mores formandos edidit.

30. *Bonis.* Præceptis virtutum, et earum præmiis.

31. *Ad omnia valebit.* Ad omnia quæ agenda illi occurrent fiet potens et validus. — *Quia lux Dei, vestigium ejus est.* Quia ambulat, et vestigia gressuum actionumque suarum figit in luce legis et sapientiæ Dei. Sic dicebat Christus : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Joan. 8, 12.

CHAPITRE LI.

Actions de grâces de l'auteur. Comment il a acquis la sagesse. Exhortation à la recherche de la sagesse.

1. Oratio Jesu filii Sirach : Confitebor tibi Domine rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum.

2. Confitebor nomini tuo; quoniam adjutor et protector factus es mihi.

3. Et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniquæ, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu astantium factus es mihi adjutor.

4. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus, præparatis ad escam;

5. De manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me;

6. A pressura flammæ quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuatus;

7. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua injusta.

8. Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum.

9. Et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.

10. Circumdederunt me undique, et non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, et non erat.

11. Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, et operationis tuæ, quæ a sæculo sunt.

12. Quoniam eruis sustinentes te Do-

1. Prière de Jésus, fils de Sirach : Je vous rendrai grâces, ô Seigneur *mon* roi ! je vous louerai, vous qui êtes mon Dieu et mon Sauveur.

2. Je rendrai gloire à votre nom, parce que c'est vous qui m'avez assisté et m'avez protégé.

3. Vous avez délivré mon corps de la perdition, des piéges de la langue injuste et des lèvres des ouvriers de mensonge, et vous avez été mon défenseur contre ceux qui m'accusaient.

4. Vous m'avez délivré, selon la multitude de vos miséricordes, des lions rugissants qui étaient prêts à me *dévorer*.

5. Des mains de ceux qui cherchaient à m'ôter la vie, et des afflictions différentes qui m'assiégeaient de toutes parts;

6. De la violence de la flamme dont j'étais environné; et je n'ai point senti la chaleur au milieu du feu.

7. De la profondeur des entrailles de l'enfer, des lèvres souillées, des paroles de mensonge, d'un roi injuste, et des langues médisantes.

8. Aussi mon âme louera le Seigneur jusqu'à la mort.

9. Parce qu'elle était près de tomber au plus profond de l'enfer.

10. Ils m'avaient environné de tous côtés, et il n'y avait personne pour me secourir. J'attendais des hommes quelque secours, et il ne m'en venait point.

11. Alors je me suis souvenu, Seigneur, de votre miséricorde et des œuvres que vous avez faites dès le commencement du monde.

12. *Je me suis souvenu* que vous tirez du péril,

CAP. LI. — *Oratio Jesu, filii Sirach.* L'auteur de ce livre le termine par une prière dans laquelle il résume les principaux événements de sa vie. Cette prière ne se trouve pas dans tous les manuscrits, mais il n'y a pas de raison pour douter de son authenticité.

3. *A perditione.* Ce que nous entendons avec Ménochius des événements arrivés sous Ptolémée, fils de Lagus, D. Calmet et Bossuet l'entendent d'Antiochus Epiphane, roi de Syrie, et de Ptolémée Epiphane, roi d'Egypte. Sous ces princes, le pontife Onias III fut tué traîtreusement par Ménélas, et le fils de Sirach aurait couru, dans la même circonstance, les plus grands dangers.

7. *A rege iniquo.* Antiochus Epiphane, d'après Bossuet et D. Calmet : *De altitudine ventris inferi.* Ces expressions peuvent s'entendre de la mort ou de la prison. Jérémie dit dans le même sens : *Lapsa est in lacum vita mea; et posuerunt lapidem super me* (Lam., III, 53), et dans les Psaumes on lit : *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis et in umbra mortis* (Ps., LXXXVII, 7).

CAP. LI. — 1. *Oratio.* Hymnus quo Siracides Deo gratias agit quod a periculis et malis liberatus sit. — *Confitebor tibi.* Laudabo te.

3. *A perditione.* Ab interitu, a morte, circumventus scilicet calumniis et falsis criminibus apud Ptolemæum Lagi cum Jerusalem occupavit, in qua Siracides vivebat. — *A laqueo linguæ iniquæ.* Calumniatricis. — *In conspectu astantium.* Cum steti coram rege multorum astantium corona circumdatus.

4. *A rugientibus, præparatis ad escam.* Qui me tanquam leones lacerare et vorare parabant.

5. *Animam meam.* Vitam meam. — *De portis tribulationum.* Ab incursu tribulationum, quæ in me quasi apertis portis irrumpebant.

6. *A pressura flammæ.* Ab acri tribulatione quæ me omni ex parte vallabat, urebat et cruciabat. — *Non sum æstuatus.* Non sum ambustus, aut consumptus.

7. *De altitudine ventris inferi.* Ex ipsis orci faucibus eripuisti me. — *Lingua coinquinata.* Impura calumniantium lingua. — *Rege iniquo.* Ptolomæo.

8. *Laudabit usque ad mortem.* In græco est, ἤγγισε, *appropinquabit*; sed noster videtur legisse ᾔνεσε, *laudavit.* Vox *Dominum* non est in græco.

9. *Inferno deorsum.* Morti et sepulcro.

11. *Operationis tuæ.* Miserationis tuæ, quam opere præstas.

12. *Sustinentes te.* Expectantes te, tuamque opem patienter et cum spe invocantes. — *De manibus gentium.* Infidelium tuos persequentium.

ô Seigneur! ceux qui ne se lassent point de vous attendre, et que vous les délivrez de la puissance des nations.

13. Vous m'avez élevé une demeure sur la terre. Et je vous ai prié de me délivrer d'un torrent de mort.

14. J'ai invoqué le Seigneur, père de mon Seigneur, afin qu'il ne me laisse point sans assistance au jour de mon affliction, et pendant le règne des superbes.

15. Je louerai sans cesse votre nom, je le glorifierai dans mes actions de grâces, parce que vous avez exaucé mes prières;

Après avoir prédit la chute de Babylone et l'anéantissement de son empire, il vit également les vengeances du Seigneur s'appesantir sur Rome idolâtre, qui s'était baignée dans le sang des martyrs (Apoc., XVII, 5).

Enfin, comme l'a dit l'auteur de l'*Ecclésiastique*, son grand esprit a vu la fin des temps; *Spiritu magno vidit ultima* (Eccli., XLVIII, 27). Il a annoncé la conversion des Juifs dans le dernier âge du monde, la ruine de l'antechrist et du dernier empire antichrétien, et le dernier avénement du Christ apparaissant pour opérer le renouvellement universel du monde, assigner aux saints leur place dans la Jérusalem céleste, et condamner les méchants à une réprobation éternelle (Apoc., XIV, 8 et seq.; XXI, 4 et seq.; XXII, 5; Rom., XVI, 11; Marc., IX, 42 et seq.).

13. Si le livre d'Isaïe est pour l'apologiste une mine inépuisable d'arguments contre les incrédules, il offre, en même temps, à l'orateur de la chaire les images les plus sublimes et les pensées les plus nobles et les plus élevées. Car tous les interprètes de l'Ecriture le considèrent comme le premier des prophètes, non-seulement par l'importance de ses oracles, mais encore par la sublimité de la diction. Saint Jérôme dit qu'il joignait à la science des choses divines et morales la connaissance des choses naturelles, et il considère ses écrits comme le précis et l'abrégé de ce qu'il y a de plus important dans nos saintes Ecritures.

Grotius le compare à Démosthène. « Je trouve en lui, dit-il, la pureté du langage hébreu, comme dans l'auteur grec toute la délicatesse et la pureté attiques. L'un et l'autre est grand et magnifique dans son style, véhément dans ses mouvements, abondant dans ses figures, fort et impétueux toutes les fois qu'il s'agit d'exciter l'indignation et de rendre une chose odieuse. »

Lowth, si bon juge en pareille matière, dit, en parlant des prophètes : « Isaïe, le premier de tous par le rang comme par la dignité, abonde tellement en mérites de toute espèce, qu'il est impossible de se former l'idée d'une plus haute perfection. Elégant et sublime, orné et grave tout à la fois, il réunit en un degré merveilleux l'abondance et la force, la richesse et la majesté; dans ses pensées, quelle élévation, quelle magnificence, quelle inexprimable divinité! dans ses images, quelle exacte convenance, quelle noblesse, quel éclat, quelle fécondité; quelle variété! dans son élocution, quelle élégance singulière, et, au milieu de tant de ténèbres, quelle étonnante clarté! A tant de qualités, ajoutons encore un si grand charme dans la construction poétique de ses périodes, soit qu'il faille la regarder comme un don heureux de la nature, soit qu'on doive l'attribuer à l'art; que s'il existe encore quelques traces de la beauté et de la douceur primitives de la poésie hébraïque, c'est principalement dans les écrits d'Isaïe qu'elles se sont conservées et qu'il est possible de les retrouver. On peut donc à juste titre lui appliquer ces paroles d'Ezéchiel : « Tu es en tout point un modèle achevé de perfection, tu es plein de sagesse et parfait en beauté (Ezech., XXVIII, 12). »

ISAÏE.

CHAPITRE PREMIER.

Ingratitude des enfants d'Israël. Menaces du Seigneur contre eux. Rétablissement de Juda.

1. Vision d'Isaïe, fils d'Amos, qu'il a vue sur Juda et Jérusalem, au temps d'Ozias, de Joathan, d'Achaz et d'Ézéchias, rois de Juda.	1. Visio Isaiæ filii Amos, quam vidit super Judam et Jerusalem in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, et Ezechiæ, regum Juda.
2. Cieux écoutez, et toi, terre, prête l'oreille, car c'est le Seigneur qui a parlé. *Voici ce qu'il a dit* : J'ai nourri des enfants, et je les ai élevés, et ils m'ont méprisé.	2. Audite, cœli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. *a* Filios enutrivi, et exaltavi; ipsi autem spreverunt me. [a *Osee*. 11. 3.]
3. *Car* le bœuf connaît celui à qui il est, et l'âne, l'étable de son maître ; mais Israël ne m'a point connu, et mon peuple a été sans entendement.	3. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit.
4. Malheur à la nation pécheresse, au peuple chargé d'iniquités, à la race corrompue, aux enfants scélérats, *parce qu'ils* ont abandonné le Seigneur. Ils ont blasphémé le Saint d'Israël, ils sont retournés en arrière.	4. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis; dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

CAP. I. — 1. *Visio Isaiæ, filii Amos.* Amos étant le frère d'Ananias, le prédécesseur d'Ozias, roi de Juda, Isaïe aurait été, d'après cette tradition, de la race de David. On croit qu'il vécut jusque sous le règne de Manassès, et quelques-uns croient qu'il avait donné sa fille ou sa petite-fille en mariage à ce prince. — *Super Judam et Jerusalem.* Les prophéties d'Isaïe se rapportent aussi à Israël. Il a prophétisé également sur les Assyriens, les Chaldéens, les Égyptiens, les Philistins, les Phéniciens et les autres peuples voisins de la Judée, mais il a eu surtout pour objet le royaume de Juda et Jérusalem qui en était la capitale.

2. *Audite, cœli.* Cette prophétie n'est pas la première qu'Isaïe ait faite. Il y a eu transposition dans l'ordre des chapitres. La mission du prophète, par conséquent sa première prophétie est au chapitre VI. Elle eut lieu dans la dernière année du règne d'Ozias. Les cinq premiers chapitres comprennent les prophéties qu'il fit sous le règne de Jonathan. Ces cinq chapitres contiennent trois discours. Le premier est renfermé dans le chapitre I ; le second commence au chapitre II, et le troisième au chapitre V. — Le premier a pour objet de représenter à Israël ses infidélités, de lui annoncer les maux qui doivent fondre sur lui sous les règnes de Joathan, d'Achaz et d'Ézéchias, et le rétablissement du royaume de Juda sous ce dernier prince.

CAP. I. — 1. *Visio.* Revelatio, visum sive res visa, non oculis corporis, sed mentis. Olim autem prophetæ *Videntes* dicebantur. Vide I. Reg., 9, 18. — *Isaiæ.* Isaias idem est ac *salus Domini.* — *Filii Amos.* Non illius qui est tertius inter prophetas minores, sed alius qui ab Hebræis creditur fuisse frater Amasiæ regis Juda. — *Super Judam et Jerusalem.* Pertinentem ad regnum Juda et Jerusalem, quæ regni erat metropolis. — *Oziæ.* Quinquaginta duobus annis regnavit, IV. Reg., 15, 2. — *Joathan.* Qui sexdecim, IV. Reg., 15, 33. — *Achaz.* Qui etiam sexdecim, IV. Reg., 16, 2. — *Ezechiæ.* Qui viginti novem, IV. Reg., 18, 2. Ex quo colligitur diuturno tempore sacrum hunc vatem prophetasse.

2. *Audite, cœli.* Aliqui de cœli et terræ incolis accipiunt, angelis scilicet et hominibus. Alii verius de ipsis cœlis et terra; utitur enim prosopopœia ad inanimatas creaturas, ut oratio plena indignationis gravior evadat. * Verba Mosis repetit Isaias, ex c. 32. 1. Deut., ut significet jam illa venisse tempora quæ Moses prævideral, eversa pietate et justitia, lege in solis ritibus remanente. Sic et versus 10 est ex versu 32 dicti c. Deuteronomii. — *Quoniam Dominus locutus est.* Quasi dicat : Non ego, sed sacra et divina majestas hæc edicit per me. — *Filios.* Intelligit Judæos sui temporis, quos potissimum prophetæ verba perstringunt, licet aliis etiam accommodari possint. — *Enutrivi.* Sic Oseæ, 11, 3, dicitur : « Et ego quasi nutritius » Ephraim, portabam eos in brachiis meis ; et nescierunt quod curarem eos. » — *Exaltavi.* Alui, crescere feci, et adolescere, auxi beneficiis multiplicibus. — *Spreverunt me.* Chald. rebellarunt contra me.

3. *Cognovit.* Cognoscere solet. — *Præsepe domini.* Dominum præsepis ; est enim hypallage. — *Me non cognovit.* Esse Dominum suum, quia contumax fuit et rebellis, et non est veritus spernere me. — *Non intellexit.* Vocem meam cum vocarem, juberem, minarer, obsecrarem.

4. *Gravi iniquitate.* Gravato. — *Semini nequam.* Filiis degenerantibus et sceleratis. — *Dereliquerunt Dominum.* Ad idololatriam conversi. — *Blasphemaverunt.* Factis et verbis ; nam idolorum cultores facti, Deum re ipsa blasphemaverunt ; blasphemaverunt etiam verbis, hymnis et laudibus falsa numina celebrantes. In Hebræo et apud LXX est, *ad iracundiam provocaverunt.* Conveniunt hæc Christo quem Judæi blasphemaverunt, vocantes vini potatorem, nomine Beelzebub dæmonia ejicientem, etc. — *Sanctum Israel.* Deum Israel. — *Abalienati retrorsum.* A veri Dei cultu recedentes.

5. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? omne caput languidum, et omne cor mœrens.	5. A quoi servirait de vous frapper de nouveau, vous qui ajoutez péché *sur péché?* Toute tête est languissante, et tout cœur est abattu.
6. A planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas; vulnus, et livor, et plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.	6. Depuis la plante des pieds jusqu'au haut de la tête il n'y a rien de sain dans lui ; *ce n'est que* blessure, confusion et plaie enflammée, qui n'a point été bandée, à laquelle on n'a point appliqué le remède, et qu'on n'a point adoucie avec l'huile.
7. *a* Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni; regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili. [a *Infr.* 5. 6.]	7. *Peuple infidèle*, votre terre est déserte, vos villes sont brûlées par le feu, les étrangers dévorent votre pays devant vous, et il sera désolé comme une terre ravagée par ses ennemis.
8. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et sicut civitas quæ vastatur.	8. Et la fille de Sion, demeurera comme une loge de branchages dans une vigne, comme une cabane dans un champ de concombres, et comme une ville livrée au pillage.
9. *a* Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus. [a *Rom.* 9. 29. *Gen.* 19. 24.]	9. *De sorte que*, si le Seigneur des armées ne nous avait réservé quelques-uns de notre race, nous aurions été comme Sodome, et nous serions devenus semblables à Gomorrhe.
10. Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ.	10. Ecoutez la parole du Seigneur, princes de Sodome ; prêtez l'oreille à la loi de notre Dieu, peuple de Gomorrhe.
11. *a* Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum; holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum, nolui. [a *Jerem.* 6. 20. *Amos.* 5. 22.]	11. Qu'ai-je à faire de cette multitude de victimes, dit le Seigneur? Tout cela m'est à dégoût. Je n'aime point les holocaustes de vos béliers, ni la graisse de vos troupeaux, ni le sang des veaux, des agneaux et des boucs.
12. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsivit hæc de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis!	12. Lorsque vous veniez devant moi dans mon temple, qui vous a demandé que vous eussiez ces dons dans les mains.

9. *Reliquisset nobis semen.* Saint Paul rappelle ce texte en parlant des restes fidèles que Dieu se réserva par grâce d'entre les Juifs au temps de l'Évangile, tandis que la multitude demeura dans l'incrédulité et attira sur elle la colère du Seigneur (Rom., IX, 29).

---

5. *Super quo.* Quorsum, ad quid, cum sitis in mala obstinati? Vel, super quo membro, cum jam nullus novæ plagæ locus pateat? Vel quo genere plagæ? — *Omne caput languidum*, etc. Allegoria corporalis ægritudinis perditum statum Judæorum et peccatorum morbo corruptum describit. — *Caput languidum.* Ægrotum, male habens. Videtur capitis nomine principes populi significare. — *Cor mœrens.* Ut caput principes, ita cor sacerdotes significare videtur. *Mœrens* idem est quod *infirmum*, ut ex Hebræo vertit Pagninus.

6. *A planta pedis.* In toto corpore politico non est sanitas. — *Plaga tumens.* Ob saniem scilicet et pus : plaga saniosa, purulenta et putrida. — *Non est circumligata.* Nullus fuit qui plagam hanc vestram curaret. — *Fota oleo.* Affuso oleo mollita et lenita.

7. *Terra vestra deserta.* Hactenus de Judæorum peccatis, nunc de eorumdem punitione verba facit. Sensus est : terra vestra deseretur, scilicet tempore captivitatis Babylonicæ ; de hac enim est sermo. — *Alieni.* Exteræ et barbaræ nationes devorabunt, vastabunt, vobis spectantibus, gementibus et prohibere non valentibus.

8. *Filia Sion.* Jerusalem. — *Ut umbraculum in vinea.* Sicut tabernaculum, sive tectum frondibus opertum, in quo ante vindemiam vineæ custos degebat, ut uvas et fructus a furibus et bestiis tutaretur, quod collectis uvis disjicitur et dissipatur. — *In cucumerario.* In horto in quo cucumeres, pepones, cucurbitæ proveniunt, qui, ut vineæ, custodes habent ad tempus. — *Sicut civitas quæ vastatur. Sicut civitas desolata*, ut vertit Pagninus.

9. *Reliquisset nobis semen.* Paucas aliquas reliquias, gentis nostræ semen. — *Quasi Sodoma.* Funditus interiissemus.

10. *Principes Sodomorum.* Ita vocantur Judæi, non solum quia peccata Sodomorum, et eorum causæ fuerunt *superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius, et filiarum ejus : et manum egeno et pauperi non porrigebant*, ut ait Ezech. 16, n. 49 ; sed etiam quia nefando vitio Sodomæ fuerunt obnoxii, ut patet capite sequenti cum dicitur : *Pueris alienis adhæserunt*, n. 6, et quia in suis sceleribus fuerant effrontes et impudentes æque ac Sodomitæ ; hoc enim est quod dicitur c. 3, n. 9 : *Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt.* — *Legem Dei nostri.* Id est, quæ sit voluntas Dei, quam ego vobis prædico ; תורה *thora*, non solum legem, sed in genere constitutionem, institutionem, seu doctrinam notat, qua docemur de voluntate Dei erga nos.

11. *Plenus sum.* Id est, satur, quasi dicat : Nauseam mihi pariunt, quia impuro corde et peccatis pleno ea offertis ; et quia in externis sacrificiis omnem sanctitatem ponitis, internam, quæ vera est et necessaria, negligentes. — *Nolui.* Pro nolo, non mihi placent.

12. *Cum veniretis.* Quis expectavit aut postulavit hæc a vobis, cum veniretis ante conspectum meum in templum ? LXX habent, *neque veniatis ut appareatis mihi ?* — *Ut ambularetis in atriis meis.* Quis quæsivit ut in atriis meis ambularetis, et ea frequentaretis ?

13. Ne m'offrez plus de sacrifices inutilement. *Car* l'encens *que vous m'offrez* m'est en abomination : je ne puis plus souffrir vos nouvelles lunes, vos sabbats et vos autres fêtes, l'iniquité règne dans vos assemblées.

14. Je hais vos solennités des premiers jours des mois, et toutes les autres : elles me sont devenues à charge ; je suis las de les souffrir.

15. *Ainsi* lorsque vous étendrez vos mains *vers moi*, je détournerai mes yeux de vous; et lorsque vous multiplierez vos prières, je ne vous écouterai point, parce que vos mains sont pleines de sang.

16. Lavez-vous, purifiez-vous, ôtez de devant mes yeux la malignité de vos pensées; cessez de faire le mal ;

17. Apprenez à faire le bien, examinez tout avant que de juger, assistez l'opprimé, faites justice à l'orphelin, défendez la veuve.

18. Et venez, et plaignez-vous de moi, dit le Seigneur. Quand vos péchés seraient comme l'écarlate, ils deviendront blancs comme la neige; et quand ils seraient rouges comme du vermillon, ils seront blancs comme la laine la plus blanche.

19. Si vous voulez m'écouter, vous serez rassasiés des biens de la terre.

20. Que si vous ne le voulez pas, et si vous m'irritez contre vous, l'épée vous dévorera : car c'est le Seigneur qui l'a prononcé de sa bouche.

21. Comment la cité fidèle, pleine de droiture

13. Ne offeratis ultra sacrificium frustra; incensum abominatio est mihi. Neomeniam, et sabbatum, et festivitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri;

14. Calendas vestras, et solemnitates vestras, odivit anima mea; facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.

15. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam; a manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. [a *Infr*. 59. 3.]

16. a Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite agere perverse, [a *I. Pet*. 3. 11.]

17. Discite benefacere; quærite judicium; subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam.

18. Et venite, et arguite me, dicit Dominus; si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

19. Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis.

20. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis; gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est.

21. Quomodo facta est meretrix civi-

14. *Calendas vestras, et solemnitates vestras, odivit.* La loi avait prescrit toutes ces fêtes ainsi que les offrandes que faisait le peuple dans le temple de Jérusalem. Mais le culte extérieur n'a de valeur qu'autant que le culte intérieur lui en donne. Les Juifs ne le comprenaient plus. Ils s'étaient attachés à la lettre de la loi et ils croyaient que leurs sacrifices les purifiaient de toutes leurs fautes. Le prophète s'élève contre cette erreur qui faisait de la religion une pure cérémonie, et qui dégénérait par là même en superstition. Il veut que les Juifs comprennent qu'avant tout, Dieu exige de l'homme une âme droite et un cœur pur.

---

13. *Incensum.* Victimæ mihi incensæ et crematæ ; potest tamen etiam accipi pro thymiamate, quod etiam incendebatur. — *Neomeniam.* Novilunium sive calendas, hoc est primam diem cujusque mensis, quæ celebris et festa erat sacrificiis et clangore tubarum. Vide Num. 28. 11. — *Non feram.* Ferre non possum. — *Iniqui.* Quia cœtus vestri iniqui sunt, cum sint hominum impiorum et in peccatis obstinatorum ; et quia convenitis non tam ad sacrificandum, quam ad potandum et luxuriandum.

14. *Calendas.* Neomenias. — *Odivit anima mea.* Odivi ego. — *Laboravi sustinens.* Cum tædio et molestia sustineo; defessus sum ferendo.

15. *Cum extenderitis manus.* Orantes me. — *Sanguine.* Sanguinis effusione et sceleribus, quæ sanguinis nomine significantur in Scriptura.

16. *Malum cogitationum vestrarum.* Mala vestra consilia et instituta. In hebræo est, *malum operum vestrorum.* — *Quiescite.* Desinite.

17. *Judicium.* Disquirite utrius litigantis causa justa sit, et nolite ob munera, favores, aut metus injustam ferre sententiam. — *Judicate pupillo.* Pupillum injuste oppressum defendite, et pro illo sententiam pronuntiate.

18. *Et venite, et arguite me.* Si hæc feceritis, arguite me infidelitatis et inconstantiæ, nisi vos in gratiam recepero, et nisi præstitero id quod sequitur. — *Si fuerint peccata vestra ut coccinum.* Si fuerint peccata vestra in modum coccini sanguinea, multa et gravia, plane diluentur. Dixi n. 15. sanguinis nomine peccata significari. Huic ergo insistens allegoriæ ait : si sanguine, hoc est, peccatis plane fueritis imbuti et tincti, ita ut omni ex parte coccinei sitis, etc. — *Coccinum.* Dicitur a cocco. Est autem coccus, de quo hic, granum tinctorium. Vide Plin., lib. 9, c. 41, et Dioscor., lib. 4, c. 43. In hoc grano nascitur vermiculus quo ad tingendum infectores utuntur. Color hic vulgo dicitur *grana*, scilicet a granis illis. Est autem coccus vox græca κόκκος, quæ granum significat. — *Quasi vermiculus.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

19. *Si volueritis... me.* Si meam elegeritis servitutem, et me sancte colueritis. — *Bona terræ.* Fructus terræ Chanaan.

20. *Gladius.* Exterarum gentium, Babyloniorum, et postea Romanorum, ut inquit D. Hieronymus, absumet vos. — *Quia os Domini locutum est.* LXX, *os enim Domini locutum est hæc.*

21. *Quomodo.* Nota est admirantis, et cum admiratione deplorantis. — *Facta est meretrix.* Ad idola, quasi ad adulteros, indeque ad fraudes et injustitias deflectendo. — *Civitas fidelis.* Jerusalem, quæ antea fidelis Deo quasi marito fidem sancte servabat. — *Plena judicii.* Quæ justos et pios judices habuit, et justa tribunalia. — *Nunc autem homicidæ.* Scilicet facti sunt, qui justitiæ custodes esse debuissent.

tas fidelis, plena judicii? justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ.

22. Argentum tuum versum est in scoriam; vinum tuum mistum est aqua.

23. Principes tui infideles, socii furum; omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. a Pupillo non judicant; et causa viduæ non ingreditur ad illos. [a *Jerem*. 5. 28.]

24. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel : Heu ! consolabor super hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis.

25. Et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stannum tuum.

26. Et restituam judices tuos ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus; post hæc vocaberis civitas justi, urbs fidelis.

27. Sion in judicio redimetur, et reducent eam in justitia :

28. Et conteret scelestos, et peccatores simul et qui dereliquerunt Dominum consumentur.

29. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificaverunt; et erubescetis super hortis quos elegeratis;

30. Cum fueritis velut quercus de-

et d'équité est-elle devenue une prostituée? La justice habitait dans elle, et il n'y a maintenant que des meurtriers.

22. *Jérusalem*, votre argent s'est changé en écume, et votre vin a été mêlé d'eau ;

23. Vos princes sont des infidèles, ils sont les compagnons des voleurs. Ils aiment tous les présents, ils ne cherchent que le gain et l'intérêt. Ils ne font point justice au pupille; et la cause de la veuve n'a point d'accès auprès d'eux.

24. C'est pourquoi le Seigneur, le Dieu des armées, le fort d'Israël a dit : Hélas ! je me consolerai dans *la perte de* ceux qui me combattent, et je serai vengé de mes ennemis.

25. J'étendrai ma main sur vous ; je vous purifierai de toute votre écume par le feu, j'ôterai tout l'étain qui est en vous ;

26. Et je rétablirai vos juges comme ils ont été d'abord, et vos conseillers comme ils étaient autrefois ; et après cela vous serez appelée la cité du juste, la ville fidèle.

27. Sion sera rachetée par un juste jugement, et elle sera rétablie par la justice.

28. Les méchants et les scélérats périront tous ensemble, et ceux qui auront abandonné le Seigneur seront consumés.

29. Ils seront confondus par les idoles mêmes auxquelles ils ont sacrifié, et vous rougirez des jardins que vous aviez choisis.

30. Car vous deviendrez comme un chêne dont

26. *Civitas justi, urbs fidelis.* On peut aussi appliquer cette prophétie au règne d'Ezéchias, qui restaura le culte du Seigneur et qui rendit à Jérusalem, à la cité sainte, tout son ancien éclat. Mais Ezéchias ayant été la figure du Messie, on peut dire que ce renouvellement fut l'ombre et l'image de ce qui devait arriver sous Jésus-Christ et dans son Eglise, qui est la vraie cité de la justice, la ville vraiment fidèle.

30. *Velut hortus absque aqua.* Dans les parties chaudes de l'Orient, un jardin est une portion de terrain plantée d'arbres et cultivée avec plus de soin que le reste de la contrée. Ainsi

---

22. *Argentum tuum.* Argenti et scoriæ allegoria significat magnam morum mutationem in deterius factam, multiplicesque in rempublicam corruptelas invectas. — *In scoriam.* Scoria est excrementum et fæx argenti. — *Vinum tuum mistum est aqua.* Justitia et probati mores magna ex parte corrupti et depravati. Nulla est in te sincera virtus.

23. *Infideles.* Hebr. *contumaces.* Chald. *rebelles.* LXX, *inobedientes* ; sententia est : sunt immorigeri, contumaces, qui nulla disciplina regi volunt, sed pro libidine cuncta agunt. — *Socii furum.* Quia, ut sequitur, *omnes diligunt munera.* — *Retributiones.* Vel intelligit munera simpliciter, vel significat vicissitudinem; nam magistratu impunitatem tribuente, facinorosi homines dona vicissim retribuunt. — *Non ingreditur ad illos.* Quia a pauperculis viduis nihil sperant, ideoque eas non audiunt, pro illis non judicant, cum injuste vexantur.

24. *Heu.* Id est, *væ*, ut eadem particulam hebraicam הוֹי *hoi*, supra vertit interpres n. 4. Bene tamen etiam vertitur *heu*, simulque significatur Deum quodammodo invitum peccata nostra punire. — *Consolabor.* Sumpta vindicta; sic enim justitiæ meæ læsæ satisfaciam.

25. *Excoquam ad purum.* Purgabo te camino tribulationis, et tanquam metallum purgabo. Quid sit scoria dixi n. 22. — *Auferam omne stannum tuum.* Ita ut purum remaneat argentum. Verba sunt hæc Dei irati peccatis, sed propitii peccatoribus.

26. *Ut fuerunt prius.* Ut nimirum sancti sint et integri, et justitiæ cultores eximii, quales fuerunt Moses, Josue, etc. Impleta est hæc prophetia, cum post captivitatem Babylonicam dedit Deus populo Esdram, Nehemiam, Machabæos, et hujusmodi, et post captivitatem Romanam apostolos, etc. — *Civitas justi.* Scilicet Christi, cum is nascetur, docebit et sanctificabit te. In hebræo est, *civitas justitiæ.* — *Urbs fidelis.* Deo, in ejus unius fide, cultu et obedientia persistens.

27. *In judicio redimetur.* Israel per Cyrum liberabitur e Babylone post justam satisfactionem, scilicet pœnam septuaginta annorum captivitatis toleratam. Illa enim hic vocatur *judicium*, quia Dei justo judicio eis fuit inflicta. Plenius et verius hoc factum est per Christum qui *in judicio*, id est, ex rigida justitia satisfecit, et redemit Sion, id est, Ecclesiam Judæorum et gentium, quæ cœpit in Sion Jerusalem. — *Reducent eam.* Captivitatem reducent in Jerusalem, et regent eam in justitia.

28. *Conteret.* Dominus. — *Consumentur.* Paupertate et ærumnis captivitatis in Babylone.

29. *Confundentur... ab idolis.* Pudefient ob idola quæ coluerunt, nec potuerunt ab illis liberari. — *Super hortis.* Hortos et lucos intelligit in quibus colebant idola, et præsertim obscœnum Beelphegor, sive Priapum. Vide II. Paralipomen., c. 15, n. 16. — *Elegeratis.* Ad colenda idola. Vel quorum superstitionem admiseratis.

30. *Velut quercus.* Quæ quondam florens, jam in hieme, aut senio defrondescens, marcescit, arescit et emoritur. — *Hortus absque aqua.* Qui sine humore aret et squalidus est.

toutes les feuilles tombent, et comme un jardin qui est sans eau;

31. Votre force sera comme l'étoupe sèche; et votre ouvrage comme une étincelle de feu; et l'un et l'autre s'embrasera sans qu'il y ait personne pour l'éteindre.

fluentibus foliis, et velut hortus absque aqua.

31. Et erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ, et opus vestrum quasi scintilla; et succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.

CHAPITRE II.

Gloire de Jérusalem : les nations viennent y adorer le Seigneur. Maison de Jacob rejetée. Superbes humiliés. Dieu seul exalté.

1. Vision d'Isaïe, fils d'Amos, touchant Juda et Jérusalem.

2. Dans les derniers temps la montagne sur laquelle se bâtira la maison du Seigneur sera fondée sur le haut des monts, et elle s'élèvera au-dessus des collines; *de sorte que* toutes les nations y accourront en foule,

3. Et plusieurs peuples y viendront, en disant : Allons, montons à la montagne du Seigneur et à la maison du Dieu de Jacob. Il nous enseignera ses voies, et nous marcherons dans ses sentiers, parce que la loi *de Dieu* sortira de Sion, et la parole du Seigneur *sortira* de Jérusalem.

4. Il jugera les nations, et il convaincra d'erreur plusieurs peuples; et ils forgeront de leurs épées des socs de charrue, et de leurs lances des

1. Verbum, a quod vidit Isaias, filius Amos, super Judam et Jerusalem. [a *Mich.* 4. 1.]

2. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.

3. Et ibunt populi multi, et dicent : Venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

4. Et judicabit gentes, et arguet populos multos; et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in

le *jardin des Oliviers* était une plantation d'oliviers. Comme le fléau de ces pays est la sécheresse, il était nécessaire que ces jardins fussent situés près d'une fontaine; qu'ils renfermassent un réservoir rempli par quelque ruisseau, ou fait de telle manière qu'il pût conserver l'eau de la pluie (Nolhac, *Études sur le texte d'Isaïe*, tom. I).

CAP. II. — 1. *Verbum quod vidit Isaias.* Ici commence le deuxième discours d'Isaïe. Dans ce chapitre, le prophète annonce le règne du Messie et l'établissement de l'Église qui doit se répandre au milieu de toutes les nations et convertir tous les peuples au culte du vrai Dieu.

2. *In novissimis diebus.* Suivant Kimchi, toutes les fois qu'on trouve dans l'Écriture ces mots : *Dans les derniers jours*, il faut les entendre du temps du Messie. Ainsi les jours se divisent en deux parties, ceux qui ont précédé le Messie, et ceux qui sont après le Messie. Nous qui vivons à la fin des temps, dit saint Paul; c'est-à-dire : Nous qui vivons dans la seconde partie de la grande division des temps (Nolhac, *Études sur le texte d'Isaïe*, tom. I). Les Juifs sont d'accord avec les chrétiens, pour voir dans ce chapitre une prophétie relative au Messie.

4. *Gladios suos in vomeres.* Cette expression désigne dans l'Hébreu le coutre de la charrue, instrument de fer, à peu près de la forme d'un grand couteau, attaché à la charrue et qui sert à fendre la terre comme le soc sert à l'ouvrir et à former les sillons. A l'occasion de ce passage, les Juifs objectent que le prophète annonce une paix universelle qui ne s'est pas réalisée à l'avénement du Christ. Mais Isaïe veut dire seulement que l'Evangile sera un Evangile de paix, que si sa doctrine est bien suivie par les peuples qui l'embrasseront, ils se regarderont tous comme frères et ne tireront plus l'épée les uns contre les autres comme s'ils étaient ennemis.

---

31. *Fortitudo vestra.* Fortitudinem Judæorum vocat eorum urbes, muros, arma, arces, et præcipue idola in quibus spem habebant. — *Opus vestrum.* Ornatum intelligit, pompam et cultum quem exhibebant idolis, opes item, et florentem statum quem malis artibus vobis parastis. — *Quasi scintilla.* Quæ statim extincta evanescit.

CAP. II. — 1. *Verbum.* Revelatio, prophetia. — *Super Juda, et Jerusalem.* Implendum tempore Messiæ, cum ex Juda nasceretur Christus, apostoli, et Ecclesia nova.

2. *Et erit.* Particula *et* per hebraismum redundat. — *In novissimis diebus.* Tempore Messiæ. — *Præparatus.* Erectus, fundatus, munitus, stabilitus; hoc enim significat hebræum נכון *nachon.* — *Mons domus Domini.* Ecclesia. — *In vertice montium.* Quia Ecclesia dignitate, gloria doctrina et sanctitate non solum gentilium, sed etiam Hebræorum templa et sacra superat. — *Fluent.* Sponte current, gratia Dei juvante; ut ad perfectam legem possint eniti. — *Omnes gentes.* Aliqui ex omnibus gentibus.

3. *Ad montem Domini.* Ad Christum et Ecclesiam. — *Ad domum Dei Jacob.* Ad domum veri Dei, quem Jacob coluit, quæ est Ecclesia. — *Docebit.* Deus Jacob, Christus. — *Vias suas.* Legem suam, per quam ambulabimus illam servando. — *De Sion exibit lex.* Non judaica, sed christiana, lex gratiæ. — *Verbum Domini.* Evangelium : Evangelii prædicatio.

4. *Judicabit.* Reget, dominabitur. — *Arguet populos.* Scribas, pharisæos, aliosque infideles, et per Apostolos Spiritu sancto plenos, *arguet mundum de peccato.* Joan., 16, 8. — *Conflabunt gladios suos in vomeres.* Cessantibus discordiis et bellis. — *Non exercebuntur ultra ad prælium.* Erit summa pax per longum tempus, vel semper secundum legem Christi, quia præcipitur charitas et mutua dilectio.

falces; non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium.

5. Domus Jacob, venite, et ambulemus in lumine Domini.

6. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob; quia repleti sunt ut olim, et augures habuerunt ut Philisthiim, et pueris alienis adhæserunt.

7. Repleta est terra argento et auro; et non est finis thesaurorum ejus;

8. Et repleta est terra ejus equis; et innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta est terra ejus idolis; opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum.

9. Et incurvavit se homo, et humiliatus est vir; ne ergo dimittas eis.

10. Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, et a gloria majestatis ejus.

11. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo virorum; exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

12. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, et excelsum, et super omnem arrogantem; et humiliabitur.

13. Et super omnes cedros Libani sublimes, et erectas, et super omnes quercus Basan.

faux. *Alors* un peuple ne tirera plus l'épée contre un autre peuple; et ils ne s'exerceront plus à combattre.

5. Venez, ô maison de Jacob! marchons dans la lumière du Seigneur.

6. Car, vous avez rejeté la maison de Jacob, qui est votre peuple, parce qu'ils ont été remplis d'*iniquité* comme autrefois; qu'ils ont eu des augures comme les Philistins, et qu'ils se sont attachés à des enfants étrangers.

7. Leur terre est remplie d'or et d'argent, et leurs trésors sont infinis.

8. Leurs pays est plein de chevaux; et leurs chariots sont innombrables; et leur terre est remplie d'idoles. Ils ont adoré l'ouvrage de leurs mains, qu'ils avaient formé de leurs propres doigts.

9. L'homme s'est abaissé profondément; les premiers d'entre eux se sont humiliés. Ne leur pardonnez donc point.

10. Entrez dans la pierre, et cachez-vous dans les ouvertures de la terre. Pour vous mettre à couvert de la terreur du Seigneur et de la gloire de sa majesté *irritée*.

11. Les yeux altiers de l'homme seront humiliés, la hautesse des grands sera abaissée; le Seigneur seul paraîtra grand en ce jour-là.

12. Car le jour du Seigneur des armées va *éclater* sur tous les superbes, sur les hautains et sur tous les insolents; et ils seront humiliés.

13. *Il va éclater* sur tous les grands et les hauts cèdres du Liban, et sur tous les chênes de Basan.

6. *Projecisti enim populum tuum.* Le prophète voit les Gentils se précipiter vers la montagne de Sion, prêter l'oreille à la doctrine du Christ et marcher à la lumière de l'Evangile. Mais il voit en même temps la répudiation des Juifs que Dieu rejette, parce qu'ils sont remplis d'iniquités comme les peuples de Chanaan qui habitaient autrefois la Palestine, *ut olim*.

13. *Et super omnes cedros.* Sous ces expressions figurées, le prophète annonce les maux qui tomberont sur Israël sous les règnes de Phacée et d'Osée, ses deux derniers rois et sur Juda au temps de Sennachérib et de Nabuchodonosor.

---

5. *In lumine Domini.* In lumine Evangelii.

6. *Projecisti enim populum tuum.* Quasi dicat : Propterea populum invito ut ad Dominum convertatur, quia tu, Domine, populum tuum a te deficientem projecisti, etc. — *Domus Jacob.* Israelitas. — *Repleti sunt.* Opibus, et impinguati et incrassati recalcitrarunt. Vel repleti sunt idolis, aut peccatis. — *Augures.* Augurii nomine quamlibet magiam et divinationem intelligit. — *Pueris alienis adhæserunt.* Per pæderastiam et nefarium Sodomiæ crimen. Hebræi quidam per natos alienos intelligunt doctrinas et instituta gentium.

7. *Repleta est terra argento.* Notat Judæorum avaritiam, et insatiabilem cupiditatem divitiarum.

8. *Repleta est terra ejus equis.* Vetuerat Deus Hebræorum regibus, et magis populo, ne sibi equos et quadrigas multiplicarent, Deut., 17, 16.

9. *Incurvavit se.* Idolis. — *Homo.* Plebeius. — *Humiliatus.* Idem est quod incurvavit se, scilicet ad adorandum. — *Vir.* Scilicet primarius et princeps; quasi dicat : Tam proceres quam plebs colunt idola, humiliando se coram illis. — *Ne ergo dimittas eis.* In Hebræo est, non *ergo dimittam eis*, quasi Deus his loquatur. Ex zelo hoc ait Isaias, quasi dicat : Perde, Domine, tam scelestos, excinde idololatras. Vel dictum est *dimittas* pro *dimittes*, prophetice.

10. *In petram.* In speluncam. — *In fossa humo.* In fossis latita. — *A facie timoris Domini.* A facie terroris, id est, terribili Domini. — *Et a gloria majestatis ejus.* Quæ gloriosam suam justitiam ostendet in Judæos, cum eos persequetur et occidet per Chaldæos fortes, pugnaces et gloriosos milites. Itaque Chaldæi vocantur *timor* sive terror et *gloria Domini* metonymice, quia a Deo missi terrorem incutient Judæis, et in eos gloriosam Dei vindictam exercebunt.

11. *Oculi sublimes.* Superbia. — *Hominis.* Plebeii, ut supra, n. 9. — *Humiliati sunt.* Humiliabuntur. — *Altitudo.* Elatio, superbia. — *Virorum.* Nobilium et procerum populi.

12. *Dies Domini.* Vindex.

13. *Cedros Libani.* Superbos, elatos et potentes designat, qui inter alios eminebant, ut cedri Libani, aut quercus Basan, inter humiliores arbores. — *Basan.* Regio uberrima et lætissima pascuis, in qua quercus proceræ et ramos late explicantes proveniebant.

14. Sur toutes les montagnes les plus hautes, et sur toutes les collines les plus élevées;

15. Sur toutes les tours les plus exhaussées, et sur toutes les murailles les plus fortes;

16. Sur tous les vaisseaux de Tharsis, et sur tout ce qui est beau, et qui plaît à l'œil :

17. Et l'élévation de l'homme sera abaissée, la hautesse des grands sera humiliée; le Seigneur seul paraîtra grand en ce jour-là;

18. Et les idoles seront toutes réduites en poudre.

19. *Les hommes* fuiront au fond des cavernes des rochers et dans les antres les plus creux de la terre, pour se mettre à couvert de la frayeur du Seigneur et de la gloire de sa majesté, lorsqu'il s'élèvera pour frapper la terre.

20. En ce jour-là l'homme rejettera loin de lui les idoles d'argent et les statues d'or, les *images des* taupes et des chauves-souris qu'il s'était faites pour les adorer.

21. Et il s'enfuira dans les ouvertures des pierres et dans les cavernes des rochers, pour se mettre à couvert de la frayeur du Seigneur et de la gloire de sa majesté, lorsqu'il s'élèvera pour frapper la terre.

22. Cessez donc, d'irriter cet homme qui respire l'air, parce que c'est lui qui est le Très-Haut.

14. Et super omnes montes excelsos, et super omnes colles elevatos;

15. Et super omnem turrim excelsam, et super omnem murum munitum;

16. Et super omnes naves Tharsis et super omne quod visu pulchrum est;

17. Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum, et elevabitur Dominus solus in die illa;

18. Et idola penitus conterentur;

19. a Et introibunt in speluncas petrarum, et in voragines terræ à facie formidinis Domini, et a gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram. [a *Osee*. 10. 8. *Luc*. 23. 30. *Apoc*. 6. 16.]

20. In die illa projiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi ut adoraret, talpas et vespertiliones.

21. Et ingredietur scissuras petrarum, et in cavernas saxorum à facie formidinis Domini, et a gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram.

22. Quiescite ergo ab homine cujus spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est ipse.

19. *Et introibunt in speluncas.* Osée emploie de semblables expressions en annonçant la ruine du royaume d'Israël (Os., X, 8). Jésus-Christ les répète en annonçant les grands coups qui devaient tomber sur les Juifs incrédules après sa mort (Luc., XXIII, 30). Saint Jean, dans l'*Apocalypse*, présente encore les mêmes idées en annonçant le fléau marqué à l'ouverture du sixième sceau (Apoc., VI, 15, 16). Ces coïncidences prouvent que la même prophétie peut se rapporter à divers objets qui ont entre eux de l'analogie et qui ne sont séparés que par les intervalles des temps; intervalles qui s'effacent sous l'œil du prophète qui voit l'avenir comme s'il était présent.

22. *Quiescite ergo ab homine.* Cet homme est le Christ, l'Homme-Dieu. Au lieu de *Quia Excelsus reputatus est ipse*, l'Hébreu porte : *In excelsum sufflat ipse*, parce qu'il renverse de son souffle tout ce qui s'élève contre lui.

---

14. *Et super omnes montes.* Allegoria montium, collium, turrium, murorum munitorum et navium Tharsis significantur superbi, elati, fastuosi, viribus et divitiis suis fidentes, gloria et dignitate spectabiles.

16. *Naves Tharsis.* Naves maris. Sic Tyrus infra, c. 23, n. 10, vocatur *filia maris*, ubi in hebræo est, *filia Tharsis*. — *Omne quod visu pulchrum est.* Omnes gloria et dignitate conspicui.

17. *Incurvabitur.* Dejicietur, humiliabitur.

19. *Introibunt in speluncas petrarum.* Judæi timore perterriti, etc.: est idem quod dictum est supra, n. 10.

20. *Projiciet homo idola.* Amore auri et argenti non prohibente, nec religione idoli prius culti, adeo timor illos urgebit. Vel significatur vexationem daturam intellectum, et serio ad Dominum convertendos Judæos abjectis idolis. — *Talpas et vespertiliones.* Quos coluerunt Ægyptiorum exemplo, qui vilissima quæque animalia pro diis habebant, de quo fuse S. August., de Civit. Dei, lib. 4, c. 8 et 11.

22. *Quiescite ergo ab homine.* Est prophetia de Christo, ut sentit Origines, Hieronymus et veteres rabbini. Frequenter enim propheta ad Christum avolat. Quasi dicat : Cum hoc capite vaticinatus sim Christum erecturum Ecclesiam quasi montem, et domum Domini, etc., serio vos moneo et præcipio ut quiescatis a vexando et occidendo Christo, qui homo quidem est, sed etiam Deus scelerum vindex. — *Cujus spiritus in naribus ejus.* Significatur magnanima ira, indignatio et vindicta, quam in suos hostes Christus exercet. Hebræum אף *aph*, nasum significat, aut furorem et excandescentiam. — *Quia excelsus reputatus est ipse.* Quia reputatus est excelsus et Deus sublimis, qualis revera est. * Versiculus hic in hebræo sic se habet : « Desinite vobis ab homine cujus flatus in naso ejus, nam in quo reputatur ipse! » et sententia esse potest : nolite fiduciam in ullo hominum ponere, cujus vita ab aere pendet, quo intercluso peribit. Quantilli enim ille faciendus est!

CHAPITRE III.

Désolation de Juda et de Jérusalem. Reproches du Seigneur contre les princes de son peuple. Il condamne l'orgueil et le luxe des filles de Sion.

1. Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, et a Juda validum et fortem, omne robur panis, et omne robur aquæ;

2. Fortem, et virum bellatorem, judicem, et prophetam, et ariolum, et senem;

3. Principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliarium, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici.

4. a Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. [a *Eccles*. 10. 16.]

5. Et irruet populus, vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum; tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem.

6. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui : Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua.

7. Respondebit in die illa, dicens : Non sum medicus, et in domo mea non est panis, neque vestimentum : nolite constituere me principem populi.

1. Car le Dominateur, le Seigneur des armées va ôter de Jérusalem et de Juda le courage et la vigueur, toute la force du pain et toute la force de l'eau ;

2. Tous les gens de cœur et tous les hommes de guerre, tous les juges et les prophètes, les devins et les vieillards ;

3. Les capitaines de cinquante hommes, les personnes d'un visage vénérable, ceux qui peuvent donner conseil, les plus sages d'entre les architectes, les hommes qui ont l'intelligence de la parole mystique.

4. Je leur donnerai, *dit le Seigneur*, des enfants pour princes, et des efféminés les domineront.

5. Tout le peuple sera en tumulte. L'homme se déclarera contre l'homme, et l'ami contre l'ami; l'enfant se soulèvera contre le vieillard, et les derniers du peuple contre les nobles.

6. Chacun prendra son propre frère, né dans la maison de son père, *et lui dira* : Vous êtes riche en vêtements; soyez notre prince, et soutenez de votre main cette ruine qui nous menace.

7. Il répondra alors : Je ne suis point médecin. Il n'y a point de pain ni de vêtements dans ma maison : ne m'établissez point prince du peuple.

CAP. III — 1. *Ecce enim dominator Dominus.* La même prophétie ayant souvent plusieurs objets, comme nous l'avons vu au chapitre précédent (note sur le verset 19), on peut appliquer celle-ci d'abord aux maux dont Jérusalem fut frappée sous les rois contemporains d'Isaïe, ensuite à ce qui arriva sous Titus et Vespasien, à la ruine du temple et de la ville, et enfin à ce qui arrivera à la fin du monde lorsque Jésus-Christ viendra juger l'univers. Il y a des détails qui ne conviennent qu'à cette dernière époque (Cf. plus loin, verset 13).

CAP. III. — 1. *Ecce enim.* Prophetat excidium Judæorum per Titum et Vespasianum, ob occisum ab eis Christum; ita tamen ut pleraque quæ hic dicit adaptare sibi possent Judæi qui erant tempore Isaiæ, et hæc ab illo audiebant. — *Validum et fortem.* Omne præsidium virorum fortium. — *Robur panis et omne robur aquæ.* Omnem commeatum intelligit quo vita humana sustentatur et robusta redditur.

2. *Judicem.* Magistratum, principem. — *Ariolum.* In bonam partem accipitur, ut significet sagacem conjectorem, qui ex observatione præterita causarum, effectuum et signorum, de futuris et arcanis conjectat.

3. *Super quinquaginta.* Qui quinquaginta militibus præest. — *Honorabilem vultu.* Virum magnæ auctoritatis, quem alii honorent, cujus præsentiam reverentur. — *Consiliarium.* Qui consilio valeat et prudentia. — *Sapientem de architectis.* Architectum sapientem et peritum, cujus in obsidionibus et bello magnus et usus. — *Prudentem eloquii mystici.* Eum qui pollet facundia, gratia et persuadendi efficacitate. Vocat eloquium mysticum, quia mystice, id est, arcane et latenter in animam irrepit et eam flectit. Theodotio vertit, *prudentem incantatorem.*

4. *Et dabo pueros principes.* Quod magnum reipublicæ malum est, juxta illud Eccles., 10, 16 : *Væ tibi, terra, cujus rex puer est.* — *Effeminati.* Notat libidinem et pæderastiam principum tam Judæorum quam Romanorum. LXX habent, ἐμπαῖκται, *illusores*, qui scilicet corporibus illudunt, et illis ad libidinem abutuntur : idem significat vox hebraica עולל *holel*, * quæ etiam parvulos significat. Videntur puerorum et parvulorum nomine intelligi reges nullius consilii, quales fuerunt Joakin, Joachim, Sedecias. Sic et infra mulierum nomine intelligendi videntur viri muliebris animi.

5. *Et irruet.* Ut fieri solet in seditione et populari tumultu.

6. *Vir.* Id est, quisque. — *Domesticum patris sui.* Ex familia patris sui. — *Vestimentum tibi est.* Ostendit inopiam virorum idoneorum ad regendam rempublicam; qui enim paulo cultior, aut ditior erit, vocabitur ad regimen capessendum. — *Ruina... hæc sub manu tua.* Est hypallage, quasi dicat : Suppone manum tuam, sustine rempublicam inclinatam ad ruinam.

7. *Non sum medicus.* Hebraice est, חבש *chobes*, id est, *alligans*, scilicet vulnera; quod est ejus partis medicinæ quæ chirurgia dicitur, quasi dicat : Non possum tanto reipublicæ vulneri facere medicinam. — *In domo mea non est panis.* Panis, quem in populum famelicum distribuam, et vestimenta quibus tegam illius nuditatem, quasi dicat : Non habeo unde populi necessitatibus provideam.

8. *Or toutes ces choses arriveront dans peu;* car Jérusalem va tomber et Juda est près de sa ruine, parce que leurs paroles et leurs œuvres *se sont élevées* contre le Seigneur, pour irriter les yeux de sa majesté.

9. L'impudence même de leur visage rend témoignage contre eux : ils ont publié hautement leur péché comme Sodome, et ils ne l'ont point caché. Malheur à eux, parce que Dieu leur a rendu le mal qu'ils s'étaient attiré.

10. *Mais* dites au juste *qu'il espère* bien, parce qu'il recueillera le fruit de ses œuvres.

11. Malheur à l'impie *qui ne pense qu'*au mal, parce qu'il sera puni selon la mesure de ses crimes.

12. Mon peuple *rebelle* a été dépouillé par ses exacteurs, et des femmes les ont dominés. Mon peuple, ceux qui vous disent bienheureux, vous séduisent, et ils rompent le chemin par où vous devez marcher.

13. *Car* le Seigneur est près de juger les peuples :

14. *Et* le Seigneur entrera en jugement avec les anciens et les princes de son peuple, parce que vous avez mangé *le fruit de* la vigne du *Seigneur*; et vos maisons sont pleines de la dépouille du pauvre.

8. Ruit enim Jerusalem, et Judas concidit; quia lingua eorum et adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.

9. Agnitio vultus eorum respondit eis; et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt; væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.

10. Dicite justo quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet.

11. Væ impio in malum; retributio enim manuum ejus fiet ei.

12. Populum meum exactores sui spoliaverunt, et mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant.

13. Stat ad judicandum Dominus, et stat ad judicandos populos.

14. Dominus ad judicium veniet cum senibus populi sui, et principibus ejus; vos enim depasti estis vineam, et rapina pauperis in domo vestra.

*12. *Qui te beatum dicunt.* A côté du bien, le mal s'est toujours élevé au sein de l'humanité. Pendant qu'Isaïe et les autres prophètes inspirés cherchaient à éclairer leurs concitoyens sur leur avenir, il y avait de faux prophètes qui se prétendaient aussi sûrs qu'eux de la connaissance de l'avenir et qui tenaient au peuple un langage opposé. Ce sont ces flatteurs que le Prophète démasque et qu'il flétrit.

14. *Vos enim depasti estis vineam.* Quelle éloquence, dans ces reproches qu'adresse le Juge des nations à tous ces prévaricateurs. Quoi! vous les juges et les princes de mon peuple, vous qui deviez la défendre comme une vigne dont vous aviez la garde; vous qui deviez lui servir de haie et de rempart, c'est vous-mêmes qui avez ravagé cette vigne, et qui l'avez ruinée, comme si le feu y avait passé : *Et vos depasti estis vineam.* Encore si vous aviez la modération de ménager vos frères et de ne pas les ruiner entièrement. Mais après avoir dépouillé mon peuple, vous le mettez sous le pressoir pour tirer de ses os quelques sucs : *Atteritis;* et vous le brisez sous le moulin pour achever de le mettre en poudre : *Commolitis.* Vous prétendez peut-être me déguiser vos vols et vos rapines, en les convertissant en de superbes ameublements dont vous ornez vos maisons. J'ai suivi avec des yeux attentifs et jaloux tout ce qui était à votre frère, et que vous lui avez enlevé. Je le vois, malgré l'application que vous avez à me le cacher : *Rapina pauperis in domo vestra.* Tout demande vengeance et l'obtiendra. Elle tombera sur vous et sur vos enfants; et le fils d'un père injuste, en héritant de son crime, héritera aussi de sa colère (Rollin, *Traité des études*, liv. X, ch. 3).

---

8. *Ruit... Jerusalem.* Verba sunt non excusantis se a principatu, sed prophetæ, quasi dicat : ideo nemo volet suscipere regimen Judæ et Jerusalem, quia ipsa ruet, exscindetur. — *Lingua eorum.* Maledica et blasphema in Christum. — *Adinventiones.* Cogitata, consilia, machinationes, opera.

9. *Agnitio vultus eorum respondit eis.* Ex intuitu vultus eorum apparet qui sint; nam in facie eorum eminet arrogantia, fastus, lascivia. — *Respondit eis.* Contra eos testificans. — *Peccatum... prædicaverunt.* Quod est summæ impudentiæ. — *Animæ eorum.* Illis. — *Reddita sunt eis mala.* Reddentur et rependentur pro sceleribus.

10. *Dicite justo.* Contra vero dicite justis quod bene illis erit, et fructus benefactorum colligent. — *Fructum adinventionum.* Consiliorum et operum suorum bonorum.

11. *Væ impio in malum.* In malitiam omnem effuso; in hebræo vero est, *væ impio, malo* vel *maligno.* — *Manuum.* Operum quæ manibus fiunt.

12. *Exactores.* Principes et magistratus avaros et rapaces intelligit. — *Mulieres dominatæ sunt eis.* Scilicet principibus et magistratibus, quæ cum sint impotentes, avaræ, insipientes, et in perturbationibus vehementes, maritos suos in omne nefas transversos agunt. Possumus etiam interpretari de viris mulierosis et effeminatis. Sic ille dicebat apud Virgil. Æneid., 9 : *O vere Phrygiæ, neque enim Phryges.* — *Qui te beatum dicunt.* Sacerdotes et scribæ, qui ob dona et oblationes templo sibique factas dicunt te beatum, et miserias et peccata tua, quibus teneris, non retegunt nec reprehendunt. Vide Ezech., 13, 18 : *Væ quæ consuunt pulvillos, etc.* — *Viam gressuum tuorum.* Vitæ tuæ rationem, statum, salutem, et felicitatem tuam privatam et publicam evertunt.

13. *Ad judicandum.* Ad puniendum et exscindendum per Romanos.

14. *Cum senibus.* Contra senes, sive senatores populi eos puniendo, etc. Alii exponunt *cum senibus*, id est, cum patriarchis, prophetis et apostolis Dominus veniet ad judicandum populos. — *Vos... depasti estis vineam.* Vos scribæ et pharisæi, qui debebatis esse custodes vineæ, id est, synagogæ, sive populi mei, eam depasti estis, spoliando eam bonis suis.

15. Quare atteritis populum meum, et facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum.

16. Et dixit Dominus : Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt extento collo, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, ambulabant pedibus suis, et composito gradu incedebant;

17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crinem earum nudabit.

18. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, et lunulas,

19. Et torques, et monilia, et armillas, et mitras,

20. Et discriminalia, et periscelidas, et murenulas, et olfactoriola, et inaures.

21. Et annulos, et gemmas in fronte pendentes.

22. Et mutatoria, et palliola, et linteamina, et acus,

15. Pourquoi foulez-vous aux pieds mon peuple? pourquoi meurtrissez-vous de coups le visage des pauvres, dit le Seigneur le Dieu des armées.

16. Le Seigneur a dit encore : Parce que les filles de Sion se sont élevées *d'orgueil*, qu'elles ont marché la tête haute, en faisant des signes des yeux et des gestes; qu'elles ont mesuré tous leurs pas et étudié toutes leurs démarches,

17. Le Seigneur rendra chauve la tête des filles de Sion, il arrachera tous leurs cheveux.

18. En ce jour-là le Seigneur leur ôtera leurs chaussures magnifiques, leurs croissants d'or,

19. Leurs colliers, leurs filets de perles, leurs bracelets, leurs coiffes,

20. Leurs rubans de cheveux, leurs jarretières, leurs chaînes d'or, leurs boîtes de parfums, leurs pendants d'oreilles,

21. Leurs bagues, leurs pierreries qui leur pendent sur le front;

22. Leurs robes magnifiques, leurs écharpes, leur beau linge et leurs poinçons;

21. *Et gemmas in fronte pendentes.* Les femmes juives ne portaient pas seulement des pendants d'oreilles, mais encore des anneaux d'or suspendus aux narines. D'après l'Hébreu, c'est de ce genre d'ornements qu'il s'agit en cet endroit. Le docteur John, dans son *Archéologie biblique* (tom. II, pag. 141 et 145), cite les relations d'un grand nombre de voyageurs qui attestent que, dans quelques parties de l'Orient, les femmes se percent les narines pour y faire passer un anneau auquel est suspendue une pierre précieuse (Cf. Ezech., XVI, 12).

---

15. *Atteritis.* Sensim absumitis. — *Commolitis.* Vatab. vertit, *colaphis ceditis;* alii, *contunditis;* LXX, *confunditis;* ignominia, verbis asperis, quin et colaphis afficitis et affligitis pauperes. Passus est hoc Christus et ejus apostoli qui, Act., c. 5, 41, « ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. »

16. *Et dixit Dominus.* Aliam dat excidii causam, scilicet procacem et superbum ornatum feminarum. — *Elevatæ sunt.* Hebræo, *superbierunt;* vitium insitum sexui illi, quod crescit accedente cultu et ornatu corporis. Aliqui explicant etiam de cothurnis quibus adjiciunt propemodum ad staturam suam cubitum unum. Sic Arias Montanus, Cornel. a Lapide et Alvarez. — *Extento collo.* Qui superborum habitus est. — *Nutibus oculorum ibant.* Oblique oculos in juvenes et amasios convertendo, et petulanter illis adnictando. — *Plaudebant.* LXX habent, *incessu pedum simul trahentes tunicas*, et plausum hunc de tractarum vestium strepitu intelligunt. Alii verbum hebræum טָפַף *thaphaph*, idem putant esse quod *tympanizare*, et ad tympanum, quod hebraice dicitur תֹּף *toph*, composite pedes movere. Sic Virgilius dixit : *Pars pedibus plaudunt choreas, etc.* Significat etiam טָפַף apud rabbinos passibus æqualibus incedere. Italice dicimus : *Andare con il passo misurato.* Quod etiam affectant mulieres cum ornatæ sunt et vestibus bene cultæ; et sequentibus verbis explicari videtur, *composito gradu incedebant.*

17. *Decalvabit.* Rasura et decalvatio erat habitus debellatorum et servorum. Dominus ergo auferet capitis adscititia ornamenta, et etiam naturalia, capillum scilicet, ut servis fieri solet. — *Crinem earum nudabit.* Id est, pubem; LXX, τὴν αἰσχύνην αὐτῶν, *ignominiam earum.* In textu tamen græco Vaticano est, σχῆμα αὐτῶν, *figuram earum.* Pagninus et Vatablus ex hebræo verterunt, *nates earum.* Sic infra, c. 20, 4, dicitur : « Minabit rex Assyriorum captivitatem Ægypti, etc., discalceatam, discoopertis natibus, ad ignominiam Ægypti. »

18. *Ornamentum calceamentorum.* In hebræo est, עֲכָסִים *hacasim*, quæ vox significat crepitacula in pedibus mulierum, quibus inter saltandum utebantur. — *Lunulas.* Monilia corniculata instar lunæ.

19. *Armillas.* Sunt brachialia, sive circuli et catenulæ ornantes brachia. — *Mitras.* Sunt vela, vel fasciæ byssinæ capitis, gemmis et bracteolis aureis tremulisque collucentes.

20. *Discriminalia.* Instrumenta ad discernendos et segregandos capillos, et ad eos torquendos et crispandos, puta calamistra. Sanchez putat discriminalia esse vittas, fascias, sive tænias, quibus mulieres capillos in cirros et plocamos colligunt, colligant et discriminant. — *Periscelidas.* Sunt fasciæ tibiarum. — *Murenulas.* Sunt ornamenta muliebria sic dicta, quod in murenæ piscis similitudinem aurum duceretur, et maculis aut punctis variegaretur. — *Olfactoriola.* Sunt mirothecia, sive pyxides perforatæ et oculatæ, quæ odores suos et suaves halitus per foramina sua expirant.

22. *Mutatoria.* Vestes pretiosiores, quæ non quotidie feruntur sed assumuntur diebus celebrioribus, seu cum procedendum est. — *Palliola.* Palliolis etiamnum nobiles matronæ utuntur, præsertim in itineribus. — *Linteamina.* LXX, *vestes per domum*, scilicet quotidianas, quarum usus domi est. Alii explicant de velis candidis et pellucidis quibus utuntur mulieres. * Ex loco Ruth. 3, 15, apparet esse περιζώματα, id est, subcinctus illos quibus subter pectus mulieres accinctæ domi agunt. Italice, *grembiale.* — *Acus.* Intelligit acus crinales aureas, vel argenteas, quas in capite ad speciem gestabant.

23. Leurs miroirs, leurs chemises de grand prix, leurs bandeaux et leurs habillements légers.

24. Et leur parfum sera changé en puanteur, leur ceinture *d'or* en une corde, leurs cheveux frisés en une tête nue *et sans cheveux*, et leurs riches corps de jupes en un cilice.

25. De même les hommes les mieux faits parmi vous passeront au fil de l'épée, et vos plus braves périront dans le combat.

26. Les portes de Sion seront dans le deuil et dans les larmes, et elle s'assiéra sur la terre toute désolée.

23. Et specula, et sindones, et vittas, et theristra.

24. Et erit pro suavi odore fœtor, et pro zona funiculus, et pro crispanti crine calvitium, et pro fascia pectorali cilicium.

25. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, et fortes tui in prælio.

26. Et mœrebunt atque lugebunt portæ ejus, et desolata in terra sedebit.

CHAPITRE IV.

Suite de la désolation de Juda. Son rétablissement. Triomphe du Seigneur.

1. En ce temps-là sept femmes prendront un homme, et elles lui diront : Nous nous nourrirons nous-mêmes, et nous nous entretiendrons nous-mêmes d'habits. *Agréez* seulement que nous portions votre nom ; et délivrez-nous de l'opprobre *de la stérilité*.

2. En ce temps-là le germe du Seigneur sera dans la magnificence et dans la gloire ; les fruits de la terre seront abondants ; et ceux qui auront été sauvés *de la ruine* d'Israël seront comblés de joie.

3. Alors tous ceux qui seront restés dans Sion, et qui seront demeurés dans Jérusalem, seront

1. Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes : Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur ; tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

2. In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terræ sublimis, et exultatio his qui salvati fuerint de Israel.

3. Et erit : Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanc-

CAP. IV. — 1. *In die illa.* Il y a une observation très-importante à faire sur cette locution : *Dans ces jours-là*, que l'on trouve souvent dans les Livres saints. Ces mots ne se rapportent pas toujours aux choses que l'on vient de raconter, mais à celles dont on va parler. Dans ces jours-là, c'est-à-dire dans les jours dont je viens de faire mention ou dans les jours qui suivront. C'est une liaison dans le discours, une transition d'un sujet à un autre (Nolhac, *Études sur le texte d'Isaïe*, tom. I). Ce verset contient la suite des maux annoncés dans le chapitre précédent.

2. *Erit germen Domini.* Selon l'Hébreu : En ce temps-là, le germe du Seigneur, le prince suscité de Dieu, sera dans la magnificence et la gloire ; et le fruit de la terre, ce germe suscité par le Seigneur, sera dans l'élévation et dans l'éclat, à la vue de ceux qui auront été sauvés de la ruine d'Israël. Ce germe du Seigneur, c'est, selon les uns, Ezéchias; selon d'autres, Zorobabel, ou plutôt c'est Jésus-Christ même figuré dans la personne d'Ezéchias et de Zorobabel. Le fruit de la terre est ici le Sauveur même, dont il est dit ailleurs : *Aperiatur terra et germinet salvatorem* (Infr. XLV, 8).

---

23. *Sindones.* Lintea velamina, vel pepla extima, delicatissima et subtilissima. — *Vittas.* D. Hieronym. tænias interpretatur; alii, redimicula acupicta, capiti addita. Ita Arias. Forerius vertit *cidares.* Est autem cidaris sive tiara, pileolus capitis rotundus. — *Theristra.* Sunt vestes æstivæ, sic dictæ quod ἐν θέρει id est, tempore caloris earum usus sit.

26. *Lugebunt portæ.* Portæ, in quibus forum, et prætoria, et maxima frequentia civium esse solet, jam desolatæ mœrore et lugere videbuntur. — *Desolata in terra sedebit.* Est prosopopœia; loquitur enim de Jerusalem quasi de matrona afflicta, et propter mœrorem humi sedente. Sic Thren., 1, 1, dicitur : *Quomodo sedet sola civitas, etc.*

CAP. IV. — 1. *Apprehendent septem mulieres.* In excidio Jerusalem tanta erit virorum paucitas, ut septem, id est, multæ mulieres vix unum virum cui nubant inventuræ, et de eo certaturæ sint. — *Panem nostrum comedemus.* Expensis nostris vivemus. — *Invocetur nomen tuum super nos.* Id est, noster maritus esto. Dicitur invocari nomen mariti super uxorem, quia nomen maritorum assumunt uxores. Sic enim apud Hebræos vocatur Maria Cleophæ, Maria Jacobi, etc. Sic etiam Martia redire volens ad Catonem maritum ait, apud Lucanum, lib. 2 :

... Da tantum nomen inane
Connubii, liceat tumulo scripsisse : Catonis
Martia.

— *Opprobrium.* Sterilitatis, aut cœlibatus.

2. *In die illa.* Cum hæc a Romanis Judæi patientur. — *Erit germen Domini in magnificentia.* Christus Dominus gloriosus erit in sublimis, quia per ejus apostolos Ecclesia propagabitur. Vocat Christum germen Judææ, quia Judæa quasi arbor excisa per Christum repullulare et reflorescere cœpit. — *Fructus terræ.* Christus; est repetitio : sic Psal., 84, 13, dictum est : *Terra nostra dabit fructum suum.* — *Et exultatio.* Magna erit lætitia Israelitis qui Christum quasi Messiam suum recipient, et ab eo justificabuntur et salvabuntur. — *His qui salvati fuerint de Israel.* Qui gentis suæ cladem evaserint.

3. *Qui relictus fuerit in Sion.* Per Sion et Jerusalem Ecclesiam intelligit, quæ est Sion spiritualis, quasi dicat : Qui cladi et excidio Judæorum superstes relictus fuerit in Sion, non

tus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem.

4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem laverit de medio ejus in spiritu judicii, et spiritu ardoris.

5. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte ; super omnem enim gloriam protectio.

6. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, in securitatem, et absconsionem a turbine, et a pluvia.

appelés saints. Tous ceux qui auront été écrits en Jérusalem au rang de ceux auxquels Dieu veut conserver la vie ;

4. Après que le Seigneur aura purifié les souillures des filles de Sion, et qu'il aura lavé Jérusalem du sang qui est au milieu d'elle, par un esprit de justice, et par un esprit d'ardeur.

5. Et le Seigneur fera naître sur toute la montagne de Sion, et au lieu où il aura été invoqué, une nuée obscure pendant le jour, et une flamme ardente pendant la nuit ; *et* il protégera de toutes parts sa gloire.

6. Son tabernacle les défendra par son ombre, contre la chaleur pendant le jour, et il sera une retraite assurée pour les mettre à couvert des tempêtes et de la pluie, durant la nuit.

CHAPITRE V.

Ingratitude des enfants d'Israël. Châtiment dont Dieu les frappera.

1. Cantabo a dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. [a *Jerem.* 2. 21. *Matth.* 21. 33.]

1. Je chanterai à mon *peuple* bien-aimé le cantique de mon proche parent, *qu'il composa pour se plaindre de* sa vigne. Mon bien-aimé avait planté une vigne sur un lieu élevé, gras et fertile.

5. *Nubem per diem.* Dans ces versets, il y a une allusion évidente à la colonne de nuée qui guida les Israélites dans le désert, et à la protection dont le tabernacle les couvrit en différentes circonstances. Les prophètes rappellent ces faveurs providentielles dont Israël a été avantagé, pour nous faire comprendre la protection toute spéciale que Jésus-Christ exercera sur son Église, suivant ces paroles de Jésus-Christ : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth., XXVIII, 20).

CAP. V. — 1. *Cantabo dilecto meo canticum.* Ce chapitre renferme le troisième discours d'Isaïe. Dans l'Orient on chante, au lieu de lire, une lettre qu'on reçoit d'un prince, ou un édit qu'il publie. Plutarque dit, dans son *Dialogue sur la musique*, que l'histoire, la philosophie, les affaires les plus importantes se traitaient en vers qui se chantaient. De là vient, sans doute, qu'à Athènes, on chantait les lois, lorsqu'on les publiait. Nous-mêmes, nous chantons les écrits des apôtres et les paroles de Jésus-Christ dans l'Évangile (Nolhac). — *Canticum patruelis.* Nous ne connaissons pas les parents d'Isaïe. Il nous apprend seulement qu'il eut deux fils, Sar-Iasub et Mer-Silal-Ez-Bez (VII, 3; VIII, 3). Le parent dont il parle ici est Jésus-Christ qui s'appelle lui-même le bien-aimé de son Père, et qui a recours aussi à la parabole de la vigne pour peindre l'incrédulité des Juifs (Cf. Matth., XXI, 33 et suiv.).

---

tam carnali quam spirituali, hoc est, qui a synagoga transierit ad Ecclesiam Christi, eique fuerit adscriptus. — *Sanctus vocabitur.* Omnes enim christiani a D. Paulo et aliis vocantur sancti, quia vocantur ad sanctitatem, et quia baptismo et gratia Christi sunt sanctificati. — *Omnis qui scriptus est in vita.* Omnes christiani aliquo sensu scripti sunt in libro vitæ, quasi cives futuri cœlestis Jerusalem; scripti, inquam, inchoate, quia ordinantur ad vitam æternam a qua tamen multi suo vitio excidunt. Complete autem scripti sunt qui in sanctitate perseveraturi et morituri a Deo prævisi sunt.

4. *Si abluerit.* Cum abluerit. — *Sordes... et sanguinem.* Peccata. — *In spiritu judicii.* Spiritus sanctus appellatur spiritus judicii, quia facit ut nostra videamus, judicemus et damnemus peccata; communis enim sententia docet his verbis pœnitentiam promitti. — *Spiritu ardoris.* Idem Spiritus sanctus est spiritus ardoris, quia nos ardore suæ charitatis accendit.

5. *Et creabit Dominus.* LXX habent, *et veniet*, scilicet Dominus. — *Montis Sion.* Ecclesiæ. — *Et ubi invocatus est.* Forerius vertit, *et super omnes conventus ipsius*, quod in idem recidit : nam in Ecclesiæ conventibus Dominus invocatur. — *Nubem per diem.* Alludit ad columnam nubis per diem, et ignis per noctem, quæ deduxit Israelitas per desertum. Faciet cum Ecclesia christianorum spiritualiter quod olim fecit cum Judæis corporaliter. — *Super omnem... gloriam.* Super omnes viros gloria sanctitatis inclytos erit protectio divina, et super omnem Ecclesiam. Alludit ad tabernaculum Mosaicum et arcam testamenti quæ erat gloria Israel, et cui maxime incubabat columna nubis, indeque se spargebat circumquaque per omnia castra, ea obumbrans et ab æstu protegens.

6. *Absconsionem a turbine, et a pluvia.* Qui enim sub divina protectione latent, a procellis et tempestatibus violentis tuti sunt; quare David canebat Psal. 25, 5 : *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.*

CAP. V. — 1. *Cantabo.* Sensus est : Lubet canere, imo præcinere meo dilecto et patrueli, sive cognato quem unice diligo, scilicet Christo, carmen ipsiusmet Christi quod ipse cantabit vineæ suæ, id est populo judaico, dicens, Matth. 21, 33 : *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, etc.* — *Canticum patruelis.* Ponitur more hebræo antecedens loco relativi; nam citra hebraismum dicere debuisset : Cantabo dilecto meo Christo canticum quod ipse canet de vinea sua, etc. Porro *canticum* non propriæ et presse sumitur, sed latius pro sententia memorabili, quæ in animo late sedere debeat, et ore frequenter usurpari. Vel canticum dicitur hæc parabola, quod esset clare et distincte proponenda a Christo, ut jam non

2. Il l'environna d'une haie, il en ôta les pierres, et la planta d'un plant exquis : il bâtit une tour au milieu, et il y fit un pressoir. Il s'attendait qu'elle porterait de bons fruits, et elle n'en a porté que de sauvages.

3. Maintenant donc, habitants de Jérusalem, et vous, hommes de Juda, soyez les juges entre moi et ma vigne.

4. Qu'ai-je dû faire de plus à ma vigne que je n'aie point fait? Est-ce que *je lui ai fait tort* d'attendre qu'elle portât de bons raisins, au lieu qu'elle n'en a produit que de mauvais.

5. Mais je vous montrerai maintenant ce que je m'en vais faire à ma vigne : j'en arracherai la haie, et elle sera exposée au pillage; je détruirai tous les murs qui la défendent, et elle sera foulée aux pieds.

6. Je la rendrai toute déserte, et elle ne sera point taillée ni labourée : les ronces et les épines la couvriront; et je commanderai aux nuées de ne pleuvoir plus sur elle.

7. La vigne du Seigneur des armées est la maison d'Israël, et les hommes de Juda étaient le plant auquel il prenait ses délices. J'ai attendu, *dit le Seigneur*, qu'ils fissent des actions justes, et je ne vois qu'iniquité; et *qu'ils portassent des fruits de* justice, et je n'entends que des plaintes.

8. Malheur à vous qui joignez maison à mai-

2. Et sepivit eam, et lapides elegit ex illa, et plantavit eam electam, et ædificavit turrim in medio ejus, et torcular extruxit in ea; et expectavit ut faceret uvas, et fecit labruscas.

3. Nunc ergo, habitatores Jerusalem, et viri Juda, judicate inter me et vineam meam.

4. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei? an quod expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas?

5. Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ; auferam sepem ejus, et erit in direptionem; diruam maceriam ejus, et erit in conculcationem.

6. Et ponam eam desertam; non putabitur et non fodietur; et ascendent vepres et spinæ, et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

7. Vinea enim Domini exercituum, domus Israel est, et vir Juda, germen ejus delectabile; et expectavit ut faceret judicium, et ecce iniquitas; et justitiam, et ecce clamor.

8. Væ qui conjungitis domum ad do-

3. *Judicate inter me et vineam meam.* Le Seigneur prend pour juge entre lui et sa vigne la maison de Juda, ce qui prouve que cette prophétie regarde tout spécialement Israël. Le Prophète va annoncer les châtiments dont le Seigneur frappa les Israélites par les armes de Salmanasar. Mais les événements décrits aux versets 5 et 6 ont plus d'étendue. La maison d'Israël, coupable et rejetée, représente les Juifs incrédules et réprouvés; Juda et Jérusalem représentent le peuple chrétien, l'Eglise même de Jésus-Christ qui est seule vraiment ce plant auquel le Seigneur prend ses délices (Infr. vers. 7).

8. *Numquid habitabitis vos soli in medio terræ.* L'éloquence profane, dit Rollin, n'a rien

---

esset tergiversationi locus, nec possent Judæi inficiari se officii sui admonitos fuisse. Sic italice dicimus : *Gli è in costa chiara.* — *Patruelis.* Vocat Isaias Christum patruelem, ipse cognatum suum, eo quod ex eadem gente judaica esset nasciturus. — *In cornu. In colle*, ut vertit Pagninus; nam *Bacchus amat colles*. Chald. *In monte excelso.* — *Filio olei.* Fertili et pingui: itaque LXX vertunt, *in cornu, in loco pingui.* Frequenter Judæa celebratur in sacris Litteris, quod sit regio fluens lacte et melle.

2. *Sepivit.* Sepes fuit lex divina et divina protectio, et custodia angelorum. — *Elegit.* Exemit, lapidibus purgavit. Hoc factum cum ejecit Chananæos, et lapides ipsorum idola. Concinit David Psal. 79, 9 : *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, etc.* — *Plantavit eam electam.* Electis vitibus. Tales vites fuerunt sancti patriarchæ et prophetæ. — *Turrim.* Quam aliqui regiam dignitatem interpretantur, alii sacram Scripturam, alii doctores et pastores qui quasi in specula constituti vineam a furibus custodiunt. * Vel turris nomine intellige ipsam urbem Jerusalem munitissimam in medio Judææ sitam. — *Torcular.* Videtur significari altare quo victimarum sanguis exprimebatur. — *Labruscas.* Agrestes uvas et insuaves, quales sunt labruscarum fructus. Significatur idololatria et alia Hebræorum vitia.

3. *Viri Juda, judicate.* Non alia ratione melius causæ æquitas ostendi potest, quam si actor ipsi reo (quod hic Dominus facit) sententiam ferendi potestatem faciat.

4. *An quod expectavi.* An fortasse in hoc peccavi, quod de vinea tam diligenter culta bene speravi?

5. *In direptionem.* Hostibus populis, ac præsertim Romanis, qui eam diripient, dissipabunt, conculcabunt.

6. *Non putabitur.* Non compescet Deus, nec resecabit luxuriantem populi malitiam. — *Non fodietur.* Non suffodiet, non tanget, aut compunget peccantem populum concionatorum clamor, aut conscientiæ aculeus. — *Vepres et spinæ.* Quibus omnis generis peccata et abusus significantur. — *Nubibus mandabo ne pluant.* Pluvia est cœlestis doctrina qua vinea non rigabitur.

7. *Vinea enim.* Hæc est apodosis, explicatio et applicatio parabolæ, quasi dicat : Vinea hæc, est populus Israel. — *Vir Juda.* Regnum Juda comprehendens duas tribus, Juda scilicet et Benjamin. — *Germen ejus.* Intelligit regnum Juda, quod ab Israele pullulavit et præcisum est, nolens sequi alias decem tribus degeneres et idolorum cultrices. — *Delectabile.* In hebræo est, *deliciarum*; suas enim delicias Dominus habuisset in regno Juda, nisi etiam ipsum ad idola et vitia defecisset. — *Judicium.* Id quod justum est. — *Clamor.* Oppressorum. Vel quasi dicat : Clamant ad me injustitiæ.

8. *Væ, etc.* Jam ostendit in quo sit posita iniquitas et injustitia de qua loquitur. — *Conjungitis domum ad domum.* Vicinos per injuriam submoventes. * Cui sine fine dicitis :

> ..... *O si angulus ille*
> *Proximus accedat, qui nunc denormat agellum,*

ut ait Horatius, lib. 2, serm. Sat. 6. — *Usque ad terminum loci.* Usque ad finem campi vel urbis.

mum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci; numquid habitabitis vos soli in medio terræ?

9. In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum : Nisi domus multæ desertæ fuerint, grandes et pulchræ, absque habitatore.

10. Decem enim jugera vinearum facient lagunculam unam, et triginta modii sementis facient modios tres.

11. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis.

12. Cithara, et lyra, et tympanum, et tibia, et vinum, in conviviis vestris; et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.

13. Propterea captivus ductus est populus meus; quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit.

14. Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino; et descendent fortes ejus, et populus ejus, et sublimes, gloriosique ejus ad eum.

15. Et incurvabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimium deprimentur.

16. Et exaltabitur Dominus exerci-

son, et qui ajoutez les terres aux terres, jusqu'à ce qu'enfin le lieu vous manque! Serez-vous donc les seuls qui habiterez sur la terre?

9. J'ai appris ce que vous faites, dit le Seigneur des armées, *je vous déclare que* cette multitude de maisons *que vous possédez*, ces maisons si vastes et si embellies seront toutes désertes, sans qu'un seul homme y habite.

10. Car dix arpents de vignes rempliront à peine un petit vase de vin, et trente boisseaux de blé qu'on aura semés n'en rendront que trois.

11. Malheur à vous qui vous levez dès le matin pour vous plonger dans les excès de la table, et pour boire jusqu'à ce que le vin vous échauffe!

12. Le luth et la harpe, les flûtes et les tambours, et les vins se trouvent dans vos festins; et vous n'avez aucun égard à l'œuvre du Seigneur : et vous ne considérez point les ouvrages de ses mains.

13. C'est pour cela, *dit le Seigneur*, que mon peuple a été emmené captif, parce qu'il n'a point eu d'intelligence : *c'est pour cela* que les plus grands d'Israël sont morts de faim, et que tout le reste du peuple a séché de soif.

14. C'est pour cela que l'enfer a étendu ses entrailles, et qu'il a ouvert sa gueule jusqu'à l'infini. Et tout ce qu'il y a de puissant, d'illustre et de glorieux dans Israël, avec tout le peuple, y descendra.

15. Tous les hommes seront forcés de plier, les grands seront humiliés, et les yeux des superbes seront abaissés.

16. Et le Seigneur des armées fera connaître

qu'on puisse comparer à la vivacité du reproche que fait ici le Prophète aux riches de son temps, qui, perdant de vue la loi de Dieu, laquelle avait assigné à chaque particulier une portion de la terre promise, avec défense de l'aliéner pour toujours, engloutissaient dans leurs vastes parcs la vigne, le champ, la maison de ceux qui avaient le malheur d'être leurs voisins (*Traité des études*, liv. V, chap. 3).

11. *Potandum usque ad vesperam.* Les Juifs, comme la plupart des peuples anciens, faisaient le soir leur principal repas. Outre ce repas, on en faisait un plus léger le matin vers midi. Chardin raconte qu'en Perse, celui qui est invité à la table d'un grand se rend chez lui vers cette heure, et que le temps qui s'écoule jusqu'à celle du banquet est employé à boire et à prendre divers rafraîchissements. On sait quels excès accompagnaient souvent les repas des anciens, où l'on usait de liqueurs plus enivrantes encore que le vin (Nolhac).

13. *Captivus ductus est populus meus.* Cette prophétie se rapporte littéralement à la captivité d'Israël chez les Assyriens; et cette captivité étant le symbole de la dispersion des Juifs incrédules depuis la mort de Jésus-Christ, c'est à eux que saint Jérôme l'applique.

---

9. *In auribus meis sunt hæc.* Clamant ad me, et aures meas feriunt hæc scelera. — *Nisi domus. Nisi*, apud Hebræos, est vox juramenti execratorii, in quo subaudiendum est, non habear Deus, aut verax esse non credar. — *Domus... grandes et pulchræ.* Nimia in ædificando magnificentia damnatur, quæ fere nascitur ex superbia et ad eamdem augendam facit. Significatur etiam maxima urbis solitudo, cum scilicet ne palatia quidem, in quibus commodissime agitur, habitatores habebunt.

10. *Decem... jugera.* Jugerum est spatium illud terræ quod uno die boves arando possunt invertere. — *Lagunculam unam.* In hebræo est, *batum*, quæ parva quædam est liquidorum mensura; significatur ergo maxima vini penuria.

11. *Qui consurgitis mane.* Damnat ebrietatem, eamque intempestivam, id est, matutinam; nam, ut ait Apostolus 1, ad Thess., 5, 7 : *Qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.* — *Ut vino æstuetis.* Adeo vino ingurgitatis vos, ut æstuetis; est enim vinum facultate calidum. LXX vertunt, *vinum enim succendet*, vel *comburet vos*, scilicet flammis et incendio vaporum et spirituum, et etiam immoderatorum affectuum.

12. *Opus Domini non respicitis.* Id quod Dominus fieri præcipit, vel pauperes quos Deus fecit, et vos negligitis. Vel potius opus Domini est creatio, gubernatio et redemptio, aut etiam scelestorum punitio, quæ illis imminet. * Vel certe sensus est : quid coquat Dominus, quid moliatur, scilicet scelerum ultimum, etc.

13. *Captivus ductus est.* Ducetur. Solent enim prophetæ quæ certissime futura prævident per præteritum efferre, quod rei infallibilem eventum indicat. — *Non habuit scientiam.* Quia ex vitiis enumeratis in mentis cæcitatem incurrit. LXX habent, *quia non cognoverunt Dominum.* — *Et nobiles ejus.* Nobiles æque ac plebeii fame et siti perierunt.

14. *Infernus.* Sepulcrum, vel locus damnatorum. — *Animam suam.* Seipsum, sinum et capacitatem suam. — *Fortes ejus.* Potentes et proceres.

15. *Incurvabitur homo, et humiliabitur vir.* Omnes nobiles et ignobiles sine discrimine puniuntur et humiliabuntur, et in infernum descendent.

sa grandeur dans le jugement : le Dieu saint signalera sa sainteté en *faisant éclater* sa justice.

17. Alors les agneaux paîtront *en paix* selon leur rang; et les étrangers viendront se nourrir dans les déserts devenus fertiles.

18. Malheur à vous qui vous servez du mensonge comme de cordes pour traîner une longue suite d'iniquités, et qui tirez après vous le péché comme des traits emportent le chariot!

19. Vous qui dites *en parlant du Seigneur* : Qu'il se hâte, que ce qu'il doit faire arrive bientôt, afin que nous le voyions; que les desseins du Saint d'Israël s'avancent et s'accomplissent, afin que nous reconnaissions *s'il est véritable*.

20. Malheur à vous qui dites que le mal est bien, et que le bien est mal; qui donnez aux ténèbres le nom de lumière, et à la lumière le nom de ténèbres; qui faites passer pour doux ce qui est amer, et pour amer ce qui est doux!

21. Malheur à vous qui êtes sages à vos propres yeux, et qui êtes prudents en vous-mêmes!

22. Malheur à vous qui êtes puissants à boire du vin, et vaillants à vous enivrer;

23. Qui pour des présents justifiez l'impie, et qui ravissez au juste sa propre justice.

24. C'est pourquoi, comme la paille se consume au feu, et comme la flamme ardente la dévore;

tuum in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justitia.

17. Et pascentur agni juxta ordinem suum, et deserta in ubertatem versa advenæ comedent.

18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum.

19. Qui dicitis : Festinet, et cito veniat opus ejus, ut videamus; et appropiet, et veniat consilium sancti Israel, et sciemus illud.

20. Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum!

21. [a] Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes! [a *Prov.* 3. 7. *Rom.* 12. 16.]

22. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem!

23. Qui justificatis impium pro muneribus; et justitiam justi aufertis ab eo.

24. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exu-

18. *Væ qui trahitis iniquitatem*. D'après l'Hébreu : Malheur à vous qui attirez sur vous la peine de votre iniquité par la témérité de vos discours comme par des cordes de mensonge, et qui faites venir sur vous la peine de votre péché comme un chariot pesant que l'on tire avec des cordes... Dans le style des Hébreux, le péché se prend quelquefois pour la peine du péché (*Bible de Vence*).

22. *Ad miscendam ebrietatem*. D'après l'Hébreu littéralement : A mêler le sécar ou le vin de palmier. On ne buvait guère de ces boissons enivrantes, sans y mêler de l'eau. De là cette expression : *Mêler le sécar*.

24. *Sic radix eorum quasi favilla*. Cette comparaison est fondée sur l'habitude qu'avaient les Hébreux, comme les Egyptiens, de couper le blé très-près de l'épi et de brûler ensuite la partie de la tige qui était restée sur place. Cette paille ainsi brûlée était un engrais pour le champ.

---

17. *Et pascentur agni*. Christi Ecclesiam intelligit, et ejus alumnos novelios, qui lætis fidei, evangelii, sacramentorum, etc., pascuis inerrabunt. — *Juxta ordinem suum*. Vox hebræa verti potest, *juxta caulas suas*, ut vertit D. Hieronymus Michææ 2, 12. — *Advenæ*. Gentes quæ christianam fidem admittent.

18. *Trahitis iniquitatem*. « Trahit iniquitatem ut funiculum, » inquit S. Isidorus 2 sent., c. 23, « qui tardat converti ad Deum : trahere enim iniquitatem, est moram facere iniquitati, » unde et Psalmus : *Prolongaverunt iniquitatem sibi*. Vel sensus est : sicut boves loris assueti plaustrum assidue trahunt, sic ambitiosi, cupidi, ebriosi, etc., assidue trahunt funem et plaustrum peccatorum. Vel certe quia ducimus quæ sponte aut facile sequuntur; trahimus vero quæ obluctantur et resistunt, trahere iniquitatem erit studio et affectu occasiones peccandi conquirere, et quasi magno labore convehere : quod ad malitiam, non ad ignorantiam, aut fragilitatem pertinet. Alii per iniquitatem intelligunt pœnam iniquitatis. — *In funiculis vanitatis*. Peccatores trahunt culpam peccati, aut pœnam in funiculis vanitatis, quia propter res vanissima gravia scelera contrahunt.

19. *Festinet, et cito veniat opus ejus*. Vox Judæorum irridentium verba prophetæ, quasi dicant : Veniant quæ minaris, nihil timemus, non moramur verba tua. — *Consilium*. Quod tanta præmeditatione indiget in quo per tot annos Dominus deliberare videtur. — *Sancti Israel*. Dei cujus sanctitatem Israel colit. — *Sciemus illud*. Cupimus tandem videre quale futurum sit hoc consilium, et quid facturus sit Dominus.

20. *Qui dicitis malum bonum*. Significatur judiciorum et morum perversitas, cum scilicet homines depravati peccatis, de rebus male judicant, et quæ bona sunt mala pronuntiant, et e contra.

21. *In oculis vestris*. Vestro judicio, opinione, et consilio humano et politico, quo vos potius regitis quam lege divina.

22. *Potentes... ad bibendum*. Qui strenui potatores estis. — *Ad miscendam ebrietatem*. Hebraice est, *ad miscendam*, id est, infundendam *siceram*. Sicera est quidquid inebriandi vim habet. Græci μέθυσμα dixerunt, quasi *inebriamentum*, *aut inebriativum*.

23. *Justificatis*. Absolvitis. — *Justitiam justi*. Justis jus violatis.

24. *Lingua ignis*. Flamma ignis, quæ linguæ figuram præfert. — *Sic radix*. Sic totus Judæorum populus radicitus cum suis familiis et stirpibus internecione peribit. — *Ut pulvis ascendet*. In pulveres et cineres solutum. — *Eloquium Sancti Israel*. Legem Dei, vel Evangelium, ut exponit S. Cyrillus. — *Blasphemaverunt*. Hebr. *contempserunt*.

rit, sic radix eorum quasi favilla erit; et germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israel blasphemaverunt.

25. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, et extendit manum suam super eum, et percussit eum, et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

26. Et elevabit signum in nationibus procul, et sibilabit ad eum de finibus terræ; et ecce festinus velociter veniet.

27. Non est deficiens, neque laborans in eo; non dormitabit, neque dormiet, neque solvetur cingulum renum ejus, nec rumpetur corrigia calceamenti ejus.

28. Sagittæ ejus acutæ, et omnes arcus ejus extenti. Ungulæ equorum ejus ut silex, et rotæ ejus quasi impetus tempestatis.

29. Rugitus ejus ut leonis, rugiet ut catuli leonum : et frendet, et tenebit prædam; et amplexabitur, et non erit qui eruat.

30. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris; aspiciemus in terram, et ecce tenebræ tribulationis, et lux obtenebrata est in caligine ejus.

ainsi ils seront brûlés jusqu'à la racine, et leurs rejetons seront réduits en poudre, parce qu'ils ont foulé aux pieds la loi du Seigneur des armées, et qu'ils ont blasphémé la parole du Saint d'Israël.

25. C'est pour cela que la fureur du Seigneur s'est allumée contre son peuple, qu'il a étendu sa main sur lui, et qu'il l'a frappé; que les montagnes ont été ébranlées, et que leurs corps ont été jetés comme de l'ordure au milieu des places publiques. Et néanmoins, après tous ces maux, sa fureur n'est point encore apaisée, son bras est toujours levé.

26. *Ainsi* il élèvera son étendard pour servir de signal à un peuple très-éloigné. Il l'appellera d'un coup de sifflet des extrémités de la terre, et il accourra aussitôt avec une vitesse prodigieuse.

27. Il ne sentira ni lassitude, ni travail; il ne dormira ni ne sommeillera point : il ne quittera jamais le baudrier dont il est ceint, et un seul cordon de ses souliers ne se rompra dans sa marche.

28. Toutes ses flèches ont des pointes perçantes, et tous ses arcs sont toujours bandés. La corne du pied de ses chevaux est dure comme les cailloux, et la roue de ses chariots est rapide comme la tempête.

29. Il rugira comme un lion, il poussera des hurlements terribles comme les lionceaux; il frémira, il se jettera sur sa proie, et il l'emportera sans que personne la lui puisse ôter.

30. En ce jour-là il s'élancera sur Israël avec des cris semblables au bruissement des flots de la mer. Nous regarderons sur la terre, et nous ne verrons que ténèbres et qu'afflictions, sans qu'il paraisse aucun rayon de lumière dans une obscurité si profonde.

26. *Et elevabit signum*. Ce verset peut s'entendre des Assyriens. Saint Jérôme l'entend des Romains. — *Et sibilabit ad eum*. Allusion à la manière dont on appelle en Orient les essaims d'abeilles. Ceux qui sont chargés de la conduite des abeilles ont l'habitude de siffler pour les faire sortir de leurs ruches et les y faire rentrer. Or, les armées nombreuses et les peuples sont souvent comparés à des essaims de mouches et d'abeilles : Les Grecs accourent en foule : Ainsi s'élancent du creux d'un rocher de nombreux essaims d'abeilles (*Iliad.*, II, 87 et suivants.).

28. *Ungulæ equorum ejus ut silex*. On ne ferrait pas alors les chevaux. On considérait, par conséquent, la dureté de la corne comme une condition essentielle pour les chevaux de guerre.

---

25. *Conturbati sunt montes*. « Nos hyperbolice dictum putamus, » inquit D. Hieronymus, « quod magnitudine malorum imminentium etiam montes commoveantur, etc. » — *Morticina*. Cadavera. — *In his omnibus*. Nec tamen adhuc his omnibus Judæorum malis placatus est Dominus, sed adhuc manu ejus extenta est et elevata ad feriendum.

26. *Elevabit signum in nationibus*. Vexillum quasi dux eriget ad cogendos milites ex omnibus gentibus contra Judæos. — *Sibilabit*. Convocabit minimo signo maximaque facilitate. — *Ad eum*. Exercitum scilicet Romanorum.

27. *Non est deficiens*. Est hypotyposis, qua graphice depingit vires, celeritatem, aviditatem, fortitudinem et feritatem exercitus Romanorum contra Judæos. — *Neque solvetur cingulum*. Vestiti, calceati, armati cubabunt et somnum capient. — *Nec rumpetur corrigia*. Significatur eos bene armis et vestibus militaribus instructos.

28. *Ut silex*. Durissimæ et solidissimæ. — *Rotæ ejus*. Quadrigarum.

30. *Sonabit*. Magno sonitu et impetu irruet Romanorum exercitus. — *Et lux obtenebrata est*. Præ magnitudine vastitatis et tribulationis, etiam lux ipsa miseris et attonitis Judæis obscura ut nox esse videbitur.

CHAPITRE VI.

Mission d'Isaïe. Il voit la gloire du Seigneur qui l'envoie annoncer aux enfants d'Israël et de Juda les différentes révolutions qu'ils doivent éprouver.

1. L'année de la mort du roi Osias je vis le Seigneur assis sur un trône sublime et élevé; et le bas de ses vêtements remplissait le temple.

2. Les séraphins étaient autour du trône; ils avaient chacun six ailes, deux dont ils voilaient leur face, deux dont ils voilaient leurs pieds, et deux autres dont ils volaient.

3. Ils criaient l'un à l'autre, et ils disaient : Saint, Saint, Saint le Seigneur, le Dieu des armées : la terre est toute remplie de sa gloire.

4. Le dessus de la porte fut ébranlé par le retentissement de ce grand cri, et la maison fut remplie de fumée.

5. Alors je dis : Malheur à moi de ce que je me suis tû, parce que mes lèvres sont impures, et que j'habite au milieu d'un peuple dont les lèvres sont souillées! et j'ai vu de mes propres yeux le roi *du ciel*, le Dieu des armées.

1. In anno quo mortuus est rex Osias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et ea quæ sub ipso erant, replebant templum.

2. Seraphim stabant super illud; sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant.

3. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus [a] Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus. [a *Apoc.* 4. 8.]

4. Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, et domus repleta est fumo.

5. Et dixi : Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis meis.

CAP. VI. — 1. *Vidi Dominum.* Isaïe eut cette vision avant de publier les prophéties qui précèdent. Ces prophéties sont du règne de Joathan, le fils et le successeur d'Osias. La vision qu'il eut dans la dernière année du règne d'Osias marque le commencement de sa mission. Selon le témoignage même de saint Jean, le Seigneur qu'il vit est le Fils de Dieu (Joan., XII, 40, 41). Dans la description que fait le Prophète, on trouve des allusions au culte de l'ancienne loi. Ainsi ce trône élevé sur lequel est le Seigneur rappelle le propitiatoire qui recouvrait l'arche d'alliance placée dans le Saint des saints. Deux chérubins étaient aux deux bouts du propitiatoire et l'embrassaient de leurs ailes (Ex., XXV). Ici ce sont deux séraphins que voit le Prophète. C'est sur le propitiatoire que reposait la présence divine, tant dans le temple que dans le tabernacle, et c'est sur un trône que paraît assis le Fils de Dieu.

3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Tous les saints Pères ont vu dans cette triple glorification d'un seul Dieu, le mystère de la Trinité des Personnes divines dans l'unité de la divine essence. L'Église a reproduit ce *trisagion* dans ses offices. La présence de Dieu se rend ici sensible sous la forme d'une fumée, comme dans une foule de circonstances. En se reportant au verset 8, on voit de nouveau marquées l'unité de l'essence divine et la trinité des Personnes divines; l'unité d'essence dans l'expression *mittam* au singulier; la distinction des personnes dans l'expression *ibit nobis* au pluriel.

5. *Væ mihi, quia tacui.* Le sens le plus naturel et le plus exact de ces paroles est celui-ci : Malheur à moi, je suis perdu : *Væ mihi, quia perii.* Chez les anciens peuples de l'Orient,

---

CAP. VI. — 1. *In anno quo mortuus est rex Osias.* Nimirum quinquagesimo secundo regni ejus. — *Vidi.* Oculis mentis. — *Dominum sedentem.* Quasi regem, aut judicem, humana specie. — *Ea quæ sub ipso erant.* In Hebræo est, שוליו *scalau*, id est, fimbriæ, vel oræ vestium. Poderis et vestis regalis, sive paludamentum Dei ita longum erat, latum et sinuosum, ut fimbriæ et oræ ejus replerent templum in quo mihi videbar hæc cernere. Significant hæ fimbriæ immensam potentiam, majestatem et gloriam Dei. — *Templum.* Hebraice, היכל *hecal*, quæ vox significat eam templi partem quæ *Sanctum* dicitur; nam *Sanctum sanctorum*, appellabatur דביר *debir*, id est, *oraculum*.

2. *Seraphim.* Duo seraphim; erant enim instar cherubim propitiatorii, qui erant tantum duo. — *Stabant super illud.* Pro *super* in Hebræo est, על *hal*, quod *supra*, vel *juxta* significat. Stabant super basim solii, aut in pavimento, juxta solium. — *Duabus velabant faciem ejus.* In Hebræo est, פניו *panau*, quod cum Chaldæo, Forerio, Vatablo, et aliis verti potest, *faciem suam.* Utrumque verum est; nam velantes faciem suam velabant etiam faciem et pedes ejus, id est Dei, cujus aspectum alarum appositu sibi eripiebant. — *Duabus volabant.* Duas alas expansas habebant ad volandum parati si juberentur.

3. *Alter ad alterum.* Sese ad Dei laudes invitando et excitando. Vel alternatim canendo : Sanctus, sanctus, etc. — *Sanctus.* Ter repetitur ut sancta Trinitas in unitate essentiæ significetur. — *Plena est omnis terra gloria ejus.* Quia ubique terrarum divinæ potentiæ, sapientiæ et bonitatis apparent alte impressa vestigia.

4. *Commota sunt superliminaria cardinum.* Vehementia vocis ipsum templum visum est commoveri et concuti. Forerius vertit, *movebantur postes superliminarium*, id est, postes quibus superliminare erat impositum. — *Domus repleta est fumo.* Fumus, vel nubes, aut nebula, symbolum erat gloriæ Domini, adeoque vocantur gloria Domini. Sic Deus Mosi in Sina apparuit, et locutus est per caliginem, Exod. 20, 21 : sic et Salomoni apparuit gloria Domini, id est, nebula tegens totum templum, III. Reg. 8, 11.

5. *Væ mihi quia tacui!* Non arguens libere populum delinquentem, et potissimum Osiam regem sacerdotale munus usurpantem; ita S. Hieronymus et alii. Vel quia tacui, nec simul

6. Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus quem forcipe tulerat de altari.

7. Et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur.

8. Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixi : ecce ego, mitte me.

9. Et dixit : Vade, et dices populo huic : [a] Audite audientes, et nolite intelligere, et videte visionem, et nolite cognoscere. [a *Matth.* 13. 14. *Marc.* 4. 12. *Luc.* 8. 10. *Joan.* 12. 40. *Act.* 28. 26. *Rom.* 11. 8.]

10. Excæca cor populi hujus, et aures

6. En même temps l'un des séraphins vola vers moi, tenant en sa main un charbon de feu qu'il avait pris avec des pincettes de dessus l'autel;

7. Et m'en ayant touché la bouche, il me dit : Ce charbon a touché vos lèvres; votre iniquité sera effacée, et vous serez purifié de votre péché.

8. J'entendis ensuite le Seigneur qui dit : Qui enverrai-je? et qui ira *lui* porter mes paroles? Me voici, dis-je alors; envoyez-moi.

9. Le Seigneur me dit : Allez, et dites à ce peuple : Écoutez ce que je vous dis, et ne le comprenez pas; voyez ce que je vous fais voir, et ne le discernez point.

10. Aveuglez le cœur de ce peuple, bouchez

on ne pouvait, sans s'exposer à être puni de mort, paraître devant les rois, si l'on n'avait pas été appelé par eux. Nous en avons pour preuve ce qui arriva à Esther, quand elle se présenta devant Assuérus. Le Seigneur avait dit aussi à Moïse : Personne ne me verra sans mourir (Ex., XXXIII, 20). C'est ce qui avait fait croire aux Juifs en général, que celui qui voyait le Seigneur de ses yeux était en danger de mort. Nous allons mourir, dit Manué, le père de Samson, car nous avons vu le Seigneur (Jud., XIII, 22). Isaïe s'écrie aussi : *Perii.* Je suis perdu, d'abord, parce qu'il a vu le Roi de gloire, qu'on ne peut voir sans mourir, et ensuite parce qu'il se sent indigne d'être au milieu d'une assemblée si sainte et d'unir sa voix à celle des anges : *Pollutus labiis ego sum.*

14. Et il deviendra votre sanctification, au lieu qu'il sera une pierre d'achoppement, une pierre de scandale pour les deux maisons d'Israël; il sera un piège et un sujet de ruine à ceux qui habitent dans Jérusalem.

15. Car plusieurs d'entre eux se heurteront, ils tomberont et se briseront; ils s'engageront dans le filet et ils y seront pris.

16. Que ce que je vous déclare ici demeure secret : tenez ma loi scellée parmi mes disciples.

17. Ainsi j'attendrai le Seigneur, qui cache maintenant son visage à la maison de Jacob; et je persévérerai dans cette attente.

18. *Car* me voici, moi et mes enfants, que le Seigneur m'a donnés, pour être par *l'ordre du*

11. Hæc enim ait Dominus ad me : Sicut in manu forti erudivit me, ne irem in via populi hujus, dicens :

12. Non dicatis : Conjuratio : omnia enim quæ loquitur populus iste, conjuratio est : et timorem ejus ne timeatis, neque paveatis.

13. Dominum exercituum ipsum sanctificate : ipse pavor vester, et ipse terror vester.

14. Et erit vobis in sanctificationem. [a] In lapidem autem offensionis, et in petram scandali duabus domibus Israel ; in laqueum et in ruinam habitantibus Jerusalem. [a *Luc.* 2. 34. *Rom.* 9. 33. *I. Pet.* 2. 7.]

15. Et offendent ex eis plurimi, et cadent, et conterentur, et irretientur, et capientur.

16. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.

17. Et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Jacob, et præstolabor eum.

18. Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, et in porten-

12. *Conjuratio est.* Le Seigneur se plaint ici du défaut de foi des habitants de Juda. Ils savaient que Dieu leur avait donné pour rois les princes de la maison de David et qu'il s'était engagé à faire naître de ces princes le Messie. Il aurait voulu qu'ils s'appuyassent sur cette promesse et qu'ils missent en lui leur confiance, au lieu d'aller chercher du secours à l'étranger. Il engage son Prophète à protester sans crainte contre cette erreur.

14. *In lapidem autem offensionis.* Saint Pierre et saint Paul ont appliqué cette expression à Jésus-Christ qui devint une pierre d'achoppement pour les Juifs incrédules qui se heurtèrent contre le mystère de la croix (Rom., IX, 33; et I. Petr., II, 8).

16. *Liga testimonium.* Le P. de Carrières suppose, dans sa traduction, que le Prophète a dû tenir secrète sa prophétie, nous croyons le contraire. Il dit lui-même qu'il tient à la rendre publique et authentique (Vid. supr., vers. 1-2). Le texte porte plutôt : « Scellez ou cachetez l'écrit qui renferme ces prédictions, pour qu'au moment de leur accomplissement, on puisse se reporter exactement à ce que vous avez dit. » Chez les Orientaux, le sceau ou le cachet est le seul moyen que l'on reconnaisse pour sanctionner un engagement. La signature au bas d'un acte n'est rien; c'est le cachet qui en fait la validité. De là ces mots : *Liga testimonium, signa legem.* Il fallait lier le rouleau sur lequel on avait écrit et le cacheter.

18. *In signum et in portentum.* Les enfants d'Isaïe étaient devenus un signe ou un symbole par les noms qu'ils portaient. Ce symbole rappelait sa prophétie extraordinaire, qui était un prodige, puisqu'elle surpassait toutes les conceptions de l'esprit humain et qu'elle était en opposition avec ses prévisions.

---

11. *Sicut in manu forti.* Deus, inquit, hoc in me contulit beneficium, ut non eadem sentirem et loquerer quæ populus hic, idque suo peculiari auxilio præstitit, quasi injecta manu qua me cohibuit.

12. *Non dicatis, conjuratio.* Erudivit me Dominus, et jussit etiam aliis persuadere, ne dicerent : *Conjuratio*, hoc est, conjuremus, et conspiremus cum hoste contra regem nostrum. Vel peribimus, quia reges potentes conjurarunt contra nos. — *Omnia enim quæ loquitur.* Hic enim tunc erat omnis eorum sermo : Conjuremus contra regem, vel conjurarunt reges contra nos. — *Timorem ejus ne timeatis.* Ne commoveamini metu eorum et exercitus quem paraverunt.

13. *Sanctificate.* Colite, glorificate. — *Ipse pavor vester.* Ille tantum vobis timendus est.

14. *Erit vobis in sanctificationem.* Vos sanctificabit, scilicet eos qui se timent et colunt, nam aliis erit in lapidem offensionis. — *Lapidem... offensionis.* Nam impiis et ad idola conversis afferet offensionem, ruinam et cladem. Lapis offensionis is est ad quem quis pede offendit et impingit. — *Petram scandali.* Idem quod lapis offensionis. Fuit etiam Deus malis petra scandali, quia videntes se capi et vastari scandalizabantur dicebantque : Deus noster non ita potens est, ut illum esse dicunt prophetæ.

16. *Liga testimonium.* Hanc prophetiam liga et signa et tege, ut solent ea quæ obsignantur. Vel, licet vulgus has prophetias tuas negligat, tu tamen consigna eas, conscribe et colliga, et earum memoriam conserva. Videturque sumpta metaphora ab iis qui ne rei alicujus obliviscantur, digitum ligant. Sic italice dicimus, *se l'ha legata al dito.* *Vel sensus est, testificationem hanc obliga et signa ei impone, et da custodiendam discipulis post te, ut omnino apud posteros certum sit hæc abs te regi ac populo esse denuntiata. — *Legem.* Idem est quod testimonium dixit. — *In discipulis meis.* In gratiam discipulorum meorum, quibus resignabantur hæc oracula a Christo, qui eis aperiet sensum Scripturarum.

17. *Expectabo Dominum.* Patienter, licet videatur oblitus populi sui ; nam ejus tandem miserebitur.

18. *Ecce ego.* Ego Isaias. — *Et pueri mei.* Alii prophetæ, qui mecum divitias contemnunt et sancte vivunt. — *In signum, et in portentum.* Propter novum et prodigiosum vivendi et

tum Israel a Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

19. Et cum dixerint ad vos : Quærite a pythonibus, et a divinis, qui strident in incantationibus suis : Numquid non populus a Deo suo requiret pro vivis a mortuis?

20. Ad legem magis, et ad testimonium. Quod si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21. Et transibit per eam, corruet, et esuriet; et cum esurierit, irascetur, et maledicet regi suo, et Deo suo, et suspiciet sursum,

22. Et ad terram intuebitur, et ecce tribulatio et tenebræ, dissolutio et angustia, et caligo persequens, et non poterit avolare de angustia sua.

Seigneur des armées, qui habite sur la montagne de Sion, un prodige et un signe dans Israël.

19. Lors donc qu'ils vous diront : Consultez les magiciens et les devins qui murmurent en secret dans leurs enchantements. Répondez : Chaque peuple ne consulte-t-il pas son Dieu? et *va-t-on parler* aux morts de ce qui regarde les vivants?

20. C'est plutôt à la loi *de Dieu qu'il faut recourir*, et *c'est* au témoignage *qu'il rend de lui-même.* Que s'ils ne parlent point de cette sorte, la lumière du matin ne luira point pour eux.

21. Mais ils seront vagabonds sur la terre; ils tomberont; ils souffriront la faim : et dans cette faim ils se mettront en colère; ils maudiront leurs rois et leur Dieu; ils jetteront leurs yeux *tantôt* au ciel,

22. Et *tantôt* sur la terre, et ils ne verront partout qu'affliction, que ténèbres, qu'abattement, que serrement de cœur, et qu'une nuit sombre, qui les persécutera, sans qu'ils puissent échapper de cet abîme de maux.

CHAPITRE IX.

Premiers coups portés sur la maison d'Israël. Règne du Messie. Maux qui doivent tomber sur Israël.

1. Primo a tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephthali; et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium. [a *Matth.* 4. 15.]

1. *Dieu* a d'abord frappé légèrement la terre de Zabulon et la terre de Nephthali; et à la fin, sa main s'est appesantie sur la Galilée des nations, qui est le long de la mer *de Tibériade*, au delà du Jourdain.

21. *Et transibit per eam.* Ces maux regardent les Juifs incrédules de Juda et d'Israël et se rapportent également à ceux qui ont fermé les yeux à la lumière du Messie, et qui, abandonnés à l'endurcissement de leur cœur, souffrent depuis la venue de Jésus-Christ, la faim, non par la privation du pain matériel, mais de la parole de Dieu, et qui sont enveloppés dans la nuit sombre de leur aveuglement, maudissant Jésus-Christ qui est en même temps leur Roi et leur Dieu.

Cap. IX. — 1. *Primo tempore alleviata est terra Zabulon.* Cette prophétie eut son accomplissement sous Téglath-Phalasar, qui commença par frapper ces deux tribus qui étaient au nord du royaume d'Israël. Elles faisaient partie de la Galilée, appelée ici *Galilée des nations*, parce que ce pays frontière était habité par une foule de Syriens que les Juifs appelaient du nom de *goïm* (nations), qu'ils prenaient en mauvaise part. Ces contrées devaient être le théâtre des premiers miracles du Sauveur et de ses prédications : car Jésus était de Nazareth en Galilée, et les Juifs l'appelaient le Galiléen.

---

concionandi modum, quem sequebantur quasi dicat : Sicut ego et discipuli mei portentum videmur, ita et Christus, cujus ego sum præcursor et figura cum suis pueris, id est, apostolis, ob novitatem suæ doctrinæ, vitæ et miraculorum, superbis Judæis et philosophis videbitur esse portentum, spectaculum et ludibrium ; per illa tamen multi convertentur, et fient Christi discipuli. — *A Domino.* Dedit mihi Dominus a Domino : qui loquendi modus, ut notat Forerius, singularem Dei providentiam significat super ea re de qua sermo est. Sententia ergo est : quos mihi Dominus singulari sua providentia discipulos adjunxit. — *Qui habitat in monte Sion.* Cujus templum est in Sion.

19. *Cum dixerint ad vos.* Cum vobis qui in angustiis versamini propter metum Rasin et Phacee. — *A pythonibus.* Vide dicta 1. Reg., c. 28, n. 7. — *Strident in incantationibus suis.* Pagninus vertit, *qui garriunt*; solent enim qui arte dæmonis divinant non intellecta quædam verba obscuro sono mussitare (aliquando quippe qui furiis dæmonis aguntur) quasi phrenetici stridere et incondite clamare. — * *Numquid.* Hæc etiam sunt verba impiorum et politicorum, sensus autem est : an non æquum est ut quisque populus suum Deum consulat? — *Pro vivis a mortuis.* Id est, numquid pro vivorum salute consulet mortua idola, vel æternæ morti damnatos dæmones? * Hoc est id quod Deus vult impiis responderi.

20. *Ad legem magis.* Potius recurrendum est ad legem, quæ vos docebit quid bonum sit aut malum. — *Ad testimonium.* Ad arcam et ad propitiatorium, unde vera funduntur oracula. — *Si non dixerint juxta verbum hoc.* Si Judæi aliter responderint, quam ego hic doceo et jubeo. — *Non erit eis matutina lux.* Manebunt in tenebris, et omnia illis male cedent.

21. *Transibit per eam.* Matutina lux veritatis et felicitatis transibit per Judæam, et ab illa recedet. — *Corruet, et esuriet,* Judæa. — *Suspiciet sursum.* Sive in cœlum sursum aspiciat, sive in terram deorsum, nihil aliud videbit quam tribulationes, *etc.*, ex quibus emergere non poterit.

22. *Dissolutio.* Virium corporis et animi. — *Caligo persequens.* Tenebræ malorum inevitabiliter irruentes.

Cap. IX. — 1. *Primo tempore alleviata est terra Zabulon.* Primum leviter spoliata, levi plaga afflicta est Samariæ pars, tribus scilicet Zabulon et Nephthali (utpote extimæ per quas Assyriis transeundum erat ad alias tribus), quæ per Theglath-Phalasar regem Assyriorum ex-

2. Ce peuple, qui marchait dans les ténèbres, a vu une grande lumière, et le jour s'est levé pour ceux qui marchaient dans l'ombre de la mort.

3. *Car*, *Seigneur*, vous avez multiplié ce peuple, mais vous n'avez point augmenté sa joie. Ils se réjouiront néanmoins lorsque vous serez venu *les délivrer*, comme on se réjouit pendant la moisson, et comme se réjouissent les victorieux lorsqu'ils ont pillé leurs ennemis, et qu'ils partagent le butin.

4. Car vous avez brisé le joug qui accablait votre peuple; *vous avez brisé* la verge qui lui déchirait les épaules, et le sceptre de celui qui l'opprimait tyranniquement, comme vous fîtes à la journée de Madian.

5. Car toutes les dépouilles remportées avec violence et dans le tumulte, et les vêtements souillés de sang, seront mis au feu, et deviendront la pâture de la flamme.

2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

3. Multiplicasti gentem, et non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia.

4. Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, *a* sicut in die Madian. [*a* *Jud.* 7. 22.]

5. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, et vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, et cibus ignis.

2. *Vidit lucem magnam.* Ce fut après la défaite de Sennachérib que, sous le règne d'Ezéchias, le peuple vit, après une horrible tempête, luire un jour nouveau. Mais tous les interprètes chrétiens conviennent que ceci regarde principalement le temps de Jésus-Christ. Saint Matthieu nous en montre l'accomplissement dans la personne de Jésus-Christ, qui porta dans ces contrées la lumière de l'Evangile et commença là sa prédication (Matth., IV, 13 et seq.). Le Fils de Dieu venait alors délivrer les hommes de l'empire des démons, comme il avait autrefois délivré les enfants de Juda de la main de Sennachérib, dont la défaite est annoncée dans les versets suivants.

4. *Sicut in die Madian.* Dans la défaite des Madianites par Gédéon, ces infidèles s'entretuèrent et furent victimes de leur fureur plutôt que du glaive des Israélites. De même, dans l'armée de Sennachérib, détruite par l'Ange exterminateur, il y eut un effroi universel qui fit que les Assyriens s'entr'égorgèrent. De là ce rapprochement qui paraît tout d'abord extraordinaire.

---

pugnatæ sunt. Verbum קלל *qualal*, significat alleviari, vel pondere, vel divitiis et existimatione. Hoc accidit tribubus illis ex quibus actæ sunt prædæ. — *Novissimo.* Posterius. — *Aggravata est.* Graviori clade affecta et vastata a Salmanasar reliqua Samariæ pars, maxime Galilæa, quæ gentium dicitur. Sublimiori et potiori sensu Christum jam natum intelligit, qui prædatoris coloris munus primum in terra Zabulon et Nephthalim exercuit, ubi prædicare cœpit; deinde gravius prædatus est Galilæam gentium, assidue in ea versans, prædicans, patrans miracula, pluresque convertens. — *Via maris.* *Via maris*, inquit Adrichomius in descriptione tribus Nephthali, *cujus in prophetia Isaiæ, libro Tobiæ, cap.* 1, *et Evangelio Matthæi, cap.* 4, *fit mentio, indeque nomen habet, quod e Syria in occidentem ad mare Magnum, seu Mediterraneum ducat, publica quædam via est, quæ initium in Syria sumens, per montana Thraconitidis regionis, et civitates Cedar et Corozaim atque Jordanem fluvium, tandemque urbem Capharnaum transit, illincque per littus maris Galilææ procedens, juxta civitates Bethsaidam, Nephthalim, Sepheth, et Naason præterit, et per Galilæam gentium, ac vallem Asar, quæ nunc S. Georgii appellatur, Ptolemaidem decurrens, merces suas in universum occidentem distrahendas ad mare Magnum exonerat.* — *Trans Jordanem.* Hæc Galilæa dicitur trans Jordanem respectu Syriæ. — *Galilææ gentium.* Sic dicebatur ea Galilææ pars quæ vicina erat gentibus, Tyriis nimirum et Sidoniis.

2. *Populus.* Galilææ, Zabulon et Nephthali. — *In tenebris.* Infidelitatis, id est, Judaismi misti cum gentilismo. — *Lucem magnam.* Evangelicam veritatem et Christum ipsum, qui est lux vera quæ illuminat omnem hominem. — *In regione umbræ mortis.* In densissima caligine ignorantiæ et peccatorum. — *Lux orta est eis.* Christi fides, gratia et claritas effulsit.

3. *Multiplicasti gentem.* Id est, tu, ô Christo, per te et apostolos tuos ex Judæis et gentibus multos convertes. Vox hebræa הרבית *hirbitha*, significare etiam potest *magnificasti, auxisti*, quasi dicat: Multiplicasti et auxisti tuis donis et beneficiis gentem, sed non auxisti lætitiam. — *Lætitiam.* Gaudium ex fructu prædicationis, quasi dicat: Non tam magnus erit fructus concionum Christi et apostolorum, atque eos tanta merebatur. — *Lætabuntur.* Nihilominus qui ad Christum conversi fuerint videntes tantam lucem, gratiam et salutem mundo datam, lætabuntur. — *Sicut qui lætantur in messe.* Ut lætantur agricolæ cum copiosam messem colligunt.

4. *Jugum... oneris ejus.* Jugum servitutis, quo Galilæa gentium premebatur a diabolo et a peccato. — *Virgam humeri.* Virgam et flagellum dorso ejusdem incumbens, et eum affligens et crucians. — *Sceptrum exactoris.* Imperium dæmonis tributa peccatorum a suis exigentis. — *Superasti.* O Christe. — *Sicut in die Madian.* Gloriosam de hostibus victoriam reportando, ut quondam Gedeon de Madianitis., Jud., 7, 22.

5. *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu.* Sicut Gedeonis violenta prædatio facta est cum tumultu castrorum Madian, ut in ejusmodi rebus fieri solet; ita Christi prædatio violenta tumultum movit, tum in tartaro, tum in castris mundi et dæmonis. — *Et vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem.* Sicut vestes sanguine cruentatæ et gladiis perforatæ usui amplius non sunt, sed traduntur igni; ita acies dæmonis profligatæ, et confossæ, et suo quodammodo sanguine cruentatæ; pabulum erunt ignis.

6. PARVULUS enim NATUS est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.

7. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis; super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in judicio, et justitia, a modo et usque in sempiternum; zelus Domini exercituum faciet hoc.

8. Verbum misit Dominus in Jacob, et cecidit in Israel.

9. Et sciet omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam, in superbia et magnitudine cordis dicentes:

10. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderunt sed cedros immutabimus.

11. *a* Et elevabit Dominus hostes Rasin super eum, et inimicos ejus in tumultum vertet; [*a* *IV. Reg.* 16. 9.]

6. CAR UN PETIT ENFANT NOUS EST NÉ, et un fils nous a été donné. Il portera sur son épaule *la marque de* sa principauté, et il sera appelé l'Admirable, le Conseiller, Dieu, le Fort, le Père du siècle futur, le Prince de la paix.

7. Son empire s'étendra de plus en plus; et la paix *qu'il établira* n'aura point de fin. Il s'assiéra sur le trône de David, et il possédera son royaume, pour l'affermir et le fortifier dans l'équité et dans la justice, depuis ce temps jusqu'à jamais. Le zèle du Seigneur des armées fera ce que je dis.

8. Le Seigneur a envoyé sa parole à Jacob, et elle a été vérifiée dans *les maux qu'il a fait souffrir à Israël.*

9. Et tout le peuple *d'Israël* le saura; Ephraïm, et les habitants de Samarie qui disent dans l'orgueil *de leurs pensées*, et dans l'élèvement de leur cœur:

10. *Les maisons de* briques sont tombées, mais nous en bâtirons de pierres de taille: ils ont coupé des sycomores, mais nous remettrons des cèdres en leur place.

11. Le Seigneur suscitera contre Israël les ennemis de Rasin, et il fera venir en foule tous ses ennemis;

6. *Parvulus enim natus est.* Tout en voyant la délivrance de Juda, le Prophète aperçoit une délivrance beaucoup plus grande, dont la première était la figure. Il voit la délivrance générale de l'humanité, et il revient à la naissance du Messie dont il décrit les caractères en termes si propres, qu'il n'est pas possible de les appliquer à un autre. Car quel est le fils d'Isaïe ou d'Ezéchias dont on pourrait dire qu'il est l'Admirable, le Conseiller, Dieu puissant, Père de l'éternité, Prince de la paix, que son empire s'étendra de plus en plus depuis ce temps jusqu'à jamais, et la paix qu'il établira n'aura point de fin?

11. *Hostes Rasin.* Ces ennemis sont les Assyriens qui frappèrent Israël une première fois sous Téglath-Phalasar, une seconde sous Salmanasar, et qui portèrent le dernier coup à Samarie sous Asar-Haddon, qui envoya dans ce pays des colonies étrangères.

---

6. *Parvulus enim natus est nobis.* Qui tam insignis victoriæ auctor est. — *Filius.* Dei et Virginis. — *Principatus super humerum ejus.* Dicitur principatus esse in humero, quia magistratus, vel pro iis, satellites humeris gestant virgas, vel fasces, quasi signa regiminis et imperii, et quia ipsi quasi humeris rempublicam fulcire videntur. Christus etiam crucem, sui principatus insigne, humeris gestavit. — *Admirabilis.* Sunt enim in Christo reconditi et inæstimabiles rerum mirabilium thesauri. — *Consiliarius.* Quia consilium redemptionis humanæ prudentissime et fidelissime peregit, et sanctissima consilia et documenta hominibus tradidit ad salutem pertinentia. — *Deus.* In hebræo est, אל *el*, quæ vox Deum significat, quia robustus, fortis et invictus est. — *Fortis.* Hebraice est, גבור *gibbor*, id est, potens, vir validus quasi gigas, et, ut Vatablus vertit, *heros fortis*. — *Pater futuri sæculi.* *Pater æternitatis*, ut vertit Vatablus; Adam enim genuit nos tempori, Christus æternitati; Adam morti, Christus resurrectionis; Adam terræ, Christus cœlo. — *Princeps pacis.* Quia pacem inter Deum et homines constituit, et internam animi pacem et tranquillitatem largitur.

7. *Multiplicabitur ejus imperium.* Nam *dominabitur a mari usque ad mare; et adorabunt eum omnes reges terræ.* Psalm., 71, 8 et 11. — *Pacis non erit finis.* Quamdiu enim stabit regnum Christi, tamdiu stabilis erit pax illa quam Deus suis testamento reliquit, et quam mundus ignorat. — *Super solium David.* Regnum Christi dicitur sedes, vel solium David, quia regnum ejus spirituale adumbratum fuit regno temporali Davidis, et quia Davidis sub typo regni sui promissum fuit hoc regnum Messiæ, tanquam filii sui. — *Super regnum ejus sedebit.* In regno ejus regnabit. — *In judicio et justitia.* Justo judicio. — *Zelus Domini.* Est epiphonema, quasi dicat: Amor Domini zelotypus, quo nos amat et amari cupit, hoc faciet.

8. *Verbum.* A parvulo Emmanuele redit ad sua tempora, hoc est, ad excidium Samariæ. Sententia versiculi est: sicut Deus Jacobo, sive Israeli, hoc est, decem tribubus et Samariæ verbo prædixit et comminatus est, ita reipsa cecidit, id est, accidit.

9. *Et sciet omnis populus.* Quam imprudenter et temere dixerit quæ sequuntur versiculo 10. — *In superbia.* Præ superbia, superbe.

10. *Lateres ceciderunt.* Quasi dicerent: Destruxerunt civitatem nostram lateritiam; non curamus, nam ædificabimus marmoream. — *Sycomoros.* De sycomoro vide dicta III. Reg., 10, 27. Hujus hemistichii sententia eadem est cum superiori, sed alio, proverbio explicata. — *Cedros immutabimus.* Substituemus.

11. *Elevabit Dominus hostes Rasin.* Deus hostes Rasin regis Syriæ, puta Assyrios, superiores et victores faciet. — *Super eum.* Primo contra Rasin, hunc enim proprie respicit vox *eum*; mox deinde contra Ephraim et Israel. — *In tumultum vertet.* Vel, ut significat vox hebraica, *condensabit*, vel *conglomerabit*, ut scilicet conglomerati, ipsum adoriantur cum tumultu.

12. Les Syriens du côté d'orient, et les Philistins du côté d'occident, et ils s'acharneront avec toute leur rage sur Israël pour le dévorer; *et* après tous ces maux, sa fureur n'est point encore apaisée, et son bras est toujours levé.

13. Ce peuple n'est point retourné vers celui qui le frappait, et ils n'ont point recherché le Dieu des armées.

14. *Aussi* le Seigneur retranchera dans un même jour la tête et la queue *de ce peuple*, la branche forte et le tronc.

15. Le vieillard et les personnes vénérables en sont la tête, et le prophète qui enseigne le mensonge en est la queue.

16. Alors ceux qui appellent ce peuple heureux se trouveront être des séducteurs; et ceux qu'on flatte de ce bonheur se trouveront avoir été conduits dans le précipice.

17. C'est pour cela que le Seigneur ne mettra point sa joie dans les jeunes gens d'Israël; il n'aura point de compassion des orphelins et des veuves, parce qu'ils sont tous des hypocrites et des méchants, et que leur bouche ne s'ouvre que pour dire des folies : après tous ces maux sa fureur n'est point apaisée, et son bras est toujours levé.

18. L'impiété s'est allumée comme un feu dans *Jacob*; elle y dévorera les ronces et les épines, elle s'embrasera *comme* dans l'épaisseur d'une forêt, et elle poussera en haut des tourbillons de fumée.

19. Toute la terre sera dans l'effroi par la colère du Dieu des armées; le peuple deviendra comme la pâture du feu; le frère n'épargnera point le frère.

12. Syriam ab oriente, et Philisthiim ab occidente : et devorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta :

13. Et populus non est reversus ad percutientem se, et Dominum exercituum non inquisierunt.

14. Et disperdet Dominus ab Israel caput et caudam, incurvantem et refrænantem die una.

15. Longævus et honorabilis, ipse est caput; et propheta docens mendacium ipse est cauda.

16. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes : et qui beatificantur, præcipitati :

17. Propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus : et pupillorum ejus, et viduarum non miserebitur : quia omnis hypocrita est et nequam, et universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

18. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit : et succendetur in densitate saltus, et convolvetur superbia fumi.

19. In ira Domini exercituum conturbata est terra, et erit populus quasi esca ignis; vir fratri suo non parcet.

---

12. *Syriam ab oriente.* Adjacet enim Syria terræ sanctæ ab oriente, ut Philisthæi ab occidente; * quippe Judææ genti semper infensi et infesti, omnes illi nocendi occasiones arripiebant, et alioqui verum est illud,

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.
Quercu eversa omnes accurrunt ad lignandum.

Toto ore. Avide, ut feræ faciunt, cum fame urgentur. — *Non est aversus furor ejus.* Quia per hanc Assyriorum vastationem Israelitæ non resipuerunt, nec idololatriam deseruerunt. — *Extenta.* Ad feriendum.

14. *Caput et caudam, incurvantem et refrænantem.* Quod dicitur, *incurvantem et refrænantem*, in hebræo est, *ramum curvum et juncum*. Caput, ramus et incurvans, vocatur senex, senator, rector : cauda vero, juncus et refrænans, vocatur pseudopropheta : ut patet ex sequentibus. Senex ergo et senator vocatur caput, quia honorabilis est præ cæteris, quos consilio vel imperio regit, ut caput regit cætera membra. Idem vocatur incurvans, vel quia dorsum ipsum et totum corpus curvatur in senibus, vel qui alios exemplo, consilio et legibus dirigit, aut curvat, ut ratio postulat. Vocatur ramus, quia in republica validus est, instar roborei rami. Porro pseudopropheta vocatur cauda, quia vilissimus, vel quia adulator est, ut canes cauda blandiuntur, vel pestifer, et similis caudæ scorpionis. Dicitur refrænans, quia suis falsis oraculis et dogmatibus frænat et flectit populum. Dicitur etiam juncus, quia ejus frænum est junceum, fragile, futile et inane, et quia ejus doctrina non est solida, fortis et robusta, sed facile cedens, mollis etiam et carni jucunda.

16. *Qui beatificant populum istum.* Pseudoprophetas intelligit, læta prædicantes populo. — *Præcipitati.* In mortem, captivitatem, exitium.

17. *Propter hoc.* Propter pseudoprophetarum mendacia et vanitates populi, qui seduci se patitur, nec se abducit a peccatis. — *Super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus.* Non erit eis propitius et benevolus, sed ne illi quidem teneriori ætati parcet. — *Et pupillorum.* Ne horum quidem miserebitur, quos alioqui solet peculiari studio protegere, quia hypocritæ sunt et scelesti. — *Stultitiam.* Chaldæus, *mendacium.* LXX, *injusta.* — *In omnibus his.* Repetitur hoc ex 12 versiculo superiore.

18. *Succensa est... quasi ignis impietas.* Impietas, quasi incendium, late populatur regionem. — *Veprem et spinam vorabit.* Ipsa impietas plebem perdet. — *Et succendetur in densitate saltus.* Et ipsos etiam proceres et potentes, qui similes sunt excelsis arboribus, flamma hæc et peccatorum pœna corripiet. — *Convolvetur superbia fumi.* In hebræo est, *elevabunt se secundum elevationem fumi;* eorum superbia instar fumi dissipabitur et evanescet. Vel vepres et saltus simul altissimo igne et fumo involventur.

19. *Conturbata est terra.* LXX, *combusta est terra*, et propter incendium calamitatum immissarum conturbata. — *Vir fratri suo non parcet.* Tanta erit Israelitarum tum rabies et crudelitas, tum fames.

20. Et declinabit ad dexteram, et esuriet : et comedet ad sinistram, et non saturabitur; unusquisque carnem brachii sui vorabit; Manasses Ephraim, et Ephraim Manassen, simul ipsi contra Judam.

21. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

20. Il ira à droite et la faim le tourmentera; il ira à gauche, et ce qu'il aura mangé ne le rassasiera point. Chacun dévorera la chair de son bras. Manassé *dévorera* Ephraïm, et Ephraïm Manassé, et l'un et l'autre se soulèveront contre Juda.

21. Après tous ces maux, sa fureur n'est point apaisée, et son bras est toujours levé.

CHAPITRE X.

Suite des menaces contre Israël. Prophétie contre les Assyriens.

1. Væ qui condunt leges iniquas; et scribentes, injustitiam scripserunt :

2. Ut opprimerent in judicio pauperes, et vim facerent causæ humilium populi mei; ut essent viduæ præda eorum et pupillos diriperent.

3. Quid facietis in die visitationis, et calamitatis de longe venientis? ad cujus confugietis auxilium? et ubi derelinquetis gloriam vestram?

4. Ne incurvemini sub vinculo, et cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

5. Væ Assur, virga furoris mei et baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.

1. Malheur à ceux qui établissent des lois d'iniquité, et qui font des ordonnances injustes,

2. Pour opprimer les pauvres dans le jugement, pour accabler l'innocence des plus faibles de mon peuple par la violence, pour dévorer la veuve comme leur proie, et pour mettre au pillage le bien des pupilles!

3. Que ferez-vous, *juges iniques*, au jour que Dieu vous visitera, au jour de l'affliction qui viendra de loin *fondre sur vous?* A qui aurez-vous recours? et où laisserez-vous votre gloire?

4. Pour n'être point accablés sous le poids des chaînes, pour ne tomber pas sous un monceau de corps morts? après tous ces maux sa fureur n'est point encore apaisée, et son bras est toujours levé.

5. Malheur à Assur. C'est lui qui est la verge et le bâton de ma fureur; j'ai rendu sa main l'instrument de ma colère.

21. *In omnibus his non est aversus.* Il est à remarquer que ce refrain revient à trois fois, et semble marquer les trois souverains qui attaquèrent successivement Israël, Théglath-Phalasar, Salmanasar et Asar-Haddon. L'expédition de Salmanasar ayant duré trois ans, l'auteur de la *Bible de Vence* suppose que ces trois années sont indirectement marquées par cette triple répétition qu'on lit (versets 12, 17, 21). Car comme après l'expédition de Théglath-Phalasar, le bras du Seigneur demeura levé (v. 12) pour frapper de nouveau au temps de Salmanasar; de même, après les maux de la première année de l'expédition de Salmanasar, le bras du Seigneur demeura levé (v. 17) pour frapper en la seconde année, et après la seconde année il demeura encore levé (v. 21) pour frapper en la troisième, qui fut celle où Samarie fut prise, et les Israélites emmenés captifs (Cf. chap. suiv., vers. 4).

CAP. X. — 1. *Væ qui condunt leges.* Dans Isaïe, la division en chapitres n'a pas été toujours très-bien faite. C'est ce que reconnaissent tous les commentateurs. Ainsi le commencement de ce chapitre est la suite du précédent, comme le prouve le retour du refrain qui reparaît à la fin du verset 4.

5. *Væ Assur!* Ici commence une prophétie particulière contre Assur. Après avoir annoncé que le Seigneur se servira des Assyriens pour punir les dix tribus, renverser leur royaume et châtier Juda, le Prophète prédit la ruine de l'armée de Sennachérib sous les murs de Jérusalem. Il décrit avec précision cet événement dont il devait être le témoin, et il le racontera dans les chapitres XXXV et XXXVII, pour montrer que tout est arrivé comme il l'avait prédit, et justifier aux yeux de ses contemporains la divinité de sa mission.

---

20. *Et declinabit.* Sicut fera famelica sævit inter armenta, et modo a dextris, modo a sinistris pecus jugulat; ita et ipsi inter fratres et proximos grassabuntur. — *Carnem brachii sui.* Filios, fratres, propinquos, eorum bona, aut vitam etiam eripiendo. — *Manasses Ephraim.* Una tribus aliam. — *Simul ipsi contra Judam.* Qui prius odiis inter se dissidebant, jam contra Judam conspirabunt.

21. *In omnibus his.* Vide supra n. 12.

CAP. X. — 1. *Et scribentes.* Et qui scribentes leges, eas injustas scripserunt. Vertere etiam possis : *Et scribis, qui injusta scribunt.* Scribas intelligit jurisperitos, assessores magistratuum, quorum erat officium judices ab officio declinantes monere.

3. *Visitationis.* Punitionis, cum Deus gladium ultionis in vos distringet. — *De longe.* Ex Assyria. — *Ubi derelinquetis gloriam vestram?* Quibus dabitis vestras divitias, ut exitium evadere possitis? * Vel quid hæc vobis tunc proderunt?

4. *Ne incurvemini sub vinculo.* Ne captivi abducamini. * Bene verti potest : « Nisi quis se » incurvaverit inter vinctos aut inter occisos, se abjecerit, » scilicet non evadet. — *Et cum interfectis cadatis.* Ne occidamini. — *Super omnibus his.* Repetitur hæc sententia, quasi versus intercalaris, ut non semel capite superiore.

5. *Væ Assur!* Minatur Assyriis, quia licet flagellum Dei futuri essent, tamen castigationem Judæorum, quam Deus juste intendebat, ipsi tyrannice executi sunt et limites ultionis transgressi. — *Virga furoris.* Deus malis utitur ad plectendos alios malos, tanquam virga aut baculo. — *In manu eorum indignatio mea.* Assyrii sunt ministri indignationis meæ.

6. Je l'enverrai à une nation perfide, et je lui commanderai d'aller contre un peuple que je regarde dans ma fureur, afin qu'il en remporte les dépouilles, qu'il le mette au pillage, et qu'il le foule aux pieds comme la boue qui est dans les rues.

7. Mais Assur n'aura pas ce sentiment. Il ne sera pas dans cette pensée; et son cœur *superbe* ne respirera que les ravages et la destruction de beaucoup de peuples.

8. Car il dira :

9. Les princes qui me servent ne sont-ils pas autant de rois? Calano comme Charcamis, Emath comme Arphad, Samarie comme Damas?

10. Comme mon bras a détruit les royaumes qui adorent les idoles, ainsi *j'emporterai* les statues qu'on adore dans Jérusalem et dans Samarie.

11. Qui m'empêchera de traiter Jérusalem avec les dieux qu'elle révère, comme j'ai traité Samarie avec ses idoles?

12. Mais lorsque le Seigneur aura accompli toutes ses œuvres sur la montagne de Sion et dans Jérusalem, je visiterai, *dit le Seigneur*, cette fierté du cœur insolent du roi d'Assur, et cette gloire de ses yeux altiers.

13. Car il a dit en lui-même : C'est par la force de mon bras que j'ai fait *ces grandes choses*, et

6. Ad gentem fallacem mittam eum et contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, et diripiat prædam, et ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur et cor ejus non ita existimabit; sed ad conterendum erit cor ejus, et ad internecionem gentium non paucarum.

8. Dicet enim :

9. Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non ut Charcamis, sic Calano; et ut Arphad, sic Emath? numquid non ut Damascus, sic Samaria?

10. Quomodo invenit manus mea regna idoli, sic et simulacra eorum de Jerusalem, et de Samaria.

11. Numquid non sicut feci Samariæ, et idolis ejus, sic faciam Jerusalem, et simulacris ejus?

12. Et erit : cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis a Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus. [a *IV. Reg.* 19. 35. *Infr.* 37. 36.]

13. Dixit enim : In fortitudine manus meæ feci, et in sapientia mea intellexi;

7. *Ipse autem non sic arbitrabitur.* Le roi d'Assyrie ne se considérera pas comme l'instrument des volontés du Très-Haut. Il croira, au contraire, que c'est à la force de ses armées, au génie de ses généraux ou au sien qu'il faut attribuer ces succès. On peut voir ces sentiments d'orgueil dans la lettre que Rabsacès écrivit à Ezéchias sous les murs de Jérusalem.

9. *Ut Charcamis sic Calano.* Charcamis était située sur l'Euphrate, au-dessus de Babylone, dans la Mésopotamie (II. Par. XXXV, 20). Calano était dans l'ancien pays de Sennaar, et paraît être la même que Chalanot (Gen., X, 10). Arphad était située au nord de la Terre sainte. Ménochius la place à peu de distance de Damas. Le roi d'Assyrie se glorifie ici des conquêtes de ses prédécesseurs, qu'il regarde comme des possessions aussi assurées que celles qu'il tient de ses ancêtres. Téglath-Phalasar prit Damas, et Salmanasar prit Samarie. Le royaume des dix tribus n'était pas encore renversé lorsque Isaïe fit cette prédiction. Mais le Prophète voit Samarie prise et il en parle comme d'un fait accompli.

10. *Simulacra eorum de Jerusalem.* Les Assyriens regardaient sans doute l'arche d'alliance, les chérubins et tous les objets qui servaient au culte extérieur dans le temple de Jérusalem comme des idoles; c'est pourquoi le Prophète leur fait tenir ce langage.

---

6. *Gentem fallacem.* Judæos, qui fidem Deo datam sæpe fefellerunt. — *Populum furoris mei.* Eosdem Judæos, quibus furor meus irascitur.

7. *Ipse autem non sic arbitrabitur.* Nimirum Assyrius Sennacherib, qui non existimabit se tantum adhibitum ut sit virga Dei ad castigandum Judæos aliasque gentes, sed volet eas omnino delere, putabitque suis viribus, se auctore, non autem a Deo fieri.

9. *Numquid non principes mei simul reges sunt?* Nonne proceres, qui in palatio meo degunt, simul reges sunt, ita ut merito rex regum dici possim? — *Numquid non ut Charcamis, sic Calano?* Nonne sicut feci Charcamis, ita etiam feci Calano, utrisque expugnatis? Charcamis, ut docet S. Hieronymus, est Syriæ urbs, sita ad ripam Euphratis. LXX tamen pro Charcamis vertunt : *Regiones quæ sunt supra Babylonem.* — *Calano.* Urbs est prope Babylonem, postea dicta Ctesiphon, fuitque regia Parthorum, teste Plinio, lib. 6, c. 26. — *Et ut Arphad, sic Emath?* Id est, subjeci meæ ditioni. Arphad urbs est non longe a Damasco, de qua *Jer.*, 49, 23. Emath est duplex, major et minor : major postea dicta est Antiochia, minor postea appellata est Epiphania, de qua Amos, 6, 15. — *Ut Damascus, sic Samaria?* Id est, mihi resistere non potuit.

10. *Invenit manus mea.* Manus et potentia mea expugnavit. — *Regna idoli.* Ut occupavi regna gentium idola colentium, nec eas regiones juverunt dii eorum tutelares; sic eorum simulacra evertam in Jerusalem et Samaria. * Vel regna idoli dicit illa quæ numinum aliquem deum colebant, cum solo Assyriorum deo non comparandum. — * *Sic et simulacra.* Verti bene potest, *quorum simulacra præ* (diis) *Jerusalem et Samariæ.*

12. *Et erit.* Loquitur propheta in persona sua. — *Impleverit Dominus cuncta opera sua.* Cum usus fuerit virga Assur ad flagellandum Judæos. Vide IV. Reg., 18, 14. — *Visitabo.* Requiram, examinabo et puniam. — *Fructum magnifici cordis.* Cogitationes et opera superbissimi cordis Sennacherib; hæc enim sunt fructus cordis, sicut arboris et radicis sunt fructus, folia et poma. — *Et super gloriam. Gloria altitudinis oculorum*, est elatum supercilium et superbia.

13. *Dixit enim.* Sennacherib. — *In fortitudine.* Si quid fortiter aut sapienter factum est, id meæ fortitudini et sapientiæ debetur. — *Abstuli.* Transtuli, late imperio propagato. — *Quasi potens.* Quippe potens.

et abstuli terminos populorum, et principes eorum deprædatus sum, et detraxi quasi potens in sublimi residentes.

14. Et invenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum; et sicut colliguntur ova, quæ derelicta sunt, sic universam terram ego congregavi; et non fuit qui moveret pennam, et aperiret os, et ganniret.

15. Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur: quomodo si elevetur virga contra elevantem se, et exaltetur baculus qui utique lignum est.

16. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus ejus tenuitatem; et subtus gloriam ejus succensa ardebit quasi combustio ignis.

17. Et erit lumen Israel in igne, et Sanctus ejus in flamma; et succendetur, et devorabitur spina ejus, et vepres in die una.

18. Et gloria saltus ejus, et carmeli ejus, ab anima usque ad carnem consumetur, et erit terrore profugus.

19. Et reliquiæ ligni saltus ejus præ paucitate numerabuntur, et puer scribet eos.

20. Et erit in die illa : non adjiciet residuum Israel, et hi qui fugerint de domo Jacob, inniti super eo, qui percutit eos : sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.

21. Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem.

c'est ma propre sagesse qui m'a éclairé. J'ai enlevé les bornes des peuples; j'ai pillé les trésors des princes, et comme un conquérant, j'ai arraché les rois de leurs trônes.

14. Les peuples les plus redoutables ont été pour moi comme un nid de petits oiseaux qui s'est trouvé sous ma main. J'ai réuni sous ma puissance tous les peuples de la terre, comme on ramasse quelques œufs abandonnés, et il ne s'est trouvé personne qui osât seulement remuer l'aile, ou ouvrir la bouche, ou faire le moindre son *pour demander du secours!*

15. La cognée se glorifie-t-elle contre celui qui s'en sert? la scie se soulève-t-elle contre la main qui l'emploie? C'est comme si la verge s'élevait contre la main qui la lève, et si le bâton se glorifiait *de ce qu'on fait par lui*, quoique ce ne soit que du bois.

16. C'est pour cela que le Dominateur, le Seigneur des armées, fera sécher de maigreur les forts d'Assyrie; et sous sa victoire il se formera un feu qui les consumera.

17. La lumière d'Israël sera le feu, et le Saint d'Israël sera la flamme qui embrasera et dévorera en un même jour les épines et les ronces d'Assur.

18. La gloire de ses forêts et de ses champs délicieux sera consumée; tout périra depuis l'âme jusqu'au corps; il prendra lui-même la fuite dans la frayeur dont il sera saisi.

19. Et il restera si peu de grands arbres de la forêt, qu'on les compterait sans peine, et qu'un enfant en ferait le dénombrement.

20. En ce temps-là ceux qui seront restés d'Israël, et ceux de la maison de Jacob qui seront sauvés ne s'appuieront plus sur celui qui les frappait. Mais ils s'appuieront sincèrement sur le Seigneur, *sur* le Saint d'Israël.

21. Les restes de ce peuple se convertiront; les restes, dis-je, de Jacob se convertiront au Dieu fort.

15. *Numquid gloriabitur.* Voilà le langage d'Assur. Y a-t-il rien de plus insensé! L'orgueil qui l'inspire n'est-il pas souverainement déraisonnable? Car la cognée se glorifie-t-elle, etc.

21. *Reliquiæ convertentur.* Au temps d'Ezéchias, une foule de Juifs se défiant des pro-

---

14. *Quasi nidum.* Tam facile et cito regna fortissima subegi, quam ova et pullos in nido colligit rusticus. — *Congregavi.* Sub imperium meum, vel prædam ex omnibus regnis collegi. — *Ganniret.* Obstreperet, aut obsisteret. Gannire proprie est vulpium; dicitur tamen etiam de canibus, cum ululatu doloris aut gaudii signa edunt. Inde transfertur ad aves, ut idem sit gannire, quod garrire aut vocem edere.

15. *Numquid gloriabitur.* Non tuis viribus, Sennacherib, hæc peracta sunt; ego te ut instrumento usus sum. — *Qui utique lignum est.* Nec de se moveri potest.

16. *In pinguibus ejus tenuitatem.* Pingues validosque milites, macros, debiles et imbecilles reddens. * Pinguia et prospera ejus omnia extenuabit. — *Succensa.* Verba sic sunt ordinanda, *quasi combustio succensa*; quasi dicat : Consumam veluti igne subjecto gloriam ejus, id est, potentiam, sive exercitum, quo gloriatur.

17. *Lumen Israel.* Vel Deum vindicem intelligis, vel angelum exterminatorem, qui Assyriorum 185 millia percussit. — *Spina ejus, et vepres.* Milites Assyriorum, tam majores quam minores, ab angelo occidentur.

18. *Et gloria saltus ejus, et Carmeli.* Duces et principes exercitus saltum vocat, quia exercitus armatus et hastatus silvam refert. Carmelus autem ob ornatum vestium et commeatus abundantiam; nam Carmelus mons uberrimus est et aspectu jucundissimus. — *Ab animo usque ad carnem.* Omnino consumentur, tum morte præsenti, tum æterna gehenna. Respondet phrasis italica : *In anima e corpo.* — *Erit terrore profugus.* Fugit enim hac clade ab angelo accepta Sennacherib, et paulo post occisus est a filiis, IV. Reg., 19, 37.

19. *Reliquiæ ligni saltus.* Reliquiæ exercitus ejus adeo pauci erunt, ut catalogum eorum puer scribere possit. — *Numerabuntur.* Prius enim quodammodo innumerabiles esse videbantur.

20. *Residuum Israel.* Qui post bellorum calamitates erunt superstites. — *Qui fugerint.* Qui clades evaserint. — *Qui percutit eos.* Reges idololatras intelligit, qui, cum auxilio se Judæis futuros pollicerentur, arma postea in eos convertebant. — *In veritate.* Ex corde et fideliter.

21. *Reliquiæ convertentur.* Hebraice est, *Seer Jasub*, quod erat nomen filii Isaiæ, ut dic-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

22. Car quand votre peuple, ô Israël, serait aussi nombreux que sont les sables de la mer, un petit reste se convertira à Dieu, et la justice se répandra comme une inondation d'eau sur ce peu qui en sera resté.

23. Car le Seigneur, le Dieu des armées, fera un grand retranchement au milieu de toute la terre, et il réduira son peuple à un petit nombre.

24. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur, le Dieu des armées : Mon peuple qui habitez en Sion, ne craignez point Assur. Il vous frappera avec sa verge, et il lèvera le bâton sur vous comme les Égyptiens.

25. Mais encore un peu, encore un moment, et je m'en vais punir leurs crimes dans toute l'étendue de mon indignation et de ma fureur.

26. En effet, le Seigneur des armées lèvera sa main sur lui pour le frapper, comme il frappa autrefois Madian à la pierre d'Oreb, et comme il leva sa verge sur la mer Rouge pour perdre les Égyptiens.

27. En ce temps-là, peuple d'Israël, on vous ôtera le fardeau d'Assur qui vous chargeait les épaules, et son joug qui vous accablait le cou; et ce joug sera réduit en poudre, et *comme anéanti* par *l'abondance de l'huile.*

28. Il viendra d'abord à Ajath, il passera par Magron; il laissera son bagage à Machmas.

22. [a] Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo : consummatio abbreviata inundabit justitiam. [a *Infr.* 11. 11. *Rom.* 9. 27.]

23. Consummationem enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

24. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum : Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur, in virga percutiet te, et baculum suum levabit super te in via Ægypti.

25. Adhuc enim paululum modicumque, et consummabitur indignatio et furor meus super scelus eorum.

26. [a] Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum [b] juxta plagam Madian in petra Oreb, et virgam suam super mare, et levabit eam in via Ægypti. [a *Infr.* 37. 36. || b *Jud.* 7. 25.]

27. Et erit in die illa : Auferetur onus ejus de humero tuo, et jugum ejus de collo tuo, et computrescet jugum a facie olei.

28. Veniet in Ajath, transibit in Magron : apud Machmas commendabit vasa sua.

29. Transierunt cursim, Gaba sedes nostra : obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit.

30. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth.

31. Migravit Medemena : habitatores Gabim confortamini.

32. Adhuc dies est, ut in Nobe stetur : agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Jerusalem.

33. Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, et excelsi statura succidentur, et sublimes humiliabuntur.

34. Et subvertentur condensa saltus ferro : et Libanus cum excelsis cadet.

29. Ils passeront de là comme un éclair; ils camperont à Gaba. Rama sera dans l'épouvante; Gabaath, *ville* de Saül, prendra la fuite.

30. Fille de Gallim, faites retentir votre voix; qu'elle se fasse entendre jusqu'à Laïsa, et jusqu'à la faible ville d'Anathoth.

31. Médeména a déjà abandonné ses murailles. Vous, habitants de Gabim, prenez courage.

32. Il ne lui faut plus qu'un jour pour être à Nobé. *Lorsqu'il y sera arrivé*, il menacera de la main la montagne de Sion et la colline de Jérusalem.

33. Mais le Dominateur, le Seigneur des armées, va briser le vase de terre par son bras terrible : ceux qui étaient les plus hauts seront coupés, et les grands seront humiliés.

34. Les forêts les plus épaisses seront abattues par le fer, et le Liban tombera avec ses hauts cèdres.

CHAPITRE XI

Prophétie sur la naissance du Messie. Tous les peuples se convertissent à lui. Retour de Juda et d'Israël.

1. Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. [a *Act.* 13. 23.]

1. Mais il sortira un rejeton de la tige de Jessé, et une fleur naîtra de sa racine.

messes du Seigneur, s'enfuirent en Égypte et y trouvèrent la mort. Ceux qui restèrent en Judée furent sauvés et observèrent la loi de Dieu à l'exemple de leur pieux monarque. La nation se convertit au Dieu fort qui renverse d'un souffle ses ennemis. Mais ceci n'était que la figure de ce qui arriva au temps de Jésus-Christ. Saint Paul nous montre, dans ces restes convertis, les débris de la nation juive qui crurent en Jésus-Christ, qui est le Dieu fort, *Deus fortis*, comme l'a lui-même appelé Isaïe au chapitre IX, v. 5 (Cf. Rom., IX, 27 et 28).

24. *In via Ægypti.* Je préfère le sens littéral : Sur le chemin de l'Égypte. Car Sennachérib était, en effet, sur le chemin de l'Égypte, lorsqu'il envoya Rabsacès avec des ordres menaçants contre Ézéchias (IV. Reg., XIX, 9).

27. *A facie olei.* L'interprète Chaldéen a lu : En présence du Christ et de celui qui est sacré. Ce Christ serait Ézéchias qui fut sacré comme tous les rois de Juda. Mais ceci s'entend d'une manière plus parfaite de Jésus-Christ, qui a remporté la victoire sur le démon et qui a brisé le joug dont nous étions accablés.

16. *Ad te inclinabuntur.* Ut jacentem videant. — *Numquid.* Sunt verba mirantium casum regis Babylonis.

17. Qui a dépeuplé le monde *d'habitants*, qui en a détruit les villes, et qui a retenu dans les chaînes ceux qu'il avait faits ses prisonniers?

18. Tous les rois des nations sont morts avec gloire, et chacun d'eux a son tombeau.

19. Mais pour toi, tu as été jeté bien loin de ton sépulcre comme un tronc inutile; et étant couvert de ton sang, tu as été *enveloppé* dans la foule de ceux qui ont été tués par l'épée, et qu'on a fait descendre au fond de la terre, comme un corps déjà pourri.

20. Tu n'auras pas même comme l'un d'eux cette sépulture, parce que tu as ruiné ton royaume, que tu as fait périr ton peuple, et que la race des scélérats ne s'établira point sur la terre.

21. C'est pourquoi préparez ses enfants à une mort violente à cause de l'iniquité de leurs pères. Ils ne s'élèveront point, ils ne seront point les héritiers du royaume, et ils ne rempliront point de villes la face du monde;

22. Car je m'élèverai contre eux, dit le Seigneur des armées; je perdrai le nom de Babylone; j'en exterminerai les rejetons, les descendants et toute la race, dit le Seigneur.

23. Je la rendrai la demeure des hérissons; *je la réduirai* à des marais d'eaux, je la nettoierai et j'en jetterai dehors jusqu'aux moindres restes, dit le Seigneur des armées.

24. *Car* le Seigneur des armées a fait ce serment : Je jure que ce que j'ai pensé arrivera, et que ce que j'ai arrêté dans mon esprit s'exécutera.

25. Je perdrai les Assyriens dans ma terre, je

17. Qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem?

18. Omnes reges gentium universi dormierunt in gloria, vir in domo sua.

19. Tu autem projectus es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio, et descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadaver putridum.

20. Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura; tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti; non vocabitur in æternum semen pessimorum.

21. Præparate filios ejus occisioni in iniquitate patrum suorum; non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis civitatum.

22. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum; et perdam Babylonis nomen, et reliquias, et germen, et progeniem, dicit Dominus.

23. Et ponam eam in possessionem ericii, et in paludes aquarum, et scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum.

24. Juravit Dominus exercituum, dicens : Si non, ut putavi, ita erit : et quomodo mente tractavi,

25. Sic eveniet : Ut conteram Assy-

23. *Et in paludes aquarum.* Après la ruine de Babylone, l'Euphrate, qui la traversait, n'ayant plus un canal libre, prit avec le temps son cours ailleurs, et il ne restait, au temps de Théodoret, qu'un filet d'eau qui coulait à travers les masures, et qui, n'ayant plus de pente ni d'écoulement libre, dégénérait nécessairement en un marais (Théodoret, *in cap.* 50; Jer., V, 38 et 39). — *Et scopabo eam.* Babylone devint tellement déserte, et ses environs tellement affreux et abandonnés, qu'à une époque, les géographes les plus habiles, ne pouvaient plus déterminer le lieu qu'elle avait occupé.

25. *Ut conteram Assyrium in terra mea.* Le Prophète revient ici à la prophétie qu'il avait faite sur Sennachérib, parce que cette prophétie devant avoir promptement sa réalisation sous les yeux mêmes du Prophète, cet événement devait être pour ses contemporains une garantie de l'exactitude de la prophétie qu'il avait faite sur Babylone, et qui se rapportait à des temps plus éloignés.

---

17. *Vinctis ejus non aperuit carcerem.* Vinctis suis, ut vertit Vatablus, id est, iis quos vinctos immisericorditer tenebat et injusto.

18. *Dormierunt in gloria.* Gloriose mortui sunt et sepulti. — *Vir in domo sua.* Unusquisque in sepulcro, seu mausoleo suo.

19. *Projectus es de sepulcro.* In sepulcrum non es illatus. — *Pollutus, et obvolutus.* Sanie, sanguine et cadaveribus occisorum, vermibusque inde scaturientibus; hoc enim est quod dixit n. 11 : *Subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.* — *Fundamenta laci.* Profunditatem foveæ.

20. *Non habebis consortium.* Quia carebis sepulcro. — *Non vocabitur in æternum semen pessimorum.* Delebitur memoria seminis et stirpis impiorum; nam Baltassari, de quo hic est sermo, nemo de stirpe Nabuchodonosor successit; sed cum eo omnis regia stirps extincta est, ut notat divus Hieronymus.

21. *Præparate filios ejus occisioni.* Decernite ut mactentur filii Baltassaris. — *In iniquitate patrum suorum.* Ob iniquitatem. — *Non consurgent.* Non consistent, non proficient. — *Neque implebunt faciem orbis civitatum.* Neque multiplicabuntur super faciem terræ et per civitates orbis.

23. *In possessionem ericii.* In Hebræo est, קִפֹּד *quiphod*; sed non constat quodnam sit hoc animal. Aliqui *testudinem*, alii *noctuam* interpretantur. Forerius existimat esse aves quæ supra paludes rapidissimo feruntur volatu, ex hirundinum genere, quæ quia fere carent pedibus, apodes vel cypseli vocantur et in parietinis nidos solent constituere. Italice appellamus *rondoni* : sed, ut alias monui, incerta fere est apud Hebræos animalium, stirpium, herbarum gemmarumque interpretatio. — *Scopabo eam in scopa terens.* Id est, ut vertit Vatablus, *scopa vastatrice verram eam.*

24. *Si non.* Est formula jurandi, quasi dicat : Si ita ad unguem non evenerit, non habear Deus. — *Ut putavi.* Ut cogitavi, ut statui.

25. *Ut conteram Assyrium in terra mea.* Intelligit Sennacherib; hunc enim in terra sua, hoc est, in Judæa contrivit Deus. Redit enim propheta ad sua tempora, et ad Sennacherib urbi jam incumbentem, de quo egit c. 7.

rium in terra mea, et in montibus meis conculcem eum; et auferetur ab eis jugum ejus, et onus illius ab humero eorum tolletur.

26. Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, et hæc est manus extenta super universas gentes.

27. Dominus enim exercituum decrevit; et quis poterit infirmare? et manus ejus extenta; et quis avertet eam?

28. In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud :

29. Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur regulus, et semen ejus absorbens volucrem.

30. Et pascentur primogeniti pauperum, et pauperes fiducialiter requiescent; et interire faciam in fame radicem tuam, et reliquias tuas interficiam.

31. Ulula porta, clama civitas; prostrata est Philisthæa omnis; ab Aquilone

les foulerai aux pieds sur ma montagne : et *Israël* secouera le joug qu'ils lui avaient imposé, et se déchargera des fardeaux dont ils l'accablaient.

26. C'est là le dessein que j'ai formé sur toute la terre; c'est pour cela que j'ai étendu mon bras sur toutes les nations.

27. Car c'est le Seigneur des armées qui l'a ordonné; qui donc pourra s'y opposer? Il a étendu son bras; qui pourra le détourner?

28. Cette prophétie a été prononcée l'année de la mort du roi Achaz.

29. Ne te réjouis point, terre de Palestine, de ce que la verge de celui qui te frappait a été brisée : car de la race du serpent il sortira un basilic; et ce *basilic* qui en naîtra dévorera les oiseaux.

30. Ceux qui étaient réduits à la dernière indigence seront nourris; et les pauvres se reposeront avec confiance. *Mais pour vous, Philistins*, je vous sécherai jusqu'à la racine, par la faim que je vous enverrai, et je perdrai tout ce qui restera de vous.

31. Porte *de Gaza*, fais entendre tes hurlements. Ville *d'Azot*, fais retentir tes cris. Tout le

27. *Dominus enim exercituum decrevit.* Dieu, dit Rollin, a voulu terminer et sceller cette prédiction par un serment pour en marquer davantage la certitude : *Juravit Dominus*, vers. 24. Mais pour donner à ce formidable serment toute son étendue, il ne faut le borner ni à Babylone, ni au peuple qui l'a habitée, ni aux princes qui y ont régné. C'est la malédiction du monde entier que nous lisons ici; c'est l'anathème général des impies; c'est l'arrêt foudroyant qui séparera pour toujours les deux cités de Babylone et de Jérusalem, et qui mettra un éternel divorce entre les saints et les réprouvés. Les Ecritures qui l'ont prédit subsisteront jusqu'au jour où il sera exécuté. La sentence en est écrite ici et mise comme en dépôt dans les archives publiques de la religion : *Juravit Dominus.*

29. *Ne læteris, Philisthæa.* Les Philistins furent toujours les ennemis des Juifs. Le Prophète les avertit de ne pas se réjouir de ce que les descendants de David qui les ont frappés vont être humiliés, parce qu'ils seront eux-mêmes punis. Sennachérib doit leur porter les premiers coups. Ils auront ensuite à souffrir des expéditions de Nabuchodonosor. Alexandre et les Macédoniens dévasteront leurs villes, et au temps des Machabées, les Juifs effaceront leur nom de la liste des nations. Ce sont ces maux que prédit ici Isaïe. — *De radice colubri.* Ménochius a reproduit l'interprétation de la plupart des Pères. Mais la *Bible de Vence* observe qu'il est assez peu vraisemblable que ces animaux dangereux représentent le saint roi Ezéchias. D'ailleurs le mal devait venir de l'aquilon (v. 31), ce qui porte D. Calmet à entendre plutôt sous le nom du *serpent*, Sennachérib, et sous le nom du *basilic* ou *serpent ailé*, Asar-Haddon. Saint Jérôme pense que le texte peut signifier : Et de ce basilic naîtra un serpent volant; un troisième ennemi viendra après les deux premiers. Alors le premier serait Achaz; le second Ezéchias, et le troisième Sennachérib, qui, sans être né d'Ezéchias, est venu après lui et sous son règne.

31. *Ab Aquilone enim fumus veniet.* L'Aquilon désigne ordinairement l'Assyrie ou la Chaldée situées au nord de la Palestine. Ceux qui l'expliquent de la guerre d'Ezéchias, remarquent que Jérusalem était au septentrion de Gaza.

---

26. *Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram.* Hæc est vindicta quam exercere decrevi contra omnes gentes Assyriis subjectas et cum illis confœderatas contra Judæos, ut sunt Syri, Samaritæ, Moabitæ, Idumæi, Philisthini et Ægyptii, quibus proinde cladem in sequentibus capitibus propheta denuntiat.

28. *Factum est onus istud.* Impleta et hæc prophetia contra Philisthæos. Supra diximus *onus* significare prophetiam tristem et calamitosam.

29. *Quoniam comminuta est virga percussoris tui.* Percussores appellat eos qui Philisthæos magnis affecerunt cladibus; quasi dicat : Ne læteris quod jam dudum Samson, David, Ozias mortui sint. — *De radice enim colubri egredietur regulus.* Formula dicendi proverbialis, qua significatur minori cladi majorem successuram, et parentibus asperiores et nocentiores fore filios; regulus enim sive basiliscus dirius habet venenum quam colubri communes. Samson, David et Ozias conferuntur colubro; Ezechias vero, qui Achaz successit, basilisco comparatur. — *Absorbens volucrem.* Solo quasi spiritu et afflatu suo afflans et comburens (hoc enim est Hebr. שרף *seraph*), enecans et absorbens Philisthæos.

30. *Pascentur primogeniti pauperum.* Vel primogeniti pauperum idem sunt ac filii pauperum, vel significantur valde pauperes; quod enim in quaque re præcipuum est ac primarium, illud primogenitum dicitur; ut cum mors appellatur *primogenita* Job., 18, 13, significatur mors maxime dira et feralis. Sententia ergo versiculi est : Judæi pauperes prius et afflicti abundabunt; vos vero, Philisthæi, fame peribitis. — *Radicem tuam.* Semen tuum, ut habent LXX. — *Reliquias tuas.* Filios tuos.

31. *Ulula porta, clama civitas.* Ululate, portæ et urbes Philisthinorum. Notat in *portis*, magistratus et principes (hi enim sedebant et judicabant in portis), in *civitate* plebem et vulgus; quasi dicat : Ululate, tam principes quam vulgus. — *Ab aquilone.* Ab Jerusalem,

pays des Philistins est renversé; car les bataillons viennent de l'Aquilon, comme un tourbillon de fumée; et nul ne pourra se sauver.

32. Que répondra-t-on alors à ceux qui publieront cette nouvelle, *sinon* que le Seigneur a établi Sion sur un ferme fondement, et que les pauvres de son peuple espéreront en lui?

enim fumus veniet, et non est qui effugiet agmen ejus.

32. Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundavit Sion, et in ipso sperabunt pauperes populi ejus.

CHAPITRE XV.

Prophétie contre Moab.

1. Prophétie contre Moab. Ar, *ville capitale* de Moab, a été saccagée pendant la nuit; elle a été réduite au silence. La muraille de Moab a été renversée *durant* la nuit; on n'en parlera plus.

2. La maison *royale, et les habitants de* Dibon sont montés à *leurs* hauts lieux, pour pleurer la perte de Nabo et de Médaba. Moab sera dans *les* cris et les hurlements; *ses habitants* s'arracheront tous les cheveux; ils se feront tous raser la barbe;

3. Ils iront dans les rues revêtus de sacs; les maisons et les places publiques retentiront de toutes parts du bruit de leurs plaintes mêlées de leurs larmes.

4. Hésébon et Eléalé jetteront de grands cris; leur voix se fera entendre jusqu'à Jasa. Les plus vaillants de Moab s'écrieront à ce *spectacle; et ce peuple* dévorera ses plaintes au fond de son âme.

1. Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit; quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

2. Ascendit domus, et Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, et super Medaba, Moab ululavit; *a* in cunctis capitibus ejus calvitium, et omnis barba radetur. [*a* *Jer.* 48. 37. *Ezech.* 7. 18.]

3. In triviis ejus accincti sunt sacco; super tecta ejus, et in plateis ejus omnis ululatus descendit in fletum.

4. Clamabit Hesebon, et Eleale, usque Jasa audita est vox eorum; super hoc expediti Moab ululabunt, anima ejus ululabit sibi.

CAP. XV. — 1. *Onus Moab.* Cette prophétie fut faite au commencement du règne d'Ezéchias, trois ans avant l'irruption de Salmanasar dans le royaume d'Israël (chap. XVI, 14). Ce prince ayant appris la révolte d'Osée, le dernier roi des dix tribus, marcha contre lui. Pour ne rien laisser derrière lui qui pût l'incommoder, il fondit sur le royaume de Moab que Théglath-Phalasar, son prédécesseur, avait épargné, lorsqu'il avait emmené captives les trois tribus qui étaient au delà du Jourdain. Cette irruption de Salmanasar fut l'accomplissement de cette prophétie.

2. *Ascendit domus et Dibon. Dibon*, ville de Moab, près de Ar. *Nébo*, ville près d'une montagne du même nom. *Médaba*, ville près de la montagne de Phasga. Il était d'usage de monter sur les hauteurs ou sur les toits qui étaient en forme de plate-forme, pour y pleurer un malheur public ou particulier.

4. *Clamabit Hesebon. Hésébon* était une ville de Séhon, roi des Amorrhéens, et qui était comme Eléalé dans la tribu de Ruben. *Jasa* était à l'extrémité méridionale du pays des Moabites.

---

quæ Philisthæis est ad aquilonem. — *Fumus veniet.* Ezechiæ regis exercitus copiosus, multum pulveris excitans, ita ut fumus aut nubes videatur. — *Agmen ejus.* Exercitum ejus. * Vel sensus est : nemo Judæorum non promptissimus erit ad hanc expeditionem; nam בודד est is qui se segregat.

32. *Quid respondebitur nuntiis gentis?* Cum scilicet de more ex vicinis provinciis venient ad Judæos sciscitatum de statu belli. — *Quia Dominus.* Hæc erit responsio quæ nuntiis dabitur. — *Fundavit Sion.* Deus regnum Judaicum fundavit et stabilivit. — *Sperabunt pauperes populi ejus.* LXX, *per ipsum salvabuntur humiles plebis.* Facile hæc Sioni spirituali, id est, Ecclesiæ, possunt adaptari.

CAP. XV. — 1. *Onus Moab.* Chaldæus, *onus calicis maledicti ad propinandum Moab.* LXX, *verbum contra Moab.* — *Quia nocte vastata est.* Obscurum est hoc, quia modum vastationis Scriptura non exprimit, sed tantum tempus. * Chaldæus tamen ait dormientibus Moabitis urbem captam. — *Ar Moab.* Metropolis Moabitarum. — *Murus Moab.* Ar intelligit, quæ murus erat et propugnaculum totius provinciæ. — * *Conticuit.* Moab datus est oblivioni et silentio traditus, quia plane excisus est et eversus.

2. *Ascendit domus.* Id est, ut D. Hieronymus interpretatur, domus et familia regia ascendit ad excelsa, ubi sua colebat idola, ut ibi regni Moab cladem lamentaretur. — *Dibon.* Tota civitas Dibon, quæ est urbs Moabitarum, ascendit ad eadem excelsa, ut lugeret excidium Nabo et Medaba quæ erant oppida ejus provinciæ. — *Ululavit.* Ut fit in magna calamitate. — *Calvitium.* Nam capita et barbam radebant in doloris argumentum, et sacco se induebant.

3. *Super tecta ejus.* Frequenter enim in tectis degebant, quæ in orientali illo tractu plana fiebant. — *Descendit in fletum.* Ut ascendit flens, ita et descendit; nullam enim in idolis opem invenit. Vel sensus est : omnem ululatum fletus excepit!

4. *Hesebon.* Sunt urbes ad ditionem Moabitarum pertinentes. * Vide Num. 32, 37; et Josue 13, 21. Nam multa loca Israelitis attributa partim possessa ab ipsis nunquam fuere, per ipsorum ignaviam; partim recepta a Moabitis et aliis, per occasiones quas dederunt Hebræorum inter se dissidia. — * *Usque Jasa.* Id est, ad extremos usque fines; nam ibi Jasa, Numer. 21, 23; Josue 21, 36. — *Expediti Moab.* Accincti armis, parati et expediti ad tuendam patriam, hi fracti animis arma deponent et ululabunt. — *Anima ejus ululabit sibi.* Quilibet eorum in situ suo dolebit cladem patriæ et privatum etiam damnum.

5. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem; per ascensum enim Luith flens ascendet, et in via Oronaim clamorem contritionis levabunt.

6. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

7. Secundum magnitudinem operis, et visitatio eorum; ad torrentem salicum ducent eos.

8. Quoniam circuivit clamor terminum Moab; usque ad Gallim ululatus ejus, et usque ad puteum Elim clamor ejus.

9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine; ponam enim super Dibon additamenta; his qui fugerint de Moab leonem, et reliquiis terræ.

5. Mon cœur poussera des soupirs sur Moab; ses appuis qui fuient jusqu'à Ségor *pousseront des cris comme* une génisse de trois ans; ils montent en pleurant par la colline de Luith, et ils font retentir leurs cris et leurs plaintes dans le chemin d'Oronaïm.

6. Les eaux de Nemrim se changeront en un désert; l'herbe se séchera, les plantes languiront; toute la verdure s'évanouira.

7. La grandeur de leurs châtiments égalera celle de leurs crimes. *Les Chaldéens* les mèneront au torrent des Saules.

8. Les cris de Moab se feront entendre dans tous les confins; ses plaintes passeront jusqu'à Gallim, et ses hurlements retentiront jusqu'au puits d'Elim.

9. Car les eaux de Dibon seront remplies du sang *des Moabites*, parce que j'enverrai à Dibon un surcroît *d'affliction;* et s'il y en a dans Moab qui se sauvent par la fuite, *j'enverrai* des lions contre les restes de cette terre.

CHAPITRE XVI.

Suite de la prophétie sur Moab. Défaite de Sennachérib. Nouvel éclat du règne d'Ezéchias. Agneau envoyé de Moab.

1. Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion.

1. Seigneur, envoyez l'agneau dominateur de la terre, *qui doit venir* de la Pierre du désert, à la montagne de la fille de Sion.

5. *Usque ad Segor. Ségor* était située à l'extrémité méridionale de la mer Morte. *Luith* était entre Ar, la capitale du pays de Moab et Ségor. *Oronaïm* était probablement dans les environs de Ségor. *Nemrim*, dont il est parlé au verset suivant, était au nord de Ségor et sur la mer Morte. Pour l'accomplissement de cette prophétie, voyez ce qui est dit de l'expédition de Salmanasar (IV. Reg. XVII et XVIII).

CAP. XVI. — 1. *Emitte agnum.* Seigneur, dit le P. de Carrières, arrêtez votre colère, ne détruisez pas entièrement ce peuple. Faites naître cet Agneau sans tache qui doit sortir de la famille de Ruth, Moabite, et venir à Jérusalem afin d'y être immolé pour le salut du monde. Lui seul peut donner quelque consolation à Moab dans les maux dont il sera affligé. Car on l'enlèvera pour le mener captif à Babylone. Et alors, *etc.* — Le Prophète, tout en annonçant les maux qui doivent fondre sur Moab, voit que c'est de Ruth la Moabite que le Messie sortira, et il mêle cette pensée consolante à la peinture qu'il fait de la désolation de ce pays.

---

5. *Cor meum ad Moab clamabit.* Id est, propter Moab. Significat propheta se malo Moabitarum commoveri, licet hostes sint, quod facit ad eorum calamitatem exaggerandam; quasi dicat : Doleo et clamo propter Moabitas. — *Vectes ejus.* Fortes ejus milites. *Usque ad Segor.* Scilicet fugient usque ad terminos regni. — *Vitulam conternantem.* Segor cujus populus fortis est et similis vitulæ trienni; ea enim ætate vituli et vitulæ sanissimæ sunt, robustissimæ et petulantissimæ. — *Per ascensum enim Luith.* Videtur urbs Luith fuisse in via ex Moab in Babylonem, sita in colle; quare Moabitæ adducendi in Babylonem flentes eo ascenderunt, indeque pervenerant Oronaim, quæ erat terminus Moab versus Babylonem ; ibi ergo quasi extremum valedicentes patriæ, ex intima animi contritione et dolore clamabant et flebant. Ita cum D. Hieronymo explicat Cornel. a Lapide. Verum quia Luith est inter Areopolim et Segor, ut docet idem Hieronymus, hoc est, versus meridiem, et Chaldæa versus aquilonem; ideo credibilius putat Alvarez prædici plorantes scansuros clivum, ut se in vertice montis ab hostibus tuerentur. Sic rabbi David, Lyranus et Vatablus.

6. *Aquæ... Nemrim.* Juxta quas multi prius habitabant propter earum commoditatem, deserentur, nec suis aggeribus concludentur; ideoque aquæ salsæ maris Mortui illis adjacentis influent in eas, et amaras reddent et pessimas, ut eas vocat Jerem., 48, 34. — *Quia.* Id est, unde consecutum est ut aresceret herba, etc.

7. *Secundum magnitudinem operis.* Pro magnis demeritis malorum operum. — *Visitatio.* Punitio. — *Ad torrentem Salicum ducent eos.* Torrens Salicum, ait S. Hieronymus, vel est vallis Arabiæ, per quam ex Moab itur in Assyriam et Babylonem; vel Euphrates, cui adjacet Babylon; ibi enim abundant salices : sic Psalm., 136, 1, dicitur : *Super flumina Babylonis, etc. In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra.*

8. *Circuivit clamor terminum Moab.* Omnia plena erunt clamore et planctu. — *Usque ad Gallim.* Gallim et Elim duo sunt oppida in finibus Moabitarum. Significatur omnia luctu et clamoribus complenda.

9. *Repletæ sunt sanguine.* Cæsorum Moabitarum. — *Ponam enim super Dibon additamenta.* Plagarum; plagas addam ad plagas, ut scilicet his qui fugerint de Moab et reliquiis terræ, id est, reliquiis Moabitarum profugis, inducam leonem, id est, leones, vel proprie dictos, vel potius milites Babylonis, feroces instar leonum, quos rex Babylonis in viis disponit, ut omnes fugientes Moabitas exciperent, captivos facerent, vel occiderent.

CAP. XVI. — 1. *Emitte agnum.* Id est, Christum, qui de Moab emittitur, quia ex Ruth Moabipays des Philistins est renversé; car les bataillons viennent de l'Aquilon, comme un tourbillon de fumée; et nul ne pourra se sauver.

32. Que répondra-t-on alors à ceux qui publieront cette nouvelle, *sinon* que le Seigneur a établi Sion sur un ferme fondement, et que les pauvres de son peuple espéreront en lui?

enim fumus veniet, et non est qui effugiet agmen ejus.

32. Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundavit Sion, et in ipso sperabunt pauperes populi ejus.

CHAPITRE XV.

Prophétie contre Moab.

1. Prophétie contre Moab. Ar, *ville capitale de Moab*, a été saccagée pendant la nuit; elle a été réduite au silence. La muraille de Moab a été renversée *durant* la nuit; on n'en parlera plus.

2. La maison *royale, et les habitants de* Dibon sont montés à *leurs* hauts lieux, pour pleurer la perte de Nabo et de Médaba. Moab sera dans les cris et les hurlements; *ses habitants* s'arracheront tous les cheveux; ils se feront tous raser la barbe;

3. Ils iront dans les rues revêtus de sacs; les maisons et les places publiques retentiront de toutes parts du bruit de leurs plaintes mêlées de leurs larmes.

4. Hésébon et Eléalé jetteront de grands cris; leur voix se fera entendre jusqu'à Jasa. Les plus vaillants de Moab s'écrieront à ce *spectacle*; et *ce peuple* dévorera ses plaintes au fond de son âme.

1. Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit; quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

2. Ascendit domus, et Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, et super Medaba, Moab ululavit; *a* in cunctis capitibus ejus calvitium, et omnis barba radetur. [*a* *Jer.* 48. 37. *Ezech.* 7. 18.]

3. In triviis ejus accincti sunt sacco; super tecta ejus, et in plateis ejus omnis ululatus descendit in fletum.

4. Clamabit Hesebon, et Eleale, usque Jasa audita est vox eorum; super hoc expediti Moab ululabunt, anima ejus ululabit sibi.

Cap. XV. — 1. *Onus Moab.* Cette prophétie fut faite au commencement du règne d'Ezéchias, trois ans avant l'irruption de Salmanasar dans le royaume d'Israël (chap. XVI, 14). Ce prince ayant appris la révolte d'Osée, le dernier roi des dix tribus, marcha contre lui. Pour ne rien laisser derrière lui qui pût l'incommoder, il fondit sur le royaume de Moab que Théglath-Phalasar, son prédécesseur, avait épargné, lorsqu'il avait emmené captives les trois tribus qui étaient au delà du Jourdain. Cette irruption de Salmanasar fut l'accomplissement de cette prophétie.

2. *Ascendit domus et Dibon. Dibon*, ville de Moab, près de Ar. *Nébo*, ville près d'une montagne du même nom. *Médaba*, ville près de la montagne de Phasga. Il était d'usage de monter sur les hauteurs ou sur les toits qui étaient en forme de plate-forme, pour y pleurer un malheur public ou particulier.

4. *Clamabit Hesebon. Hésébon* était une ville de Séhon, roi des Amorrhéens, et qui était comme Eléale dans la tribu de Ruben. *Jasa* était à l'extrémité méridionale du pays des Moabites.

---

quæ Philisthæis est ad aquilonem. — *Fumus veniet.* Ezechiæ regis exercitus copiosus, multum pulveris excitans, ita ut fumus aut nubes videatur. — *Agmen ejus.* Exercitum ejus. * Vel sensus est : nemo Judæorum non promptissimus erit ad hanc expeditionem; nam בודד est is qui se segregat.

32. *Quid respondebitur nuntiis gentis?* Cum scilicet de more ex vicinis provinciis venient ad Judæos sciscitatum de statu belli. — *Quia Dominus.* Hæc erit responsio quæ nuntiis dabitur. — *Fundavit Sion.* Deus regnum Judaicum fundavit et stabilivit. — *Sperabunt pauperes populi ejus.* LXX, *per ipsum salvabuntur humiles plebis.* Facile hæc Sioni spirituali, id est, Ecclesiæ, possunt adaptari.

Cap. XV. — 1. *Onus Moab.* Chaldæus, *onus calicis maledicti ad propinandum Moab.* LXX, *verbum contra Moab.* — *Quia nocte vastata est.* Obscurum est hoc, quia modum vastationis Scriptura non exprimit, sed tantum tempus. * Chaldæus tamen ait dormientibus Moabitis urbem captam. — *Ar Moab.* Metropolis Moabitarum. — *Murus Moab.* Ar intelligit, quæ murus erat et propugnaculum totius provinciæ. — * *Conticuit.* Moab datus est oblivioni et silentio traditus, quia plane excisus est et eversus.

2. *Ascendit domus.* Id est, ut D. Hieronymus interpretatur, domus et familia regia ascendit ad excelsa, ubi sua colebat idola, ut ibi regni Moab cladem lamentaretur. — *Dibon.* Tota civitas Dibon, quæ est urbs Moabitarum, ascendit ad eadem excelsa, ut lugeret excidium Nabo et Medaba quæ erant oppida ejus provinciæ. — *Ululavit.* Ut fit in magna calamitate. — *Calvitium.* Nam capita et barbam radebant in doloris argumentum, et sacco se induebant.

3. *Super tecta ejus.* Frequenter enim in tectis degebant, quæ in orientali illo tractu plana fiebant. — *Descendit in fletum.* Ut ascendit flens, ita et descendit; nullam enim in idolis opem invenit. Vel sensus est : omnem ululatum fletus excepit!

4. *Hesebon.* Sunt urbes ad ditionem Moabitarum pertinentes. * Vide Num. 32, 37; et Josue 13, 21. Nam multa loca Israelitis attributa partim possessa ab ipsis nunquam fuere, per ipsorum ignaviam; partim recepta a Moabitis et aliis, per occasiones quas dederunt Hebræorum inter se dissidia. — * *Usque Jasa.* Id est, ad extremos usque fines; nam ibi Jasa, Numer. 21, 23; Josue 21, 36. — *Expediti Moab.* Accincti armis, parati et expediti ad tuendam patriam, hi fracti animis arma deponent et ululabunt. — *Anima ejus ululabit sibi.* Quilibet eorum in sinu suo dolebit cladem patriæ et privatum etiam damnum.

5. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem; per ascensum enim Luith flens ascendet, et in via Oronaim clamorem contritionis levabunt.

6. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

7. Secundum magnitudinem operis, et visitatio eorum; ad torrentem salicum ducent eos.

8. Quoniam circuivit clamor terminum Moab; usque ad Gallim ululatus ejus, et usque ad puteum Elim clamor ejus.

9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine; ponam enim super Dibon additamenta; his qui fugerint de Moab leonem, et reliquiis terræ.

5. Mon cœur poussera des soupirs sur Moab; ses appuis qui fuient jusqu'à Ségor *pousseront des cris comme* une génisse de trois ans; ils montent en pleurant par la colline de Luith, et ils font retentir leurs cris et leurs plaintes dans le chemin d'Oronaïm.

6. Les eaux de Nemrim se changeront en un désert; l'herbe se séchera, les plantes languiront; toute la verdure s'évanouira.

7. La grandeur de leurs châtiments égalera celle de leurs crimes. *Les Chaldéens* les mèneront au torrent des Saules.

8. Les cris de Moab se feront entendre dans tous les confins; ses plaintes passeront jusqu'à Gallim, et ses hurlements retentiront jusqu'au puits d'Elim.

9. Car les eaux de Dibon seront remplies du sang *des Moabites*, parce que j'enverrai à Dibon un surcroît *d'affliction;* et s'il y en a dans Moab qui se sauvent par la fuite, *j'enverrai* des lions contre les restes de cette terre.

CHAPITRE XVI.

Suite de la prophétie sur Moab. Défaite de Sennachérib. Nouvel éclat du règne d'Ezéchias. Agneau envoyé de Moab.

1. Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion.

1. Seigneur, envoyez l'agneau dominateur de la terre, *qui doit venir* de la Pierre du désert, à la montagne de la fille de Sion.

5. *Usque ad Segor. Ségor* était située à l'extrémité méridionale de la mer Morte. *Luith* était entre Ar, la capitale du pays de Moab et Ségor. *Oronaïm* était probablement dans les environs de Ségor. *Nemrim*, dont il est parlé au verset suivant, était au nord de Ségor et sur la mer Morte. Pour l'accomplissement de cette prophétie, voyez ce qui est dit de l'expédition de Salmanasar (IV. Reg. XVII et XVIII).

Cap. XVI. — 1. *Emitte agnum.* Seigneur, dit le P. de Carrières, arrêtez votre colère, ne détruisez pas entièrement ce peuple. Faites naître cet Agneau sans tache qui doit sortir de la famille de Ruth, Moabite, et venir à Jérusalem afin d'y être immolé pour le salut du monde. Lui seul peut donner quelque consolation à Moab dans les maux dont il sera affligé. Car on l'enlèvera pour le mener captif à Babylone. Et alors, *etc.* — Le Prophète, tout en annonçant les maux qui doivent fondre sur Moab, voit que c'est de Ruth la Moabite que le Messie sortira, et il mêle cette pensée consolante à la peinture qu'il fait de la désolation de ce pays.

---

5. *Cor meum ad Moab clamabit.* Id est, propter Moab. Significat propheta se malo Moabitarum commoveri, licet hostes sint, quod facit ad eorum calamitatem exaggerandam; quasi dicat : Doleo et clamo propter Moabitas. — *Vectes ejus.* Fortes ejus milites. *Usque ad Segor.* Scilicet fugient usque ad terminos regni. — *Vitulam conternantem.* Segor cujus populus fortis est et similis vitulæ trienni; ea enim ætate vituli et vitulæ sanissimæ sunt, robustissimæ et petulantissimæ. — *Per ascensum enim Luith.* Videtur urbs Luith fuisse in via ex Moab in Babylonem, sita in colle; quare Moabitæ adducendi in Babylonem flentes eo ascenderunt, indeque pervenerant Oronaim, quæ erat terminus Moab versus Babylonem; ibi ergo quasi extremum valedicentes patriæ, ex intima animi contritione et dolore clamabant et flebant. Ita cum D. Hieronymo explicat Cornel. a Lapide. Verum quia Luith est inter Areopolim et Segor, ut docet idem Hieronymus, hoc est, versus meridiem, et Chaldæa versus aquilonem; ideo credibilius putat Alvarez prædici plorantes scansuros clivum, ut se in vertice montis ab hostibus tuerentur. Sic rabbi David, Lyranus et Vatablus.

6. *Aquæ... Nemrim.* Juxta quas multi prius habitabant propter earum commoditatem, deserentur, nec suis aggeribus concludentur; ideoque aquæ salsæ maris Mortui illis adjacentis influent in eas, et amaras reddent et pessimas, ut eas vocat Jerem., 48, 34. — *Quia.* Id est, unde consecutum est ut aresceret herba, etc.

7. *Secundum magnitudinem operis.* Pro magnis demeritis malorum operum. — *Visitatio.* Punitio. — *Ad torrentem Salicum ducent eos.* Torrens Salicum, ait S. Hieronymus, vel est vallis Arabiæ, per quam ex Moab itur in Assyriam et Babylonem; vel Euphrates, cui adjacet Babylon; ibi enim abundant salices : sic Psalm., 136, 1, dicitur : *Super flumina Babylonis, etc. In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra.*

8. *Circuivit clamor terminum Moab.* Omnia plena erunt clamore et planctu. — *Usque ad Gallim.* Gallim et Elim duo sunt oppida in finibus Moabitarum. Significatur omnia luctu et clamoribus complenda.

9. *Repletæ sunt sanguine.* Cæsorum Moabitarum. — *Ponam enim super Dibon additamenta.* Plagarum; plagas addam ad plagas, ut scilicet his qui fugerint de Moab et reliquiis terræ, id est, reliquiis Moabitarum profugis, inducam leones, id est, leones, vel proprie dictos, vel potius milites Babylonis, feroces instar leonum, quos rex Babylonis in viis disposuit, ut omnes fugientes Moabitas exciperint, captivos facerent, vel occiderint.

Cap. XVI. — 1. *Emitte agnum.* Id est, Christum, qui de Moab emittitur, quia ex Ruth Moabi-

2. Et alors les filles de Moab seront au passage d'Arnon comme un oiseau qui s'enfuit, et comme les petits qui s'envolent de leur nid.

3. Prenez conseil, *peuple de Moab*, faites des assemblées. Préparez en plein midi une ombre aussi noire que la nuit même. Cachez ceux qui s'enfuient, et ne trahissez point ceux qui sont vagabonds.

4. Mes fugitifs habiteront dans votre terre, *dit le Seigneur*. Moab, servez-leur de retraite où ils se mettent à couvert de celui qui les persécute. *Celui qui avait été tiré de la* poussière a trouvé sa fin. Le misérable n'est plus; et celui qui foulait la terre aux pieds est réduit en cendre.

5. Et *il viendra un roi* dans la maison de David. Son trône s'établira dans la miséricorde, et il s'y assiéra dans la vérité; il sera un juge équitable; il s'informera avec soin de toutes choses, et il rendra à tous une prompte justice.

6. Nous avons appris *quel est* l'orgueil de Moab. Il est étrangement superbe : sa fierté, son insolence et sa fureur sont plus grandes que n'est son pouvoir.

7. Alors Moab hurlera contre Moab. Ils seront tous dans les hurlements. Annoncez à ceux qui se glorifient sur leurs murailles de briques, de quelles plaies ils doivent être frappés;

2. Et erit : Sicut avis fugiens, et pulli de nido avolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon.

3. Ini consilium, coge concilium; pone quasi noctem umbram tuam in meridie; absconde fugientes, et vagos ne prodas.

4. Habitabunt apud te profugi mei; Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris; finitus est enim pulvis, consummatus est miser; defecit qui conculcabat terram.

5. Et præparabitur in misericordia solium, et sedebit super illud in veritate in tabernaculo David, judicans et quærens judicium, et velociter reddens quod justum est.

6. [a] Audivimus superbiam Moab, superbus est valde; superbia ejus, et arrogantia ejus, et indignatio ejus plusquam fortitudo ejus. [a *Jer.* 48. 29.]

7. Idcirco ululabit Moab ad Moab, universus ululabit; his, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas.

3. *Ini consilium.* Dans l'Hébreu, ce verset et le précédent pourraient signifier : Alors il y aura une dispersion semblable à celle de ces oiseaux errants qui s'échappent de leur nid abandonné : que les filles de Moab se tiennent alors au passage de l'Arnon, pour offrir un asile à ces fugitifs. Assemblez le conseil, faites un décret, préparez en plein midi, etc. L'Arnon bordait le pays de Moab à l'occident. Le Prophète exhorte les Moabites à recevoir au milieu d'eux les Israélites que va mettre en fuite l'irruption de Salmanasar.

4. *Consummatus est miser.* Ici le Prophète prédit la défaite de Sennachérib, dont l'armée fut détruite par le glaive de l'ange exterminateur. Le roi dont il est parlé au verset suivant est Ezéchias. Comme il était la figure du Messie, plusieurs Pères ont appliqué ces paroles à Jésus-Christ.

---

tide propagatus est. Solet enim frequenter propheta, quod supra monuimus, ad Christum avolare, deinde ad institutum redire. * In hebræo est, *mitte agnum dominatori terræ*, et sensus erit : O Moabitæ, agnos quos pro tributo Davidi olim pendebatis pro pace et tutela, II Reg. 8, 2, deinde regibus Israelis pependistis ad Achabi usque tempora, IV. Reg., 3, 4, nunc everso Israelis regno, pendite legitimo hæredi Davidis, id est, Ezechiæ. — *De Petra deserti.* Petra est nomen proprium urbis quæ Moabitarum erat metropolis. — *Ad montem filiæ Sion.* Jerusalem intelligit, et per hanc Ecclesiam fidelium, cui Christum dari postulat.

2. *Et erit.* Redit ad cladem Moabitarum. — *Sicut avis fugiens.* Moabitæ trans fluvium Arnon, ubi sunt termini Moab, in Babylonem violenter et celeriter adducentur, ibique dispergentur, sicuti disperguntur aves e nido avolantes, cum aliquis prædo nidum invadit.

3. *Ini consilium.* Cape consilium, rationem inquire, qua tibi iratum Deum places. — *Pone quasi noctem umbram tuam in meridie.* In meridie æstus afflictionis Israelitarum, eos protege, quasi umbram tuam super illos extendens; sic enim fiet ut in alios misericors et tu misericordiam consequaris : dicitur *quasi noctem*, ut significet protectionem exactam et omnem ardorem afflictionis excludentem. — *Absconde fugientes.* Israelitas.

4. *Finitus est enim pulvis.* Regem Babylonis intelligit, quasi dicat : Brevi finietur, et evanescet sicut pulvis, et cito miser consumetur. Emman. Sa interpretatur de pulvere quem persequentes excitant, dum eos insectantur qui fuga se eripiunt.

5. *Præparabitur in misericordia solium.* Solium regni Juda Ezechiæ regi justo et bono, ejusque posteris præparabitur, id est, confirmabitur et roborabitur per Dei misericordiam.

6. *Audivimus.* Transit ad castigandam Moabitarum superbiam. — *Indignatio.* Ut superbia in factis, arrogantia in dictis, sic in gestu indignatio videtur eminere. — *Plus quam fortitudo ejus.* Plus quam ejus potentia.

7. *Ululabit Moab ad Moab.* Ululabit alter ad alterum, cives unius civitatis ad cives alterius, et ejusdem civitatis inter se. Vel *Moab ad Moab*, id est, Moabitæ superstites lugebunt Moabitas occisos; ita Vatablus. Vel *Moab ad Moab*; id est, Moab ad se ipsum, vel secum ululabit, ut mœrentes et desperantes solent. — *Super muros cocti lateris.* Vatablus vertit : *super fundamenta Chir-Hareseth loquimini*, ita ut *Chir-Hareseth* sit nomen proprium civitatis quæ a lateritiis muris nomen haberet; ita etiam sensit Pagninus et Cornelius a Lapide. Itaque vulgatus nominis interpretationem posuit, pro ipso nomine proprio, quod alibi non infrequenter ab ipso factum est. Vide aliquot exempla extremo c. I. Paral. Sententia ergo est : dicite Moabitis quod Chir-Hareseth, quæ eis est arx inexpugnabilis, in qua superbiunt, non eos tutabitur sed capietur ab hoste. — *Plagas suas.* Plagas quæ imminent.

8. Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt et vineam Sabama domini gentium exciderunt : flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt; erraverunt in deserto, propagines ejus relictæ sunt, transierunt mare.

9. Super hoc plorabo in fletu Jazer vineam Sabama; inebriabo te lacryma mea Hesebon, et Eleale; quoniam super vindemiam tuam, et super messem tuam vox calcantium irruit.

10. Et auferetur lætitia et exultatio de Carmelo, et in vineis non exultabit neque jubilabit; vinum in torculari non calcabit qui calcare consueverat; vocem calcantium abstuli.

11. Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, et viscera mea ad murum cocti lateris.

12. Et erit : cum apparuerit quod laboravit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua ut obsecret, et non valebit.

13. Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc.

14. Et nunc locutus est Dominus, dicens : In tribus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo, et relinquetur parvus et modicus, nequaquam multus.

8. Car les environs d'Hésébon sont déserts; les princes des nations ont ruiné la vigne, de Sabama; ses branches se sont étendues jusqu'à Jazer; elles ont couru dans le désert, et ce qui est resté de ses rejetons a passé au delà de la mer.

9. C'est pourquoi je mêlerai mes pleurs avec ceux de Jaser, pour pleurer la vigne de Sabama. Je vous arroserai de mes larmes, ô Hésébon et Eléalé, parce que *l'ennemi* s'est jeté avec de grands cris sur vos vignes et sur vos moissons, et il les a foulées aux pieds.

10. On ne verra plus de réjouissance ni d'allégresse dans les campagnes les plus fertiles, et l'on n'entendra plus dans les vignes des cris de joie. Ceux qui avaient accoutumé de fouler le vin n'en fouleront plus; et je rendrai muettes les voix de ceux qui foulaient *le vin dans les cuves*.

11. C'est pourquoi le fond de mon cœur fera retentir sur Moab comme les *tristes* sons d'une harpe, et mes entrailles *pousseront des soupirs sur la ruine de* ses murailles de briques.

12. Et il arrivera que Moab étant las d'avoir *été tant de fois inutilement* à ses hauts lieux, entrera dans son sanctuaire pour y prier, et il ne pourra *rien obtenir*.

13. C'est là la prédiction que le Seigneur avait faite à Moab, il y a longtemps.

14. Mais maintenant voici ce que dit le Seigneur : Comme les mercenaires ont leur temps marqué; ainsi dans trois ans précisément, la gloire de Moab sera détruite avec tout son peuple, qui est fort nombreux. Il y restera peu d'hommes; et ce qui en restera sera très-faible.

8. *Flagella ejus usque ad Jazer. Jazer* était située vers la source du torrent du même nom, au nord du pays de Moab. Jérémie parle du lac de Jazer (XLVIII, 32). La fin du verset peut s'entendre de ce lac.

9. *Super hoc plorabo.* Le Prophète pleure sur les ruines de Moab, parce que ce peuple n'était pas pour les Hébreux un peuple ennemi. Les souvenirs de Ruth l'associent en quelque sorte à la rédemption de l'humanité.

13. *Hoc verbum quod locutus est Dominus.* Avant Isaïe, Amos avait aussi annoncé la ruine de Moab, et c'est sans doute à cette prophétie que le Prophète fait allusion (Cf. Amos, cap. II, 1-3).

---

8. *Hesebon.* Urbs Moabitarum. — *Vineam Sabama.* Urbem Sabama, quam allegorice vineam appellat. — *Domini gentium.* Reges Assyriorum. — *Flagella.* Palmites, cives. — *Usque ad Jazer pervenerunt.* Fugientes. — *Relictæ sunt.* Quæ relictæ sunt, quæ superfuerunt, et cladem evaserunt. — *Transierunt mare.* Fugientes; vel Babylonem in captivitatem abductæ, mare Mortuum transierunt.

9. *Super hoc.* Idcirco, ut vertunt Pagninus et Vatablus. — *In fletu Jazer.* Sicut flevit Jazer. — *Vineam Sabama.* Vide n. præcedent. — *Inebriabo te lacryma mea.* Rigabo, large lacrymas effundam in tuo excidio. — *Quoniam super vindemiam tuam.* Quoniam vindemiata es, et demessa ab hostibus qui in te irruerunt, et cum furore et tumultu conculcarunt. Allegoria messis et vindemiæ extremam illarum urbium cladem describit.

10. *De carmelo.* Id est, locis fertilibus Moabitarum Carmelo similibus. — *In vineis non exultabit.* Solent enim lætari et cantare vinitores in uberi vindemia, et dum uvas exprimunt; quare Jeremias : *Nequaquam calcator uvæ solitum celeuma cantabit*, c. 48, 33.

11. *Super hoc.* Idcirco. — *Venter meus.* Intima viscera mea tacta dolore et miseratione. — *Quasi cithara sonabit.* Lugubrem in vestra clade sonum edent. — *Et viscera mea.* Est repetitio ejusdem sententiæ. — *Ad murum cocti lateris.* Dixi supra, n. 7, *murum cocti lateris* esse nomen proprium civitatis; sententia est, et viscera mea resonabunt, id est, in vocem flebilem erumpent super Chir-Hareseth civitatem Moabiticam.

12. *Laboravit Moab super excelsis suis.* Frustra fatigati sunt Moabitæ idolis suis supplicantes, quæ sunt in excelsis. — *Ingredietur ad sancta sua.* Alia templa sua ingredietur, ut deus sibi placeat. — *Non valebit.* A calamitate liberari.

13. *Hoc verbum.* Huc usque recensui oracula et minas contra Moab.

14. *In tribus annis.* Tertio anno ab excisa Jerusalem a rege Nabuchodonosor; vel positus est numerus definitus pro indefinito, quasi dicat : Non ita multo post. Vel certe significatur triennio duraturam Moabitarum calamitatem. — *Quasi anni mercenarii.* Hi anni direptionis Moab vocantur mercenarii, eo quod hisce quasi pro mercede excisæ a se Jerusalem, et divinæ vindictæ exercitæ, regnum et spolia Moab accepturus sit Nabuchodonosor inquit D. Hieronymus, ut idem pro expugnata Tyro in mercedem quasi a Deo accepit Ægyptum. Ezech., 29, 20. * Vel dicuntur anni mercenarii, id est præcise numerati ut solet fieri ab eis qui operas locant. Vide infra, c. 21, 16. — *Super omni populo multo.* De tam numeroso populo Moab, in quo ipse gloriatur. — *Et relinquetur.* Et jam non multi relinquentur superstites, sed admodum pauci.

CHAPITRE XVII.

Prophétie contre Damas et Samarie.

1. Prophétie contre Damas. Damas va cesser d'être une ville, et elle deviendra comme un monceau de pierres d'une maison ruinée.	1. Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse civitas, et erit sicut acervus lapidum in ruina.
2. Les villes d'Aroër seront abandonnées aux troupeaux, *et* ils s'y reposeront, sans qu'il y ait personne qui les en chasse.	2. Derelictæ civitates Aroer gregibus erunt, et requiescent ibi, et non erit qui exterreat.
3. Le soutien sera ôté à Ephraïm, et le règne à Damas, et les restes des Syriens périront, aussi bien que la gloire des enfants d'Israël, dit le Seigneur des armées.	3. Et cessabit adjutorium ab Ephraim, et regnum a Damasco; et reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israël erunt, dicit Dominus exercituum.
4. Car en ce temps-là la gloire de Jacob se flétrira, et son corps vigoureux tombera dans l'affaiblissement et dans la maigreur.	4. Et erit in die illa; attenuabitur gloria Jacob, et pinguedo carnis ejus marcescet.
5. Il sera semblable à celui qui glane dans la moisson, qui ramasse avec la main les épis, et à celui qui cherche des épis dans la vallée de Raphaïm.	5. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, et brachium ejus spicas leget; et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.
6. Car ce qui restera d'Israël sera comme une grappe de raisin qui aura été laissée; et comme lorsqu'on dépouille l'olivier, il reste deux ou trois olives au bout d'une branche, ou quatre ou cinq au haut de l'arbre, dit le Seigneur, le Dieu d'Israël,	6. Et relinquetur in eo sicut racemus, et sicut excussio oleæ duarum vel trium olivarum in summitate rami, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus; dicit Dominus Deus Israel.
7. En ce temps-là l'homme s'abaissera devant celui qui l'a créé, il jettera les yeux sur le Saint d'Israël	7. In die illa inclinabitur homo ad Factorem suum, et oculi ejus ad sanctum Israel respicient;
8. Et il ne s'abaissera plus devant les autels qu'il avait faits de ses mains; il ne regardera plus ces bois et ces temples, qui étaient l'ouvrage de ses doigts.	8. Et non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus ejus; et quæ operati sunt digiti ejus non respiciet, lucos et delubra.

Cap. XVII. — 1. *Onus Damasci.* Ménochius rapporte l'accomplissement de cette prophétie à Théglath-Phalasar; mais nous croyons qu'il s'agit plutôt de Salmanasar. Théglath-Phalasar a dévasté la Syrie, mais il n'a pas détruit Damas. La prophétie annonce pourtant la ruine de cette ville. Il est naturel que Salmanasar, en allant détruire Samarie, ait aussi renversé sur son passage Damas, qui prêtait du secours aux rois d'Israël. Voyez à ce sujet l'historien Josèphe (*Antiquit.*, liv. IX, c. 14).

6. *Et relinquetur in eo.* Après la prise de Samarie, il ne resta qu'un petit nombre d'Israélites dans le pays. Ces Israélites se fondirent avec les habitants de Juda et renoncèrent comme eux au culte des idoles. Ces restes d'Israël convertis au Seigneur peuvent aussi représenter ces restes précieux qui furent sauvés par grâce au temps de l'Évangile (Rom., XI, 5).

Cap. XVII. — 1. *Onus.* Vide dicta c. 13, n. 1. — *Damasci.* Prædicit propheta Syriæ, cujus caput erat Damascus, excidium imminens a Theglath-Phalasar. IV. Reg., 16, 9. — *In ruina.* Post ruinam.

2. *Aroer.* Civitas Syriæ, diversa ab Aroer urbe Judææ. — *Requiescent ibi.* Ibi pascentur greges tanquam in loco habitatoribus vacuo.

3. *Cessabit adjutorium ab Ephraim.* Decem tribus regni Israelitici Damasco civitati confœderatæ opem non fuerat. — *Regnum a Damasco.* Scilicet cessabit, everso Syriæ regno. — *Reliquiæ Syriæ.* Quod reliquum fuerit post cladem. — *Sicut gloria filiorum Israel.* Sicut Samaria: qua ut civitate regia et inclyta Israelitæ gloriabantur. Samaria enim sub idem tempus quo Damascus ab eodem rege Assyriorum vastata est. * Vel per gloriam filiorum Israel intelligit Jerusalem, quæ sequenti versiculo appellatur *gloria Jacob.*

4. *Attenuabitur gloria Jacob.* LXX, *defectio gloriæ Jacob.* Significat vastationem Samariæ, quæ gloria Israel seu Jacob dicitur. * Vel Jerusalem intelligit, ut dixi. — *Pinguedo.* LXX habent, *pinguia gloriæ ejus concutientur,* id est malis et ærumnis pressa, ad incolarum maximam paucitatem redigetur.

5. *Et erit.* Rex Assyriorum semel et iterum cladem inferet non solum messem faciens, sed etiam spicilegium paucorum illorum qui superfuerunt. — *Congregans in messe quod restiterit.* Spicas colligens, quas messorum falcem effugerant. — *In valle Raphaim.* LXX, *in valle dura.* Sanchez vallem Raphaim locum pinguem et uberem fuisse existimat. Alvarez sterilem, quod facit ad paucitatem exaggerandam.

6. *Et relinquetur in eo.* In regno Samariæ relinquentur admodum pauci, quemadmodum pauci racemi remanent in vineis post vindemiam. — *Sicut excussio oleæ.* Et sicut paucæ remanent olivæ in olea postquam excussa est; relinquuntur enim paucæ aliquæ, duæ vel tres in summis ramis — *Fructus ejus.* Quæ olivæ sunt fructus arboris illius excussæ.

7. *Inclinabitur homo ad Factorem suum.* Relictis idolis convertetur ad Dominum: factum id est monente et excitante Ezechia, II. Paral., 30 et 31. — *Ad Sanctum Israel respicient.* Revertentur et convertentur, a quo prius fuerant aversi.

8. *Altaria.* Idolorum.

9. In die illa, erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ sicut aratra, et segetes quæ derelictæ sunt a facie filiorum Israel, et eris deserta.	9. En ce temps-là ses plus fortes villes seront abandonnées comme une charrue, et comme les blés qui furent laissés *par les Chananéens* à l'entrée des enfants d'Israël *dans leur pays.* Ainsi serez-vous déserte, *ô Samarie!*
10. Quia oblita es Dei salvatoris tui, et fortis adjutoris tui non es recordata; propterea plantabis plantationem fidelem, et germen alienum seminabis.	10. Parce que vous avez oublié le Dieu qui vous a sauvée, et que vous ne vous êtes point souvenue de votre puissant protecteur. Vous planterez de bon plant, et vous sèmerez des graines *que vous ferez venir* de loin;
11. In die plantationis tuæ labrusca, et mane semen tuum florebit; ablata est messis in die hæreditatis, et dolebit graviter.	11. *Et néanmoins* ce que vous aurez planté ne produira que des fruits sauvages : votre semence fleurira dès le matin; mais lorsque le temps de recueillir sera venu, vous ne trouverez rien, et vous serez percée de douleur.
12. Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis; et tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum.	12. Malheur à cette multitude nombreuse de peuples *qui fait un bruit* semblable au bruit d'une mer en furie! *malheur* à ces voix tumultueuses qui retentissent comme le bruit des vagues *et* des flots!
13. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, et increpabit eum, et fugiet procul; et rapietur sicut pulvis montium a facie venti, et sicut turbo coram tempestate.	13. Les peuples frémiront comme des eaux qui se débordent; *Dieu* s'élèvera contre eux, et les fera fuir bien loin; ils seront dissipés devant lui comme la poussière que le vent enlève sur les montagnes, et comme un tourbillon qui est emporté par la tempête.
14. In tempore vesperæ, et ecce turbatio; in matutino, et non subsistet; hæc est pars eorum qui vastaverunt nos, et sors diripientium nos.	14. Au soir ils étaient dans l'épouvante; et au point du jour elle ne subsistera plus. C'est là le partage de ceux qui ont ruiné nos terres, et ce que ceux qui nous pillent doivent attendre.

CHAPITRE XVIII.

Prophétie contre l'Éthiopie.

1. Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ.	1. Malheur à la terre qui fait du bruit de ses ailes! *Malheur à ce peuple* qui est au delà des fleuves d'Éthiopie;

12. *Væ multitudini populorum.* Ménochius rapporte encore ces paroles à la Syrie et à Samarie. Nous croyons qu'il vaut mieux les entendre, avec d'autres commentateurs, de l'expédition de Sennachérib dont l'armée fut détruite en une nuit. *In tempore vesperæ, et ecce turbatio; in matutino, et non subsistet* (Infr., vers. 14). On peut aussi voir figurativement, dans ces ennemis de Jérusalem, les ennemis de l'Église.

Cap. XVIII. — 1. *Væ terræ cymbalo alarum.* Cette prophétie regarde la terre de Chus ou l'Éthiopie, dont le roi Tharaca entreprit de secourir Jérusalem menacée par Sennachérib. Les Septante ont traduit : « Malheur à la terre qui fait ombre de ses ailes, ou qui prétend pouvoir mettre à couvert ceux qui implorent son secours. » Ces ailes sont les vaisseaux ou les petites barques dont les Éthiopiens couvraient le Nil.

---

9. *Civitates fortitudinis ejus.* Civitates fortes et munitæ israelitarum et Syriæ. — *Quæ derelictæ sunt a facie filiorum Israel.* Amorrhæi enim, cum primum ex Ægypto venerunt Hebræi in terram promissam, relictis segetibus, aratris et omni rustico instrumento, præ metu fugerunt. — *Eris deserta.* Samaria.

10. *Plantabis plantationem fidelem.* Licet fideles plantas pones, et quæ spem agricolæ non fallunt, tamen uberes fructus, quos ferent, non tibi ferent, sed hostibus tuis qui illos diripient. — *Germen alienum.* Quia, ut dictum est, in aliorum commodum germinabunt.

11. *In die plantationis tuæ labrusca.* Quod ad te attinet, idem erit ac si essent labruscæ; nam fructus illius non tu, sed hostes percipient. — *Mane semen tuum florebit.* Et spem faciet uberis proventus : sed non tibi ager aut vinea fructificabit, sed hosti. — *In die hæreditatis.* Cum advenerit tempus possidendi et hæreditandi eam, scilicet tempus messis et vindemiæ. — *Et dolebit.* Dolorem tibi afferet; in hebræo enim est כאב *chieb*, in conjugatione *piel*, quæ est activa.

12. *Væ multitudini populorum!* Væ Syriæ et Samariæ, et exercitibus ejus frequentissimis, quos contra Judæ regnum instruxerunt. — *Ut multitudo.* Cujus exercitus fremitus et tumultus est ut fremitus maris.

13. *Increpabit.* Coercebit et compescet. — *Sicut turbo coram tempestate.* Sicut ventus vehemens pappos difflat; in Hebræo, גלגל *galgal*, quod quid sit explicavi Psalm. 82, 14. Vide ibi dicta.

14. *In tempore vesperæ.* Brevissimo tempore turbabitur, evertetur, et non subsistet. Sic italice cum breve tempus significare volumus, dicimus : *Della mattina alla sera.* — *Hæc est pars eorum.* Hic exitus eos manet, qui nos vastarunt et regnum nostrum.

Cap. XVIII. — 1. *Cymbalo alarum.* Quæ cymbalis, id est, cymbis, seu navibus alatis utitur : alas vocat vela; in hebræo est, צלצל *tsiltsel*, quod verti potest, *inumbranti alis*, id

2. Qui envoie ses ambassadeurs sur la mer; sur les eaux dans des vaisseaux de jonc. Allez, anges légers, *allez* vers une nation divisée et déchirée; *allez* vers un peuple terrible, et le plus terrible de tous, vers une nation qui attend *du secours de son Dieu*, et qui est foulée aux pieds; dont la terre est gâtée et ravagée par les inondations des fleuves.

3. Habitants du monde, vous tous qui demeurez sur la terre, *écoutez* : Lorsque l'étendard sera élevé sur les montagnes vous le verrez, et vous entendrez le bruit éclatant de la trompette.

4. Car voici ce que le Seigneur m'a dit : Je me tiendrai en repos; je contemplerai *leurs vains efforts* du lieu où je suis; *on voit* une lumière aussi claire qu'est le soleil en plein midi, et comme un nuage de rosée pendant la moisson;

5. Car *la vigne de ces superbes* fleurira toute avant le temps; elle germera sans jamais mûrir;

2. Quæ mittit in mare legatos, et in vasis papyri super aquas! Ite angeli veloces ad gentem convulsam, et dilaceratam : ad populum terribilem, post quem non est alius; ad gentem expectantem et conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus.

3. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra cum elevatum fuerit signum in montibus, videbitis, et clangorem tubæ audietis;

4. Quia hæc dicit Dominus ad me : Quiescam, et considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, et sicut nubes roris in die messis.

5. Ante messem enim totus effloruit, et immatura perfectio germinabit, et

---

2. *Qui mittit in mare legatos.* Les Ethiopiens avaient envoyé à Juda leurs ambassadeurs pour l'assurer de leur appui. C'est à ces ambassadeurs que le Prophète fait adresser par le roi Tharaca un discours plein d'orgueil. — *Ite, angeli veloces.* Ce peuple, déchiré et dépouillé par ses ennemis, ce peuple qui a été terrible dès son origine et dans les autres temps, c'est le peuple de Juda que le Seigneur délivra de l'armée de Sennachérib. Telle est, du moins, l'interprétation du P. de Carrières, que nous préférons à celle de D. Calmet, qui croit que l'ambassade est envoyée par les Nubiens aux Egyptiens.

4. *Quiescam et considerabo.* Le prodige de délivrance que Dieu fera sera si éclatant, que tous les peuples de la terre en auront connaissance. *Omnes habitatores orbis... videbitis.* Le Seigneur se tiendra d'abord en repos. Il laissera l'ennemi faire ses mouvements et ses préparatifs. Il attendra que l'Ethiopien, appelé par ceux qui n'ont pas confiance en lui arrive. Il laissera germer cette vigne, puis il la laissera abattre par Sennachérib et les Assyriens. Ses sarments seront coupés et enlevés. Cette défaite des Ethiopiens se lit dans une inscription cunéiforme que possède le Musée Britannique. Dans cette inscription, qui compte 480 lignes, on lit les campagnes de Sennachérib. Dans le récit de sa troisième campagne, Sennachérib dit : « Les archers, les chars, les chevaux du roi d'Ethiopie, des multitudes innombrables, se réunirent et marchèrent contre moi. Leurs chefs disposèrent l'ordre de bataille en vue de la ville d'Altakou et inspectèrent leurs serviteurs. Dans l'adoration du Dieu Assur, mon maître, je combattis avec eux, et je les mis en fuite. Les conducteurs des chars et les fils du roi d'Egypte, ainsi que les conducteurs des chars du roi de Méroé furent atteints vivants par ma main au milieu de la bataille, j'assiégeai et je pris les villes d'Altakou et de Tamna, et j'enlevai leurs captifs (Cf. IV. Reg., XIX). »

---

est, auxilium tuum Judæis cum magna virium tuarum prædicatione pollicenti : hoc enim videtur significare posse vox cymbali, ut etiam apud S. Paulum *cymbalum tinniens* eloquentiam significat charitate carentem et se ostentantem. — *Quæ est trans flumina Æthiopiæ.* Quæ est ultra Ægyptum, per quam fluunt septem flumina, id est, Nilus, qui per septem ostia influit in mare. Nilus vocatur flumina Æthiopiæ, quia per Æthiopiam delabitur in Ægyptum.

2. *Quæ.* Rex Æthiopiæ. — * *Mittit in mare legatos.* Per mare Arabicum mittit feciales ad bellum indicendum Assyriis. — *Et in vasis papyri super aquas.* Mittit legatos et milites auxiliares in navibus, quæ in Æthiopia, ut et in Ægypto, fiunt ex papyro fructice.* Vide Plin., lib. 5, cap. 22. — *Ite, angeli veloces.* Assyrios intelligit. — *Ad gentem convulsam, et dilaceratam.* Æthiopes, Dei decreto brevi dilacerandos et convellendos. * Vel, cujus magna pars in longinquis expeditionibus occupata est. — *Populum terribilem.* Populum qui multitudine et armis terribilis videbatur. — *Post quem non est alius.* Nam Æthiopia versus meridiem extenditur usque ad caput Bonæ Spei et ad mare. — *Gentem expectantem.* Gentem quæ suis peccatis in cœlum clamantibus cladem divinitus expectat, vel expectare potest. Vel dicitur *expectans*, quia sicut Ægyptus, ita Æthiopia Nili inundationem expectat, qua oblimantur agri et fœcundantur. Quæ explicatio confirmari ex eo potest, quod in hebræo pro *expectantem* est קַו קָו *quav quav*, *lineæ lineæ* : quæ lectio significare videtur geometricas lineas quibus agros limo obductos distinguunt Æthiopes, ut sua cuique possessio constet. — *Conculcatam.* Limo, quem trahit Nilus, obductam. — *Cujus diripuerunt.* Nam aquarum fluminis decursu, et alluvione terra loco movetur, et quodammodo diripitur.

3. *Omnes habitatores orbis.* Omnes qui terram incolitis, cum militare signum in montibus elevavero, videbitis qualis superbo populo infligenda sit plaga.

4. *Quiescam, et considerabo in loco meo.* Eminus e throno meo tacitus, imo gaudens, spectabo quasi ludos, scilicet hæc spectacula vindictæ meæ, stragem nimirum Æthiopum. — *Sicut meridiana lux.* Cum Æthiopes erunt in tenebris, id est, in angustiis, ego in clara et serena luce mea habitans, clarus, serenus et gloriosus eos contemplabor. — *Et sicut nubes roris in die messis.* Ipsi æstuabunt, et ego quasi in nube rorida omnem æstum procul habebo, et inde vastationi Æthiopum aliquid roris aspergam, cladem eorum clementia temperando, ne penitus deleantur. * Vel ipsis Assyriis ero quasi nubes eos refrigerans, juvans et roborans.

5. *Ante messem... totus effloruit.* Intempestiva luxurie totus effloruit, ideoque fructus amisit, ut accidit arboribus quæ ante tempus se in flores effundunt. Hac allegoria significat præproperam gloriationem Æthiopum. — *Præcidentur ramusculi ejus falcibus.* Juvenes significat, quos Assyriorum furor demetet. — *Quæ derelicta fuerint.* Reliquias Æthiopum e bello profugas intelligit. — *Abscindentur, et excutientur.* Capientur, spoliabuntur, dissipabuntur, occidentur.

præcidentur ramusculi ejus falcibus; et quæ derelicta fuerint, abscindentur, et excutientur.

6. Et relinquentur simul avibus montium, et bestiis terræ; et æstate perpetua erunt super eum volucres, et omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt.

7. In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum a populo divulso et dilacerato; a populo terribili, post quem non fuit alius; a gente expectante, et conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus; ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.

ses rejetons seront coupés avec la faux, et ce qui en restera sera retranché et rejeté comme inutile.

6. On la laissera aux oiseaux des montagnes et aux bêtes de la terre; les oiseaux y demeureront pendant tout l'été; et toutes les bêtes de la terre y passeront l'hiver.

7. En ce temps-là ce peuple divisé et déchiré, ce peuple terrible, et le plus terrible de tous; cette nation qui attendait *le secours du Seigneur*, et qui était foulée aux pieds; dont la terre est gâtée et ravagée par l'inondation des fleuves; cette nation dis-je offrira un présent au Dieu des armées, et viendra au lieu où est invoqué le nom du Seigneur des armées, à la montagne de Sion.

CHAPITRE XIX.

Prophétie contre l'Egypte.

1. Onus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus, et cor Ægypti tabescet in medio ejus.

2. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios; et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum.

3. Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus, et consilium ejus præcipitabo; et interrogabunt simulacra sua, et divinos suos, et pythones, et ariolos.

4. Et tradam Ægyptum in manu do-

1. Prophétie contre l'Egypte. Le Seigneur montera sur un nuage léger, et il entrera dans l'Egypte : et les idoles d'Egypte seront ébranlées devant sa face; et le cœur de l'Egypte se fondra au milieu d'elle.

2. Je ferai, *dit le Seigneur*, que les Egyptiens s'élèveront contre les Egyptiens, que le frère combattra contre le frère, l'ami contre l'ami, la ville contre la ville, et le royaume contre le royaume.

3. Car l'esprit *de sagesse* s'anéantira dans elle, et je renverserai toute sa prudence. Ils consulteront leurs idoles, leurs devins, leurs pythons et leurs magiciens.

4. Je livrerai l'Egypte entre les mains d'un

---

7. *Deferetur munus Domino exercituum.* Tharaca et les Ethiopiens vaincus, Juda se trouvant livré à la merci des Assyriens, lorsqu'il n'avait plus aucun secours à attendre de personne, le Seigneur parut dans toute sa puissance et détruisit en une nuit l'armée de Sennachérib. Alors Juda, délivré, alla dans le temple offrir à son Dieu son offrande pour le remercier de l'avoir si miraculeusement sauvé.

Cap. XIX. — 1. *Onus Ægypti.* L'Egypte s'était associée à l'Ethiopie pour marcher au secours de Juda. Le Prophète, chargé de condamner cette ligue, s'élève contre les Pharaons, et annonce d'abord la désolation de ce pays par Sennachérib, qui devait vaincre les Egyptiens et les Ethiopiens réunis. Tel est l'objet de cette prophétie jusqu'au verset 18.

2. *Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios.* Le fils de Sennachérib, Asar-Haddon pénétra en Egypte et ayant conclu une alliance avec les petits rois du Delta, il chassa Tharaca de la Basse-Egypte, et ayant réuni à ses possessions ces petits Etats, il prit le nom de roi d'Egypte et d'Ethiopie. De nouvelles révolutions bouleversèrent l'Egypte. Le parti égyptien essaya de secouer le joug des Assyriens et des Ethiopiens, et Diodore de Sicile rapporte qu'à la chute de la dynastie éthiopienne il y eut une anarchie qui dura deux ans. C'est alors qu'éclatèrent les guerres intestines prédites ici par Isaïe.

4. *Et tradam Ægyptum.* D'après Diodore, la guerre civile fut terminée par la Dodécarchie. Douze des principaux conspirateurs se réunirent à Memphis et gardèrent le pouvoir 15 ans.

---

6. *Relinquentur.* Avibus et feris laniena. — *Æstate perpetua erunt super eum volucres.* Nam tanta erit strages et copia cadaverum insepultorum, ut tota æstate, et sequenti etiam hieme, feris ad escam sufficitura sint.

7. *In tempore illo.* Tempore Christi, ad quem more suo avolat Isaias. — *Deferetur munus.* In subjectionis signum ; nam Christi jugum admittent Æthiopes, de quibus dictum Psal. 71, 9 : *Coram illo procident Æthiopes, etc.* — *A gente expectante.* Hæc sunt explicata supra, n. 2. — *Ad locum nominis.* Ubi invocatur nomen Domini.

Cap. XIX. — 1. *Onus.* Durum et triste vaticinium contra Ægyptum. — *Dominus ascendet super nubem levem.* Dicuntur hæc poetice; fingitur enim Dominus vindex nube quasi curru vehi. — *Levem.* Celerem. — *Commovebuntur simulacra Ægypti.* Assyrii spoliabunt et diripient templa, deosque aureos et argenteos Ægyptiorum, eosque cum Ægyptiis in Babylonem captivos abducent, ut ait Jerem., c. 43, n. 12. — *Tabescet.* Timore et mœrore solvetur.

2. *Ægyptios adversus Ægyptios.* Discordes animis, aliquibus Assyriis se dedere jubentibus, aliis vero repugnantibus. — *Regnum adversus regnum.* LXX habent νόμος ἐπὶ νόμον, id est, *præfectura adversus præfecturam.*

3. *Dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus.* Idem est quod dictum est superiori versiculo, *cor Ægypti tabescet.* LXX habent, *turbabitur spiritus.* Pagninus et Vatabl. vertunt, *evacuabitur.* — *Præcipitabo.* Consilium ac mentem illi eripiam. — *Pythones.* Vide dicta I. Reg., c. 28, n. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

maître cruel, et un roi violent les dominera avec empire, dit le Seigneur Dieu des armées.

5. La mer se trouvera sans eau, et le fleuve deviendra sec et aride.

6. Les rivières tariront, les ruisseaux diminueront, les roseaux et les joncs se faneront;

7. Le lit des ruisseaux sera à sec à sa source même, et tous les grains, le long de ses eaux, se sécheront et mourront.

8. Les pêcheurs pleureront, tous ceux qui jettent l'hameçon dans le fleuve seront dans les larmes, et ceux qui étendent leurs filets sur la surface des eaux tomberont dans la défaillance.

9. Ceux qui travaillaient en lin, qui le préparaient, et qui en faisaient des ouvrages fins et déliés, seront dans la confusion.

10. Les lieux arrosés d'eaux sécheront; et tous ceux qui faisaient des fosses pour y prendre du poisson *seront dans l'abattement.*

11. Les princes de Tanis ont perdu le sens; ces sages conseillers de Pharaon *lui* ont donné un conseil plein de folie. Comment dites-vous à Pharaon : Je suis le fils des sages; je suis le fils des anciens *rois*.

12. Où sont maintenant vos sages? qu'ils vous annoncent, qu'ils vous prédisent ce que le Seigneur des armées a résolu de faire à l'Egypte.

13. Les princes de Tanis sont devenus des insensés; les princes de Memphis ont perdu courage; ils ont séduit l'Egypte, la force et le soutien de ses peuples.

14. Dieu a répandu au milieu d'elle un esprit d'étourdissement; et ils ont fait errer l'Egypte

minorum crudelium, et rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.

5. Et arescet aqua de mari, et fluvius desolabitur, atque siccabitur.

6. Et deficient flumina; attenuabuntur, et siccabuntur rivi aggerum. Calamus et juncus marcescet.

7. Nudabitur alveus rivi a fonte suo, et omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, et non erit.

8. Et mœrebunt piscatores, et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.

9. Confundentur qui operabantur linum, pectentes et texentes subtilia.

10. Et erunt irrigua ejus flaccentia; omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

11. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni : Filius sapientium ego, filius regum antiquorum?

12. Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, et indicent quid cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum.

13. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.

14. Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis; et errare fecerunt

L'un d'entre eux finit par avoir seul le pouvoir. Ce fut Psamménit. Sous ce prince, le parti national fut sans influence, et c'est ce qui fait que le Prophète nous montre la décadence de l'Egypte datant de cette époque.

11. *Stulti principes Taneos.* La faute de l'Egypte fut de songer à lutter contre les Assyriens et les Babyloniens. Néchao avait succédé à Psamménit. Il résolut de faire la conquête de la Syrie et il battit près de Mageddo les Juifs commandés par Josias, qui avait voulu s'opposer à son passage. Nabuchodonosor, le roi de Babylone, étant à la tête d'une puissance formidable, il aurait fallu éviter de lutter avec lui. Mais Néchao fut poussé par ses conseillers à lui faire la guerre, et il fut battu sur les bords de l'Euphrate, près de Circesium ou Karkemisch. Cette politique, que le Prophète appelle insensée, fut celle des successeurs de Néchao, et eut pour résultat de faire tomber l'Egypte sous la domination des Perses, du temps de Cambyse.

---

5. *Arescet aqua de mari.* Exaggeratio calamitatis, quasi dicat : Prorsus aquis destituetur Nilus, ex quo fœcunditas pendet totius Ægypti. Vocat autem Nilum *mare*, quia Hebræi congregationes aquarum et lacus appellant *maria*. * Vel sensus est : res ita se habebit, quasi nulla aqua esset in mari, quia commercia deficient propter piratas.

6. *Rivi aggerum.* Rivi fluentes inter aggeres. — * *Calamus et juncus marcescet.* Inutiles erunt arundines et papyri, unde naves strui solent.

7. *A fonte.* Desinente fonte aquas mittere.

8. *Emarcescent.* LXX, *lugebunt.*

9. *Qui operabantur linum.* Quod propter ariditatem soli provenire non poterit. Linum humens solum exigit. — *Subtilia.* Subtile linum. LXX, *byssum.*

10. *Flaccentia.* Deficientia. — *Omnes.* Confundentur, id est, mærebunt.

11. *Principes Taneos.* Tanis erat metropolis Ægypti et regia Pharaonis. — *Sapientes consiliarii.* Qui sibi et aliis videntur sapientes. — *Dicetis.* Persuadebitis. — *Pharaoni.* Ut ipse cogitet et dicat; est enim mimesis et expressio verborum ipsius Pharaonis. — *Filius sapientium.* Hereditaria et quasi naturalis est mihi sapientia et fastigium regale, ideoque iis excidere non possum. — * *Filius regum.* Multi enim sacerdotes Ægypti ad reges antiquos genus suum referebant.

12. *Annuntient tibi.* Vide an significare tibi possint quid de regno et capite tuo statuerit Deus.

13. *Emarcuerunt.* Paguinus et Vatablus vertunt, *erraverunt.* — *Angulum populorum ejus.* Quæ omnium populorum quos sibi subjugaverat aut fœdere adjunxerat, firmamentum erat et decus.

14. *Miscuit.* Propinavit, ut solet, vinum. — *Spiritum vertiginis.* Chald. et LXX vertunt, *spiritum erroris.* Intelligendum est hoc non positive, directe et causaliter, quasi Deus proprie causaverit et produxerit cæcitatem et spiritum erroris, sed permissive, indirecte et occasionaliter. — *Errare fecerunt.* Principes Taneos.

Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius et vomens.

15. Et non erit Ægypto opus, quod faciat caput et caudam, incurvantem et refrænantem.

16. In die illa, erit Ægyptus quasi mulieres, et stupebunt, et timebunt a facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse movebit super eam.

17. Et erit terra Juda Ægypto in pavorem; omnis qui illius fuerit recordatus, pavebit a facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam.

18. In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, et jurantes per Dominum exercituum : civitas Solis vocabitur una.

19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, et titulus Domini juxta terminum ejus.

20. Erit in signum, et in testimonium Domini exercituum in terra Ægypti.

dans toutes ses œuvres, comme un homme ivre qui ne va qu'en chancelant, et qui rejette ce qu'il a pris.

15. L'Egypte sera *de même* dans l'incertitude de ce qu'elle doit faire. Les grands comme les petits, ceux qui commandent et ceux qui obéissent.

16. En ce temps-là les Egyptiens deviendront comme des femmes; ils s'étonneront, ils trembleront parmi le trouble et l'épouvante que la main du Seigneur répandra sur eux.

17. En ce temps-là la terre de Juda deviendra l'effroi de l'Egypte; et quiconque se souviendra de Juda, tremblera de crainte dans la vue des desseins que le Seigneur des armées a formés contre l'Egypte.

18. Alors il y aura cinq villes dans l'Egypte, qui parleront la langue de Chanaan, et qui jureront par le Seigneur des armées, l'une sera appelée la ville du Soleil.

19. En ce temps-là, il y aura un autel du Seigneur au milieu de l'Egypte, et un monument *dressé* au Seigneur à l'extrémité du pays.

20. Cet autel sera dans l'Egypte un signe et un témoignage *de la puissance* du Seigneur des ar-

17. *Et erit terra Juda Egypto in pavorem.* L'Egypte, saisie d'une espèce de vertige, n'ayant plus de chef pour la guider, perdit sa nationalité sous Nectanébus, le dernier de ses rois, que les Perses détrônèrent vers l'an 349, sous le règne d'Artaxerxès Ochus. Dix-sept ans après, vers l'an 332, Alexandre-le-Grand envahit ces contrées. Irrité contre les Juifs, qui refusaient de se soumettre à lui, il marche contre eux plein de colère. Le grand-prêtre Jaddus vint au devant de lui par l'ordre du Seigneur, et avec tout l'appareil qui convenait au souverain sacrificateur du Dieu Très-Haut. Aussitôt la colère d'Alexandre s'apaise; il rend hommage au Dieu des Juifs, et il leur permet de vivre selon leurs lois. De là il passe en Egypte, qui se soumet sans résistance.

18. *In die illa erunt quinque civitates.* Le sens de Ménochius ne nous semble pas naturel. Le Prophète dit qu'en Egypte il y aura cinq villes qui parleront la langue du pays de Chanaan. L'histoire nous apprend que sous les Ptolémées, successeurs d'Alexandre, il y eut un très-grand nombre de Juifs qui se retirèrent en Egypte, et qu'il y eut des villes où ils formaient la partie prédominante de la population. Héliopolis, la ville du Soleil, fut la plus considérable de ces villes. Elle était située entre le Nil et la mer Rouge.

19. *Erit altare Domini in medio terræ Ægypti.* Sous le règne de Ptolémée Philométor, Onias, fils du grand-prêtre Onias III, grand-prêtre des Juifs, érigea en Egypte, dans les murs d'Héliopolis, un temple consacré au vrai Dieu, mais qui fut fermé par l'ordre de Vespasien, 343 ans après qu'il eût été bâti (Josèphe, *Guerre des Juifs*, liv. VII, c. 37).

20. *Clamabunt enim ad Dominum.* Anthiochus Epiphanes ayant déclaré la guerre à Ptolémée Philométor, les Juifs exhortèrent les Egyptiens à implorer le secours du Dieu véritable. Le Prophète les vit dociles à ses avis, obtenant de Dieu un libérateur. Ce fut le consul romain Popilius Lænas, qui obligea ce prince à renoncer à son entreprise. Ceci arriva l'an 168 avant Jésus-Christ.

---

15. *Opus, quod faciat caput et caudam.* Id est, consilia Ægyptiorum erunt inutilia et noxia. Italice dicimus : *Non accozzano nè capo nè coda.* Vel, quod *faciat caput et caudam* idem est ac quod arguat ac demonstret in eo gerendo fuisse caput, id est, principem senem et sapientem virum, et caudam, id est, juvenem subditum strenue jussa facientem. — *Incurvantem et refrænantem.* Idem est quod *caput et cauda;* itaque LXX vertunt, *principium et finem.* Vide dicta c. 9, n. 14, ubi hoc idem explicatum est. Refrænans hoc loco ex D. Hieronymo et aliis juvenem significat, qui refrænare debet inconditos animi motus, ut sensus sit : non erit ab incurvo sene prudens consilium, nec a juvene opus reipublicæ utile.

16. *Quasi mulieres.* Timidi et languidi. — *Manus Domini.* Ultricis.

17. *Erit terra Juda Ægypto in pavorem.* Etiam ipsum Judæ nomen pavebunt. Vel certe pavor reverentiam significat, unde S. Hieronymus explicat, *solemnitatem.* Hoc autem accidet Ægypto cum christiana sacra suscipiet. — *Pavebit.* Timebit, vel admirabitur; juxta proxime dicta.

18. *Quinque.* Id est, multæ; numerus definitus pro indefinito. — *Loquentes lingua Chanaan.* Loquentes hebraice; nam habitabant in terra Chanaan. Significatur Ægyptios, abjurata idolorum superstitione, veram religionem suscepturos, quæ illis manavit ab Judæa per Christum. — *Jurantes per Dominum.* Illum colentes, et ut Deum reverentes, et per illum, cum opus est, jurantes. — *Civitas Solis vocabitur una.* Una ex istis erit Heliopolis : hanc potissimum nominat, quia in ea præcipue idolorum superstitio vigebat, et erat civitas eorum sacerdotibus destinata.

19. *In die illa.* Cum christianam religionem professa fuerit Ægyptus. — *Titulus Domini.* Templa, cruces et alia signa christianæ pietatis. — *Juxta terminum ejus.* In finibus Ægypti.

20. *Erit in signum, et in testimonium.* Erunt signa et testimonia quod regio illa ad Christum transierit. — *Clamabunt enim.* Si incidat illis tribulatio, verum Deum invocabunt, qui eos a periculis et malis eruet.

mées. Car ils crieront au Seigneur, étant accablés par celui qui les opprimait; et il leur enverra un sauveur et un protecteur qui les délivrera.

21. Alors le Seigneur sera connu de l'Egypte, et les Egyptiens connaîtront le Seigneur; ils l'honoreront avec des hosties et des oblations; ils lui feront leurs vœux, et ils les lui rendront.

22. Ainsi le Seigneur frappera l'Egypte d'une plaie, et il la refermera : ils reviendront au Seigneur, et il leur deviendra favorable, et il les guérira.

23. Alors il y aura un grand chemin de l'Egypte en Assyrie : les Assyriens entreront dans l'Egypte, et les Egyptiens dans l'Assyrie. Les Egyptiens serviront les Assyriens.

24. En ce même temps Israël se joindra pour troisième aux Egyptiens et aux Assyriens : et la bénédiction sera au milieu de la terre,

25. Que le Seigneur a béni, en disant : Mon peuple d'Egypte est béni; l'Assyrien est l'ouvrage de mes mains, et Israël est ma maison et mon héritage.

Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis, et mittet eis salvatorem et propugnatorem, qui liberet eos.

21. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, et cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, et colent eum in hostiis et in muneribus; et vota vovebunt Domino, et solvent.

22. Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, et sanabit eam, et revertentur ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos.

23. In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, et intrabit Assyrius Ægyptum, et Ægyptius in Assyrios et servient Ægyptii Assur.

24. In die illa erit Israel tertius Ægyptio et Assyrio; benedictio in medio terræ,

25. Cui benedixit Dominus exercituum, dicens : Benedictus populus meus Ægypti, et opus manuum mearum Assyrio; hæreditas autem mea Israel.

CHAPITRE XX.

Les Egyptiens et les Ethiopiens seront emmenés en captivité.

1. L'année que Tharthan, envoyé par Sargon, roi des Assyriens, vint à Azot, l'assiégea et la prit;

1. In anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, et pugnasset contra Azotum, et cepisset eum;

23. *In die illa erit via de Ægypto in Assyrios.* Nolhac rappelle (*Etudes sur le texte d'Isaïe*, tome Ier) que dans les temps qui précédèrent ceux où vivait Isaïe, l'Egypte et l'Assyrie n'avaient eu que peu de relations, mais qu'après le démembrement des vastes Etats d'Alexandre, les affaires du royaume d'Assyrie furent toujours mêlées avec celles du royaume d'Egypte, et l'histoire nous présente une suite de guerres ou d'alliances entre les rois de ces deux pays. Le Prophète nous dit que Dieu a permis ces relations de guerre et de paix entre l'Egypte et l'Assyrie, pour répandre la connaissance de son nom dans ces deux contrées; il nous apprend que la Judée sera la bénédiction de l'un et l'autre peuple, et qu'elle est placée entre eux pour que leurs relations ne puissent avoir lieu que par elle. On peut aussi voir dans ces deux peuples, placés l'un au midi et l'autre au nord du monde ancien, une image de la conversion de la gentilité, qui doit avoir pour résultat de réunir dans une même foi, dans la foi au Christ, les nations les plus opposées.

25. *Hæreditas autem mea Israel.* La prophétie contenue dans ces deux versets, dit la Bible de Vence, paraît surtout regarder le temps de la conversion future des Juifs, lorsque ce peuple se réunira aux peuples fidèles de l'Occident et de l'Orient, pour rendre avec eux un même culte au Seigneur, et que, glorifiant hautement Jésus-Christ dans toute la terre, et annonçant son Evangile à toutes les nations, il deviendra pour le monde entier, comme le dit saint Paul (Rom., XI, 12 et 15), une source de richesse et de vie, une source de bénédictions, parce que Dieu l'a béni dans ses pères et le bénira dans ses derniers restes; en sorte que, comme les Gentils sont devenus par la foi *le peuple du Seigneur et l'ouvrage de ses mains*, Israël alors redeviendra *l'héritage du Seigneur*, comme il était au commencement (Eccli., XXXVI, 13), c'est-à-dire son peuple chéri, celui qu'il s'est attaché d'une manière plus particulière (Ex., XIX, 5; Deut., VII, 6).

Cap. XX. — 1. *In anno quo ingressus est Tharthan.* Le chapitre précédent est un résumé complet de l'histoire d'Egypte. Celui-ci en est un appendice. Il précise l'époque de la prophétie d'Isaïe. Ce fut dans l'année de la prise d'Azot par le tartan ou général en chef des troupes assyriennes. Sargon ou Sargin, le fils aîné de Salmanasar, régnait alors en Assyrie. Quel-

---

22. *Et percutiet Dominus Ægyptum.* Vastabit Deus Ægyptum, tum per Assyrios, tum per Chaldæos, sed post 40 annos eam sibi restituet, ut prædixit Ezechiel, c. 29, 13. Vel potius sensus est : Deus Ægyptios jam christianos factos castigabit interdum, cum peccaverint, ut ad mentis sanitatem eos revocet.

23. *Via de Ægypto in Assyrios.* Mutua pax et commercium. — *Servient Ægyptii Assur.* Ex Hebræo cum Vatablo et Montano verti potest, *colent Dominum Ægyptii cum Assyriis.*

24. *Tertius.* Qui scilicet æque ut Ægyptii et Assyrii Christum colat. ' Vel, *tertius* significat utrique fœderatus. — *Benedictio in medio terræ.* Christus per quem omnes gentes benedicentur, erit primum in medio terræ, hoc est, in Judæa, et inde ad alias nationes eadem benedictio manabit.

25. *Dicens : Benedictus.* Inde derivabit suam benedictionem ad alios populos, dicens : *Benedictus populus, etc.* — ' *Opus manuum mearum Assyrio.* Assyrius, quo ego utor ut volo, sicut figulus opere figulino. — ' *Hæreditas autem mea.* Populus mihi peculiaris.

Cap. XX. — 1. *Tharthan.* Nomen ducis regis Sennacherib. Vide IV. *Reg.* 18, 17. — *Sargon.* Qui et Sennacherib.

2. In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filii Amos, dicens : Vade, et solve saccum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, et discalceatus.

3. Et dixit Dominus : Sicut ambulavit servus meus Isaias nudus, et discalceatus, trium annorum signum et portentum erit super Ægyptum, et super Æthiopiam,

4. Sic minabit rex Assyriorum captivitatem Ægypti, et transmigrationem Æthiopiæ, juvenum et senum, nudam et discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti.

5. Et timebunt, et confundentur ab Æthiopia spe sua, et ab Ægypto gloria sua.

6. Et dicet habitator insulæ hujus in die illa : Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos a facie regis Assyriorum; et quomodo effugere poterimus nos?

2. Cette année-là, dis-je, le Seigneur parla à Isaïe, fils d'Amos, et il lui dit : Allez, ôtez le sac de dessus vos reins, et les souliers de vos pieds. Isaïe le fit, et il alla nu et sans souliers.

3. Alors le Seigneur dit : Comme mon serviteur Isaïe a marché nu et sans souliers, pour être comme un prodige qui marque ce qui doit arriver dans trois ans à l'Egypte et à l'Ethiopie,

4. Ainsi le roi des Assyriens emmènera d'Egypte et d'Ethiopie une foule de captifs et de prisonniers de guerre, jeunes et vieux, tout nus, sans habits et sans souliers, sans avoir même de quoi couvrir ce qui doit être caché dans le corps, à la honte de l'Egypte.

5. Alors les Israélites seront saisis de crainte; et ils rougiront d'avoir fondé leur espérance sur l'Ethiopie et leur gloire sur l'Egypte.

6. Les habitants de cette île diront alors : C'était donc là notre espérance! Voilà ceux dont nous implorions le secours pour nous délivrer de la violence du roi des Assyriens. Et comment pourrons-nous nous sauver?

CHAPITRE XXI.

Prophétie contre Babylone, l'Idumée et l'Arabie.

1. Onus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, de terra horribili.

1. Prophétie contre le désert de la mer. Je vois venir du désert des armées nombreuses. Elles viennent d'une terre affreuse, comme des tourbillons poussés par le vent du midi.

ques interprètes le confondent avec Sennachérib, son frère puîné, mais c'est à tort. Il n'eut toutefois qu'un règne de très-courte durée; il laissa le trône à Sennachérib. Dans une des inscriptions du palais de Korsabad, ce prince, dans le résumé de son règne, dit : « Je mis en déroute à Raphia, Hanon, roi de Gaza, et Sebeth, sultan d'Egypte; j'imposai un tribut au Pharaon... Je marchai contre Azot... Je la pris, j'enlevai comme captifs ses dieux, sa femme, ses fils, ses filles, ses trésors, le contenu de son palais et les habitants de son pays. »

2. *Et fecit sic, vadens nudus.* Saint Jérôme et plusieurs Pères ont cru qu'Isaïe était allé entièrement nu dans les rues de Jérusalem. Mais la plupart des interprètes modernes croient que, selon l'usage des Juifs, le Prophète devait avoir sous son sac une tunique qu'il portait sur la chair. Il est à remarquer que la nudité honteuse, marquée plus loin, n'est attribuée qu'aux captifs.

4. *Sic minabit, rex Assyriorum captivitatem Ægypti.* Ce système de translation était dans les usages des Assyriens. Dans toutes les conquêtes de Sargon et des autres rois d'Assyrie, nous voyons ces princes transporter les vaincus d'un pays à un autre pour se les assujetir plus facilement. Isaïe eut recours dans la circonstance, à ce qu'on appelle la prophétie par action, pour graver plus profondément dans l'esprit de ses contemporains, cette prédiction sur l'Egypte qu'il fit trois ans avant son accomplissement.

Cap. XXI. — 1. *Onus deserti maris.* Ce chapitre renferme trois prophéties; la première, contre Babylone (1-10), la seconde, contre l'Idumée (11-12), et la troisième contre l'Arabie

---

2. *In manu Isaiæ.* LXX, *ad Isaiam.* — *Saccum.* Vestem cilicinam intelligit, qua ordinarie Isaias amictus incedebat. — *Nudus.* Aliqui putant non omnino nudum incessisse, quibus assentior, licet communior opinio contra sentiat omnes plane vestes detraxisse. ' Solebant taliter se habere qui captivi abducentur, detracta per victores veste meliore.

3. *Trium annorum signum.* Signum calamitatis quæ per triennium Ægyptum et Æthiopiam vexabit.

4. *Sic minabit.* Mancipia quasi pecora, ut pastores, qui oves præ se agunt. — *Transmigrationem.* Transmigrantes et abductos Æthiopes.

5. *Timebunt, et confundentur.* Judæi. — *Spe sua.* In qua spem suam collocaverant. — *Gloria sua.* In qua gloriabantur.

6. *Insulæ.* Judæa, quæ vicinæ Ægypti auxilio spoliata, ac propterea ab illa quasi abjuncta, jam undique inimicis cincta erit, ut insulæ fluctibus assultantibus.

Cap. XXI. — 1. *Onus.* Durum et triste vaticinium. — *Deserti maris.* Contra Babylonem, quæ cum fuerit quasi mare propter populi frequentiam, nunc a Deo vastabitur, ita ut videatur esse eremus et desertum. Vox enim *deserti* est nomen substantivum, cum in hebræo sit, מדבר *midbar.* — *Sicut turbines ab Africo veniunt.* Quemadmodum ab australi plaga, id est, a deserto concitati et violenti turbines feruntur, qui obvia quæque turbant et evertunt. — *De deserto venit.* Sic vastitas de simili deserto, hoc est, de terra horribili, Perside nimirum et Media, in fines Babylonis irrumpet.

2. Le Seigneur m'a révélé une épouvantable prophétie. Le perfide continue d'agir dans sa perfidie, et celui qui dépeuplait continue de dépeupler tout. Marche, Elam; Mède, assiége cette ville; j'ai résolu de faire cesser les gémissements de ceux qu'elle opprime.

3. *O Dieu!* mes entrailles sont saisies de douleur, je suis déchiré au dedans de moi comme une femme qui est en travail; ce que j'entends m'effraie, et ce que je vois, m'épouvante.

4. Mon cœur est tombé dans la défaillance: mon esprit est rempli d'effroi et de ténèbres. Cette Babylone qui était mes délices me devient un sujet d'effroi.

5. Couvrez la table, contemplez d'une guérite *ce qui se passe;* princes, qui mangez et qui buvez, levez-vous, prenez le bouclier;

6. Car voici ce que le Seigneur m'a dit: Allez, posez une sentinelle qui vous vienne dire tout ce qu'elle verra.

7. Et *la sentinelle* vit un chariot conduit par deux hommes, monté l'un sur un âne et l'autre sur un chameau; et elle s'appliqua avec grande attention à considérer *ce qu'elle voyait.*

2. Visio dura nuntiata est mihi; qui incredulus est infideliter agit, et qui depopulator est, vastat. Ascende, Ælam; obside Mede; omnem gemitum ejus cessare feci.

3. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis, corrui cum audirem, conturbatus sum cum viderem.

4. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me; Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum.

5. Pone mensam, contemplare in specula comedentes et bibentes; surgite principes, arripite clypeum.

6. Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, et pone speculatorem; et quodcumque viderit annuntiet.

7. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, et ascensorem cameli; et contemplatus est diligenter multo intuitu.

(13 *ad fin.*). — *Onus deserti maris.* Tous les interprètes conviennent qu'il s'agit ici de Babylone, mais ils ne sont pas d'accord sur le sens de ces mots: *deserti maris.* L'Euphrate est probablement ici désigné sous le nom de mer, comme ailleurs le Nil. — *De deserto venit.* Le Prophète désigne ainsi les vastes régions qui s'étendent à l'Orient jusqu'au golfe Persique, et qui étaient alors fort peu connues.

2. *Ascende, Ælam.* Le Seigneur commande à Cyrus, roi des Perses, appelés pour lors *Elamites,* de partir avec les Mèdes. Il donne les ordres pour le siége, et Babylone va tomber.

3. *Propterea repleti sunt lumbi.* Ces paroles et les suivantes peuvent s'entendre du Prophète, comme l'a fait Menochius, mais on peut aussi croire que c'est Balthasar, le dernier roi de Babylone qui parle.

5. *Pone mensam.* Auparavant, Isaïe avait annoncé d'une manière générale que Babylone serait prise et ruinée. Ici il nous fait connaître une circonstance mémorable du siége, le festin de Balthasar. Il nous montre ce prince s'étourdissant sur le danger qu'il court et ordonnant un festin pour affecter sa tranquillité. *Pone mensam.* Mais pendant qu'il donne ses ordres, Dieu donne les siens. *Levez-vous, princes.* C'est Dieu, dit Rollin, c'est Dieu lui-même qui commande aux princes de s'avancer, de prendre les armes, et d'entrer sans crainte dans une ville noyée dans le vin ou plongée dans le sommeil.

7. *Et vidit currum duorum equitum.* Ces deux cavaliers portés sur un char, sont les deux rois qui devaient prendre Babylone, Darius le Mède et Cyrus. Leur monture représente les Mèdes et les Perses, comme l'explique très-bien Ménochius.

---

2. *Visio dura.* Vaticinium triste et durum Babyloni futurum. — *Mihi.* Isaiæ. — *Qui incredulus est.* In Hebr. est, *ecce prævaricator prævaricator, et ecce vastator vastator.* Id est, qui aliis gentibus fidem fefellerunt et prævaricati sunt, Persæ scilicet et Medi, idem facient cum Babyloniis, eosque vastabunt, ut alios populos vastaverunt. Itaque *incredulus* idem est quod fidem datam non servans. — *Ælam.* Persa. Vide dicta sup. c. 11, n. 11. — *Obside, Mede.* Adeste, Persæ et Medi, civitatem mihi invisam obsidete. — *Omnem gemitum ejus cessare feci.* Accipiendum est hoc active, quasi dicat: Cessare feci gemitum ejus, scilicet Babylonis, quem ipsa sua tyrannide et oppressione ab aliis exprimebat.

3. *Propterea.* Magnitudo cladis Babylonis ad misericordiam commovet etiam ipsum Isaiam, licet civitas esset Judæis inimica. * Vel hæc et sequentia sunt verba eorum qui in deserto ad mare habitabunt. — *Repleti sunt lumbi mei.* Meminit lumborum, quia de se loquitur propheta sub allegoria mulieris dolores partus patientis.

4. *Emarcuit.* Pavore, dolore et miseratione pene liquefactum est cor meum. — *Tenebræ.* Quasi quadam caligine oculos et mentem obducentes. — *In miraculum.* Ruinæ, angustiæ, pavoris et tremoris, hoc enim est Hebr. חרדה *charada.*

5. *Pone mensam.* Ironia. Epulare sane, Baltassar, et geniale convivium instrue. — *Contemplare in specula.* Gaude et lætare conspectu convivarum quos tu e throno tuo sublimiori inferioribus mensis assidentes contemplaris. * Vel sententia est statu speculatores qui e turribus contemplentur quid agatur in castris Cyri et Darii, quasi dicat: Frustra hoc est, a sero alimis; jam enim adsunt hostes. — *Surgite principes, arripite clypeum.* Id est statim hæc vox ad arma vos excitans insonabit auribus vestris.

6. *Vade, et pone speculatorem.* Te ipsum speculatorem constitue. * Vel pone aliquem amicorum tuorum in specula; ego faciam ut ea videat quæ aguntur, tibique annuntiet. — *Viderit.* LXX habent, *videris.*

7. *Vidit.* Speculator. Ego Isaias, qui speculatoris munere fungebar. — *Currum duorum equitum.* Duorum ascensorum currus vidi; nam quilibet eorum suum currum habebat in quem ascenderat. Vocatur eques (ut alibi) qui curru vehitur. Symmach. vertit, *duas bigas.* Vel etiam currus dicitur *duorum equitum,* quod quilibet equus currulis suum ascensorem haberet qui agebat aurigam. — *Ascensorem asini.* Ascensorem currus quem trahebant asini, vel qui asino insidebat. Asinis comparantur Persæ, quia ad eam diem abjecti fuerant et ignobiles,

---

8. Et clamavit leo: Super speculam Domini ego sum, stans jugiter per diem; et *a* super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. [a *Hab.* 2. 1.]

9. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, et respondit: et dixit: *a* Cecidit, cecidit Babylon, et omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in terram. [a *Jer.* 51. 8. *Apocal.* 14. 8.]

10. Tritura mea, et filii areæ meæ, quæ audivi a Domino exercituum Deo Israel, annuntiavi vobis.

11. Onus Duma. Ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? custos quid de nocte?

12. Dixit custos: Venit mane et nox; si quæritis, quærite; convertimini, venite.

8. Elle cria *comme un* lion: Je fais sentinelle pour le Seigneur; et j'y demeure pendant tout le jour: Je fais ma garde, et j'y passe les nuits entières.

9. Les deux hommes qui conduisaient le chariot s'étant approchés, j'entendis *une voix* qui me dit: Babylone est tombée; elle est tombée, et toutes les images de ses dieux ont été brisées contre terre.

10. Vous, *mon peuple,* que je laisse dans l'oppression, vous que je laisse brisé comme la paille dans l'aire, voilà ce que je vous annonce et ce que j'ai appris du Seigneur des armées, du Dieu d'Israël.

11. Prophétie contre Duma: *J'entends qu'*on crie à moi de Seïr: Sentinelle, qu'avez-vous vu cette nuit?

12. La sentinelle répondit: Le point du jour est venu, et la nuit *lui succédera.* Si *donc* vous cherchez *le moyen d'éviter les maux dont vous êtes menacé,* cherchez-le; convertissez-vous, et venez *au Seigneur.*

9. *Cecidit, cecidit Babylon.* Cette répétition marque que la chute de cette grande ville paraîtra incroyable, et que pour y ajouter foi, on se fera répéter plusieurs fois cette étonnante nouvelle. Saint Jean, dans l'*Apocalypse,* emploie la même expression en annonçant la ruine de Rome païenne (Apoc., XVIII, 2), et encore en annonçant la ruine de cette autre Babylone qui ne doit périr qu'au dernier jugement (*Ibid.,* XIV, 8). Le Seigneur fait connaître à l'avance ses desseins à son peuple, pour que, dans son affliction, il prenne patience, et que ses maux ne servent qu'à ranimer sa foi.

11. *Onus Duma.* Duma était, dit le P. de Carrières, la capitale de l'Idumée. Les Septante paraissent avoir lu *Edom,* au lieu de Duma. Il n'y a d'ailleurs pas de doute sur le sens, puisque les montagnes de Séir étaient habitées par les Iduméens. Les maux annoncés par Isaïe fondirent sur l'Idumée dans l'invasion d'Assar-Haddon. — *Quid de nocte!* Ce sont les Iduméens qui interrogent le Prophète placé en observation sur un lieu élevé comme une sentinelle. Et le Prophète répond: Nous touchons à l'heure où l'aurore devait paraître; mais elle ne paraît pas. Votre nuit est une nuit éternelle; vous êtes voués à une désolation sans fin (H. Rault).

---

quia laboriosi et malorum patientes; quia non tam solertia militari quam corporum robore et militum multitudine bella sustinebant; tandem quia licet priores Persæ frugales essent, tamen qui postea subsecuti sunt, luxui et libidinibus intemperanter indulserunt. Ascensor hujus currus erat Cyrus rex. — *Ascensorem cameli.* Camelo comparantur Medi et Darius eorum rex, quia Medi bellicosi erant et potentes, et camelis insequitabant, et Darius, regio Medorum sanguine natus, illustris erat et magnanimus. Ita D. Hieronymus. — *Contemplatus est.* Is qui speculatorem agebat, nimirum Isaias.

8. *Et clamavit leo.* Et ego Isaias speculator, videns civitati impendere ruinam clamavi, vocem exaltans, quasi rugitum leonis. — *Super speculam.* Dies et noctes perpetuo omnia circum speculor, et observo diligenter.

9. *Ecce iste venit.* Video adventare Persicas acies, easque in urbem irrumpere: Vidi Babylonem ab eis eversam cadere. — *Ascensor.* Ascensores, id est, equites duo scilicet Darius et Cyrus; sic vulgo dicimus, *miles adest,* id est, milites. Vel solus Cyrus intelligitur, qui fere solus hoc bellum confecit. — *Vir.* Quilibet eorum; nam hebræum איש *ic,* distributit, et aliquando idem est quod quivis aut quilibet. — *Vir bigæ equitum.* Quilibet insidet suæ bigæ equestri et bellicæ. — *Et respondit.* Speculator Isaias clamavit ultro, nemo enim hic eum interrogat: sic sæpe Christus in Evangelio dicitur respondisse, id est, dixisse, cœpisse loqui. — *Cecidit, cecidit.* Plane cecidit, hoc enim significat vocis geminatio.

10. *Tritura mea.* Vos, o Judæi, gens mea, ad quos sermone jam redeo, qui quasi frumentum virga et tribula affligemini ad salutem, scitote hæc quæ prædixi fidem certam et ratam habitura; nam ipso Domino revelante cognovi: itaque ex his proficite. — *Filii areæ meæ.* Idem est quod tritura, quæ in areis exercetur.

11. *Onus.* Tristis, dura et minax prophetia. — *Duma.* Idumæa; nam apud Hebræos, ut fere apud alias etiam gentes, nomina propria patiuntur aphæresim: sic *Jerusalem* vocatur *Salem.* Sic Abraham appellatur *Ram,* Job., 32, 2; et *Benjamin* dicitur *Jemini.* — *Ad me clamat ex Seir.* Ego, qui constitutus sum speculator a Deo, videor mihi audire clamantes Idumæos, quorum regio Seir dicitur ab Esau, qui etiam Seir appellatus est. — *Custos quid de nocte?* Hæc est clamantis vox. Sententia est: quid, o speculator, nobis de nostro statu in hac nocte significas! Ecquid de hostibus exploratum habes! Vivimusne, an funditus periimus! * Vel sententia est, quota est hora noctis!

12. *Venit mane et nox.* Id est, venit mane, et de hostibus interrogatis; venit et nox, et iterum solliciti de hoste quæritis. * Vel, instat mane, et tamen adhuc nox est. — *Si quæritis, quærite.* Si effugium a malis quæritis, ita quærite ut oportet, et ab eo qui vobis opem ferre potest, nimirum a Deo. * Vel quasi dicat: Si ad prædam, aut alio excurrere velitis, festinate. — *Convertimini, venite.* Resipiscite, mores mutate, pœnitentiam agite, tuncque armis captis fidenter venite, cum hoste confligite, et victoriam reportabitis. * Vel, rursum venite, et cito redite in urbem antequam hostes vos sentiant.

13. Prophétie contre l'Arabie. Vous dormirez au soir dans le bois, dans les sentiers de Dédanim.

14. O vous qui habitez la terre du midi, venez au devant de ceux qui ont soif, et portez-leur de l'eau; venez au devant de ceux qui fuient, et portez-leur du pain.

15. Car ils fuient de devant les épées, devant l'épée qui les allait percer, devant l'arc tout prêt à tirer, et devant une sanglante mêlée;

16. Voici encore ce que le Seigneur m'a dit : Je ne donne plus qu'une année à Cédar, comme on marque une année précise à un mercenaire, et après cela toute sa gloire sera détruite.

17. Le nombre même des plus forts archers de Cédar, qui seront restés, diminuera : car le Seigneur, le Dieu d'Israël a parlé.

13. Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim.

14. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti.

15. A facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie gravis prælii;

16. Quoniam hæc dicit Dominus ad me : Adhuc in uno anno, quasi in anno mercenarii, et auferetur omnis gloria Cedar.

17. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur : Dominus enim Deus Israel locutus est.

CHAPITRE XXII.

Prophétie contre Jérusalem. Siége de cette ville. Destitution de Sobna. Eliacim est élu à sa place.

1. Prophétie contre la vallée de Vision. D'où vient, que tu montes ainsi en foule sur les toits?

2. Ville pleine de tumulte, ville pleine de peuple, ville triomphante? Tes *enfants sont* tués, et *ils* ne sont point morts par l'épée : ce n'est point la guerre qui les a fait périr.

1. Onus vallis Visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti et tu omnis in tecta?

2. Clamoris plena, urbs frequens, civitas exultans; interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.

16. *Adhuc in uno anno.* Cédar était située dans l'Arabie Pétrée. L'Arabie a dû être dévastée avant l'Idumée, puisque Isaïe exhorte les Iduméens à secourir les Arabes fugitifs. Car c'est le sens qu'on peut donner aux premiers versets de la prophétie. Cette prophétie devait avoir son accomplissement un an après qu'elle a été faite : Je ne donne plus qu'une année à Cédar, et sa réalisation était la garantie de la prophétie contre Babylone, et du retour des Juifs après la captivité, événements qui étaient très-éloignés.

Cap. XXII. — 1. *Onus vallis Visionis.* Ce chapitre renferme deux prophéties : une prophétie nationale contre Jérusalem (1-15), et une prophétie individuelle contre Sobna, un des principaux officiers d'Ezéchias (15-25). Quelques interprètes disent que Jérusalem est appelée la *Vallée de Vision*, parce qu'elle était le séjour habituel des prophètes, que l'Écriture désigne sous le nom de *Voyants*. Cette prophétie contre Jérusalem fut faite par Isaïe à l'occasion de l'irruption de Sennachérib en Judée. Cette irruption causa tout d'abord dans le peuple un grand effroi. Pourquoi, dit le Prophète, montez-vous sur vos toits? Il était d'usage de monter sur les plates-formes des maisons pour y pleurer dans les grandes calamités publiques.

2. *Nec mortui in bello.* Au lieu de songer à une défense courageuse, une foule de lâches s'enfuirent et périrent de frayeur, ou tombèrent entre les mains de l'ennemi qui les fit captifs.

---

13. *Onus in Arabia.* Prophetia minax contra Arabes. — *In saltu ad vesperam dormietis.* Vos, Judæi, a patria exules, in alieno solo, nimirum in regione Dedanim, quæ est in Arabia, sub dio dormietis. — *Ad vesperam.* Hebr. ברעב *barahab*, quod etiam verti potest, *in Arabia.* — *Dedanim. Dodan et Theman*, inquit S. Hieronymus, *in solitudine sunt;* et videntur præcipuæ fuisse Ismaelitarum provinciæ.

14. *Occurrentes sitienti.* Judæo, ex pavore et fatigatione in fuga. — *Ferte aquam.* Date potum. — *Qui habitatis terram austri.* Vos, Arabes, quorum regio ad meridiem vergit.

16. *Quoniam hæc dicit Dominus.* Quoniam vero in miseros hosce Judæos et supplices non fuistis misericordes, hæc vobis denuntiat Dominus. — *Adhuc in uno anno.* Post annum unum elapsum, vel post breve tempus, ita ut tempus definitum pro indefinito positum sit. — *Quasi in anno mercenarii.* In anno quo dabuntur in prædam quasi in mercedem hostibus suis Chaldæis, pro labore quo ipsi Chaldæi servierunt divinæ vindictæ in aliis gentibus excidendis. Vide dicta sup., c. 16, n. 14. — *Gloria Cedar.* Arabiæ; Arabes enim et Ismaelitæ Cedar appellantur et Cedareni, a Cedar filio Ismael, Genes., 25, 13.

17. *Reliquiæ numeri.* Reliquiæ numerabiles, id est, pauci Arabum, qui alioqui solent esse innumeri et peritissimi sagittarii. — *Imminuentur.* Erunt in exiguo numero. *Hebr.* clare vertit : *Et residuus numerus arcus fortium filiorum Cedar paucus erit.* — *Dominus... Deus... locutus est.* Contra quem nec consilium, nec vires valent, et qui nec falli potest, nec fallere.

Cap. XXII. — 1. *Onus.* Prophetia tristia nuntians. — *Vallis Visionis.* Jerusalem, quæ dicitur *vallis* respectu montis Sion cui erat subjecta, vel quia cum prius esset inclyta, jam humilis facta erat, et abjecta propter scelera. Dicitur *visionis* propter montem *Moria*, id est, *visionis*, qui intra eamdem erat civitatem, cum esset idem cum monte Sion et tantum distinguerentur ut duo juga aut vertices ejusdem montis. — *Tibi.* O Jerusalem. — *Ascendisti et tu omnis in tecta.* Viri, feminæ, magni et parvi, ut scilicet inde calamitatem patriæ spectetis, et communi ejulatu deploretis.

2. *Clamoris plena, urbs frequens, civitas.* Olim plena eras populo, atque exultabas choreis, tubis et tympanis; nunc, dum vastaris, timoris es plena. — *Non interfecti gladio.* Turpiter fame mortui sunt, nec data est illis facultas strenue moriendi in bello et in acie.

3. Cuncti principes tui fugerunt simul, dureque ligati sunt; omnes qui inventi sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.

4. Propterea dixi : Recedite à me, amare flebo; nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

5. Dies enim interfectionis, et conculcationis, et fletuum, Domino Deo exercituum in valle Visionis, scrutans murum, et magnificus super montem.

6. Et Ælam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, et parietem nudavit clypeus.

7. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, et equites ponent sedes suas in porta.

8. Et revelabitur operimentum Judæ, et videbis in die illa armamentarium domus Saltus.

9. Et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatæ sunt; et congregastis aquas piscinæ inferioris.

10. Et domus Jerusalem numerastis, et destruxistis domos ad muniendum murum.

11. [a] Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris; et non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, et operatorem ejus de longe non vidistis. [a *IV. Reg.* 20. *II. Par.* 32. 30.]

3. Les princes tous ensemble ont pris la fuite et ils ont été chargés de rudes chaînes. Tous ceux que *l'ennemi* a trouvés, ont été enchaînés ensemble, quoiqu'ils se fussent enfuis bien loin.

4. C'est pourquoi, j'ai dit : Retirez-vous de moi : je répandrai des larmes amères. Ne vous mettez point en peine de me consoler sur la ruine de la fille de mon peuple.

5. Car voici un jour de carnage, un jour où tout est foulé aux pieds, un jour de cris, que le Seigneur, le Dieu des armées envoie en la vallée de Vision. *Je vois ton ennemi, ô Jérusalem*, qui sonde la muraille, et qui fait paraître sa gloire sur la montagne *sainte*.

6. Elam prend déjà son carquois; il prépare ses chariots et ses cavaliers; il détache ses boucliers des murailles.

7. *Jérusalem*, tes plus belles vallées sont couvertes de chariots de guerre; et la cavalerie ira se camper à tes portes.

8. Car il détruira toutes les murailles qui couvraient Juda. Et vous jetterez alors les yeux sur l'arsenal de la maison de la Forêt.

9. Vous remarquerez le grand nombre des brèches de la ville de David, et vous amasserez les eaux de la piscine d'en bas.

10. Vous ferez le dénombrement des maisons de Jérusalem, et vous en détruirez quelques-unes pour fortifier la muraille.

11. Vous ferez encore un réservoir d'eau entre deux murs auprès de la piscine ancienne; et vous n'élèverez point les yeux vers celui qui a fait Jérusalem, et vous ne regarderez pas même de loin celui qui en est le créateur;

6. *Et Ælam sumpsit pharetram.* Le Perse soumis au roi d'Assyrie. Dans l'Hébreu on lit : Ælam prend son carquois; Aram fait monter ses cavaliers et Cir découvre ses boucliers. Ce sont les noms de trois peuples soumis aux Assyriens; *Ælam* les Perses, *Aram* les Syriens de la Mésopotamie, et *Cir* les peuples de Médie, voisins du fleuve Cyrus. Isaïe voit Sennachérib envahir la Judée avec toutes les forces que ses vastes États ont pu lui fournir.

9. *Et scissuras civitatis David.* Ezéchias, qui avait mis sa confiance dans le Dieu des armées ne perdit pas courage. Il fit rebâtir tous les remparts de Jérusalem qui avaient été ruinés, fit faire toutes sortes d'armes, fit arriver sous terre les eaux de la fontaine de Gihon, dans la partie occidentale, et releva ainsi tous les cœurs abattus (Cf. IV. Reg., XVIII, 13, et II. Par., XXXII, 1-8).

---

* 3. *Ligati.* Conjurarunt inter se ut fugam caperent. Vel dum fugerent capti et dure ligati sunt.

4. *Dixi.* Ego Isaias animo mœrens.

5. *Dies enim interfectionis.* Venit enim tempus ineluctabile, quo Deus omnia conterere et conculcare statuit in ira furoris sui. — *Et fletuum, Domino Deo exercituum.* Vel sensus est : horrendam illam cladem, quæ interfectionem, conculcationem et fletum afferet, a Deo esse immissam; vel tempus illud esse *fletuum Domino*, id est, orandi cum fletu ante Dominum. Chald., *coram Domino.* LXX, *a Domino.* — *Scrutans murum.* Qui scilicet Deus vindex, et quasi belli dux, scrutatur murum Jerusalem, ut videat qua parte eum commode evertere et diruere possit. — *Magnificus super montem.* Ipse est qui montem Sion ejusque gloriam sub pedibus subjectam habet, ut eum dejiciat, et in imam quasi vallem deprimat.

6. *Ælam.* Persæ; nam Ælam urbs fuit Persidis, unde Ælamitæ dicti sunt. — *Currum hominis equitis.* Assumpsit quadrigas quibus viri bellatores insequitant. — *Parietem nudavit clypeus.* Detracto enim clypeo qui ex paxillo pendebat in pariete, paries nudus apparet.

7. *Electæ valles.* Uberes nimirum et amœnæ. — *In porta.* Occupata jam civitate, vel juxta portam.

8. *Operimentum Judæ.* Arcana sacra prius inaccessa, scilicet Sancta sanctorum. Unde Thren., 1, 10, dicitur : *Vidit gentes ingressas sanctuarium suum.* Alii per operimentum intelligunt antemurale, murum et alias munitiones urbis. — *Videbis in die illa armamentarium domus Saltus.* Ut resistas Chaldæis non recurres ad Deum, ut dicitur n. 11, sed ad arma quæ Salomon reposuit in armamentario palatii domus Saltus Libani.

9. *Et scissuras civitatis David.* Inspicietis scissuras murorum Sionis, ut eas instauretis et sarciatis. — *Congregastis aquas.* Vel ad sedandam civium sitim, quia Jerusalem aquarum penuria laborabat; vel ad macerandam et diluendam calcem ad sarciendos muros.

10. *Domos Jerusalem numerastis.* Vel ad dimetiendam aquam et annonam, vel ut ex iis eligerentur qui per vices excubarent ad muros; vel ut dirutis domibus muro adhærentibus, constare posset quibus dominis compensatio damni esset facienda.

11. *Ad aquam piscinæ veteris.* Hisce lacunis excipiendam. — *Ad eum.* Ad Deum, et piscinæ et aquæ et omnium auctorem. — *De longe.* Ne de longe quidem.

12. Alors le Seigneur le Dieu des armées, vous invitera aux larmes et aux soupirs, à raser vos cheveux, et à vous revêtir de sacs.

13. Et au lieu de cela, vous *ne penserez qu'*à vous réjouir et vous divertir, à tuer des veaux et à égorger des moutons, à manger de la chair et à boire du vin : Mangeons et buvons, *direz-vous*; nous mourrons demain.

14. C'est pourquoi le Seigneur le Dieu des armées m'a fait entendre cette parole dans une révélation : Je jure que vous porterez cette iniquité jusqu'à la mort, dit le Seigneur le Dieu des armées.

15. Voici encore ce que le Seigneur le Dieu des armées m'a dit : Allez trouver celui qui habite dans le tabernacle, Sobna, qui est le préfet *du temple*, et vous lui direz :

16. Que faites-vous ici? ou quel droit y avez-vous, vous qui vous êtes préparé ici un sépulcre, qui vous êtes dressé un monument avec tant d'appareil dans un lieu élevé, et qui vous êtes taillé dans la pierre un lieu de repos?

17. Le Seigneur va vous faire enlever d'ici comme un coq qu'on emporte, et comme un manteau.

18. Il vous couronnera d'une couronne de maux; il vous jettera comme une balle dans un champ large et spacieux. Vous mourrez là; et

* 12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, et ad planctum, ad calvitium, et ad cingulum sacci :

13. Et ecce gaudium et lætitia, occidere vitulos et jugulare arietes, comedere carnes, et bibere vinum; a Comedamus, et bibamus; cras enim moriemur. [a *Sap.* 2. 6. *I. Cor.* 15. 32].

14. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum : Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.

15. Hæc dicit Dominus Deus exercituum : Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, et dices ad eum :

16. Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.

17. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, et quasi amictum sic sublevabit te.

18. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam et spaciosam; ibi morieris, et ibi

13. *Et ecce gaudium*. Le Prophète fit entendre alors aux oreilles des Juifs des paroles de pénitence. Une partie suivit l'exemple du saint roi Ezéchias, et se montra animée des meilleurs sentiments. Mais beaucoup continuèrent leurs désordres, c'est ce qui fit qu'après les Assyriens, les Juifs virent les Babyloniens avec Nabuchodonosor, et les Romains avec Tite et Vespasien, frapper de nouveau leur ville condamnée.

15. *Sobnam præpositum templi*. D'après l'Hébreu : Allez trouver cet homme qui a la garde du trésor, Sobna qui est le surintendant du palais. L'Hébreu dit la *maison*, qui peut se prendre pour le temple ou le palais. Sobna était, suivant les uns, le surintendant du palais, et suivant les autres, préfet du temple.

---

12. *Vocabit*. Per prophetas inspirationesque internas. — *Calvitium*. Rasionem capitis, ut illo ævo solebant in mœroris argumentum. — *Ad cingulum sacci*. Ad induendos et cingendos saccos.

13. *Et ecce gaudium*. Tanta vero tua fuit vecordia, ut cum lugere deberes, etc., contra gaudio et conviviis indulseris. — *Cras enim moriemur*. Vox epicureorum nihil post hanc vitam sperantium aut timentium, ac propterea ventri, gulæ et veneri indulgentium.

14. *Revelata est*. Audita est a me vox Domini. — *Si dimittetur*. Particula *si* est jurantis, quasi dicat : Si dimittetur, ita ut feratis impune, non sim, aut non existimer Deus. — *Donec moriamini*. Non dimittetur, sed morte luetis.

15. *Hæc dicit Dominus*. Prophetia contra Sobnam præpositum templi. — *Qui habitat in tabernaculo*. In exedra, sive cubiculo prope templum. LXX eadem significatione vertunt : *Vade in pastophorium*, id est, in thalamum, cubiculum, vel exedram in qua Sobna degit. — *Præpositum templi*. Quem aliqui summum pontificem fuisse aiunt, alii negant; existimant tamen fuisse unum ex dignioribus sacerdotibus cui cura templi et sacri ærarii esset commissa.

16. *Quid tu hic?* Quid facis in templo Dei, o Sobna, homo profane? quasi dicat : Ineptus et indignus es hoc loco. — *Aut quasi quis hic?* Quid tu hic facis, homo nihili, qui non tam es aliquis quam *quasi aliquis*, non tam homo quam hominis simulacrum? Simile est illud Zachar., 11, 17 : *O pastor et idolum*, id est, o pastor, qui non tam pastor es quam idolum, simulacrum et larva pastoris. — *Excidisti tibi hic sepulcrum*. Hierosolymis, magno sumptu ad tui memoriam. — *In excelso*. Edito et conspicuo loco. — *Memoriale*. Sepulcrum cum inscriptione ad perpetuam nominis memoriam. — *Diligenter*. Accurate et artificiose elaboratum. — *Tabernaculum*. Ubi post mortem habites.

17. *Ecce Dominus*. Quasi dicat : Sed, o stulte, aliter de te Dominus statuit. — *Asportari te faciet*. Longe ab eo loco in quo tibi sepulcrum parasti. — *Sicut asportatur gallus gallinaceus*. Pedibus ligatis, et pendulus in caput. — *Quasi amictum*. In Hebr. est, *et amicient te amiciendo*, ut vertunt Pagninus et Vatablus : sententia est, obvoluto capite te asportabunt, ut quo deferaris non satis cognoscas.

18. *Coronabit te tribulatione*. Id est, circumdabit te ærumnis. Putat Salian. anno mundi 3322, n. 35, Sobnam pontificem non fuisse, sed coronam pontificis et auream laminam fortasse per superbiam sibi assumpsisse, unde etiam gallo gallinaceo sit comparatus, quem cristæ coronant, et hoc loco dicatur tribulatione coronandus. LXX etiam illi tribuunt στέφανον ἔνδοξον, *coronam gloriosam*. — *In terram latam*. In Assyriam. — *Ibi erit currus gloriæ tuæ*. Et hunc infelicem et tristem triumphi et gloriæ tuæ finem tibi superbo et arroganti paravit Deus. — *Ignominia domus Domini*. Morietur, vel ibi erit. De sublato cessabit et abolebitur dedecus templi quod eras tu.

erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.

19. Et expellam te de statione tua, et de ministerio tuo deponam te.

20. Et erit in die illa. Vocabo servum meum Eliacim, filium Helciæ.

21. Et induam illum tunica tua, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus; et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domui Juda.

22. a Et dabo clavem domus David super humerum ejus; et aperiet, et non erit qui claudat; et claudet, et non erit qui aperiat. [a *Apoc.* 3. 7. *Job.* 12. 14.]

23. Et figam illum paxillum in loco fideli, et erit in solium gloriæ domui patris ejus.

24. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris ejus, vasorum diversa genera omne vas parvulum, a vasis craterarum usque ad omne vas musicorum.

25. In die illa, dicit Dominus exercituum : Auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli; et frangetur et cadet, et peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

c'est à quoi se réduira le char de votre gloire, vous la honte de la maison de votre Seigneur.

19. Je vous chasserai du rang où vous êtes; et je vous déposerai de votre ministère.

20. En ce jour-là j'appellerai mon serviteur Eliacim, fils d'Helcias.

21. Je le revêtirai de votre tunique; je l'honorerai de votre ceinture; je lui remettrai entre les mains la toute puissance que vous avez; et il sera comme le père des habitants de Jérusalem et de la maison de Juda.

22. Je mettrai sur son épaule la clef de la maison de David. Il ouvrira sans qu'on puisse fermer; il fermera sans qu'on puisse ouvrir.

23. Je le ferai entrer *dans mon saint temple* comme un bois qu'on enfonce dans un lieu ferme, et il sera comme un trône de gloire pour la maison de son père.

24. Toute la gloire de la maison de son père sera *comme* suspendue sur lui. *On y mettra* des vases de diverses sortes, toutes sortes de petits instruments, depuis les coupes jusqu'aux instruments de musique.

25. En ce temps-là, dit le Seigneur des armées, le bois qu'on avait fait sceller dans un lieu stable, sera arraché; il sera brisé, et il tombera; et tout ce qui y était suspendu périra, parce que le Seigneur a parlé.

20. *Servum meum Eliacim*. Eliacim était aussi un des principaux ministres d'Ezéchias. Il fut envoyé avec Sobna pour recevoir les propositions des chefs de l'armée de Sennachérib (IV. Reg., XVIII, 18). Quelques interprètes ont cru que cet Eliacim était le pontife qui paraît avoir eu la régence au temps de Judith, sous le règne de Manassé (Jud., IV, 5, 7, 11).

22. *Et dabo clavem domus*. Ce personnage nous est représenté revêtu de tous les attributs du pouvoir. La tunique était plus ou moins riche, suivant la qualité du personnage; le ceinturon ou l'écharpe était le signe distinctif d'une fonction élevée; la clé était la marque de la puissance. Tous ces caractères ont fait voir dans cet Eliacim la figure du Christ. Car saint Jean attribue au Christ les mêmes signes dans l'*Apocalypse* (cap. III, 7).

24. *Et suspendent... vasorum diversa genera*. Comme dans les temps anciens, dit Nolhac, et notamment dans les contrées de l'Orient, les maisons n'étaient pas pourvues de ces différents meubles qui nous servent à renfermer les choses précieuses, on avait soin de garnir l'intérieur des murailles de gros clous ou crampons de métal ou de bois, auxquels on accrochait les armes, les ustensiles et les divers ornements que l'on possédait. La plupart des constructions étant de briques ou de terre, on plaçait ces crampons à mesure que l'on bâtissait la maison; on les scellait dans l'épaisseur du mur, et on cherchait à les rendre solides pour qu'ils pussent supporter le poids considérable dont ils devaient être chargés. Nous possédons un souvenir de ces usages antiques dans ces trophées d'armes qui sont comme la gloire de la famille qui les possède, et que nous voyons suspendues à un clou fiché dans la muraille.

---

20. *Vocabo*. Eligam et tibi substituam.

21. *Induam illum tunica tua*. Tradam illi insignia sacri ministerii, quæ nunc apud te sunt. — *Confortabo*. Roborabo, ut vertit Vatablus, id est, potestate ista tua eum augebo. — *Erit quasi pater*. Debent enim sacerdotes more paterno benigne gubernare subditos.

22. *Dabo clavem domus David*. Valde favet hic locus eorum sententiæ qui docent Sobnam fuisse pontificem, quasi dicat : Dabo pontificatum Eliacim, et summam in templo potestatem, cujus symbolum est clavis. — *Super humerum ejus*. Nam claves templorum magnas fores habentium magnæ sunt, et humeris impositæ facilius circumferuntur, quam alia ratione; et ita eas clavicularii, ut lictores fasces suos, super humerum gestare consueverunt.

23. *Paxillum*. Paxillus est clavus, sive ferreus, sive ligneus, ex quo supellex, aut sacra templi, aut domestica suspenditur, quasi dicat : Efficiam ut ex Eliacim pendeant summi, medii, infimi, ac præsertim cantores et musici templi. — *In loco fideli*. In pariete firmo et forti ex quo excidere aut evelli nequeat. — *Et erit in solium gloriæ domui patris ejus*. Eliacim paternam familiam reddet nobilissimam et splendidissimam suo solio, et dignitate in qua eum collocabo.

24. *Gloriam domus patris ejus*. Quænam sit hæc gloria statim sequentibus verbis significatur. — *Vasorum diversa genera*. Pergit in eadem paxilli allegoria, et per varia genera vasorum intelligit homines variorum ordinum et statuum. — *A vasis craterarum*. Tam crateras, phialas, mortariola, etc., quam instrumenta musica. Quid hac allegoria significetur proxime diximus.

25. *Paxillus*. Sobnam intelligit, qui solido et fideli loco fixus videbatur, nec ullo unquam tempore commovendus.

CHAPITRE XXIII

Prophétie contre Tyr.

1. Prophétie contre Tyr. Hurlez, vaisseaux de la mer, parce que le lieu d'où les navires avaient accoutumé de faire voile a été détruit. *La nouvelle* de sa ruine viendra de la terre de Céthim.

2. Demeurez dans le silence ; habitants de l'île. *Car* les marchands de Sidon passaient la mer pour venir remplir vos ports.

3. Les semences que le Nil fait croître par le débordement de ses eaux, les moissons que l'Egypte doit à ce fleuve étaient la nourriture de Tyr ; et elle était devenue comme la ville de commerce de toutes les nations.

4. Sidon, rougis de honte, parce que toi la ville maritime, la ville qui était la force de la mer, tu as dit : Je n'ai point conçu, je n'ai point mis d'enfants au monde, je n'ai point nourri de jeunes gens, je n'ai point élevé de jeunes filles.

5. Lorsque le bruit de Tyr sera passé en Egypte, on y sera saisi de douleur.

1. Onus Tyri. Ululate naves maris ; quia vastata est domus, unde venire consueverant, de terra Cethim revelatum est eis.

2. Tacete qui habitatis in insula ; negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleverunt te.

3. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus ; et facta est negotiatio gentium.

4. Erubesce, Sidon ; ait enim mare ; fortitudo maris, dicens : Non parturivi, et non peperi, et non enutrivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines.

5. Cum auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cum audierint de Tyro ;

Cap. XXIII. — 1. *Onus Tyri*. Tous les interprètes ont appliqué cette prophétie au siége de Tyr par Nabuchodonosor ou par Alexandre. Cette interprétation est venue de ce que l'histoire de Tyr ne nous est qu'imparfaitement connue. D'après les historiens profanes, on ne connaissait que ces deux siéges, et on était forcé de faire l'application de la prophétie d'Isaïe à l'un ou à l'autre de ces événements. Mais l'étude des inscriptions cunéiformes nous a appris que Tyr avait été prise et assiégée par Sennachérib. C'est ce siége que le Prophète prédit. Car en rattachant cette prophétie aux précédentes, on voit qu'Isaïe a indiqué tous les désastres que devait produire l'invasion assyrienne, non-seulement en Juda mais en Egypte, dans l'Idumée, l'Arabie, le pays de Moab, c'est-à-dire dans toutes les contrées qui entouraient le peuple de Dieu. Cette invasion devant désoler la Phénicie et renverser Tyr, la plus grande de ces villes, le Prophète annonce cette calamité. Il le fait dans un style proportionné à l'importance de cette ville si riche et si commerçante.

3. *Messis fluminis fruges ejus*. Le territoire de Tyr était stérile et peu étendu. Dans le commerce qu'elle faisait avec l'Egypte, elle tirait de la vallée du Nil non-seulement les grains nécessaires à sa subsistance, mais encore une foule de denrées qu'elle se chargeait d'emporter chez les autres nations, de sorte qu'il existait une sorte de solidarité entre sa prospérité et celle de l'Egypte.

4. *Erubesce, Sidon*. Quand Tyr fut attaquée par les Assyriens, il est à remarquer qu'elle ne fut secourue par aucune ville phénicienne. Sidon, sa métropole, l'abandonna, parce qu'elle était devenue jalouse de sa gloire. Le Prophète voit l'effet désastreux de ce mauvais sentiment, et il le reproche vivement à Sidon.

5. *Dolebunt cum audierint*. Les Egyptiens avaient pris parti comme les Phéniciens contre les Assyriens. Ils déplorent la prise de Tyr, parce qu'elle était leur alliée, et qu'au point de vue commercial, leurs intérêts étaient étroitement unis avec les siens.

Cap. XXIII. — 1. *Onus Tyri*. Dura et tristis prophetia contra Tyrum. Prædicit enim excidium ejus per Nabuchodonosor ; sunt tamen qui explicant de ejus expugnatione ab Alexandro Macedone. — *Naves maris*. Naves negotiatorum. — *Domus, unde venire consueverant*. Tyrus orbis totius emporium, unde ad varias regiones solvebant naves auro et pretiosis mercibus onustæ. — *De terra Cethim*. Ex insulis maris Mediterranei ; nam, ut notat D. Hieronymus, Cethim sunt insulæ Cypri, Italiæ etiam, et Macedoniæ regiones, unde ex Cethim dicitur egressus Alexander Macedo, I. Mach., c. 1, n. 1. — *Revelatum est eis*. Navibus maris, id est, negotiatoribus marinis revelatum est vastatam esse Tyrum, cum qua negotiabantur, ideoque ulularunt.

2. *Tacete*. Mœror ac stupor ex calamitate inexpectata usum loquendi eripit. — *In insula*. Olim enim Tyrus erat insula, ut constat ex Curtio, lib. 4 et aliis. — *Repleverunt te*. Suis opibus et mercibus.

3. *In aquis multis semen Nili*. Scilicet jacitur, hoc est, in irrigua terra, ideoque etiam plurimum frumenti, etc., colligitur. — *Messis fluminis*. Messis autem copiosa, quæ fit in Ægypto, erat quasi proprius Tyri proventus, quia triticum Tyrum advehebatur navibus, et ibi ob magnam populi multitudinem expedite vendebatur. — *Negotiatio gentium*. Commune orbis et gentium omnium emporium.

4. *Erubesce Sidon*. Quod cum Tyrus ex te prodierit, et colonia tua sit, tamen ei laboranti et ab hostibus pressæ opem non tuleris. — *Ait enim mare*. Hoc enim queruntur Tyrii negotiatores, qui in mari versantur. — *Fortitudo maris*. Hoc queritur ipsa Tyrus, decus et munimentum maris. — *Dicens : Non parturivi*. Videtur imitatio verborum Sidonis recusantis opem ferre, et dicentis : *Non peperi, etc.* ; id est, vos, o Tyrii, non agnosco, non vos peperi, nec alumni mei estis ; nec commune aliquid vobiscum habeo. Itaque illud *dicens* debet necti cum *Sidon*, ut ordo verborum sit, *erubesce, Sidon, dicens*. * Vel sensus est : ita civibus, filiis et filiabus destituta sum, utpote ab hostibus captis vel cæsis, ac si nunquam eos peperissem aut aluissem. Ut sint verba non Sidonis, sed Tyri.

5. *Dolebunt*. Quia magnus illis quæstus peribit, quem faciebant ex negotiatione cum Tyriis, et quia par exitium sibi timebunt.

6. Transite maria, ululate qui habitatis in insula ;

7. Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua ? ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.

8. Quis cogitavit hoc super Tyrum, quondam coronatam, cujus negotiatores principes, institores ejus inclyti terræ ?

9. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, et ad ignominiam deduceret universos inclytos terræ.

10. Transi terram tuam quasi flumen, filia maris, non est cingulum ultra tibi.

11. Manum suam extendit super mare, conturbavit regna ; Dominus mandavit adversus Chanaan, ut contereret fortes ejus ;

12. Et dixit : Non adjicies ultra ut glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis ; in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

13. Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit : Assur fundavit eam ; in

6. Traversez les mers ; poussez des hurlements, habitants de l'île.

7. *On vous dira* : N'est-ce pas là cette ville que vous vantiez tant, qui se glorifiait de son antiquité depuis tant de siècles ? Ses enfants sont allés à pied bien loin dans les terres étrangères.

8. Qui *donc* a prononcé cet arrêt contre Tyr, autrefois la reine des villes, dont les marchands *étaient riches* comme des princes, dont les trafiquants étaient les personnes les plus éclatantes de la terre ?

9. C'est le Seigneur des armées qui a résolu de la traiter de la sorte pour renverser toute la gloire des superbes, et pour faire tomber dans l'ignominie tous ceux qui paraissent dans le monde avec tant d'éclat.

10. Hâtez-vous *donc* de sortir de votre terre, comme un fleuve ! fille de la mer, toute votre enceinte a été détruite.

11. Le Seigneur a étendu sa main sur la mer ; il a ébranlé les royaumes ; il a donné ses ordres contre Chanaan pour réduire en poudre ses plus vaillants hommes ;

12. Et il a dit : Fille de Sidon, vierge qui allez être déshonorée, vous ne vous glorifierez plus à l'avenir avec tant de faste. Levez-vous, faites voile en Céthim ; vous n'y trouverez pas même du repos.

13. Considérez l'empire des Chaldéens ; il n'y eut jamais un tel peuple. Les Assyriens l'avaient

12. *In Cethim consurgens transfreta*. Céthim désigne ordinairement les îles de la Méditerranée. La plus importante de ces îles était l'île de Chypre qui était dans la dépendance des Tyriens. Citium était un de ses ports principaux. Elle fut prise par Sargin, le prédécesseur de Sennachérib, comme le prouve une stèle commémorative, trouvée dans cette ville, et qui est maintenant au Musée de Berlin. C'est ce qu'indiquent ces mots du Prophète : En vain les Tyriens voudront-ils se réfugier au sein de leur colonie, ils n'y seront pas en repos : *Ibi quoque non erit requies*.

13. *Ecce terra Chaldæorum*. Ce verset est un des plus difficiles de ce livre, dit la *Bible de Vence*. Il s'y est sans doute glissé des fautes de copistes, et c'est ce qui en rend l'interprétation très-problématique. L'auteur propose de l'entendre ainsi : « Voyez la terre des anciens

---

6. *Transite maria*. Quærite vobis, o Tyrii, alias sedes trans mare, ubi habitetis et negotiemini. — *In insula*. Tyro, quæ olim, ut diximus, erat insula.

7. *Numquid non vestra hæc est ?* Numquid non patria hæc vestra Tyrus vere de sua antiquitate gloriabatur, ac propterea etiam credebat se porro diutissime permansuram ? et tamen eversa est. — *Ducent eam pedes sui*. Tyrii captivi educentur, pedibusque ibunt in Babylonem. Vel certe significat aliquos fuga lapsos longinquas regiones petituros beneficio navium, quæ Tyriorum in insula sitorum quasi pedes quidam erant.

8. *Quondam coronatam*. Quæ quasi maris erat regina, metropolis et regno caput. — *Principes*. Quasi principes. — *Inclyti terræ*. Tyriorum mercatorum nomen inclytum erat propter magnitudinem divitiarum.

9. *Cogitavit hoc*. Ita decrevit et disposuit Dominus. — *Ut detraheret*. Ut Tyriorum superbiam comprimeret.

10. *Transi terram tuam*. Quæ prius fuisti insula, jam exiguo admodum intervallo distas a continenti, cum spatium interjacens hostes impleverint, ut ad te possent accedere tempore obsidionis ; itaque in continentem proximum transire potes, canali illo transmisso, qui se habet instar fluminis. — *Filia maris*. Ita dicitur Tyrus, qui insula. — *Non est cingulum ultra tibi*. Jam te mare non amplius cingit.

11. *Manum suam extendit super mare*. Respicit transitum maris Rubri, cum Dominus Israelis iter aperuit per undas maris, quasi dicat : Potens Dominus hoc fecit, qui olim manum suam extendit super mare Rubrum. Vel per mare Tyrios intelligit, qui ad mare sedes habebant. — *Conturbavit regna*. Evertit regna earum gentium quæ ante Israelitarum adventum habitabant terram Chanaan. Vel regnum Tyriorum intelligit. — *Mandavit*. Imperavit ut Chananæi exterminarentur, vel Tyrii, qui etiam ipsi ad terram Chanaan pertinebant.

12. *Non adjicies ultra ut glorieris*. Tuis opibus et potentia. — *Calumniam sustinens*. Vim passa et oppressa. — *Virgo*. Quæ pulchra est virginis instar, vel quæ virgo es, quia nondum hactenus expugnata. Vel generatim sic vocantur regna in Scripturis, quod custodiantur ut virgines. — *In Cethim*. In Cyprum aliasque insulas, in Græciam et Italiam. — *Ibi quoque non erit requies tibi*. Quia Deus ibi te quoque persequetur, et peste et fame, vel bello affliget.

13. *Ecce terra Chaldæorum*. Quid mirum si Phœnices mercimoniis addicti, ac propterea minus bellicosi, devastentur, cum Chaldæi ferocissimi, qui suas et ipsi munitiones habebant et turres, perierint, capta Ninive a Nabuchodonosor ? — *Talis populus non fuit*. Robore ac potentia. — *Assur fundavit eam*. Ditionem Chaldæorum, et regnum Babylonis. Nam primum Assyrii cum reliquis condiderunt urbem et turrim Babel, indeque egressus Assur in Assyriam, condidit Niniven. Genes., 10, 11. — *Domos ejus*. Ninives et Chaldæorum.

fondé ; on a emmené captifs les plus grands d'entre eux, et l'on a renversé leurs maisons, et on les a entièrement ruinés.

14. Hurlez, vaisseaux de la mer, parce que toute votre force est détruite.

15. En ce temps-là, ô Tyr ! vous demeurerez en oubli pendant soixante-dix ans, comme durant la vie d'un homme : et après soixante-dix ans Tyr deviendra comme une femme prostituée qui chante :

16. Prenez le luth, tournez tout autour de la ville, courtisane mise en oubli depuis longtemps, étudiez-vous à bien chanter, répétez souvent vos airs, afin qu'on se souvienne de vous.

17. Et soixante-dix ans après le Seigneur visitera Tyr. Il la remettra en état de recommencer son premier trafic : et elle se prostituera, comme autrefois, à tous les royaumes qui sont sur la terre.

18. Et tout le gain qui reviendra de son commerce et de son trafic sera consacré au Seigneur : il ne sera point mis en réserve, ni dans un trésor : mais il sera tout employé pour ceux qui assistent devant le Seigneur, afin qu'ils en soient nourris et rassasiés, et qu'ils en soient revêtus jusqu'à leur vieillesse.

captivitatem traduxerunt robustos ejus : suffoderunt domos ejus, posuerunt eam in ruinam.

14. Ululate naves maris, quia devastata est fortitudo vestra.

15. Et erit in die illa : In oblivione eris, o Tyre ! septuaginta annis, sicut dies regis unius ; post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

16. Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita ; bene cane ; frequenta canticum, ut memoria tui sit.

17. Et erit post septuaginta annos. Visitabit Dominus Tyrum, et reducet eam ad mercedes suas ; et rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ.

18. Et erunt negotiationes ejus, et mercedes ejus sanctificatæ Domino ; non condentur, neque reponentur ; quia his qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitatem, et vestiantur usque ad vetustatem.

Chaldéens ; ce peuple n'avait pas son semblable ; il surpassait en puissance tous les autres, et son antiquité remontait jusqu'au temps de la dispersion des hommes ; cependant l'Assyrie, dont la puissance fut postérieure à la sienne, ravagea cette terre : les citadelles que les Chaldéens avaient élevées devinrent la retraite d'un peuple sauvage, et les palais qu'ils avaient construits furent réduits en ruines.

15. *In oblivione eris, o Tyre ! septuaginta annis.* On voit qu'Isaïe n'annonce pas la ruine entière de Tyr, mais un échec dont elle se relèvera après 70 ans. La victoire de Sennachérib est gravée sur les rochers du Nahar-el-Kelb, près de Béryte. D'après ces bas-reliefs triomphaux, on voit qu'il prit Tyr, qu'il y établit pour roi un individu nommé Toubaal, et que celui-ci se reconnut son vassal et son tributaire. Tyr se releva, et quand Nabuchodonosor la vint assiéger plus d'un siècle après l'invasion de Sennachérib, il la retrouva dans tout l'éclat de son ancienne splendeur.

18. *Sanctificatæ Domino.* Ce dernier verset peut s'entendre des Phéniciens convertis à Jésus-Christ, au temps des apôtres et dans les premiers siècles de l'Eglise.

---

14. *Ululate.* Repetitio ejus quod dixit primo versiculo hujus capitis. — *Fortitudo vestra.* Tyrus munimentum et præsidium vestrum.

15. *In oblivione eris.* Vastata et desolata. — *Septuaginta annis.* Post quos reædificaberis, ut factum esse patet II. Esdræ, 13, 16. — *Sicut dies regis unius.* Quantum solet vivere homo, præsertim qui late et liberaliter vivit, ut faciunt reges, id est, septuaginta annis ; hæc enim est ætas et vita hominis, Psal., 89, 10. Alludit ad celeberrimum regem David qui 70 annis vixit. — *Quasi canticum meretricis.* Rursus post septuaginta annos Tyrus specie, ostentatione et proclamatione mercium suarum alliciet ad se mercatores, sicut meretrix cantu illecebroso allicit amasios.

16. *Sume citharam.* Ut meretrix citharam, cantum et omnes illecebras adhibet ad alliciendos juvenes ; ita Tyrus omnia adhibebit lenocinia et invitamenta ut merces et mercatores ad se suasque nundinas revocet.

17. *Visitabit Dominus Tyrum.* Tyri recordabitur in bonum. — *Reducet eam ad mercedes suas.* Tyrios captivos et exules reducet in patriam, et facultatem faciet ut quæstuosam artem mercaturæ ut prius exerceant. — *Fornicabitur cum universis regnis.* Commercia contrahet et negotiabitur cum omnibus gentibus, easque hospitio excipiet ; hoc enim significat hebræum זנה zana.

18. *Sanctificatæ Domino.* Consecratæ scilicet per eleemosynam, et quia erogatæ in alios pios usus a Tyriis ad Christum conversis : suo enim more propheta a tristibus ad læta et Christum avocat. — *His, qui habitaverint coram Domino.* Ecclesiæ ministros intelligit. — *Erit negotiatio ejus.* Ad lucrum negotiationis in usus pios, ad Ecclesiæ cultum, et ad alendos pauperes convertetur. — *Usque ad vetustatem.* Vestibus quæ diu durent, vel usque ad senectutem, id est, tota vita. Vatablus vertit, *ad operimentum senum*, id est, ut vestiantur veste honesta et decora, qualis decet senes et presbyteros

CHAPITRE XXIV.

Maux qui doivent tomber sur la Judée. Rétablissement de Jérusalem. Punition de ses ennemis.

1. Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus.

2. [a] Et erit sicut populus, sic sacerdos ; et sicut servus, sic dominus ejus ; sicut ancilla, sic domina ejus ; sicut emens, sic ille qui vendit ; sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit ; sicut qui repetit, sic qui debet. [a *Osee*. 4. 9.]

3. Dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, et defluxit terra, et infirmata est ; defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis ; quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabunt habitatores ejus ; ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.

1. Voici le temps que le Seigneur désertera toute la terre. Il la dépouillera, il lui fera changer de face, et il en dispersera tous les habitants.

2. Alors le prêtre sera comme le peuple, le seigneur comme l'esclave, la maîtresse comme la servante, celui qui vend comme celui qui achète, celui qui prend à intérêt comme celui qui donne son argent, et celui qui redemande ce qu'il a prêté comme celui qui doit.

3. Il n'y aura que renversement dans la terre, et elle sera exposée à toutes sortes de pillages ; car c'est le Seigneur qui a parlé.

4. La terre est dans les larmes, elle tombe dans la défaillance ; le monde périt ; tout ce qu'il y a de grand parmi le peuple est dans l'abaissement.

5. La terre est infectée par la corruption de ceux qui l'habitent, parce qu'ils ont violé les lois de Dieu, qu'ils ont changé les ordonnances du Seigneur, et qu'ils ont rompu l'alliance qu'ils avaient faite avec lui, et qui devait durer éternellement.

6. C'est pourquoi la malédiction du Seigneur dévorera la terre ; ceux qui l'habitent s'abandonneront au péché ; ceux qui la cultivent seront insensés ; et il n'y demeurera que très-peu d'hommes fidèles.

7. Le vin pleure, la vigne languit ; et tous ceux qui avaient la joie dans le cœur sont dans les larmes.

8. Le bruit des tambours a cessé, les cris de réjouissance ne s'entendent plus, la harpe a fait taire ses accords si doux.

Cap. XXIV. — 1. *Ecce Dominus.* Ici commence un discours qui s'étend jusqu'au chapitre XXVIII exclusivement. Il fut prononcé par le Prophète au temps de l'invasion de Sennachérib comme les prophéties précédentes. Mais Isaïe ayant annoncé la délivrance miraculeuse de Jérusalem, porte ses vues plus loin, et il annonce les maux qui doivent fondre sur Jérusalem au temps de Nabuchodonosor et des Romains. — *Dissipabit terram.* Littéralement, il s'agit ici de la Judée et de la dispersion de ses habitants lorsqu'ils furent emmenés captifs par Nabuchodonosor ou les Romains. Mais ces événements étant la figure de la ruine du monde à la fin des temps, on peut aussi entendre ces paroles, comme l'a fait Ménochius dans son Commentaire.

6. *Et relinquentur homines pauci.* Les Juifs fidèles à la loi de Dieu se trouveront réduits à un petit nombre. C'est ainsi qu'à la fin des temps, Notre Seigneur nous dit qu'il n'y aura presque plus de foi sur la terre.

Cap. XXIV. — 1. *Ecce Dominus.* Post onera et excidia aliarum gentium de quibus egit a cap. 13 huc usque, transit ad onus totius mundi, ac diem extremi judicii. — *Dissipabit.* Hebraicum בוקק *boquq* significat inanem et vacuam reddet. — *Terram.* LXX *totum terrarum orbem.* — *Nudabit eam.* Hominibus, animalibus aliisque suis ornamentis. — *Affliget faciem ejus.* Exuret superficiem terræ igne conflagrationis, II. Petr. 3, 10. — *Disperget habitatores ejus.* Soluta hominum societate.

2. *Sicut populus, sic sacerdos.* Erit omnium ordinum confusio, nullumque erit gradus aut dignitatis discrimen.

3. *Prædabitur.* Domino igne omnia vastante, et ignis prædam et pabulum faciente.

4. *Defluxit.* Chald. *desolata est*, corruentibus domibus et civitatibus, arcibus, etc. — *Infirmata.* Viribus destituta. — *Infirmata est altitudo populi terræ.* Principes et nobiles qui sunt fortitudo et excellentia populi terræ.

5. *Infecta est.* Peccatis. Chald. et LXX, *peccavit.* — *Fœdus.* Jura et leges Dei. — *Sempiternum.* Perpetuo eis observandum.

6. *Maledictio.* Calamitas. — *Et peccabunt. Quia peccaverunt*, ut habent LXX. — *Insanient.* Furentes libidine et cupidinibus, vel timore gravi quasi in amentiam versi, juxta illud Deut. 28, 28 : *Percutiat te Dominus amentia, et cæcitate, ac furore mentis ;* et illud Christi Luc. 21, 26 : *Arescentibus hominibus præ timore, et expectatione, quæ supervenient universo orbi.* — *Cultores ejus.* Terræ habitatores. — *Relinquentur homines pauci.* A qua trepidatione atque amentia in tanta multitudine eximentur pauci, qui divinam legem sancte et pie coluerunt.

7. *Luxit vindemia, infirmata est vitis.* Uvis et vino deficiente.

fondé ; on a emmené captifs les plus grands d'entre eux, et l'on a renversé leurs maisons, et on les a entièrement ruinés.

14. Hurlez, vaisseaux de la mer, parce que toute votre force est détruite.

15. En ce temps-là, ô Tyr ! vous demeurerez en oubli pendant soixante-dix ans, comme durant la vie d'un homme : et après soixante-dix ans Tyr deviendra comme une femme prostituée qui chante :

16. Prenez le luth, tournez tout autour de la ville, courtisane mise en oubli depuis longtemps, étudiez-vous à bien chanter, répétez souvent vos airs, afin qu'on se souvienne de vous.

17. Et soixante-dix ans après le Seigneur visitera Tyr. Il la remettra en état de recommencer son premier trafic : et elle se prostituera, comme autrefois, à tous les royaumes qui sont sur la terre.

18. Et tout le gain qui reviendra de son commerce et de son trafic sera consacré au Seigneur : il ne sera point mis en réserve, ni dans un trésor : mais il sera tout employé pour ceux qui assistent devant le Seigneur, afin qu'ils en soient nourris et rassasiés, et qu'ils en soient revêtus jusqu'à leur vieillesse.

captivitatem traduxerunt robustos ejus: suffoderunt domos ejus, posuerunt eam in ruinam.

14. Ululate naves maris, quia devastata est fortitudo vestra.

15. Et erit in die illa : In oblivione eris, o Tyre ! septuaginta annis, sicut dies regis unius ; post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

16. Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita ; bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.

17. Et erit post septuaginta annos. Visitabit Dominus Tyrum, et reducet eam ad mercedes suas ; et rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ.

18. Et erunt negotiationes ejus, et mercedes ejus sanctificatæ Domino ; non condentur, neque reponentur ; quia his qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitatem, et vestiantur usque ad vetustatem.

Chaldéens ; ce peuple n'avait pas son semblable ; il surpassait en puissance tous les autres, et son antiquité remontait jusqu'au temps de la dispersion des hommes ; cependant l'Assyrie, dont la puissance fut postérieure à la sienne, ravagea cette terre : les citadelles que les Chaldéens avaient élevées devinrent la retraite d'un peuple sauvage, et les palais qu'ils avaient construits furent réduits en ruines.

15. *In oblivione eris, o Tyre! septuaginta annis.* On voit qu'Isaïe n'annonce pas la ruine entière de Tyr, mais un échec dont elle se relèvera après 70 ans. La victoire de Sennachérib est gravée sur les rochers du Nahar-el-Kelb, près de Beryte. D'après ces bas-reliefs triomphaux, on voit qu'il prit Tyr, qu'il y établit pour roi un individu nommé Toubaal, et que celui-ci se reconnut son vassal et son tributaire. Tyr se releva, et quand Nabuchodonosor la vint assiéger plus d'un siècle après l'invasion de Sennachérib, il la retrouva dans tout l'éclat de son ancienne splendeur.

18. *Sanctificatæ Domino.* Ce dernier verset peut s'entendre des Phéniciens convertis à Jésus-Christ, au temps des apôtres et dans les premiers siècles de l'Eglise.

---

14. *Ululate.* Repetitio ejus quod dixit primo versiculo hujus capitis. — *Fortitudo vestra.* Tyrus munimentum et præsidium vestrum.

15. *In oblivione eris.* Vastata et desolata. — *Septuaginta annis.* Post quos reædificaberis, ut factum esse patet II. Esdræ, 13, 16. — *Sicut dies regis unius.* Quantum solet vivere homo, præsertim qui late et liberaliter vivit, ut faciunt reges, id est, septuaginta annis ; hæc enim est ætas et vita hominis, Psal., 89, 10. Alludit ad celeberrimum regem David qui 70 annis vixit. — *Quasi canticum meretricis.* Rursus post septuaginta annos Tyrus specie, ostentatione et proclamatione mercium suarum alliciet ad se mercatores, sicut meretrix cantu illecebroso allicit amasios.

16. *Sume citharam.* Ut meretrix citharam, cantum et omnes illecebras adhibet ad alliciendos juvenes ; ita Tyrus omnia adhibebit lenocinia et invitamenta ut merces et mercatores ad se suasque nundinas revocet.

17. *Visitabit Dominus Tyrum.* Tyri recordabitur in bonum. — *Reducet eam ad mercedes suas.* Tyrios captivos et exules reducet in patriam, et facultatem faciet ut quæstuosam artem mercaturæ ut prius exerceant. — *Fornicabitur cum universis regnis.* Commercia contrahet et negotiabitur cum omnibus gentibus, easque hospitio excipiet ; hoc enim significat hebræum זנה zana.

18. *Sanctificatæ Domino.* Consecratæ scilicet per eleemosynam, et quia erogatæ in alios pios usus a Tyriis ad Christum conversis : suo enim more propheta a tristibus ad læta et Christum avocat. — *His, qui habitaverint coram Domino.* Ecclesiæ ministros intelligit. — *Erit negotiatio ejus.* Ad lucrum negotiationis in usus pios, ad Ecclesiæ cultum, et ad alendos pauperes convertetur. — *Usque ad vetustatem.* Vestibus quæ diu durent, vel usque ad senectutem, id est, tota vita. Vatablus vertit, *ad operimentum senum*, id est, ut vestiantur veste honesta et decora, qualis decet senes et presbyteros

CHAPITRE XXIV.

Maux qui doivent tomber sur la Judée. Rétablissement de Jérusalem. Punition de ses ennemis.

1. *Ecce* Dominus dissipabit terram, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus.

2. a Et erit sicut populus, sic sacerdos ; et sicut servus, sic dominus ejus ; sicut ancilla, sic domina ejus ; sicut emens, sic ille qui vendit ; sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit ; sicut qui repetit, sic qui debet. [a *Osee.* 4. 9.]

3. Dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, et defluxit terra, et infirmata est ; defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis ; quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabunt habitatores ejus ; ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.

1. Voici le temps que le Seigneur désertera toute la terre. Il la dépouillera, il lui fera changer de face, et il en dispersera tous les habitants.

2. Alors le prêtre sera comme le peuple, le seigneur comme l'esclave, la maîtresse comme la servante, celui qui vend comme celui qui achète, celui qui prend à intérêt comme celui qui donne son argent, et celui qui redemande ce qu'il a prêté comme celui qui doit.

3. Il n'y aura que renversement dans la terre, et elle sera exposée à toutes sortes de pillages ; car c'est le Seigneur qui a parlé.

4. La terre est dans les larmes, elle tombe dans la défaillance ; le monde périt ; tout ce qu'il y a de grand parmi le peuple est dans l'abaissement.

5. La terre est infectée par la corruption de ceux qui l'habitent, parce qu'ils ont violé les lois de Dieu, qu'ils ont changé les ordonnances du Seigneur, et qu'ils ont rompu l'alliance qu'ils avaient faite avec lui, et qui devait durer éternellement.

6. C'est pourquoi la malédiction du Seigneur dévorera la terre ; ceux qui l'habitent s'abandonneront au péché ; ceux qui la cultivent seront insensés ; et il n'y demeurera que très-peu d'hommes fidèles.

7. Le vin pleure, la vigne languit ; et tous ceux qui avaient la joie dans le cœur sont dans les larmes.

8. Le bruit des tambours a cessé, les cris de réjouissance ne s'entendent plus, la harpe a fait taire ses accords si doux.

CAP. XXIV. — 1. *Ecce Dominus.* Ici commence un discours qui s'étend jusqu'au chapitre XXVIII exclusivement. Il fut prononcé par le Prophète au temps de l'invasion de Sennachérib comme les prophéties précédentes. Mais Isaïe ayant annoncé la délivrance miraculeuse de Jérusalem, porte ses vues plus loin, et il annonce les maux qui doivent fondre sur Jérusalem au temps de Nabuchodonosor et des Romains. — *Dissipabit terram.* Littéralement, il s'agit ici de la Judée et de la dispersion de ses habitants lorsqu'ils furent emmenés captifs par Nabuchodonosor ou les Romains. Mais ces événements étant la figure de la ruine du monde à la fin des temps, on peut aussi entendre ces paroles, comme l'a fait Ménochius dans son Commentaire.

6. *Et relinquentur homines pauci.* Les Juifs fidèles à la loi de Dieu se trouvèrent réduits à un petit nombre. C'est ainsi qu'à la fin des temps, Notre Seigneur nous dit qu'il n'y aura presque plus de foi sur la terre.

CAP. XXIV. — 1. *Ecce Dominus.* Post onera et excidia aliarum gentium de quibus egit a cap. 13 huc usque, transit ad onus totius mundi, ac diem extremi judicii. — *Dissipabit.* Hebraicum בוקק *boquq* significat inanem et vacuam reddet. — *Terram.* LXX *totum terrarum orbem.* — *Nudabit eam.* Hominibus, animalibus aliisque suis ornamentis. — *Affliget faciem ejus.* Exuret superficiem terræ igne conflagrationis, II. Petr. 3, 10. — *Disperget habitatores ejus.* Soluta hominum societate.

2. *Sicut populus, sic sacerdos.* Erit omnium ordinum confusio, nullumque erit gradus aut dignitatis discrimen.

3. *Prædabitur.* Domino igne omnia vastante, et ignis prædam et pabulum faciente.

4. *Defluxit.* Chald. *desolata est*, corruentibus domibus et civitatibus, arcibus, etc. — *Infirmata.* Viribus destituta. — *Infirmata est altitudo populi terræ.* Principes et nobiles qui sunt fortitudo et excellentia populi terræ.

5. *Infecta est.* Peccatis. Chald. et LXX, *peccavit.* — *Fœdus.* Jura et leges Dei. — *Sempiternum.* Perpetuo eis observandum.

6. *Maledictio.* Calamitas. — *Et peccabunt. Quia peccaverunt*, ut habent LXX. — *Insanient.* Furentes libidine et cupidinibus, vel timore gravi quasi in amentiam versi, juxta illud Deut. 28, 28 : *Percutiat te Dominus amentia, et cæcitate, ac furore mentis ;* et illud Christi Luc. 21, 26 : *Arescentibus hominibus præ timore, et expectatione, quæ supervenient universo orbi.* — *Cultores ejus.* Terræ habitatores. — *Relinquentur homines pauci.* A qua trepidatione atque amentia in tanta multitudine eximentur pauci, qui divinam legem sancte et pie coluerunt.

7. *Luxit vindemia, infirmata est vitis.* Uvis et vino deficiente.

9. Ils ne boiront plus le vin en chantant des airs. Toutes les liqueurs agréables deviendront amères à ceux qui les boiront.

10. Cette ville de faste est détruite; toutes les maisons en sont fermées, et personne n'y entre plus.

11. Les cris retentissent dans les rues, parce qu'il ne se trouvera plus de vin; tous les divertissements seront en oubli; toute la joie de la terre en sera bannie.

12. La ville ne sera plus qu'un désert; toutes les portes en seront détruites.

13. Et ce qui restera d'habitants au milieu de la terre, au milieu de tant de peuples, seront comme quelques olives qui demeurent sur un arbre après qu'on l'a dépouillé de tous ses fruits, ou comme quelques raisins après qu'on a fait la vendange.

14. Ceux-là élèveront leurs voix, et ils chanteront des cantiques de louanges; ils jetteront de grands cris de dessus la mer, lorsque Dieu aura été glorifié.

15. C'est pourquoi étant instruits, glorifiez le Seigneur, célébrez le nom du Seigneur, du Dieu d'Israël, dans les îles les plus reculées de la mer.

16. Nous avons entendu des extrémités du monde les louanges dont on relève la gloire du juste, et j'ai dit alors : Mon secret est pour moi, mon secret est pour moi. Malheur à moi! Ils ont violé la loi de mon Dieu; et le mépris qu'ils en ont fait est monté jusqu'à son comble.

9. Cum cantico non bibent vinum; amara erit potio bibentibus illam.

10. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.

11. Clamor erit super vino in plateis; deserta est omnis lætitia; translatum est gaudium terræ.

12. Relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas.

13. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum; quomodo si paucæ olivæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea; et racemi, cum fuerit finita vindemia.

14. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt; cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.

15. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum; in insulis maris nomen Domini Dei Israel.

16. A finibus terræ laudes audivimus, gloriam justi. Et dixi : Secretum meum mihi, secretum meum mihi : Væ mihi! Prævaricantes prævaricati sunt, et prævaricatione transgressorum prævaricati sunt.

10. *Civitas vanitatis.* Cette ville pleine de vanité est Jérusalem, qui avait abandonné généralement la loi pour ne plus courir qu'après les illusions et les vanités de ce monde. Après sa destruction par Nabuchodonosor, elle fut transformée en une espèce de désert. C'est ce qui fit dire à Jérémie, au début de ses *Lamentations : Quomodo sedet sola civitas plena populo* (cap. I, 1).

14. *Hi levabunt vocem suam.* Malgré les châtiments qui fondront sur la Judée, il y aura toujours des Juifs qui échapperont à cette dévastation. Ils seront peu nombreux, mais ils loueront le Seigneur, parce qu'ils auront l'intelligence de ses œuvres. C'est de ce petit nombre que sortiront les chrétiens, ceux que Jésus-Christ sauvera par sa grâce et qui annonceront sa gloire au milieu de la Gentilité, figurée ici par les îles les plus reculées.

16. *Prævaricantes prævaricati sunt.* Isaïe voit les châtiments qu'attirent sur la Judée les impies, et il nous peint la colère de Dieu sous des traits si vifs, que ce tableau nous transporte à la fin des siècles, lorsque le Seigneur déploiera toute sa puissance et toute sa majesté pour juger le genre humain tout entier.

---

9. *Cum cantico non bibent vinum.* Solebant enim musicam sociare conviviis. — * *Amara erit potio.* Vinum illis non sapiet præ mœrore.

10. *Attrita.* Vastata, desolata. — *Civitas vanitatis.* Mundus in quo omnia vana sunt, juxta Ecclesiastes 1, 2 : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.*

11. *Super vino.* Contendentibus inter se emptoribus quis illud emat; tanta erit ejus penuria. Vide versiculum septimum.

12. *Calamitas opprimet portas.* In foro erit hominum solitudo, et si qui apparebunt, erunt calamitate afflicti et miserandi.

13. *In medio terræ.* In ipsa terra, in tota terra. — *Paucæ olivæ.* In fine mundi, præsertim tempore Antichristi, tam pauci erunt fideles constantes in fide, quam paucæ olivæ remanent in olea post ejus excussionem.

14. *Hi levabunt vocem suam.* Juxta illud Christi Luc. 21, 28 : *Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* — *Hinnient de mari.* Vocem lætitiæ tollent ex pelago hujus mundi, jam portum propinquum in quo quiescant cernentes.

15. *In doctrinis glorificate Dominum.* Monentur viri apostolici ut glorificent Deum, orbem percurrendo, et omnes gentes docendo. — *In doctrinis.* In hebræo est, בארים *beurim*, id est, *in lumine*, vel *in igne*; quasi dicat : Igne zeli vestri et lumine prædicationis vestræ illuminate et succendite totum orbem. LXX, Pagninus et Vatablus vertunt, *in vallibus* : alii, *in speluncis* : quæ interpretatio significare potest prædicationem etiam ad pauperes populos, et in speluncis agentes, ut sunt aliqui Indi, circumferendam esse. — *Nomen Domini.* Glorificate et prædicate.

16. *A finibus terræ laudes audivimus.* Exultat propheta, videturque sibi extremorum orbis populorum ad Christum conversorum voces audire laudantium Dominum. — *Gloriam justi.* Laudantium et glorificantium justum, id est, Christum. — *Secretum meum mihi.* S. Hieronymus ita explicat : *Non possum cuncta narrare quæ cerno, hæret lingua faucibus meis, vox dolore concluditur. Væ mihi! quantus ordo pœnarum ante oculos versatur meos!* — *Prævaricantes.* Judæi vel peccatores. — *Prævaricatione transgressorum.* Non ex fragilitate, sed ex malitia et studiose peccantes.

17. Formido, et fovea, et laqueus super te, qui habitator es terræ.

18. Et erit : *a* Qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam; et qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo; quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, et concutientur fundamenta terræ. [*a Jer.* 48. 44.]

19. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commovebitur terra.

20. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, et auferetur quasi tabernaculum unius noctis; et gravabit eam iniquitas sua, et corruet, et non adjiciet ut resurgat.

21. Et erit : In die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelso; et super reges terræ, qui sunt super terram.

22. Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere; et post multos dies visitabuntur.

23. *a* Et erubescet luna, et confundetur sol; cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, et in Jerusalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. [*a Joel.* 2. 31. *Act.* 2. 20.]

17. Habitants de la terre, l'effroi, la fosse et le piége vous sont réservés.

18. Celui que l'effroi aura fait fuir tombera dans la fosse; celui qui se sera sauvé de la fosse sera pris au piége, parce que les cieux s'ouvriront pour faire pleuvoir des déluges de maux, et que les fondements de la terre seront ébranlés.

19. La terre souffrira des élancements qui la déchireront, des renversements qui la briseront, des secousses qui l'ébranleront.

20. Elle sera agitée, et elle chancellera comme un homme ivre, on la transportera, comme une tente dressée pour une nuit; elle sera accablée par le poids de son iniquité, et elle tombera sans que jamais elle s'en relève.

21. En ce temps-là le Seigneur visitera les armées d'en-haut, qui sont dans les cieux, *et il visitera* les rois du monde qui sont sur la terre.

22. Et les ayant ramassés et liés ensemble comme un faisceau de bois, *il les jettera* dans le lac où il les tiendra en prison, et il les visitera longtemps après.

23. La lune rougira, et le soleil sera tout obscurci, lorsque le Seigneur des armées aura établi son règne sur la montagne de Sion et dans Jérusalem, et qu'il aura signalé sa gloire devant les anciens de son peuple.

21. *In die illa.* Ce verset renferme deux prophéties; la première fut réalisée lorsque le dragon et ses anges qui combattaient avec lui furent précipités du ciel en terre; symbole sous lequel saint Jean nous représente la chute de l'idolâtrie (Apoc., XII, 7-9); la seconde le fut par la ruine des empereurs païens qui avaient persécuté l'Église (*Bible de Vence*).

22. *Et congregabuntur.* D'après l'Hébreu : Ils seront ramassés et liés ensemble comme un faisceau, pour être précipités dans l'abîme; ils y seront enfermés comme dans une prison : et après une longue suite de jours, ils seront visités, et porteront tout le poids des vengeances du Seigneur; c'est-à-dire, au dernier jugement, comme la suite le prouve.

23. *Et erubescet luna.* Jésus-Christ a caractérisé ainsi lui-même dans l'Évangile, la gloire de son dernier avènement (Matth., XIX, 28; XXIV, 29 et suiv.).

---

17. *Formido, et fovea, et laqueus.* Omne genus malorum.

18. *Qui fugerit.* Significat inevitabilia fore mala illa et calamitates quæ terram invadent. — *Cataractæ de excelsis apertæ sunt.* Cataractæ sunt retinacula aquarum, quibus solutis, aut in altum sublatis, aquæ magno impetu defluunt. Significatur malorum inundatio et diluvium, sicut tempore Noe apertis cœli cataractis, aquarum cataclysmus in terras emissus est. — *Concutientur fundamenta terræ.* Agmine malorum in terras e cœli cataractis defluente et incumbente. Vel certe significat terram tunc temporis insolitis motibus concutiendam.

19. *Confractione.* Quassabitur terra, commovebitur, et variis locis propter concussionem illam scindetur.

20. *Auferetur.* Non quoad substantiam, sed quoad incolas, et quoad speciem et figuram; et, ut ait sanctus Hieronymus, non terra, sed omnia terrena, id est omnis terrena mansio, conversatio, omnes terreni homines, et pristina vita, mores et actus transibunt. — *Quasi tabernaculum unius noctis.* Quod vesperi figitur et extenditur, et mane refigitur, complicatur et aufertur. — *Gravabit eam iniquitas sua.* Sua illam ad casum impellet iniquitas. — *Non adjiciet ut resurgat.* Non resurget.

21. *Visitabit.* Judicium exercebit. — *Militiam cœli.* Dæmones, qui olim angeli. Forerius intelligit sacerdotes et ministros Ecclesiæ. * Videtur potius intelligere stellas, quæ passim in Scripturis vocantur militia cœli, his tenebras offundet ex quo hominibus horror, mœror et timor augebitur.

22. *In congregatione unius fascis.* Dæmones, reges impii, cæterique peccatores, quasi uno nexu facto dejicientur in infernum. — *Post multos dies visitabuntur.* Æternum erit illorum supplicium; tum etiam post multos dies, quantumvis in infinitum extensos, eorum pœna innovabitur.

23. *Erubescet luna.* Nam, ut ait Joel, et ex eo S. Petrus, Act., c. 2, n. 20 : *Luna (convertetur) in sanguinem.* — *Confundetur sol.* Obscurabitur, caligine involvetur. — *Cum regnaverit Dominus.* Cum in solio suo regali ad judicandum sederit. — *In monte Sion.* In valle Josaphat, prope montem Sion. — *In conspectu senum.* Viginti quatuor seniorum, quorum mentio in Apocalypsi, et cæterorum sanctorum, qui maxime venerabilis senatus speciem exhibebunt.

CHAPITRE XXV.

Le Prophète remercie Dieu de l'accomplissement de ses desseins sur les bons et les méchants. Punition des Moabites.

1. Seigneur, vous êtes mon Dieu : je vous glorifierai, et je bénirai votre nom, parce que vous avez fait des prodiges, et *que vous avez fait voir* la vérité de vos desseins éternels. Amen.

2. Car vous avez réduit la ville en un tombeau : cette ville si forte n'est plus qu'une ruine; vous en avez fait la demeure des étrangers; afin qu'elle cesse d'être ville, et qu'elle ne soit jamais rétablie.

3. C'est pour cela qu'un peuple puissant vous rendra gloire, et que la cité des nations redoutables vous révérera.

4. Parce que vous êtes devenu la force du pauvre, la force du faible dans son affliction, son rafraîchissement contre la chaleur, son refuge contre la tempête; car la colère des puissants est comme une tempête qui vient fondre contre une muraille *qui penche*.

5. Vous humilierez l'insolence tumultueuse des étrangers; *vous les rendrez comme un homme qui est abattu par* la chaleur *et par* la soif; vous ferez sécher les rejetons des violents, comme par la chaleur étouffée d'un temps couvert de nuages.

6. Et le Seigneur des armées préparera à tous les peuples *fidèles*, sur cette montagne, un festin de viandes délicieuses, un festin de vin exquis, *de viandes* pleines de suc et de moëlle, d'un vin tout pur sans aucune lie;

1. Domine, Deus meus es tu, exaltabo te, et confitebor nomini tuo; quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen.

2. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum; ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur.

3. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te.

4. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeni in tribulatione sua; spes a turbine, umbraculum ab æstu; spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem.

5. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis, et quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies.

6. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

CAP. XXV. — 2. *Posuisti civitatem in tumulum.* Cette ville, réduite en un monceau de pierres n'est pas Jérusalem. Dans le chapitre précédent, le Prophète a parlé de la ville sainte qui doit être ruinée, mais dont les ruines devaient être fécondes. La ville dont parle Isaïe est Babylone, qui ne doit plus être rétablie.

3. *Laudabit te populus fortis.* Après la défaite de Sennachérib, l'Egypte et les autres peuples voisins, frappés d'étonnement et d'admiration, envoyèrent des offrandes à Jérusalem (II. Par., XXXII, 23). Après la ruine de l'empire des Babyloniens, on vit Cyrus, Darius, fils d'Hystaspe et Artaxerxès Longue-Main, rois de Perse, favoriser les Juifs et contribuer au rétablissement du temple et de Jérusalem. C'était un symbole de l'hommage que devait rendre à Jésus-Christ la Gentilité, et spécialement Rome chrétienne, établie sur les ruines de Rome païenne. Tout ceci s'entend de Jésus-Christ, qui détruira sur la montagne le voile épais qui couvrait tous les peuples et le nuage obscur répandu sur toutes les nations (*Bible de Vence*).

CAP. XXV. — 1. *Domine Deus.* Est laus Dei glorificatoria, quam assumit Isaias in persona salvandorum per Christi passionem, qui pauci in tanto damnandorum numero mire exultabunt, Deoque et sibi gratulabuntur. — *Fecisti.* Certo facies, et in tua præscientia et decreto jam fecisti. — *Cogitationes antiquas.* Quæ ab æterno cogitasti et decrevisti. Chaldæus et LXX habent, *consilia.* — *Fideles.* Quas fideliter adimplesti, vel adimplebis. Chaldæus, *opere confirmatas.* — *Amen.* Id est, *fiat*, ut vertunt LXX. Pagninus et Vatablus vertunt, *consilia quæ iniisti a longe firma sunt*, id est, fidelissima et firmissima.

2. *Civitatem.* Orbem terrarum. Alii intelligunt Jerusalem. — *Alienorum.* A te per iniquitatem et scelera.

3. *Populus fortis.* Sanctorum et electorum, qui fortiter se et cupiditates suas, mundi illecebras, et dæmonum tentationes superarunt. — *Civitas gentium robustarum.* Ecclesia. — *Timebit te.* Reverebitur te, ut filii observant et reverentur parentes.

4. *Spes a turbine.* Persecutionis et oppressionis. — *Ab æstu.* Tentationis. — *Robustorum.* Violentorum tyrannorum opprimentium pauperes et debiles.

5. *Sicut æstus in siti.* Quemadmodum æstus mire torquet homines deprehensos in loco arido ita tu, Domine, iniquos affliges in extremo judicio, et tumultum eorum qui fideles tuos opprimere student humiliabis, comprimes et tolles. — *Calore sub nube torrente.* Æstus enim qui ex densis nubibus provenit est vehementissimus; solares enim radii angustiis nubium constricti et condensati validius agunt et feriunt. — *Fortium.* Violentorum, impiorum.

6. *In monte hoc.* Sion, aut monte Olivarum; juxta enim hos montes Christus sedens in aere super vallem Josaphat judicium exercebit, ibique suos electos glorificare et æternis deliciis pascere incipiet, idque facere perget in Sion cœlesti per omnem æternitatem. — *Convivium pinguium.* Allegoria convivii describit delicias beatorum in cœlo. — *Vindemiæ.* In Hebræo, שמרים *scemarim*, quæ vox *fæces* significat; aiunt enim illud vinum quod in fæcibus suis residet, nativum saporem et vigorem retinere. Sensus ergo est : convivium in quo optimum

7. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, et telam quam orditus est super omnes nationes.

8. *a* Præcipitabit mortem in sempiternum; et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra; quia Dominus locutus est. [*a* *Apoc.* 7. 17. et 21. 4.]

9. Et dicet in die illa : Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, et salvabit nos; iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, et lætabimur in salutari ejus.

10. Quia requiescet manus Domini in monte isto; et triturabitur Moab sub eo sicuti teruntur paleæ in plaustro.

11. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum; et humiliabit gloriam ejus cum allisione manuum ejus.

12. Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, et humiliabuntur, et detrahentur in terram usque ad pulverem.

7. *Car* il brisera sur cette montagne la chaîne qui tenait liés tous les peuples, la toile que *l'ennemi du salut* avait ourdie, *et* qui enveloppait toutes les nations.

8. Il précipitera la mort pour jamais; et le Seigneur Dieu séchera les larmes de tous les yeux, et il effacera de dessus la terre l'opprobre de son peuple; car c'est le Seigneur qui a parlé.

9. Alors *son peuple* dira : *C'est* là vraiment celui qui est notre Dieu : nous l'avons attendu, et il nous sauvera. C'est lui qui est le Seigneur : nous l'avons attendu longtemps et nous serons remplis d'allégresse, nous serons ravis de joie dans le salut qu'il nous donnera.

10. Car la puissance du Seigneur se reposera sur cette montagne; et Moab sera brisé sous lui, comme le sont les pailles par la roue d'un chariot.

11. *Le Seigneur* étendra sa main contre Moab comme un homme qui les étend pour nager : il déploiera toute la force de son bras pour détruire son orgueil.

12. Il renversera, *ô Moab!* la masse superbe de tes murailles; il les abattra, il les fera tomber en terre, et *les réduira* en poudre.

10. *Et triturabitur Moab.* Les Moabites qui descendaient de Loth, neveu d'Abraham, et qui étaient ainsi liés au peuple de Dieu par leur origine, tandis que par leurs crimes, ils devenaient l'objet de la colère du Seigneur, peuvent représenter les Juifs incrédules et les chrétiens prévaricateurs séparés de l'Eglise par l'hérésie ou par le schisme, et devenus ainsi l'objet de la colère de Dieu. — *Paleæ in plaustro.* C'était une machine à roues ferrées, dont on se servait dans le Levant pour briser et couper les pailles qu'on donnait à manger aux animaux.

---

et generosissimum vinum apponetur. Pagninus et Vatablus vertunt, *convivium defæcatorum.* Noster interpres videtur respexisse vindemialia convivia post collectas uvas et expressas agitari solita. Sic Judic., 9, 27, dicuntur Sichimitæ collegisse uvas in vindemiis suis, atque calcasse, et indulsisse lætitiæ, et ingressi templum Baal comedisse et bibisse. — *Medullatorum.* Medulla enim ossium est delicatissima, et argumentum est etiam carnes eorum animalium esse delicatissimas. — *Vindemiæ defæcatæ.* Vini purissimi, limpidissimi et suavissimi.

7. *Præcipitabit... faciem vinculi.* Tunc, ne quid justi in posterum timere possint, præcipitabit Dominus in illo monte, dissolvetque omne vinculum, quod in hominum genus peccatum primi parentis invexit, et telam ærumnarum et calamitatum rumpet atque discindet, quam Dominus ad originalis peccati vindictam in omnes nationes orditus est.

8. *Præcipitabit mortem.* Nam sancti donabuntur immortalitate. — *Auferet... lacrymam.* Nam, ut est Apocal., 21, 4 : *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum : et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.*

9. *Dicet.* Chorus beatorum. — *Deus noster iste.* Christus Dominus. — *Salvabit nos.* Salute æterna; quasi dicat : Semper durabit hæc Christi salvatio.

10. *Requiescet manus Domini in monte isto.* Potentia Dei suas opes et suas delicias exeret, et exhibebit in monte hoc cœlestis Sionis in æternum. — *Triturabitur.* Malis et pœnis affligetur. — *Moab.* Populus impiorum ad æterna supplicia damnatorum. — *Sub eo.* Christo judice ejusque populo sancto et beato. — * *Sicuti teruntur paleæ. Hoc juxta ritum loquitur Palestinæ et multarum Orientis provinciarum, quæ ob pratorum et fœni penuriam paleas præparant cibi animantium. Sunt autem carpenta ferrata rotis in serrularum modum revolventibus, quæ stipulam conterunt, et comminuunt in paleas.* Ita D. Hieronymus.

11. *Et extendet manus suas.* Scilicet Moab, damnati sub tritura divinæ ultionis extendent manus, ut illi extendunt qui enatare student e naufragio; sed frustra extendet, quia nullus erit evasioni locus. — *Humiliabit gloriam ejus.* Sed Deus deprimet gloriam et superbiam illorum, licet ipsi allisione manuum ad fluctus effugium quærant.

12. *Et munimenta.* Quasi dicat : O Moab, o reprobi, Christus in die judicii omnia in quibus nunc confiditis evertet. — *Usque ad pulverem.* In minutissimum pulverem redacta.

CHAPITRE XXVI.

Cantique sur la délivrance de Juda.

1. Alors on chantera ce cantique dans la terre de Juda : Sion est notre ville forte, le Seigneur en sera lui-même la muraille et le boulevard.

2. Ouvrez-en les portes, et qu'un peuple juste y entre, un peuple observateur de la vérité.

3. L'erreur ancienne est bannie. *Vous nous* conserverez la paix, oui, vous nous la conserverez, parce que nous avons espéré en vous.

4. Vous avez mis pour jamais votre confiance dans le Seigneur Dieu, dans le fort toujours invincible.

5. Car il abaissera ceux qui sont dans l'élévation, il humiliera la ville superbe, il l'humiliera jusqu'en terre, il la fera descendre jusqu'à la poussière.

6. Elle sera foulée aux pieds, aux pieds du pauvre, aux pieds de ceux qui n'ont rien.

7. Le sentier du juste est droit, le chemin du juste le conduira droit dans sa voie.

8. Aussi nous vous avons attendu, Seigneur, dans le sentier de votre justice : votre nom et votre souvenir sont le désir de notre âme.

9. Mon âme vous a désiré pendant la nuit, et je m'éveillerai dès le point du jour, pour vous chercher de toute l'étendue de mon esprit et de mon cœur. Mais lorsque vous aurez exercé vos jugements sur la terre, les habitants du monde apprendront à être justes.

1. In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda :

Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale.

2. Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodiens veritatem.

3. Vetus error abiit; servabis pacem, pacem, quia in te speravimus.

4. Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

5. Quia incurvabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem.

6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

7. Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.

8. Et in semita judiciorum tuorum, Domine, sustinuimus te; nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio animæ.

9. Anima mea desideravit te in nocte; sed et spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.

Cum feceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatores orbis.

Cap. XXVI. — 1. *In die illa.* Au retour de la captivité, lorsque le peuple Juif sera mis en liberté, il chantera ce cantique qui est comme la conclusion des deux chapitres précédents. Sion représente ici l'Église dont Jésus-Christ est lui-même le mur et l'avant-mur par la protection puissante dont il la couvre.

2. *Custodiens veritatem.* Cette génération nouvelle, formée à l'école du malheur, a reconnu où était la vérité, elle doit désormais mépriser les discours des faux prophètes et rejeter le culte des idoles, que le Prophète appelle une vieille erreur, puisque l'idolâtrie remonte jusqu'au temps d'Abraham. C'est ce qui se passa chez les Juifs après la captivité, et c'est ce qui s'est réalisé encore plus complètement dans l'Église que les promesses du Sauveur ont rendue infaillible (Joan., XVI, 13).

5. *Civitatem sublimem.* Cette ville superbe est Babylone représentant ici le monde ennemi de Jésus-Christ, la capitale de la société des méchants que l'Écriture appelle les enfants des hommes par opposition aux enfants de Dieu.

6. *Conculcabit eam pes.* Ce pauvre, cet indigent, c'était le peuple Juif qui n'était rien alors et que l'édit de Cyrus a relevé.

Cap. XXVI. — 1. *In terra Juda.* In Sion, in Ecclesia cœlesti. — *Urbs fortitudinis.* Sionis supernæ civitatis propugnator et custos est Dominus; ipse urbis hujus murus est et antemurale, ideoque sub ejus tutela securi degimus.

2. *Portas.* Cœli. — *Veritatem.* LXX, *justitiam;* eos intelligit qui seduli legis divinæ custodes fuerunt, ac proinde justi.

3. *Vetus error abiit.* Error voluptuariorum et damnatorum, qui nos insanos judicabant, cum per arctam Domini semitam incedebamus. — *Servabis pacem.* Gaudebimus bonorum omnium abundantia, cum perpetua animi tranquillitate, pace et voluptate.

4. *Sperastis.* O socii. — *In sæculis æternis.* Pro in sæcula æterna, ad consequenda sæcula æterna. — *Forti in perpetuum.* Quem ad præstanda promissa fortem et potentem agnovistis.

5. *Quia incurvabit.* Ostendit Dominum esse fortem in perpetuum, ideoque in eo sperandum; nam ipse incurvat et deprimit omnes qui habitant in excelso, id est, elatos, potentes et superbos. — *Civitatem sublimem.* Mundum.

6. *Pedes pauperis, gressus egenorum.* Apostolos intelligit aliosque fideles qui Christi paupertatem sunt secuti; hi enim mundum et ejus superbiam calcabunt, eam judicantes et damnantes.

7. *Semita justi.* Quæ illum duxit ad beatitudinem.

8. *Sustinuimus.* Expectavimus ut opem ferres, a malis eriperes, et tandem ad præmium vocares, insistentes interim semitæ judiciorum tuorum, id est, legi tuæ. — *Nomen tuum.* Neque aliud quidquam magis erat nobis in votis, quam ut nomen tuum sanctum et celebre esset apud omnes. — *Memoriale tuum.* Tui memoria, vel tua nostri memoria.

9. *Anima mea desideravit te in nocte.* Sunt verba Isaiæ, absoluto jam cantico beatorum. Sententia est, cupere se Deo inhærere, illumque die ac nocte colere, mente gerere et orare. — *Cum feceris judicia tua in terra.* Peccatores puniendo.

10. Misereamur impio, et non discet justitiam; in terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.

11. Domine, exaltetur manus tua : et non videant; videant, et confundantur zelantes populi; et ignis hostes tuos devoret.

12. Domine, dabis pacem nobis; omnia enim opera nostra operatus es nobis.

13. Domine, Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.

14. Morientes non vivant, gigantes non resurgant; propterea visitasti et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum.

15. Indulsisti genti, Domine, indulsisti genti; numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

16. Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

17. Sicut quæ concipit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis; sic facti sumus a facie tua, Domine.

18. Concepimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum : salutes

10. Faisons grâce à l'impie. Il n'apprendra point à être juste. Il a fait des actions injustes dans la terre même des saints; il ne verra point la majesté du Seigneur.

11. Seigneur, élevez votre main contre les méchants; et qu'ils ne voient point que les peuples jaloux voient cette *gloire*, et *qu'ils* soient couverts de confusion; et que le feu dévore vos ennemis.

12. Seigneur, vous nous donnerez la paix; car c'est vous qui avez fait en nous toutes nos œuvres.

13. Seigneur, notre Dieu, des maîtres nous ont possédés sans vous; et faites qu'étant en vous, nous ne nous souvenions que de votre nom.

14. Faites que ceux qui sont morts, ne revivent plus; que les géants ne ressuscitent plus. Car c'est pour cela que vous êtes venu contre eux, que vous les avez réduits en poudre, et que vous en avez effacé toute la mémoire.

15. Vous avez favorisé cette nation, Seigneur, vous l'avez favorisée, vous y avez établi votre gloire, en faisant qu'elle se soit étendue jusqu'aux extrémités du monde.

16. *Mais*, Seigneur, ils vous chercheront dans les maux. Vous les instruirez par l'affliction qui les obligera de vous adresser leur humble prière.

17. Nous sommes devant vous, Seigneur, comme une femme qui a conçu, et qui étant près d'enfanter, jette de grands cris dans *la* violence de ses douleurs.

18. Nous avons conçu, nous avons été comme en travail; et nous n'avons enfanté que du vent,

---

10. *Misereamur impio.* Littéralement d'après l'Hébreu : Quand on accorderait la grâce à l'impie il en abuserait et il ne pratiquerait pas pour cela la justice. Le Prophète fait ici allusion à la violence de Nabuchodonosor et des autres rois de Babylone.

11. *Domine, exaltetur.* D'après l'Hébreu : Seigneur, quoique votre main paraisse avec éclat, ils ne l'apercevront pas, ou s'ils l'aperçoivent ils en rougiront de dépit par la jalousie qu'ils auront contre votre peuple; ainsi vous ferez périr vos ennemis par le feu.

13. *Domine Deus noster.* D'après l'Hébreu : Seigneur, notre Dieu, des maîtres nous ont possédés avec empire en usurpant votre place; mais pour nous, nous avons toujours mis en vous seul notre confiance et nous n'avons invoqué que votre nom.

---

10. *Misereamur impio.* Quasi dicat : Juste desidero judicium tuum et scelestorum punitionem; nam dum illis parcitur, deteriores fiunt. — *In terra sanctorum.* In Ecclesia, post tot beneficia accepta totque auxilia ad virtutem et sanctitatem. — *Et non videbit gloriam Domini.* Sed cœlo et salute excludentur.

11. *Domine, exaltetur manus tua.* Effice, Domine, potenti manu tua ut impii et indigni non videant gloriam tuam. — *Videant, et confundantur.* Est correctio, quasi dicat : Imo videant eam eminus, et quasi per umbram in die judicii, sed ut magis doleant. — *Zelantes populi.* Impii, qui invidia et zelo tabescent, videntes sanctos vocari ad gloriam, se vero æternis pœnis addici. LXX habent, *zelus apprehendet populum ineruditum.* — *Ignis.* Infernus.

12. *Pacem.* Quietem, facilitatem. — *Opera nostra.* Hebræum מעשה *mahase*, non tantum opus et actionem, sed et omne factum, omnem eventum significat. Itaque sensus esse potest : omnia quæ nobis facta sunt, quæcumque nobis evenerunt, a te evenerunt; ergo et da pacem; tu enim bonorum omnium es dator et auctor. Possunt etiam *opera nostra* active sumi, quæ Deus operatur in nobis per gratiam operantem et prævenientem nos ad ea excitando, et per gratiam comitantem juvando, ut quod aggredimur prosequamur et perficiamus.

13. *Domini.* Idola vel reges externi et tyranni, verbi gratia, reges Syriæ, Samariæ, etc. — *Absque te.* Præter te, qui solus in animis nostris dominari debueras. — *In te.* Hebr. בך *becha*, id est, *in te*, sæpe capitur pro regimine genitivi, idemque est quod *tui*. Itaque sententia est : *tantum tui nominisque tui recordemur.*

14. *Morientes.* Seu *mortui :* tyranni isti qui nos subjugarunt, qui servos tuos morti tradebant, nequaquam iterum vivent; nam resurrectio eorum non erit ad veram vitam atque felicem; unde perpetuo mori dicuntur; nam mors in æternum depascet eos. — *Vivant.* Pro vivent. — *Gigantes.* Gigantum nomine in sacris Litteris quilibet tyranni, et violenter injusti homines intelliguntur. — *Resurgant.* Resurgent; scilicet ad vitam æternam. — *Visitasti.* Punivisti.

15. *Indulsisti.* Non puniendo, vel pœnam differendo. — *Elongasti.* Protulisti et amplificasti eorum fines et latifundia : numquid ideo glorificaverunt te ? quasi dicat : Minime.

16. *In angustia.* Potius contra accidit : nam cum eos affligeres, tunc quærebant te. — *In tribulatione murmuris.* In tribulatione gravi, quæ gemitum et querelas exprimeret. — *Doctrina tua eis.* Prodest correctio tua, eis est salutaris.

18. *Concepimus, et quasi parturivimus.* Tuis flagellis vexati, bona concepimus desideria, et opera bona quasi fœtum videbamur edere velle in lucem. — *Peperimus spiritum.* Vatabl.

nous n'avons point produit sur la terre *des fruits* de salut; c'est pourquoi les habitants de la terre n'ont point été exterminés.

19. Ceux que vous aviez fait mourir vivront, mes *frères qui ont été tués* ressusciteront. Réveillez-vous de votre sommeil, et chantez les louanges *de Dieu*, vous qui habitez dans la poussière. Votre rosée sera *pour eux* une rosée de lumière, et vous ruinerez *sur* la terre *le règne* des géants.

20. Allez, mon peuple; entrez dans votre chambre, fermez vos portes sur vous, et tenez-vous un peu caché pour un moment, jusqu'à ce que ma colère soit passée.

21. Car le Seigneur va sortir du lieu où il réside pour venger l'iniquité que les habitants du monde ont commises contre lui; et la terre ne cachera plus le sang qui y a été injustement répandu; elle ne retiendra plus dans son sein ceux qu'on y avait fait descendre par une mort violente.

non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.

19. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent; expergiscimini, et laudate qui habitatis in pulvere; quia ros lucis ros tuus, et terram gigantum detrahes in ruinam.

20. Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

21. *a* Ecce enim Dominus egredietur de loco suo; ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum; et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos. [*a Mich.* 1. 3.]

CHAPITRE XXVII.

Punition de l'oppresseur des enfants d'Israël. Délivrance de ce peuple.

1. En ce temps-là le Seigneur viendra avec sa grande épée, son épée pénétrante et invincible, pour punir Léviathan, ce serpent *long et fort* comme un levier; Léviathan, ce serpent à divers plis et replis; et il fera mourir la baleine qui est dans la mer.

1. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, et grandi, et forti, super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosum, et occidet cetum, qui in mari est.

19. *Ros lucis, ros tuus.* Votre rosée est pour vos serviteurs une rosée de lumière; mais vous couvrirez de ténèbres la terre des géants. Littéralement, ces paroles se rapportent au peuple de Juda qui, délivré de la captivité et ramené dans sa patrie, s'y multiplia de nouveau. Les géants représentent les Babyloniens ou plutôt les impies et les méchants en général. Dans un sens plus élevé, tout ceci peut se rapporter à la résurrection glorieuse des bons et au châtiment éternel des méchants.

Cap. XXVII. — 1. *Et super Leviathan.* Léviathan, représenté ici sous la figure d'un serpent, est le roi de Babylone. Le Prophète ne désigne pas plus Sennachérib que Nabuchodonosor, mais en général, tous ces monarques qui ont été les persécuteurs du peuple de Dieu, et qu'il considère comme les chefs de cette cité terrestre fatalement hostile à la cité céleste que forment ici-bas les enfants de Dieu. Isaïe nous montre ces tyrans abattus et leur règne fini. Ce sens littéral n'empêche pas d'admettre le sens figuré que Ménochius développe, car Léviathan est aussi le démon, le chef des méchants.

---

vertit, *ventum*, id est, rem evanidam, nihil fecimus; in desideriis tantum hæsimus, et operi manum strenue non admovimus, parumque aut nihil ultra bona desideria progressi sumus. — *Salutes.* Opera salutis. — *Non ceciderunt habitatores terræ.* Ideo a nobis superari non potuerunt hostes nostri, qui terram sanctam nobis destinatam et promissam incolunt.

19. *Vivent mortui tui.* Resurgent, eruntque beati mortui qui in Domino moriuntur. — *Interfecti mei resurgent.* Qui ex genere meo Israelitico, vel potius qui ex Ecclesia veritatis testes occisi sunt, resurgent. — *Expergiscimini.* Evigilate e somno mortis. — *Qui habitatis in pulvere.* Sepulcrorum. — *Quia ros lucis ros tuus.* Pro *lucis* in hebræo est אורת *oroth*, quæ vox lumina significat, et etiam herbas et olera virentia. Sensus ergo est : sicut ros cadens super herbas eas crescere et exurgere facit, sic ros gratiæ tuæ cadens super ossa mortua, ea resuscitabit. Sic dicitur infra, c. 66, 14 : *Ossa vestra quasi herba germinabunt.* Eamdem sententiam exhibet lectio vulgata, quasi dicat : Quia ros tuus est ros lucis, id est, ad lucem vitæ excitans et revocans. — *Terram gigantum.* Corpora impiorum, ut interpretatur S. Hieronymus. * Vel mundum hunc qui est sedes impiorum et tyrannorum, quales olim erant gigantes funditus destruet per ignem conflagrationis.

20. *Vade populus meus.* Videtur vox Dei ad sanctos qui in Domino moriuntur, quasi dicat : Ite ad modicum, o sancti, ad cubicula, id est, ad sepulcra vestra, ibi dormite et quiescite, quia brevi, hoc est in die judicii vos resuscitabo. — *Indignatio.* Quia impios puniam, præsertim in fine mundi per multiplices plagas.

21. *De loco suo.* E cœlo descendet ad instituendum judicium. — *Visitet.* Examinet et puniat. — *Revelabit terra sanguinem suum.* Terra reddet sanguinem justorum ac martyrum quo imbuta est. — *Non operiet ultra interfectos suos.* Quia omnes martyres, ut etiam reliquos omnes vita functos, e gremio suo reddet.

Cap. XXVII. — 1. *Visitabit.* Puniet, et quasi trucidabit. — *Gladio suo.* Suo robore, suis viribus et armis. — *Leviathan.* Leviathan est cetus sive balæna, et ita dicitur ob vastitatem corporis. Vide quæ diximus, Job. 40. 20. Sub allegoria autem Leviathan diabolus intelligitur. — *Serpentem vectem.* Ita dicitur Leviathan, vel propter longitudinem, unde aliqui vertunt, *serpentem longum*; vel quia in carcere inferni, ut vectis, damnatos claudet : quare Symmachus vertit *serpentem concludentem* : vel ob robur; quare Theodotio reddit, *serpentem robustum.* — *Tortuosum.* Insidiosum, callidum. — *Occidet.* Morte æterna, relegando eum et religando in inferno. — *Qui in mari est.* Qui in hoc rerum mundanarum pelago dominari videbatur.

2. In die illa vinea meri cantabit ei.

3. Ego Dominus, qui servo eam, repente propinabo ei; ne forte visitetur contra eam, nocte et die servo eam.

4. Indignatio non est mihi : quis dabit me spinam et veprem in prælio; gradiar super eam, succendam eam pariter?

5. An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?

6. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob, florebit et germinabit Israel, et implebunt faciem orbis semine.

7. Numquid juxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos ejus, sic occisus est.

8. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabit eam; meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

2. En ce temps-là la vigne qui porte le vin pur chantera les louanges de Dieu.

3. Je suis, dit-il, le Seigneur qui la conserve. Je l'arroserai à tout moment, de peur qu'elle ne soit gâtée; je la garde nuit et jour.

4. *Car* je ne me porte point de *moi-même* à la colère : *mais* si quelqu'un est comme une ronce et une épine qui me pique et qui m'attaque, ne la foulerai-je pas au pied et n'y mettrai-je pas le feu pour la consumer?

5. Est-ce qu'il prétendra lier ma puissance? qu'il me demande la paix; qu'il fasse la paix avec moi.

6. *Car chacun* de ceux qui viennent attaquer Jacob *ne pourra subsister.* Israël fleurira et germera toujours.

7. *En effet,* Dieu a-t-il frappé son peuple comme il a frappé ceux qui en étaient les tyrans? et le supplice des siens qu'il a punis a-t-il égalé celui des persécuteurs de son peuple?

8. *Ainsi* lors même qu'Israël sera rejeté, il le jugera avec modération et avec mesure; il cherchera les moyens *de tempérer* sa rigueur et sa colère, lors même qu'elle paraîtra la plus ardente.

2. *Vinea meri.* Cette vigne qui donne un vin pur est Israël, que le Prophète représente ordinairement sous cette image (Voyez plus haut, chap. V). Israël est la figure de l'Église, que cette vigne excellente représente également.

5. *An potius tenebit fortitudinem.* Le pécheur, dit dans sa paraphrase le P. de Carrières, prétendra-t-il lier ma puissance? Qu'il ne se promette point cette impunité. Qu'il me demande la paix, qu'il fasse la paix avec moi, c'est l'unique moyen d'échapper à ma vengeance et d'éviter une entière ruine.

8. *In mensura contra mensuram.* Le Prophète nous montre que, même dans l'adversité, Israël est resté un peuple privilégié. Dieu l'a puni, mais avec la douceur d'un père. Il a anéanti les Babyloniens et les Assyriens, mais il n'anéantira jamais la nation qu'il s'est choisie, parce qu'il a sur elle des desseins qui intéressent l'humanité tout entière, et que ces desseins doivent nécessairement s'accomplir.

---

2. *In die illa.* Judicii, cum Leviathan et impii ibunt in mortem æternam. — *Cantabit.* Deus publica lætaque voce et sententia proclamabit. — *Ei.* Vineæ, id est, Ecclesiæ suæ, laudans eam et dicens : O vinea mea, quæ non protulisti labruscas, sed vinum merum et generosissimum egregiorum operum, beata et felix es.

3. *Servo eam.* Custodio et beatam facio. — *Repente.* In Hebræo est, לרגעים *lirgahim*, quod verti potest, *repente*, vel *assidue*; utrumque commode : repente quidem, quia post paucos labores accidit beatis voluptas æterna; assidue vero, quia jugiter, per singula momenta, et æternum illa fruuntur. — *Propinabo ei.* Vinum dulce et generosum, quale ipsa protulit. Hoc est quod ait Psaltes Psalm. 35, 9 : *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* — *Ne forte visitetur contra eam.* Ne quid agatur contra eam, ne quid mali ei accidat, ideo nocte ac die servo eam.

4. *Indignatio non est mihi.* Non possum irasci et indignari vineæ tam bonæ, tam fertili, ut indignatus sum sterili synagogæ. — *Quis dabit me spinam et veprem?* Quis faciet ut tam electæ vineæ sim in spinas? quis me faciet illi aculeatum et iratum ob levia ejus peccata, ut bellum contra eam suscipiam, conculcem et succidam? Sane nemo. — *Gradiar super eam.* Illam aggrediar oppugnaturus. — *Pariter.* Cum alia ingrata et infideli vinea.

5. *An potius tenebit fortitudinem meam?* Annon vinea mea tenebit et cohibebit sua gratia et decore fortem vindictam meam, ne contra illam eam exeram; mecum enim jugem pacem faciet, semper mihi serviet, amica erit, etc.

6. *Qui ingrediuntur.* Hic finitur canticum, transitque propheta ad apostolos, eorumque prædicationem et fructum. In Hebr. est, *venientibus* vel *ingredientibus*, scilicet apostolis. — *Impetu.* Magno cum fervore spiritus. — *Ad Jacob.* Ad Israelitas convertendos. — *Florebit et germinabit.* Vera religione, pietate et sanctitate. — *Implebunt faciem orbis semine.* Ita ut felix hic proventus orbis superficiem impleat.

7. *Numquid juxta plagam percutientis se percussit eum?* Numquid Deus Judæos punivit æqualiter ex lege talionis, ut sicut ipsi Christum et sanctos ejus dire vexarunt, flagellarunt et necarunt, ita flagellarit et necarit eos? quasi dicat : Minime. — *Sic occisus est.* Scilicet Israel.

8. *In mensura contra mensuram.* Nondum quidem cumulate punivit infideles et scelestos Israelitas; puniet tamen suo tempore, pari et contra posita mensura, ut *pro mensura peccati sit et plagarum modus.* Deut., 25, 2. ' Hebræa sic sonant, *moderate relegando castigabis eam*, nempe vineam *tuam* : sicut patres filios minus obsequentes rus amandant. — *Cum abjecta fuerit.* Cum synagoga fuerit repudiata. — *Meditatus est.* Nam Deus meditatus est contra eam dura et atrocia flagella. — *Per diem æstus.* Tempore vindictæ et excidii Hierosolymitani.

9. C'est pourquoi l'iniquité de la maison de Jacob lui sera remise : et le fruit *des maux dont le Seigneur l'affligera* sera l'expiation de son péché : *car il lui sera pardonné* lorsque *le Seigneur* aura brisé toutes les pierres de l'autel comme des pierres de chaux, et *qu'il aura* renversé tous les bois et tous les temples.

10. Car *cette ville* si forte sera désolée; cette ville si belle sera dépeuplée; elle sera abandonnée comme un désert; les jeunes bœufs y viendront paître et s'y reposer, et ils mangeront les herbes.

11. Leurs blés se dessécheront et seront foulés aux pieds; des femmes viendront les instruire, car ce peuple n'a point d'intelligence, et c'est pour cela que celui dont il est l'ouvrage n'en aura point de pitié, et que celui qui l'a formé ne lui pardonnera point.

12. En ce temps-là *donc* le Seigneur étendra sa main *et ses plaies*, depuis le fleuve jusqu'au torrent de l'Egypte; et vous, enfants d'Israël, vous serez rassemblés un à un.

13. En ce temps-là la trompette retentira avec grand bruit; les fugitifs reviendront de la terre des Assyriens; et les bannis reviendront du pays d'Egypte, pour adorer le Seigneur sur la montagne sainte, dans la ville de Jérusalem.

9. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Jacob; et iste omnis fructus ut auferatur peccatum ejus, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci et delubra.

10. Civitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, et dimittetur quasi desertum; ibi pascetur vitulus, et ibi accubabit, et consumet summitates ejus.

11. In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, et docentes eam; non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur ejus, qui fecit eum; et qui formavit eum, non parcet ei.

12. Et erit : in die illa percutiet Dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Ægypti, et vos congregabimini unus et unus filii Israel.

13. Et erit : in die illa clangetur in tuba magna et venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, et qui ejecti erant in terra Ægypti, et adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem.

---

10. *Civitas enim munita desolata erit.* Cette désolation eut lieu lorsque Jérusalem fut prise par Nabuchodonosor et que le temple fut brûlé. Les Juifs, étant emmenés en captivité, leurs terres abandonnées devinrent stériles. C'est après cette épouvantable épreuve qu'eut lieu le retour de la captivité décrit plus loin (verset 13). Mais l'entier accomplissement de ces promesses n'aura lieu que dans la dernière réunion que Dieu fera de ses élus de toutes les nations, au son éclatant de la prédication de l'Evangile, dans tout l'univers, à la fin des siècles

---

9. *Idcirco.* Redit ad versum sextum, et ad reliquias Judæorum credentes in Christum, præsertim eas quæ ex clade et terrore excidii eorum, de quo versiculo præcedenti egit, convertentur. — *Super hoc.* Hoc pacto, ut vertit Vatablus. — *Dimittetur iniquitas domui Jacob.* Ea se ad Christum adjungente. — *Et iste omnis fructus.* Prædicationis Evangelii. — *Cum posuerit omnes lapides altaris.* Quod in excidio Hierosolymorum sub Tito factum est. — *Allisos.* Comminutos. — *Non stabunt luci et delubra.* Gentilium, quæ per prædicationem Evangelii cadere incipient. Non sunt hæc intelligenda de Judæorum lucis et delubris, quia hoc tempore non leguntur idola coluisse. Sententia ergo est : cum videbunt Judæi, templo suo destructo, etiam idola gentium everti per christianæ religionis prædicationem, ex ipsis multi convertentur.

10. *Civitas... munita.* Jerusalem. — *Speciosa.* Quæ pulchra prius fuerat et speciosa. — *Consumet summitates ejus, Ramos ejus,* ut vertunt Pagninus et Vatablus, ut faciunt feræ in vinea aut saltu.

11. *In siccitate messes illius conterentur.* Hierosolymitæ siccitate, penuria et fame affligentur. — *Mulieres venientes, et docentes eam.* Adeo consilii inopes erunt, ut se mulieribus gubernandos permissuri sint, earumque consilia licet inepta audituri. Vel nomine mulierum mulierosos principes intelligit, falsos prophetas et doctores, qui perdiderunt Judæam sua mollitie, ignavia et insipientia. — *Non est enim populus sapiens.* Quare mœretur regi a mulieribus. — *Qui fecit eum.* Scilicet Deus.

12. *Et erit.* Docet Judæos exules et profugos venturos ad Ecclesiam Christi. — *Percutiet* Hebr. יחבט *jachbot*, id est, excutiet sicut excutiuntur olivæ ex olea, ita ut Dei donis spolientur Judæi, quibus prius florebant. — *Ab alveo fluminis.* Ab Euphrate. — *Torrentem Ægypti.* *Usque ad Rhinocoluram*, ut vertunt LXX : est autem Rhinocolura torrens de eremo fluens, qui inter urbem Rhinocoluram et Pelusium mare ingreditur. — *Congregabimini unus et unus.* Congregabimini ad unum; quasi dicat : Quicumque estis veri Israelitæ non carne, sed spiritu singuli congregabimini ad Christum in Ecclesiam. Hoc est quod dicitur Joan. 11, 52 : *Ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.*

* 13. *Tuba magna.* Prædicationis evangelicæ. — *Venient.* Confluent ad Christum et Ecclesiam. — *Qui perditi fuerant de terra Assyriorum.* Qui captivi ducti fuerant in Assyriam et Babylonem. — *Qui ejecti erant in terra Ægypti.* Judæi qui profugi et ejecti se in Ægyptum receperant. — *In monte sancto in Jerusalem.* In Ecclesia, cujus typus fuit mons Sion.

CHAPITRE XXVIII

Ruine du royaume d'Ephraïm. Désolation du royaume d'Israël.

1. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, et flori decidenti, gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes a vino.

2. Ecce validus et fortis Dominus, sicut impetus grandinis; turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, et emissarum super terram spatiosam.

3. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

4. Et erit flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui est super verticem vallis pinguium; quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud.

5. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, et sertum exultationis residuo populi sui,

6. Et spiritus judicii sedenti super judicium, et fortitudo revertentibus de bello ad portam.

7. Verum hi quoque præ vino nescierunt, et præ ebrietate erraverunt,

1. Malheur à la couronne d'orgueil! *malheur* aux ivrognes d'Ephraïm, à la fleur passagère qui fait leur faste et leur joie, *à ceux* qui habitent au haut de la vallée grasse et que les fumées du vin font chanceler!

2. Le Seigneur fort et puissant sera comme une grêle impétueuse, *comme* un tourbillon qui brise tout, comme un déluge d'eaux qui se répand sur une grande campagne et qui l'inonde.

3. La couronne d'orgueil des ivrognes d'Ephraïm sera foulée aux pieds.

4. Et cette fleur qui fait la vanité et la joie de celui qui habite au haut de la vallée grasse, sera semblable à un fruit qui est mûr avant les autres fruits de l'automne, que celui qui l'aperçoit prend de la main, et le dévore.

5. En ce jour-là, le Seigneur des armées sera une couronne de gloire, et un bouquet de fleurs et de réjouissance pour le reste de son peuple.

6. *Il sera* un esprit de justice pour celui qui sera assis sur le *tribunal de* la justice; et *il sera* la force de ceux qui reviendront du combat à la porte *de Jérusalem*.

7. Mais ceux-ci sont si pleins de vin qu'ils ne savent ce qu'ils font; ils sont si ivres qu'ils ne

---

CAP. XXVIII. — 1. *Væ coronæ superbiæ.* Ici commence un nouveau discours du Prophète, qui embrasse les sept chapitres suivants. Il publia ce discours la première année de l'invasion de Sennachérib, avant que ce prince entrât en Egypte, deux ans avant son retour dans la Judée. Dans ce chapitre, le Prophète rappelle les vengeances que le Seigneur avait exercées sur le royaume d'Israël par Salmanasar, et il nous montre les Israélites fuyant devant le vainqueur et allant chercher un refuge dans le royaume de Juda où régnait le saint roi Ezéchias. Ephraïm tenait le premier rang dans les dix tribus, c'est pourquoi Isaïe personnifie tout Israël dans cette tribu. Il est ici la figure des Juifs incrédules qui irriteront le Seigneur en refusant de croire à Jésus-Christ.

2. *Ecce validus et fortis.* D'après l'Hébreu, un prince fort et puissant a été envoyé. Ce prince est Salmanasar, qui mit fin au royaume d'Israël.

5. *Residuo populi.* Le royaume de Juda était ce qui restait alors du peuple de Dieu. Ezéchias, qui en était le roi, avait reçu de Dieu cet esprit de justice qui fait le bonheur des nations. Son règne fut un temps de prospérité pour Jérusalem. Mais les désordres recommencèrent, et forcèrent le Seigneur à accabler de nouveau son peuple sous le poids de ses vengeances (Cf. infr. vers. 7 et suiv.).

CAP. XXVIII. — 1. *Coronæ superbiæ.* Regno superbo. — *Ephraim.* Israel intelligit, hoc est, decem tribus. — *Flori decidenti.* Cujus coronæ gloria similis est flori decidenti, qui mox ut floruit, marcescit et perit. Coronæ cum ex alia materia, tum ex floribus plectebantur. * Coronæ similitudine ostendit non diu duraturas delicias illas et fastum. Tale illud in græco epigrammate :

Ἀνθεῖς, καὶ λήγεις· καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος.
Flores, et deficis tu et corona.

— *Qui erant in vertice vallis pinguissimæ.* Qui habitabant in urbe Samariæ quæ sita est in vertice montis, cui vallis fertilissima vinetis et olivetis abundans subjacet. — *Errantes a vino.* Præ ebrietate. LXX, *qui ebrii estis absque vino.*

2. *Ecce validus et fortis Dominus.* Fortiter sternet et populabitur agros Samariæ. — *Turbo.* Sicut turbo.

4. *Flos decidens.* Vide n. 1. — *Quasi temporaneum.* Temporaneum appellat fructum præcocem. Sententia est : sicut primi fructus, utpote novi, irritant palatum, et avidissime vorantur; ita vos, ô Samaritæ, absorbebit exitium.

5. *In die illa.* Scilicet decem tribubus vastatis et abductis. — *Corona gloriæ.* Cingens, decorans et protegens contra Sennacherib, Philisthæos aliosque hostes. — *Residuo populi sui.* Duabus tribubus reliquis Juda et Benjamin.

6. *Spiritus judicii.* Donum bene judicandi dabitur a Domino. — *Sedenti super judicium.* Regi Ezechiæ judicii et principi populi. — *Fortitudo.* Faciet ut e bello domum revertentes, fortes redeant, vegeti, et integris viribus. — *Ad portam.* Qua ad bellum exierunt. Chald. *in domum suam.*

7. *Præ vino nescierunt.* Taxat ebrietatem et crapulam Judæorum, qui in hoc Samaritas imitabantur. — *Sacerdos et propheta.* Omnes, etiam qui ad sanctissimos ordines pertinent,

peuvent se soutenir. Le prêtre et le prophète sont sans connaissance dans l'ivresse, ils sont absorbés dans le vin, ils chancellent comme étant ivres, ils n'ont point connu la prophétie, ils ont ignoré la justice.

8. Toutes les tables sont si pleines de ce que rejettent ceux qui vomissent, et de saleté, qu'il ne reste plus de lieu pur.

9. A qui *donc le Seigneur* enseignera-t-il sa loi? à qui donnera-t-il l'intelligence de sa parole, s'ils sont comme des enfants qu'on ne fait que de sevrer, et qu'on vient d'arracher de la mamelle?

10. Instruisez, instruisez encore; instruisez, instruisez encore. Attendez, attendez encore, attendez, attendez encore. *Vous n'avez plus qu'un peu de temps à rester* ici; *vous ne resterez plus qu'un* peu ici.

11. Mais le Seigneur parlera d'une autre manière à ce peuple. Il ne lui tiendra plus le même langage.

12. Il lui avait dit : C'est là mon repos, si vous soulagez celui qui est las, c'est là mon rafraîchissement. Et cependant ils n'ont point voulu l'entendre.

13. Et cette parole du Seigneur *qu'ils ont répétée tant de fois avec moquerie* : instruisez, instruisez encore; instruisez, instruisez encore; attendez, attendez encore, attendez, attendez encore; *vous ne resterez plus qu'un* peu ici, *vous ne resterez plus qu'un* peu ici, s'accomplira en eux; de sorte qu'ils sortiront du *lieu qu'ils occupent*; ils seront renversés en arrière, ils seront brisés, ils tomberont dans le piége et ils seront pris.

14. C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur, vous qui vous moquez de lui, qui exercez votre domination sur mon peuple qui est à Jérusalem.

sacerdos et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium.

8. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset ultra locus.

9. Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus.

10. Quia manda remanda, manda remanda, exspecta reexspecta, exspecta reexspecta, modicum ibi, modicum ibi.

11. *a* In loquela enim labii, et lingua altera loquetur ad populum istum. [*a* *I. Cor.* 14. 21.]

12. Cui dixit : Hæc est requies mea, reficite lassum, et hoc est meum refrigerium; et noluerunt audire.

13. Et erit eis verbum Domini : Manda remanda, manda remanda, exspecta reexspecta, exspecta reexspecta, modicum ibi, modicum ibi; ut vadant, et cadant retrorsum, et conterantur, et illaqueentur, et capiantur.

14. Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Jerusalem.

10. *Manda, remanda.* Ces paroles sont les discours que tenaient ces incrédules. Ils se moquaient des avertissements des prophètes, passaient leur vie à table, dans les festins, et méprisaient la loi de Dieu et sa parole. Alors Isaïe leur dit que le Seigneur va leur tenir un autre langage : *Lingua altera loquetur*; au lieu des paroles de ses prophètes, il leur fera entendre la voix d'un peuple barbare, les cris des Babyloniens et des Assyriens, qui vengeront les injures que le Seigneur a reçues de leur infidélité.

---

cujusmodi sunt sacerdotes et prophetæ. — *Nescierunt.* Erraverunt; vel, ut paulo post dicitur, *ignoraverunt judicium.* — *Nescierunt videntem.* Omnia Deum vel non intellexerunt, aut audire et intelligere noluerunt prophetas Domini, qui *Videntes* appellantur in Scriptura. Verti etiam potest ex hebræo, *hallucinati sunt videndo*, nam ebrius visus fallit. — *Ignoraverunt judicium.* Præ ebrietate recte judicare, discernere et decernere nequiverunt, sed in judicando erraverunt.

8. *Non esset ultra locus.* Vacuus sordibus. * Sub figura mensarum intelligit tribunalia.

9. *Docebit.* Deus. — *Auditum.* Disciplinam, quæ auditu percipitur. — *Ablactatos a lacte.* A deliciis seu vita imperfecta. Hoc est quod ait divus Paulus ad Hebræos 5, 13 : *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ.*

10. *Manda remanda.* Est imitatio vocis et phrasis prophetis familiaris, qui sæpe dicebant : *Hæc mandat Dominus.* Irrident ergo Isaiam, dicentes : *Manda remanda*, id est, iterum manda, ô Isaia, ô propheta. — *Expecta reexpecta.* Iterum expecta, quasi dicerent : Prophetæ toties minantur, aut promittunt, et nihil eorum evenit quæ prædicunt; quamdiu expectabimus? — *Modicum ibi.* Est irrisio eorumdem prophetarum qui dicere solebant : Modicum erit, et hoc, aut illud fiet. Itaque docet hujusmodi irrisores scientiæ et disciplinæ divinæ suscipiendæ capaces non esse.

11. *In loquela enim labii.* Pagninus et Vatablus, et alii ex hebræo vertunt, *balbutientibus labiis.* Nemo nescit balbutiem labiorum aliquando ad irridendum adhiberi. Crediderim ego sensum hunc esse : vos me et prophetas meos irridetis; at ego vos vicissim vestro malo irridebo et subsannabo. Vos dicitis : Manda remanda; at ego alium sermonem vobis reponam, qui vobis gravis sit et acerbus. Italice diceremus : *Vi parlerò d'un altro linguaggio che non vi piacerà*, * loquar enim lingua ferrea inimicorum vestrorum.

12. *Cui dixit : Hæc est requies mea.* Ego illis significavi mihi placere, et hanc esse quietem et consolationem meam, ut debiles, miseri et fatigati subleventur, et misericordia eis exhibeatur; sed illi audire noluerunt.

13. *Et erit eis verbum Domini.* Cum ipsi malis prementur, eos ridebit Dominus, illis revocans in memoriam verba quæ usurpare solebant, manda remanda, etc. — *Ut vadant.* Eos ridebit, et destituet auxilio suo, ut ruant in exitium; merito iis misericordia subtrahitur, qui in alios misericordes non fuerunt.

15. Dixistis enim : Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos; quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.

16. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : *a* Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum; qui crediderit, non festinet. [*a* *Psal.* 117. 22. *Matth.* 21. 42. *Act.* 4. 11. *I. Petr.* 2. 6. *Rom.* 9. 33.]

17. Et ponam in pondere judicium, et justitiam in mensura; et subvertet grando spem mendacii; et protectionem aquæ inundabunt.

18. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit; flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.

19. Quandocumque pertransierit, tollet vos; quoniam mane diluculo pertransibit in die et in nocte, et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

20. Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat; et pallium breve utrumque operire non potest.

15. Car vous avez dit : Nous avons fait un pacte avec la mort, nous avons contracté une alliance avec l'enfer; *de sorte que*, lorsque les maux se déborderont comme des torrents, ils ne viendront point jusqu'à nous, parce que nous avons établi notre confiance dans *ce que vous appelez* le mensonge, et le mensonge nous a protégés.

16. Voici donc ce que dit le Seigneur : Je m'en vais mettre pour fondement de Sion une pierre, une pierre éprouvée, angulaire, précieuse, qui sera un ferme fondement. Que celui qui croit *à sa parole* ne se hâte point.

17. Car j'établirai *dans Sion* un poids de justice et une mesure exacte d'équité; et la grêle détruira l'espérance du mensonge, et un déluge d'eaux emportera la protection *qu'on attendait.*

18. L'alliance que vous aviez contractée avec la mort sera rompue, et le pacte que vous aviez fait avec l'enfer ne subsistera plus. *Ainsi* lorsque les maux se déborderont comme un torrent, vous en serez accablés.

19. Aussitôt qu'ils se répandront, ils vous emporteront et ils se répandront dès le matin, sans discontinuer ni jour ni nuit, et l'affliction seule vous donnera l'intelligence de ce qu'on vous dit.

20. Car le lit *est* si resserré que *si deux personnes s'y mettent*, l'une tombera; et la couverture *y est si* étroite *qu'elle* n'en peut couvrir deux.

15. *Percussimus fœdus cum morte.* Les prophètes rappelaient à Juda l'alliance qu'il avait faite avec le Seigneur. Les incrédules se moquant de cette alliance, disaient : Nous avons fait un pacte avec la mort, c'est-à-dire avec le démon, que vous appelez l'esprit de ténèbres, la mort; nous avons fait un pacte, non pas avec le ciel, mais avec l'enfer, et ce pacte nous a réussi, il nous a protégés; et quand viendra ce cataclysme que vous nous annoncez, nos doctrines, que vous appelez erreurs et mensonge, nous sauveront. Ces discours insensés sont encore ceux que tiennent les incrédules de nos jours.

16. *Qui crediderit, non festinet.* Les Septante ont lu : Celui qui croira ne sera point confondu. Les Apôtres ont ainsi cité ce texte (Rom., IX, 33, 1. Pet., II, 6) : Saint Pierre et saint Paul, aux endroits cités, ont vu dans cette pierre angulaire, mise dans Sion, Jésus-Christ même.

19. *Quandocumque pertransierit.* On voit l'accomplissement de ces menaces au temps de Sennachérib et durant la captivité de Babylone. Après la mort de Jésus-Christ, les maux qui ont fondu sur le peuple Juif ont été encore beaucoup plus grands.

---

15. *Percussimus fœdus cum morte.* Non timemus mortem. — *Cum inferno fecimus pactum.* Est repetitio ejusdem sententiæ. Infernus hoc loco sumitur pro sepulcro. — *Flagellum inundans.* Cum mala inundaverint, flagellumque divinum terram longe lateque pervaserit, nos communem plagam evademus. — *Quia posuimus mendacium.* Non ita illi dicunt, sed ita interpretatur propheta, scilicet fallacem esse illorum spem.

16. *Idcirco.* More suo propheta avolat ad Christum, quasi dicat : Idcirco ut fiduciam vestram mendacem sapientiore et solidiore consilio evertam, imo corrigam et emendem, vobis, licet indignis, misericorditer mittam Christum salvatorem. — *Mittam in fundamentis Sion lapidem.* Dabo Christum qui Ecclesiam ædificet, et sit lapis illius fundamentalis et angularis. — *Lapidem probatum.* Cujus explorata et soliditas, pretiositas, et ad hoc munus aptitudo, ideoque electus est, ut illi tota moles incumberet : * in hebræo est, *lapidem pretii.* — *In fundamento fundatum.* Constitutum : * in hebræo, *fundamentum, fundatum*, id est, solidissimum. — *Qui crediderit, non festinet.* Volens statim lapidem hunc Sionis, Christum scilicet, sibi exhiberi.

17. *Et ponam.* Redit ad sua tempora, et minas in Judæos prosequitur. — *Ponam in pondere judicium.* Ego Judæos illos illusores justo pondere et mensura judicabo. — *Subvertet grando spem mendacii.* Per grandinem intelligit violentam Dei punitionem per Chaldæos aut Romanos immissam, quæ inanes Judæorum spes dissipabit. — *Protectionem aquæ inundabunt.* Murum quo vos protegitis, et quo vos tutos fore speratis, exercitus hostilis quasi aqua omnia inundans, transiliet.

18. *Delebitur fœdus vestrum cum morte.* Hæc intelligantur ex dictis supra n. 15. — *Eritis ei in conculcationem.* Conculcabimini.

19. *Pertransierit.* Flagellum Dei. — *Tollet vos.* Prosternet, perdet vos. — *Mane diluculo pertransibit in die et in nocte.* Hæc grando, hoc flagellum cito et tempestative, quasi summo mane vos comprehendet, et durabit continuo integros dies et noctes : significatur ergo celeritas et continuatio flagelli. — *Intellectum dabit auditui.* Faciet ut intelligatis et credatis vera esse vaticinia et minas prophetarum quas audieratis; ex hebræo verti potest : *et pavori erit vel famam intelligere*, eorum scilicet, quæ vobis evenient.

20. *Coangustatum est enim stratum.* Lectulus angustus est, nec duos capit amatores; ita-

21. *Ainsi* le Seigneur va s'élever *contre vous*, comme il *fit* sur la montagne de Division; il va se mettre en colère comme il s'y mit en la vallée de Gabaon; et il fera son œuvre *de votre punition*, qui est une œuvre bien éloignée de lui : il fera son œuvre, et il agira d'un manière qui est étrangère à sa bonté.

22. Cessez donc de vous moquer, de peur que vos chaînes ne se resserrent encore davantage; car le Seigneur le Dieu des armées m'a fait entendre que ce qu'il a résolu sur toute la terre se doit accomplir dans peu de temps.

23. Prêtez l'oreille, écoutez ma voix, rendez-vous attentifs, et ne rejetez pas mes paroles :

24. Le laboureur labourera-t-il toujours afin de semer? travaillera-t-il sans cesse à fendre les mottes de la terre et à les sarcler?

25. Lorsqu'il l'a aplanie et *égalée*, n'y sèmera-t-il pas du gith et du cumin; et n'y mettra-t-il pas du blé, de l'orge, du millet et de la vesce, chacun en sa place et en son rang?

26. Car Dieu lui a donné du sens, et lui a appris *ce qu'il doit observer*.

27. Le gith ne se foule pas avec des pointes de fer, et l'on ne fait point passer la roue du chariot sur le cumin; mais le gith se bat avec une verge, et le cumin avec un fléau.

28. *Le blé dont on fait* le pain se brise avec le fer : et néanmoins celui qui le brise ne le brise pas toujours, il ne le presse pas toujours sous la roue du chariot, il n'en rompt pas toujours la paille avec des ongles de fer.

21. a Sicut enim in monte Divisionum stabit Dominus; b sicut in valle quæ est in Gabaon, irascetur : ut faciat opus suum, alienum opus ejus; ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. [a *II. Reg.* 5. 10. *I. Par.* 14. 11. || b *Jos.* 10. 10.]

22. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra; consummationem enim et abbreviationem audivi a Domino Deo exercituum super universam terram.

23. Auribus percipite, et audite vocem meam, attendite, et audite eloquium meum.

24. Numquid tota die arabit arans ut serat, proscindet et sarriet humum suam?

25. Nonne cum adæquaverit faciem ejus, seret gith, et cyminum sparget, et ponet triticum per ordinem, et hordeum, et milium, et viciam in finibus suis?

26. Et erudiet illum in judicio; Deus suus docebit illum.

27. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit; sed in virga excutietur gith, et cyminum in baculo.

28. Panis autem comminuetur; verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec ungulis suis comminuet eum.

24. *Numquid tota die arabit.* Les incrédules demandent pourquoi Dieu ne les châtie pas immédiatement, et pourquoi il s'y prendra à différentes fois pour les punir. Isaïe leur répond que le Seigneur n'est pas une force aveugle comme les païens se le figuraient, mais une puissance libre et intelligente qui proportionne son châtiment aux fautes, qui frappe quand il lui plaît et dans la mesure qu'il lui convient, et que sa sagesse éclate aussi dans le monde moral comme dans le monde physique, où chaque chose est à sa place et vient dans son temps.

---

que necesse est ut aut Deum abjiciatis, aut idola. Simile proverbium est : *Nemo potest duobus dominis servire.* Matth., 6, 24; et : *Quæ conventio Christi ad Belial?* II. Cor., 6, 15. — *Pallium.* Lecti stragulum.

21. *Sicut enim in monte Divisionum.* Sicut in Baal-Pharasim, quod significat *locum divisionum*, Deus pro Davide dejecit Philisthæos, II. Reg. 5, ibique Davidem victorem a Philisthæis devictis et dispersis divisit et segregavit; sic consurget et stabit contra vos Dominus. — *Sicut in valle, quæ est in Gabaon.* Ut in hac valle Amorrhæos armis Josue cecidit et grandine contrivit, ita et vobis faciet. — *Ut faciat opus suum.* Opus a se decretum, vindictam et punitionem exigendo. — *Alienum opus ejus.* Opus quod invitus facit; non enim proprium ejus est punire; sed misereri et parcere, et Israelitas protegere. — *Peregrinum.* Idem est quod *alienum.*

22. *Nolite illudere.* Has minas meas. — *Ne forte constringantur vincula vestra.* Citius et arctius ab hoste constringamini, et a me dirius plectamini. — *Consummationem... et abbreviationem.* Extremam cladem brevi futuram.

24. *Numquid tota die arabit arans.* Sententia est : ut solertis agricolæ varium est munus circa agrum suum; nam aliquando arat, aliquando serit, metit aut triturat, ut agriculturæ disciplina exigit, omnia vero facit, ut tandem fructus colligat : ita Deus vineam populi sui variis modis colit; nam seminat semine legis, gratiæ et donorum suorum, metit fructus bonorum operum, triturat, id est, affligit gravius aut levius, ut ipsius exigit Providentia. Debet ergo quilibet hanc Dei culturam admittere, ut ex ea proficere, et curare ut tam boni agricolæ labori et expectationi respondeat, uberes fructus ferendo. — *Sarriet.* Segetes a loliis purgando et aliis noxiis herbis.

25. *Cum adæquaverit faciem ejus.* Cum complanaverit campi superficiem. — *Gith.* Genus est seminis calidi et nigri; unde græce μελάνθιον, vulgo *nigella* dicitur. Vide Columellam, lib. 7, et Plin., lib. 20, c. 17. — *In finibus suis.* Suo loco et ordine.

26. *Et erudiet illum in judicio.* Deus docebit agricolam cum judicio et sapienter hæc omnia distribuere. Ita S. Hieronymus.

27. *Non... in serris triturabitur gith.* Non triturabitur dentata tribula.

28. *Panis.* Triticum, frumentum ex quo panis conficitur, triturabitur inductis jumentis, quæ ungula ex spicis grana exterant, plaustris etiam, et dentatis tribulis. — *Verum non in perpetuum.* Quemadmodum agricola inducit plaustra et tribulas super spicas, donec triticum separet ab aristis et paleis; ita Deus non perpetuo vexabit populum suum, sed solum ad tempus, donec scilicet quod vult consecutus fuerit, ut illum purget et abstrahat a peccatis, ver gratia, idolis, etc.

29. Et hoc a Domino Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium et magnificaret justitiam.

29. Or toute cette conduite vient du Seigneur Dieu des armées qui a voulu faire ainsi admirer ses conseils et la grandeur de sa justice.

CHAPITRE XXIX.

Désolation de Jérusalem et de la Judée. Défaite de ses ennemis. Rétablissement des enfants de Juda.

1. Væ Ariel, Ariel civitas quam expugnavit David; additus est annus ad annum; solemnitates evolutæ sunt.

2. Et circumvallabo Ariel, et erit tristis et mœrens, et erit mihi quasi Ariel.

3. Et circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, et jaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam.

4. Humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum; et erit quasi pythonis de terra vox tua, et de humo eloquium tuum mussitabit.

5. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te; et sicut favilla pertransiens multitudo eorum qui contra te prævaluerunt;

6. Eritque repente confestim. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo,

1. Malheur à Ariel, *et à* cette ville qui a été prise par David. On lui a donné encore quelques années; ses fêtes dureront encore *quelque temps*.

2. J'environnerai de tranchées Ariel; elle sera triste et désolée; *car* je la rendrai semblable à Ariel.

3. *O Jérusalem!* je ferai tout autour de tes murailles comme un cercle, j'élèverai des forts contre toi, et je ferai des fortifications pour te tenir *assiégée*.

4. Vous serez humiliée, *ô Jérusalem!* vous parlerez comme de dessous la terre, et vos paroles en sortiront *à peine* pour se faire entendre; votre voix sortant de la terre sera semblable à celle d'une pythonisse; et vous ne pousserez qu'un son faible, comme s'il était sorti de la terre.

5. Le nombre de ceux qui vous dissiperont sera comme la poussière menue, et la multitude de ceux qui vous tiendront sous leur puissance sera comme les pailles qui volent en l'air; et ils vous surprendront en un moment.

6. Le Seigneur des armées viendra punir *cette ville* au milieu des foudres et des tremblements

Cap. XXIX. — 1. *Væ Ariel, Ariel* (lion de Dieu), était la partie supérieure des holocaustes, celle qui était destinée à renfermer le feu qui consumait les victimes et à recevoir les cendres brûlantes du bois qui servait à l'holocauste (Ezéch., XLIII, 15 et 16). Prideaux, *Histoire des Juifs*, tom. I. Les Hébreux étaient sous le signe du Lion pendant les ardeurs de l'été, et ils avaient donné ce nom à cette partie de l'autel, parce qu'il portait avec lui l'idée de la plus grande chaleur (Nolhac). D'autres interprètes disent que cette partie de l'autel était ainsi appelée, parce qu'elle dévorait les victimes, comme le lion sa proie. Cette prophétie fut faite deux ans avant l'arrivée de Sennachérib, qui en est l'objet.

3. *Et circumdabo.* Il y a beaucoup d'analogie entre l'invasion de Sennachérib et celles de Nabuchodonosor et des Romains. C'est pour cela qu'Ezéchiel prédit le siége de Jérusalem par Nabuchodonosor presque dans les mêmes termes (Ezéch., IV, 2), et que Jésus-Christ se sert aussi à peu près des mêmes expressions pour prédire le siége de Jérusalem par les Romains (Luc., XIX, 43).

---

29. *Et hoc.* Hunc agendi modum Deus docuit homines, et ipse servat in operibus suis, mirabili consilio et justitia. — *Justitiam.* Chald. *sapientiam.*

Cap. XXIX. — 1. *Væ Ariel.* Ariel hic significat Jerusalem, ut patet ex sequentibus, et dicitur Ariel, id est, leo, ob fortitudinem et principatum. — *Quam expugnavit David.* Cum prius illam tenerent Jebusæi. Vide I. Paralip., 11, 5. — *Additus est annus ad annum.* Post duos, id est, paucos annos, Hierosolymæ majestas evertetur, tuncque ejus festa erunt evoluta et cessabunt. * In hebræo est, *adjicite annum ad annum*, id est, expectate biennium, et erit obsidio per Sennacherib.

2. *Circumvallabo Ariel.* Primo per Chaldæos, deinde per Romanos. Huc allusit Christus, Luc., 19, 43, cum ait : *Circumdabunt te inimici tui vallo*, etc. — *Et erit mihi quasi Ariel.* Id est, ut leo, circa quem multa sunt cadavera, * et quem multi venatores armati cum telis circumsistunt. Vel, quia Ariel significat etiam altare, sensus erit : Jerusalem erit similis altari sanguine redundanti, juxta quod multæ victimæ occisæ jacent. Tandem quia Ariel etiam significat maledictionis, seu peccati arietem, qui pro peccato in altari offerri solebat, sensus esse potest : væ tibi, Jerusalem, quæ prius eras quasi leo fortissimus, nunc autem quasi aries propter scelera mactaberis!

3. *Quasi sphæram.* Undique cingam obsidione.

4. *De terra loqueris.* Ut victi atque prostrati solent, dum sibi parci a victoribus rogant. * Vel sensus est : metu telorum hostilium occultabunt se cives tui in cryptis et locis subterraneis. — *Erit quasi pythonis... vox tua.* Gracilis, flebilis, confusa, qualem edebant ii qui habebant spiritum pythonis. Vide dicta I. Reg., c. 28, n. 7. — *Mussitabit.* Submissa loquetur voce.

5. *Sicut pulvis tenuis.* Id est, innumera. — *Ventilantium te.* Exagitantium te. — *Et sicut favilla pertransiens.* Significatur multitudo hostilis exercitus et simul innuitur mox a clade Hierosolymorum Chaldæos dissipandos, sicut pulvis, aut favillæ disperguntur, cum vehemens difflat ventus.

6. *Visitabitur in tonitruo.* Variis metaphoris significat acrem et gravem fore cladem Chaldæorum, qua illos puniet Deus.

de terre, parmi les bruits effroyables des tourbillons et des tempêtes, et parmi les flammes d'un feu dévorant.

7. Mais après cela la multitude des nations qui auront pris les armes contre Ariel, qui l'auront combattue, qui l'auront assiégée, et qui s'en seront rendus les maîtres, *disparaîtra* comme un songe et une vision de nuit.

8. Et comme un homme qui a faim songe qu'il mange pendant la nuit, mais lorsqu'il est éveillé il se trouve vide; et comme celui qui a soif songe qu'il boit, et après que son sommeil est passé il se lève encore fatigué et altéré, et il est aussi vide *qu'il était* : ainsi se trouvera toute la multitude des nations qui auront combattu contre la montagne de Sion.

9. *Pour vous, peuple de Juda*, soyez dans l'étonnement et dans la surprise, soyez dans l'agitation et le tremblement; soyez ivres, mais non pas de vin; soyez chancelants, mais non pas comme ceux qui ont bu avec excès.

10. Car le Seigneur va répandre sur vous un esprit d'assoupissement; il vous fermera les yeux; il couvrira vos prophètes et vos princes qui voient des visions;

11. De sorte que les visions de tous *vos prophètes* vous seront comme les paroles d'un livre fermé avec des sceaux qu'on donnera à un homme qui sait lire, en lui disant : Lisez ce livre : et il répondra : Je ne le puis, parce qu'il est fermé.

12. Et on donnera le livre à un homme qui ne sait pas lire, et on lui dira : Lisez : et il répondra : Je ne sais pas lire.

13. C'est pourquoi le Seigneur a dit : Parce que ce peuple s'approche de moi de bouche, et me glorifie des lèvres, mais que son cœur est éloigné de moi, et que le culte qu'il me rend *n'est point conforme à ma loi, mais* selon des maximes et des ordonnances humaines,

et commotione terræ, et voce magna turbinis et tempestatis, et flammæ ignis devorantis.

7. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicaverunt contra Ariel, et omnes qui militaverunt, et obsederunt, et prævaluerunt adversus eam.

8. Et sicut somniat esuriens, et comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima ejus; et sicut somniat sitiens, et bibit, et postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, et anima ejus vacua est; sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicaverunt contra montem Sion.

9. Obstupescite, et admiramini, fluctuate et vacillate; inebriamini, et non a vino; movemini, et non ab ebrietate.

10. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros, qui vident visiones, operiet.

11. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent : Lege istum; et respondebit : Non possum, signatus est enim.

12. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei : Lege; et respondebit : Nescio litteras.

13. Et dixit Dominus : « Eo quod appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis; [a *Matth.* 15. 8. *Marc.* 7. 6.]

8. *Quæ dimicaverunt contra montem Sion.* Ceci peut s'appliquer d'abord à l'armée de Sennachérib que l'épée de l'ange exterminateur anéantit sous les murs de Jérusalem. Les Assyriens ne retirèrent aucun fruit de cette expédition; elle fut, au contraire, le commencement de leur décadence et de leur ruine. Il en fut de même des Babyloniens après les grandes conquêtes de Nabuchodonosor, et des Romains après les exploits de Titus. Leur chute arriva à grands pas, et de tous leurs succès, ils ne conservèrent qu'un souvenir stérile.

10. *Spiritum soporis.* Ces prodiges opérés en faveur du peuple de Dieu auraient dû lui ouvrir les yeux, mais Isaïe annonce qu'il n'en sera pas ainsi. Ce peuple fermera les yeux, il ne voudra pas lire dans le livre des Prophètes. La corruption de son cœur obscurcira son intelligence et il ne comprendra rien à ce qui va se passer autour de lui.

---

7. *Sicut somnium visionis nocturnæ.* Ipsi, eorum exercitus, magnitudo, potentia et superbia, ut somnium nocturnum evanescent :

* *Par levibus ventis volucrique simillima somno.*

Virg., 2. *Æn.*, v. 794.

9. *Obstupescite.* Redit ad vastitatem Judæorum, et eos alloquitur, quasi dicat : O stupidi, fluctuantes et ebrii, Deo sic vos ob peccata puniente. Vel sunt imperativa pro futuris : obstupescetis, admirabimini, fluctuabitis, eritis quasi ebrii, *etc.*

10. *Miscuit vobis... spiritum soporis.* Metaphora sumpta est ab iis qui potum temperant et propinant. Sententia est, permissurum Deum ut in errores labantur, nec tamen se decipi magis intelligant quam si gravi veterno sopiti essent. Vide dicta supra, c. 19, n. 14. — *Prophetas* Operire prophetas est facere ne intelligantur, mentem non illuminando, ut eorum sensu assequi possint. — *Principes vestros.* Frequens enim erat apud Judæos ut duces et principes populi, visiones et revelationes a Deo acciperent, essentque prophetæ. * Vel eos prophetas vocat, qui non a Deo, sed a semetipsis loquebantur.

11. *Omnium.* Prophetarum. — *Sicut verba libri signati.* Involuti, complicati et clausi. — *Quem cum dederint.* Sententia est : oracula hæc tam sapientibus quam insipientibus fore abstrusa et incognita.

13. *Appropinquat... ore suo.* Hoc est quod ex hoc Isaiæ loco dicit Dominus, Matth., 15, 8 : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* — *Timuerunt me mandato hominum et doctrinis.* Coluerunt me (timere enim Deum est Deum revereri et colere), sed non juxta id quod a me præceptum est, sed juxta hominum et scribarum suorum traditiones inanes et perversas.

14. Ideo ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo; « peribit enim sapientia a sapientibus ejus, et intellectus prudentium ejus abscondetur. [a *I. Cor.* 1. 19. *Abd.* 1. 8.]

15. Væ qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis concilium; quorum sunt in tenebris opera, et dicunt : « Quis videt nos, et quis novit nos? [a *Eccli.* 23. 26.]

16. Perversa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet; et dicat opus factori suo : Non fecisti me : et figmentum dicat fictori suo : Non intelligis.

17. Nonne adhuc in modico et in brevi convertetur Libanus in Charmel, et Charmel in saltum reputabitur?

18. Et audient in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt.

19. Et addent mites in Domino lætitiam, et pauperes homines in Sancto Israel exultabunt;

20. Quoniam defecit qui prævalebat, consummatus est illusor, et succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem;

21. Qui peccare faciebant homines in verbo, et arguentem in porta supplantabant, et declinaverunt frustra a justo.

14. Je ferai encore une merveille dans ce peuple, un prodige étrange qui surprendra tout le monde; car *je ferai que* la sagesse des sages périra, et *que* la prudence des prudents sera obscurcie.

15. Malheur à vous qui vous retirez dans la profondeur de vos cœurs, pour cacher à Dieu le secret de vos desseins! qui faites des œuvres dans les ténèbres, et qui dites : Qui est-ce qui nous voit? et qui sait ce que nous faisons?

16. Cette pensée est folle et impie. *C'est* comme si l'argile s'élevait contre le potier, et *comme* si le vase disait à celui qui l'a formé : Ce n'est point vous qui m'avez fait. Et comme si l'ouvrage disait à l'ouvrier : Vous êtes un ignorant.

17. *Mais* ne verra-t-on pas dans très-peu de temps le Liban devenir une plaine, et la plaine se changer en la forêt *du Liban*?

18. En ce temps-là les sourds entendront les paroles de ce livre, et les yeux des aveugles, *sortant* de leur nuit, passeront des ténèbres à la lumière.

19. *Alors* ceux qui sont doux se réjouiront de plus en plus dans le Seigneur, et les pauvres trouveront dans le Saint d'Israël un ravissement de joie,

20. Parce qu'*il sera vrai de dire* : Celui qui les opprimait a été détruit; le moqueur n'est plus, et l'on a retranché ceux qui veillaient pour faire le mal;

21. Ceux qui faisaient pécher les hommes par leurs paroles, qui tendaient des piéges à ceux qui les reprenaient dans l'assemblée, et qui cherchaient de vains prétextes pour s'éloigner du juste.

14. *Peribit enim sapientia a sapientibus.* Saint Paul a appliqué ces paroles à la fausse sagesse des hommes confondue par la prédication de la croix, qui est un scandale aux yeux des Juifs et une folie aux yeux des Gentils (I. Cor., 1, 19).

17. *Convertetur Libanus in Charmel.* Littéralement, ces paroles ont eu leur accomplissement dans la défaite de Sennachérib. Le Liban représente ici ce prince avec son orgueil, et le Charmel représente les Juifs alors anéantis. Après la destruction de l'armée Assyrienne, les rôles sont changés. Dans un sens allégorique ceci peut aussi s'entendre de l'Eglise, comme le fait Menochius.

---

14. *Ideo ecce ego.* Idcirco miraculo plane grandi in hoc genus hominum tale edam offensionis et indignationis documentum, ut populo, si sapiat, admirationem adferre debeat. — *Peribit enim sapientia.* Faciam ut Judæorum magistri, qui præ cæteris sapere videntur, insipientes fiant. Hoc est quod miraculum fore dixit. Sapientia enim est sapientis; quare quasi miraculum est facere ut sapiens sapientiam non habeat, imo sit insipiens. — *Et intellectus prudentium ejus abscondetur.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

15. *Profundi... corde.* Qui adeo profunda et secreta initis consilia, ut putetis ad ea providenda non posse penetrare Dei oculos.

16. *Perversa.* Stulta et mala. — *Non intelligis.* Chald. *Non intelligis me.* LXX. *Non sapienter fecisti me.*

17. *In modico.* Post septingentos annos, qui tamen modicum quid sunt comparatione æternitatis, et respectu temporis quo duratura est Christi Ecclesia. — *Convertetur Libanus in Charmel.* Steriles et incultæ gentes colentur ab apostolis, et fertiles fient bonorum operum per fidem et gratiam Christi. — *Charmel in saltum reputabitur.* Ager ante fertilis, id est, Judæi, in saltum infrugiferum et incultum degenerabunt.

18. *Surdi.* Per surdos et cæcos gentiles intelligit. — *Verba libri.* Oracula Scripturarum. — *De tenebris.* E tenebris et caligine educti in admirabile lumen Dei.

19. *Addent... lætitiam.* Augebunt lætitiam Ecclesiæ. — *Mites in Domino.* Gentiles per Christum mansuefacti, qui miti et docili animo se formandos permittunt Evangelii ministris. — *Pauperes.* Et sensu et spiritu. — *In Sancto Israel exultabunt.* In Deo qui veros Israelitas sanctificat, et ab iis colitur. Ita exultavit Christus cum ait : *Confiteor tibi, Pater Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Matth., 11. 25.

20. *Qui prævalebat.* Judæos intelligit, qui in religione et scientia usque ad Christum prævalebant, quique erant illusores prophetarum, dicentes : *Manda remanda, etc.* — *Succisi sunt.* A Tito et Romanis. — *Vigilabant super iniquitatem.* Qui toti erant intenti ad malum.

21. *In verbo.* Verbis suis eos decipientes, et male instituentes, pro divinis præceptis traditiones suas inducentes. — *Arguentem in porta.* Prophetas intelligit qui eorum scelera in portis, id est, publice arguebant. * Vel arguens in porta est judex; ut enim sæpius dictum est

22. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur, qui a racheté Abraham, dit à Jacob : Jacob ne sera plus confondu, son visage ne rougira plus :

23. Mais lorsqu'il verra ses enfants qui sont les ouvrages de ses mains rendre au milieu de lui gloire à mon saint nom, il bénira avec eux le Saint de Jacob, et il glorifiera le Dieu d'Israël.

24. Et ceux dont l'esprit était égaré seront éclairés, et les murmurateurs apprendront la *loi de Dieu*.

22. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham : Non modo confundetur Jacob, nec modo vultus ejus erubescet ;

23. Sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum, et sanctificabunt Sanctum Jacob, et Deum Israel prædicabunt ;

24. Et scient errantes spiritu intellectum, et mussitatores discent legem.

CHAPITRE XXX.

Vaine confiance de la Judée dans le secours de l'Egypte. Retablissement de Juda. Défaite de ses ennemis.

1. Malheur à vous, enfants rebelles, dit le Seigneur, qui faites des desseins sans moi, qui formez des entreprises qui ne viennent point de mon esprit, pour ajouter toujours péché sur péché !

2. Qui faites résolution d'aller en Egypte sans me consulter, espérant de trouver du secours dans la force de Pharaon, et mettant votre confiance dans la protection de l'Egypte.

1. Væ, filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, et non ex me; et ordiremini telam, et non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum;

2. Qui ambulatis ut descendatis in Ægyptum, et os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, et habentes fiduciam in umbra Ægypti.

6. Stultus enim fatua loquetur, et cor ejus faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, et loquatur ad Dominum fraudulenter, et vacuam faciat animam esurientis, et potum sitienti auferat.

7. Fraudulenti vasa pessima sunt : ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites in sermone mendaci, cum loqueretur pauper judicium.

1. Car il viendra un temps que le roi régnera dans la justice, et que les princes commanderont justement.

2. Ce roi sera comme un refuge pour mettre à couvert du vent, et une retraite contre la tempête; *il sera* ce que sont les ruisseaux dans une terre altérée, et ce qu'est l'ombre d'une roche avancée dans une terre déserte.

3. *Sous son règne*, les yeux de ceux qui verront *les choses futures* ne seront point troublés; *ils verront clairement ce qui doit arriver*, et les oreilles de ceux qui entendront *les paroles des prophètes*, *les* écouteront avec attention.

4. Le cœur des insensés sera éclairé de l'intelligence; et la langue de ceux qui bégayaient s'exprimera promptement et nettement.

5. L'imprudent n'aura plus le nom de prince, ni le trompeur le titre de grand.

6. Car l'imprudent *qu'on élève en dignité* dira des extravagances, et son cœur s'abandonnera à l'iniquité pour achever le mal qu'il dissimulait, pour parler à Dieu avec une langue double, pour réduire à l'extrémité l'âme du pauvre, et pour ôter l'eau à celui qui meurt de soif.

7. *De même* les armes du trompeur sont malignes : car il s'étudie à trouver des inventions pour perdre les humbles par un discours plein de mensonge, lorsque le pauvre parle selon la justice.

Cap. XXXII. — 1. *Regnabit rex.* Isaïe décrit ici le règne d'Ezéchias, qui était la figure de celui du Messie.

3. *Oculi videntium.* D'après l'Hébreu : Les yeux de ceux qui verront ne seront plus troublés, et les oreilles de ceux qui écouteront, entendront clairement. Ce qui signifie que les hommes ne seront plus ni sourds, ni aveugles; mais dociles et intelligents.

5. *Is, qui insipiens est, princeps.* Il y a ici une allusion au règne précédent qui avait été celui de l'impie Achaz. Le roi étant hors de la bonne voie, ne donnait sa confiance qu'à des hommes qui avaient les mêmes sentiments que lui, et les charges et les honneurs n'appartenaient qu'à ceux qui en étaient indignes.

Cap. XXXII. — 1. *Regnabit rex.* Ezechias et ejus antitypus Christus. — *Principes.* Proceres aulæ Ezechiæ, vel apostoli.

2. *Et erit vir.* Erit quilibet pius sub illius protectione tutus. — *Sicut rivi.* Nam bonus hic princeps erit tanquam rivus aquæ sitientibus, quia malis fessos recreabit. — *Umbra petræ.* Quam subeuntes æstu fatigati viatores vires instaurant.

3. *Non caligabunt oculi videntium.* Prophetæ clariores habebunt a Deo visiones et revelationes, ' nec erunt qui se prophetas dicant, falsa visa efferentes.

4. *Stultorum.* Rudium, simplicium. Vel intelligit gentiles qui prius cum suis idolis insaniebant, et stultam, inanem et multis erroribus refertam philosophorum suorum sapientiam sequebantur. — *Et lingua balborum.* Et linguæ prophetarum qui prius obscure loquebantur, jam plane, aperte et clare proponent mysteria salutis. ' Vel etiam infantissimi Deum laudabunt.

5. *Is qui insipiens est.* Is erit sub Ezechia et Christo reipublicæ status, ut boni tantum ac prudentes dominentur, neque impostores et fraudulenti cum imperio sint. Sub Christo pharisæi et scribæ, principes prius in populo et doctores principatu exciderunt, et in eorum locum apostoli et viri apostolici subrogati sunt.

6. *Stultus enim.* Apparebit enim statim qui stultus sit comparatione sapientium, quorum magna tunc erit copia, qui etiam stultorum fatuitatem redarguent. — *Cor ejus faciet iniquitatem.* Apparebit eos fraudulentos esse hypocritas, et simulate agere. — *Ad Dominum.* De Domino; vel etiam loquuntur ad Dominum fraudulenter, quia Deum labiis honorant, cor autem eorum longe est ab eo. — *Et vacuam faciat animam esurientis.* Neque enim eorum doctrina animum explebat. Vel eorum notat impietatem qui specie religionis pecunias accipientes exhauriebant pauperes.

7. *Fraudulenti vasa.* Instrumenta, id est, ministri et minores magistratus a fraudulento... principe constituti. — *Ipse enim cogitationes.* Ipse cogitat et concinnat quomodo perdat mites et pauperes qui justam habent causam, per mendacium et calumniam. — *Cum loqueretur pauper judicium.* Cum justam causam haberet, et jus suum repeteret.

8. Mais *comme* le prince aura des pensées dignes d'un prince, il conservera son autorité sur les chefs *de son peuple*.

9. Femmes comblées de richesses, levez-vous, et entendez ma voix : filles, qui vous croyez si assurées, prêtez l'oreille à mes paroles.

10. Dans quelques jours et dans une année, votre assurance se changera en un grand trouble; car on ne fera plus de vendanges dans les vignes, et l'on ne recueillera plus rien.

11. Tremblez, riches, pâlissez, audacieuses; dépouillez-vous *de vos ornements*, couvrez-vous de confusion, et revêtez-vous de sacs.

12. Pleurez vos enfants, votre terre qui était si abondante et vos vignes qui ont été si fertiles.

13. Les ronces et les épines couvriront les champs de mon peuple : combien donc plus *couvriront-elles* toutes ces maisons de plaisir d'une ville plongée dans les délices.

14. Car ses palais seront abandonnés, cette ville si peuplée deviendra une solitude : ses cavernes seront couvertes pour jamais d'épaisses ténèbres. Les ânes sauvages s'y joueront, les troupeaux y viendront paître.

15. *Et cette ruine durera* jusqu'à ce que l'esprit *du Seigneur* soit répandu sur nous du haut du ciel, que le désert se change en un champ cultivé, et le champ cultivé en un bois sauvage.

* 8. Princeps vero ea quæ digna sunt principe, cogitabit, et ipse super duces stabit.

9. Mulieres opulentæ, surgite, et audite vocem meam : filiæ confidentes, percipite auribus eloquium meum.

10. Post dies enim et annum, vos conturbabimini confidentes, consummata est enim vindemia, collectio ultra non veniet.

11. Obstupescite, opulentæ, conturbamini confidentes : exuite vos, et confundimini, accingite lumbos vestros.

12. Super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.

13. Super humum populi mei spinæ et vepres ascendent : quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis?

14. Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ et palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum.

15. Donec effundatur super nos spiritus de excelso : et erit desertum in charmel, et charmel in saltum reputabitur.

9. *Mulieres opulentæ.* Mais ce règne heureux devait être précédé d'une grande affliction. L'armée de Sennachérib devait faire invasion dans la Judée, et c'est cette désolation que peint le Prophète dans les versets suivants.

10. *Post dies enim et annum.* On lit dans l'Hébreu : *Dies super annum*; ce qui pourrait signifier : Pendant une année et plusieurs jours au delà, vous serez dans le trouble... car alors on ne fera point de vendange et il n'y aura point de récolte. On perdit la vendange et la récolte, non-seulement de l'année où Sennachérib vint menacer Jérusalem, mais encore de celle qui suivit sa défaite, parce qu'elle fut sabbatique, en sorte que la disette causée par l'armée de ce prince dura un an et plus (*Bible de Vence*).

15. *Et erit desertum in charmel.* On a vu les mêmes vicissitudes annoncées (chap. XXIX, verset 17).

---

8. *Princeps.* Ezechias et Christus. — *Cogitabit.* Et effecta etiam dabit. — *Super duces stabit.* Vigilabit et explorabit quomodo se gerant, an per fraudes grassentur et injustitias.

9. *Mulieres.* Est alterius argumenti prophetia; transit enim ad cladem Hierosolymæ per Romanos. — *Mulieres opulentæ.* Alloquitur feminas opulentas, et in suis divitiis confidentes et superbas, quas etiam supra perstrinxit c. 3.

10. *Post dies... et annum.* Post longum tempus quo scilicet dies addentur diebus, et anni annis. — *Conturbabimini confidentes.* Quæ confiditis, timebitis, superveniente vobis clade et excidio a Romanis. — *Consummata est enim vindemia.* Dicit post ultimam vastitatem, quæ sub Vespasiano et Tito, Adrianoque accidit, nequaquam aliam captivitatem esse venturam, nec remansuros botros in populis qui deinde colligendi sint. Ita D. Hieron. — *Collectio.* Vel est repetitio ejusdem sententiæ, hebraico sermoni familiaris; vel *collectio* racemationem significat, cum scilicet post vindemiam latentes botri, qui vindemiatorum manus fugerunt, colliguntur.

11. *Obstupescite.* Magnitudo enim calamitatis stupentes et attonitos reddit homines. — *Conturbamini.* Timore et stupore. — *Confidentes.* In divitiis et opulentia vestra. — *Exuite vos.* Vestibus pretiosis. — *Confundimini.* Ad vile ministerium abjectæ. — *Accingite lumbos vestros.* Quæ prius otiosæ quasi reginæ desidebatis, nunc ut ancillæ ad servile opus lumbos vestros succingite.

12. *Super ubera plangite.* Pectus percutite, vel plangite quod ubera præ fame sint arentia, nec lac parvulis sufficere possint. — *Super regione desiderabili.* Judæa scilicet, quæ vastata est, et quæ vobis est deserenda. — *Super vinea fertili.* Judæam intelligit amœnam, fertilem et passim vitibus consitam.

13. *Super humum populi mei.* Judæa vastabitur a Romanis, ut inculta spinis et vepribus repleatur : quanto magis Jerusalem effusior in luxuriam punietur, quæ ita voluptati indulget, ut videantur omnes ejus domus gaudio esse plenæ.

14. *Domus enim dimissa est.* Quod pluribus hoc versiculo dicitur, paucis comprehendit Christus cum dixit : *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Luc., 13, 35. — *Tenebræ et palpatio factæ sunt super speluncas.* Tam densa erunt rudera et ruinæ tum templi, tum domorum, ut redigantur in antra et speluncas ita profundas et cæcas, ut in iis videantur esse tenebræ palpabiles, idque in perpetuum. — *Gaudium onagrorum.* Locis illis feri et silvestres onagri gaudebunt, et greges ibi habitabunt et pascentur.

15. *Donec effundatur super nos spiritus de excelso.* Cum enim Spiritum sanctum effuderit Deus super apostolos et discipulos, tunc reflorebit Jerusalem non terrena, sed spiritualis, scilicet Ecclesia. — *Et erit desertum in charmel.* Hæc supra explicata sunt c. 29, n. 17.

16. Et habitabit in solitudine judicium, et justitia in charmel sedebit.

17. Et erit opus justitiæ pax, et cultus justitiæ silentium, et securitas usque in sempiternum.

18. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta.

19. Grando autem in descensione saltus, et humilitate humiliabitur civitas.

20. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.

16. *Alors* l'équité habitera dans le désert, et la justice se reposera dans le champ fertile.

17. La paix sera l'ouvrage de la justice; et le soin qu'il aura de cultiver *cette* justice *lui* procurera un silence et une tranquillité qui ne finiront jamais.

18. *Car* mon peuple se reposera dans la beauté de la paix, dans les tabernacles de confiance, et dans un repos plein d'abondance.

19. Mais la grêle tombera sur la forêt, et la ville sera profondément humiliée.

20. Vous êtes heureux, vous qui semez sur toutes les *terres arrosées* d'eaux, et qui y envoyez *paître* le bœuf et l'âne.

CHAPITRE XXXIII.

Défaite de Sennachérib. Délivrance de Juda. Gloire de Jérusalem.

1. Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis? et qui spernis, nonne et ipse sperneris? cum consummaveris deprædationem, deprædaberis : cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.

2. Domine miserere nostri : te enim expectavimus : esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis.

3. A voce angeli fugerunt populi, et ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.

1. Mais malheur à vous qui pillez! ne serez-vous pas aussi pillé? *Malheur à vous* qui méprisez! ne serez-vous pas aussi méprisé? Lorsque vous aurez achevé de dépouiller *les autres*, vous serez dépouillé; lorsque vous serez las de mépriser *les autres*, vous tomberez dans le mépris.

2. Seigneur, faites-nous miséricorde, parce que nous vous avons attendu *avec confiance; soyez* le bras qui nous soutienne dès le matin, et notre salut au temps de l'affliction.

3. *Seigneur*, les peuples ont fui au bruit de votre ange; et les nations ont été dispersées par l'éclat de votre grandeur.

16. *Et justitia in charmel sedebit.* La justice tiendra sa séance dans les grands lieux, que le Prophète appelle le *Carmel*, selon l'usage de la langue sainte. La justice, dit Bossuet, éclairait jusqu'aux lieux les plus écartés : les pauvres sentaient son secours, et l'abondance ne corrompait point ceux qui la rendaient (*Politique sacrée*, liv. VIII, Proposition VIIe, *Les guerres et la négligence*).

19. *In descensione saltus.* C'est le châtiment qui doit fondre sur Ninive, la capitale des Assyriens, que renversèrent Nabonassar et Astyages, peu de temps après l'extermination de l'armée de Sennachérib. Dans le verset suivant, le Prophète parle du bonheur du peuple de Dieu qui doit contraster avec la ruine de cette ville orgueilleuse et infidèle.

Cap. XXXIII. — 1. *Væ qui prædaris!* Ce chapitre est une continuation de la prophétie contenue dans le chapitre précédent. Il s'agit donc toujours de l'invasion de Sennachérib. On voit que les interprètes, qui ont rapporté les prophéties précédentes à Nabuchodonosor ou aux Romains, ont méconnu l'unité de ce livre, et se sont jetés dans des applications arbitraires.

3. *A voce angeli.* On ne peut rien de plus précis, et le verset suivant peint à merveille ce qui arriva à cette armée envahissante après que le glaive de l'ange l'eut exterminée.

---

16. *In solitudine.* In gentilitate, quæ antea fuerat deserta et sterilis. — *Judicium.* Justitia. — *In charmel.* Cum scilicet solitudo hæc facta fuerit charmel, id est, frugifera et fertilis per fidem Christi.

17. *Opus justitiæ pax.* Merces justitiæ erit pax. — *Et cultus justitiæ silentium.* Cultura justitiæ silentium, hoc est, quietem et tranquillitatem pariet; sic Chaldæus : *Colentes justitiam quiescent.*

18. *In pulchritudine pacis.* In pulchra et alta pace. — *In tabernaculis fiduciæ.* Fidenter, secure et quiete habitabunt domos suos. — *Requie opulenta.* Paci enim adjuncta erit rerum omnium affluentia.

19. *Grando autem in descensione saltus.* Quasi dicat : E contra vero in saltum, hoc est, silvescentem et desertam synagogam, grando descendet, hoc est, malorum omnium agmen. In hebræo est, *grandinabit autem grando in silvam*, ut vertunt Pagninus et Vatablus. — *Civitas.* Jerusalem.

20. *Qui seminatis super omnes aquas.* Est apostrophe ad apostolos et viros apostolicos : quasi dicat : O vos beatos, qui super omnes aquas, id est, super omnes populos seminatis Evangelium. — *Immittentes pedem bovis et asini.* Id est, prædicatores et operarios Evangelicæ et salutiferæ messis.

Cap. XXXIII. — 1. *Væ qui prædaris.* Væ tibi, Sennacherib, qui prædatus es Judæam, et jam immines urbi Jerusalem. — *Nonne et ipse prædaberis?* Id est, spoliaberis, et præda eris Judæis? — *Spernis.* Judæos et ipsorum Deum. — *Sperneris.* Ab iisdem Judæis, et etiam a tuis qui te castris exutum et profugum occident. — *Cum fatigatus desieris contemnere.* Cum multum et ad satietatem contempseris.

2. *Te enim expectavimus.* In te spem nostram collocavimus. — *Brachium.* Robur. — *In mane.* Quotidie, vel cito.

3. *A voce angeli fugerunt populi.* Hebraice, *a strepitu et tumultu*, qui scilicet factus est

4. On amassera vos dépouilles comme on amasse une multitude de hannetons, dont on remplit des fosses entières.
5. Le Seigneur a fait disparaître sa grandeur, parce qu'il réside dans les lieux très-hauts : il a rempli Sion d'équité et de justice.
6. La foi régnera dans votre temps, la sagesse et la science seront les richesses du salut; et la crainte du Seigneur en sera le trésor.
7. *Mais avant*, ceux de la campagne voyant *les troupes ennemies* seront dans les cris; les députés pour la paix pleureront amèrement.
8. Les chemins sont abandonnés, il ne passe plus personne dans les sentiers; il a rompu l'alliance, *il a renversé* les villes, il ne considère plus les hommes.
9. La terre est dans les pleurs et dans la langueur, le Liban est dans la confusion et dans un état affreux; Saron a été changé en un désert; Basan et le Carmel ont été dépouillés.
10. Je me lèverai maintenant, dit le Seigneur; je signalerai ma grandeur; je ferai éclater ma puissance.
11. *Nations barbares*, vous concevrez des flammes ardentes, et vous n'enfanterez *que* des pailles; votre esprit sera comme un feu qui vous dévorera.
12. *Car* les peuples seront semblables à des cendres qui restent après un embrasement, et à un faisceau d'épines qu'on met dans le feu.

4. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.
5. Magnificatus est Dominus, quoniam habitabit in excelso : implevit Sion judicio et justitia.
6. Et erit fides in temporibus tuis; divitiæ salutis sapientia et scientia : timor Domini ipse est thesaurus ejus.
7. Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.

8. Dissipatæ sunt viæ, cessavit transiens per semitam, irritum factum est pactum, projecit civitates, non reputavit homines.
9. Luxit et elanguit terra : confusus est Libanus, et obsorduit, et factus est Saron sicut desertum : et concussa est Basan et Carmelus.
10. Nunc consurgam, dicit Dominus : nunc exaltabor, nunc sublevabor.

11. Concipietis ardorem, parietis stipulam : spiritus vester ut ignis vorabit vos.

12. Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur.

9. *Confusus est Libanus*. Le Liban était une épaisse forêt, et, au figuré, ses cèdres élevés représentaient les personnes puissantes : *Saron*, *Basan* et le *Carmel*, étaient des lieux agréables et fertiles qui, au figuré, représentent la richesse. Sous ces images, le Prophète nous représente toutes les différentes parties de la Judée dans la désolation, et figurativement, toutes les classes de la société dépouillées et consternées.

---

in castris, percutiente angelo 185 millia Assyriorum. — *Ab exaltatione tua*. Sublimi potentia, vel elevatione manus ad percutiendum. — *Dispersæ sunt*. Dispergentur. — *Gentes*. Militantes in castris Sennacherib.

4. *Sicut colligitur bruchus*. Quid sit bruchus, dixi Levit. 11, 22, scilicet esse genus locustæ : colligunt agricolæ bruchos ne vastent segetes, in fossam projiciunt, et ingesta humo obruunt.

5. *Magnificatus est Dominus*. In strage Sennacherib. — *Habitavit*. Habitat. — *In excelso*. Ideoque se digna, hoc est, excelsa facit, et omnes reges et eorum vires infra se habet. — *Implevit Sion judicio et justitia*. Declaravit Deus hac strage se justum et fidelem esse Sioni, quia plene præstitit ei opem et liberavit a malis quibus premebatur.

6. *Erit fides*. Apparebit veritas, scilicet promissorum Dei. Chald., *faciet Deus quod promisit*. — *In temporibus tuis*. Quamdiu stabis, o Sion. Verius hæc conveniunt Ecclesiæ, cujus typus erat Sion. — *Divitiæ salutis*. Id est, salutares sunt sapientia, scientia et timor Domini, quibus nimirum fideles instructi Deum cognoscunt, et illum reverentur et colunt.

7. *Ecce videntes clamabunt foris*. Per *videntes* intelligit speculatores, qui videntes tantas Assyriorum copias advenientes clamabant, ut qui extra civitatem erant reciperent se intra mœnia. — *Angeli pacis*. Hi sunt nuntii quos Ezechias ad Rabsacem ducem Sennacherib misit pacis componendæ causa, scilicet Eliacim, Sobna et Joahe, qui cum pacem a tyranno non impetrarent, excidium urbis timentes, fleverunt scissis vestibus, ut dicitur infra, c. 36, n. 22.

8. *Dissipatæ sunt viæ*. Sunt verba legatorum ex castris Assyriorum redeuntium, et rerum statum exponentium. Dicuntur viæ *dissipatæ*, id est, *desolatæ*, ut vertit Vatablus. * Præclusi sunt nobis exitus omnes. — *Cessavit transiens per semitam*. Nusquam videtur viator. — *Irritum factum est pactum*. Non potuimus cum Assyriis transigere negotium pacis, * nec Assyrii stare volunt paci quam postremam cum Ezechia fecerant. IV. Reg. 18, 14. — *Projecit civitates*. Capit, evertitque civitates. — *Non reputavit homines*. Judæos omnes vilipendit et contempsit, ut patet IV. Reg. 18.

9. *Luxit, et elanguit terra*. Squalida, deserta, vastata. — *Confusus est Libanus*. Videns se cedris spoliatum, quas in usus exercitus et ad machinas bellicas succiderunt Assyrii. — *Obsorduit*. Decorem amisit quem habebat cum arbores starent, nec ramalibus et truncis omnia occupata essent et confusa. — *Factus est Saron sicut desertum*. Saron regio est Galilææ fertilissima. — *Concussa est*. Et sua pulchritudine et fertilitate privata.

10. *Consurgam*. Contra Assyrios. * Nunc demum, rebus omnibus deploratis, tempus est ut me moveam. — *Exaltabor*. Quia potentiam meam ostendam.

11. *Concipietis ardorem*. Quasi dicat : Quæcumque aliis machinati estis non magis illis nocuerunt quam stipulæ aut quisquiliæ; vobis autem pro fomento perditionis vestræ inservient. Vos enim estis stipulæ incendio destinatæ : simili modo dictum est c. 9, n. 18 : *Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit*. — * *Parietis stipulam*. Stulta consilia inanes habebunt effectus.

12. *Quasi de incendio cinis*. Ut cinis qui post incendium reliquus est. — *Spinæ congregatæ*. Hic cinis efficietur ex collectis spinis, hoc est, Assyriis.

13. Audite, qui longe estis, quæ fecerim, et cognoscite, vicini, fortitudinem meam.
14. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas : quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?
15. [a] Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. [a *Psalm*. 14. 2.]
16. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus : panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt.

17. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe.
18. Cor tuum meditabitur timorem : [a] ubi est litteratus? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum? [a *I. Cor*. 1. 20.]

19. Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis; ita ut non possis intelligere disertitudinem linguæ ejus, in quo nulla est sapientia.

13. Vous *donc* qui êtes loin de moi, écoutez ce que j'ai fait; et vous qui en êtes proche, reconnaissez ma puissance.
14. Les méchants ont été épouvantés en Sion; la frayeur a saisi les hypocrites. Qui de vous pourra demeurer dans le feu dévorant? qui d'entre vous pourra subsister dans les flammes éternelles?
15. Celui qui marche dans la justice et qui parle dans la vérité, qui a horreur d'un bien acquis par extorsion, qui garde ses mains pures, et qui rejette tous les présents, qui bouche ses oreilles pour ne point entendre *des paroles* de sang, et qui ferme ses yeux afin de ne point voir le mal.

16. Celui-là demeurera dans les lieux élevés; il se retirera dans de hautes roches fortifiées, et il ne manquera point de pain, et ses eaux seront fidèles *à couler toujours*.
17. Ses yeux contempleront le roi dans l'éclat de sa beauté, et *ils* verront la terre de loin.
18. *Alors* votre cœur se ressouviendra de ses frayeurs *passées, et vous direz* : Que sont devenus ces faux prophètes, ces savants? que sont devenus ceux qui pesaient toutes les paroles de la loi? que sont devenus les maîtres des petits enfants?
19. Car vous ne verrez point *dans ces lieux sublimes* un peuple impudent, un peuple profond dans ses discours, dont vous ne pourrez entendre le langage étudié, et qui n'a aucune sagesse.

14. *Cum igne devorante*. Sennachérib était la personnification des méchants. Dans les maux qui l'ont frappé et que le Prophète annonce, les Pères ont vu une figure des maux qui attendent les ennemis de l'Église en ce monde ou en l'autre.

17. *Regem in decore suo*. D'après l'Hébreu : Vos yeux contempleront le roi dans l'éclat de sa gloire; ils verront la terre d'Israël auparavant resserrée, devenue d'une vaste étendue. Le roi dont il est ici parlé est, selon la lettre, Ézéchias. Mais comme Ézéchias était la figure du Christ, on peut donner aux paroles du Prophète l'extension que leur donne Ménochius.

18. *Verba ponderans*. C'étaient les incroyants qui, ne voulant pas avouer ouvertement leur incrédulité, cherchaient à mettre les Prophètes en opposition avec la Loi, comme aujourd'hui ils cherchent à mettre les ministres de l'Église en opposition avec le texte de l'Évangile. — *Doctor parvulorum*. Ces faux sages, ces faux savants avaient la prétention de former la jeunesse, et ils ne lui inculquaient que des préjugés ou des erreurs qui prouvaient leur mauvaise foi et leur ignorance.

---

14. *Conterriti sunt*. Videntes cladem Assyriorum. — *Peccatores*. Judæi aliqui hypocritæ et impii. — *Quis poterit habitare?* Quasi dicat : Audite, et ad majoris incendii cogitationem animos erigite. Si gravissimum supplicium vobis videtur quod de Assyriis sumpsi, quid de gehennæ ardoribus æternis sentiendum erit!

15. *Projicit avaritiam ex calumnia*. Qui detestatur divitias augere per innocentium calumnias et per injustitiam. — *Ne audiat sanguinem*. Chald. *effundentes sanguinem innocentem*. LXX, *judicium sanguinis*, scilicet iniquum. * Qui surdus est ad calumnias, per quas vitæ alterius periculum struitur. — *Videat malum*. LXX, *iniquitatem*, qui non probat quæ male et inique geruntur.

16. *In excelsis*. In cœlo et in Ecclesia triumphante. — *Munimenta saxorum sublimitas ejus*. Idem repetitur, sed sub excelsæ et munitæ rupis metaphora. * LXX, οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς, *hic habitabit in excelso specu petræ fortis*, id est, erit non minus tutus quam si turrim in rupe inaccessa habitaret. — *Panis ei datus est*. Cibus et potus ei dabitur divinæ visionis nunquam deficientia. — *Aquæ ejus fideles*. Jugiter manantes, quæ nunquam deficiunt, aut fallunt.

17. *Regem in decore*. Deum et Christum in sua gloria. — *De longe*. Eminens e cœlo empyreo.

18. *Cor tuum meditabitur timorem*. Quasi dicat : Si hæc serio perpendas, timorem concipies ne æterna felicitate excidas, et ne in æternam damnationem incurras. * Vel dulcis erit recordatio præteritorum periculorum quæ evaseris. — *Ubi est litteratus?* Qui hæc non intellexit, sed inani sua sapientia sibi placuit. Citat hunc locum D. Paulus, I. Cor., 1, 20.

19. *Populum impudentem non videbis*. Redit ad dicta versiculo 17, quasi per parenthesin, interposito vers. 18. Sententia est : in patria cœlesti non videbis homines impudentes, superbos, barbaros. Alludit ad mores Assyriorum qui tales erant. — *Alti sermonis*. Cujus sermo obscurus et barbarum sonans. Omnes enim cœli cives affabiles erunt. — Hebr. est נלעג id est, *nilhag*, *blæsum*, vel *balbum linguæ*. — *In quo nulla est sapientia*. Sed tantum barbara et ferox stoliditas.

20. *Mais* considérez Sion, cette ville consacrée à nos fêtes solennelles : vos yeux y verront Jérusalem *qui est une* demeure pleine de richesses, une tente qui ne sera point transportée ailleurs, *car* les pieux qui l'affermissent en terre ne s'arracheront jamais, et tous les cordages qui la tiennent ne se rompront point.

21. Parce que le Seigneur ne fera voir sa magnificence qu'en ce lieu-là. Les eaux qui y couleront auront un canal très-large et très-spacieux. Cependant les vaisseaux à rames ne prendront point leur route par là, et la grande galère n'y passera point.

22. Car le Seigneur est notre juge ; le Seigneur est notre législateur ; le Seigneur est notre roi : c'est lui qui nous sauvera.

23. Vos cordages se relâcheront ; ils ne pourront plus *résister aux vents* ; votre mât sera dans un tel état que vous ne pourrez plus étendre vos voiles. *Alors* on partagera les dépouilles et le grand butin que vous avez pris. Les boiteux en viendront prendre leur part.

24. Et celui qui sera proche ne dira point : Je suis trop las, et le peuple qui habitera dans la ville recevra le pardon de ses péchés.

20. Respice Sion civitatem solemnitatis nostræ : oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit ; nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur ;

21. Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster ; locus fluviorum rivi latissimi et patentes ; non transibit per eum navis remigum, neque trieris magna transgredietur eum.

22. Dominus enim judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster ; ipse salvabit nos.

23. Laxati sunt funiculi tui, et non prævalebunt, sic erit malus tuus ut dilatare signum non queas. Tunc dividentur spolia prædarum multarum ; claudi diripient rapinam.

24. Nec dicet vicinus : Elangui ; populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

CHAPITRE XXXIV.

Vengeance du Seigneur contre les nations et en particulier contre l'Idumée.

1. Venez, nations, écoutez-moi ; peuples, soyez attentifs ; que la terre d'une extrémité à l'autre prête l'oreille ; le monde et tout ce qu'il produit.

1. Accedite, gentes, et audite ; et populi attendite ; audiat terra, et plenitudo ejus ; orbis, et omne germen ejus.

20. *Videbunt Jerusalem.* Sion et Jérusalem représentent ici l'Église, à qui seule convient l'application complète de ces magnifiques paroles qui annoncent sa perpétuité, son universalité et son infaillibilité. Car il n'y a que la société fondée par Jésus-Christ qui puisse braver les injures du temps et les attaques des hommes.

24. *Auferetur ab eo iniquitas.* D'après l'Hébreu : Le voisin ne dira point : J'en suis empêché, et le peuple qui habite parmi eux prendra sa part du butin.

CAP. XXXIV. — *Accedite, gentes.* Cette prophétie n'est que le développement de la prophétie contre l'Idumée que nous avons vue résumée succinctement au chapitre XXI, versets 11 et 12. Isaïe décrit ici les maux qui devaient fondre sur les nations qui entouraient la Judée, et spécialement sur l'Idumée. L'accomplissement de cette terrible prédiction eut lieu sous Assar-Haddon, le fils et le successeur de Sennachérib.

---

20. *Respice Sion.* Vox *Sion* vel est vocativi casus, et sensus est : O cives Sionis, respicite ; vel accusativi, et sensus est : Respice Sionem, quæ est civitas solemnitatis nostræ. — *Solemnitatis nostræ.* In cœlo enim erit perpetua solemnitas, in eo tantum occupatis beatis ut Deum laudent, et illo fruantur. — *Habitationem opulentam.* Quia omni bonorum genere affluit. — *Quod nequaquam transferri poterit.* Nam cœlestes illæ mansiones ruinæ non sunt obnoxiæ, ut hujus temporis quantumvis bene fundata palatia. — *Clavi ejus.* Ita de cœlo loquitur, insistens allegoriæ tabernaculorum quæ funiculis intenduntur et clavis, ad quos religantur funes, firmantur, ne vento, aut alia ratione evertantur.

21. *Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster.* Quasi dicat : Hæc omnia quæ enumeravi cernere est in patria illa cœlesti, quia sub uno tantum principe summo Deo in alta pace regitur, a quo magnifice omnia et ad æternitatem instructa sunt. — *Locus fluviorum.* In Jerusalem non terrestri (hæc enim laborat aquarum penuria), sed cœlesti erit ingens fluvius, plurium fluviorum instar, ex quo rivi latissimi et patentes in omnem partem defluent. Hujus cœlestis fluvii meminit S. Joan. in Apocalyp., cum ait c. 22, 1 : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et agni.* Fluvius hic significat exuberantiam donorum, gaudiorum et voluptatum quas Deus et Christus in beatos affundent. — *Non transibit.* Nulla navis, aut triremis hostilis per hunc fluvium transibit, quæ urbis pacem turbet, vel opes diripiat. — *Trieris.* Triremis, vox græca τριήρης.

23. *Laxati sunt funiculi tui.* Transit ad Assyrium Judæorum hostem, quem alloquitur continuata navis allegoria ; sensus est : rudentes navis tuæ laxati sunt, soluti, aut fracti. — *Non prævalebunt.* Inutiles facti, et malum navis in suo statu erectum retinere non valentes. — *Sic erit malus.* Malus navis tuæ evertetur, nec in illius sublimitate, ut fieri solet, vexillum tuum explicare poteris. — *Dividentur spolia.* Exercitu tuo ab angelo percusso. — *Claudi diripient rapinam.* Adeo nullus erit qui prohibeat.

24. *Nec dicet vicinus : Elangui.* Sed omnes circumjecta loca habitantes alacres erunt, et erecti in colligendis spoliis. — *Auferetur ab eo iniquitas.* Occisis, vel fugatis iniquis Assyriis, a quibus opprimebatur, populo in ea regione habitanti melior fortuna affulgebit.

CAP. XXXIV. — 1. *Accedite.* Ex clade Sennacherib assurgit, et avolat de more ad excidium orbis in fine sæculi. — *Plenitudo ejus.* Quidquid terræ ambitu continetur. — *Omne germen ejus.* Chald. *habitatores.* LXX. *populus.*

2. Quia indignatio Domini super omnes gentes, et furor super universam militiam eorum ; interfecit eos, et dedit eos in occisionem.

3. Interfecti eorum projicientur, et de cadaveribus eorum ascendet fœtor ; tabescent montes a sanguine eorum.

4. Et tabescet omnis militia cœlorum, et complicabuntur sicut liber cœli ; et omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea et de ficu.

5. Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus ; ecce super Idumæam descendet, et super populum interfectionis meæ, ad judicium.

6. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, et hircorum, de sanguine medullatorum arietum ; victima enim Domini in Bosra, et interfectio magna in terra Edom.

7. Et descendent unicornes cum eis, et tauri cum potentibus ; inebriabitur terra eorum sanguine, et humus eorum adipe pinguium ;

8. Quia dies ultionis Domini, annus retributionum judicii Sion.

9. Et convertentur torrentes ejus in picem, et humus ejus in sulphur ; et erit terra ejus in picem ardentem.

10. Nocte et die non extinguetur ; in sempiternum ascendet fumus ejus, a generatione in generationem desolabitur, in sæcula sæculorum non erit transiens per eam.

2. Car l'indignation du Seigneur *va fondre* sur toutes les nations ; sa fureur *se répandra* sur toutes leurs armées ; ils mourront d'une mort sanglante ; il les fera passer au fil de l'épée.

3. Ceux qui auront été tués, seront jetés *en monceaux* : *de sorte qu'*une puanteur horrible s'élèvera de leurs corps ; et les montagnes dégoutteront de leur sang.

4. Toutes les étoiles du ciel seront comme languissantes ; et les cieux se plieront et se rouleront comme un livre ; tous les astres en tomberont comme les feuilles tombent de la vigne et du figuier.

5. Car mon épée s'est enivrée de sang dans le ciel. Elle va se décharger sur l'Idumée, et sur un peuple dans le carnage duquel je signalerai ma justice.

6. L'épée du Seigneur est pleine de sang ; elle s'est engraissée du sang des agneaux et des boucs, du sang des béliers les plus gras ; car le Seigneur s'est préparé un sacrifice dans Bosra, et il fera un grand carnage dans la terre d'Edom.

7. Les licornes descendront avec eux *dans le tombeau*, et les taureaux avec les plus puissants d'entre eux ; la terre *s'enivrera* de leur sang ; et les champs s'engraisseront de la graisse de leurs corps.

8. Car le jour de la vengeance du Seigneur *est venu*, et le temps de faire justice à Sion *est arrivé*.

9. Les torrents se changeront en poix, la poussière s'y changera en soufre, et la terre deviendra une poix brûlante.

10. *Le feu qui la dévorera* ne s'éteindra ni jour ni nuit ; il en sortira pour jamais un tourbillon de fumée ; sa désolation subsistera de race en race ; et il n'y passera personne dans la suite de tous les siècles.

4. *Et complicabuntur sicut liber cœli.* Saint Jean emploie les mêmes expressions dans son *Apocalypse*, lorsqu'il décrit le fléau annoncé à l'ouverture du sixième sceau (chap. VI, verset 13-14). C'est ce qui a porté les saints Pères et les commentateurs à voir dans ces paroles une peinture de ce qui arrivera à la fin des siècles.

6. *De sanguine agnorum et hircorum.* Les boucs, les béliers, les taureaux et les autres animaux dont il est fait mention dans la suite de cette prophétie sont tous, dit Lowth, compris dans cette classe d'objets que l'usage a consacrés pour désigner les chefs cruels, les tyrans insolents et orgueilleux des nations ennemies de Dieu.

---

2. *Militiam.* Exercitum, multitudinem. LXX, *numerum.* — *Interfecit.* Interficiet omnes gentes, partim per ignem conflagrationis mundi, partim per plagas illi prævias.

3. *Tabescent montes.* LXX, *rigabuntur*, imbuentur, profundentur sanguine.

4. *Tabescet omnis militia cœlorum.* Nam sol, et luna, et sidera sub diem judicii commovebuntur, obscurabuntur, et lumen suum retrahent. — *Complicabuntur sicut liber.* Sicut libri (sic olim fiebat) circa cylindrum explicantur et circumvolvuntur, et tunc absconsis litteris legi non possunt ; ita cœlum ejusque stellæ quasi litteræ abscondentur atris nubibus, ut videri non possint, perinde ac si cœlum esset complicatum et convolutum. — *Defluet.* Stellis e cœlo cadentibus ; nam, ut ait Christus, Matth., 24, 29 : *Stellæ cadent de cœlo.*

5. *Inebriatus est in cœlo gladius meus.* Ultione mea in ipso cœlo grassante. — *Super Idumæam.* Idumæi semper hostes fuerunt Judæorum ; itaque illis minatur exitium, eorumque allegoria omnes impios intelligit. — *Interfectionis meæ.* A me interficiendum. — *Ad judicium.* Chald. *in judicio.* LXX, *cum judicio*, id est, justum judicium et vindictam in eos exercendo.

6. *Incrassatus est adipe.* Solet enim culter, quo oves pingues jugulantur, sanguine et adipe imbui. — *Agnorum... hircorum... arietum.* Nulli ætati, sexui, aut gradui parcet hostilis gladius, sed in omnes promiscue deseviet. — *Victima enim Domini in Bosra.* Cædem facturus est Deus in Bosra urbe primaria Idumææ. — *In terra Edom.* In Idumæa.

7. *Descendent unicornes.* Unicornes et tauros vocat viribus robustos et armis validos, quasi dicat : Hi omnes cadent cum imbelli plebe, et ad orcum descendent. — *Cum potentibus.* Divitibus et primoribus.

8. *Annus in retributionem judicii Sion.* Id est, annus quo rependet Deus Idumæis, et in eorum caput regeret mala quibus Sionem affecerunt, ut Sioni jus suum reddat. In die judicii Deus vindicabit injurias Sioni, id est, Ecclesiæ factas.

9. *Convertentur torrentes ejus in picem.* Chaldæis Idumæam incendentibus ita ardebit, ac si aquæ torrentium ejus in picem versæ essent. Id plane accidet in conflagratione mundi.

11. Le butor et le hérisson la posséderont; l'ibis et le corbeau y établiront leur demeure. *Le Seigneur* étendra la ligne sur elle pour la réduire au néant, et le niveau, pour la détruire de fond en comble.

12. Les grands du pays n'y demeureront plus; mais ils invoqueront un roi *qui ne pourra les secourir* : et tous ses princes seront anéantis.

13. Les épines et les orties croîtront dans ses maisons, les chardons rempliront ses forteresses, et elle deviendra la demeure des dragons et le pâturage des autruches.

14. Les démons et les onocentaures s'y rencontreront, et les satyres y jetteront des cris les uns aux autres. C'est là que la syrène se retire, c'est où elle trouve son repos;

15. C'est là que le hérisson fait son trou, et qu'il nourrit ses petits; et qu'ayant fouillé tout autour *pour l'élargir*, il les fait croître dans l'ombre de sa caverne : c'est là que les milans s'assemblent, et qu'ils se joignent l'un à l'autre.

16. Cherchez et lisez avec soin dans le livre du Seigneur; et vous trouverez qu'il ne manquera rien de ce que j'annonce; une seule de mes paroles ne sera pas vaine, parce que ce qui sort de ma bouche m'a été inspiré de Dieu, et que c'est son esprit qui rassemblera tous ces monstres.

17. C'est lui qui leur fera leur partage; sa main la divisera entre eux avec mesure; ils la posséderont éternellement, ils y habiteront dans la succession de tous les siècles.

11. Et possidebunt illam onocrotalus et ericius : ibis et corvus habitabunt in ea; et extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, et perpendiculum in desolationem.

12. Nobiles ejus non erunt ibi; regem potius invocabunt, et omnes principes ejus erunt in nihilum.

13. Et orientur in domibus ejus spinæ, et urticæ, et paliurus in munitionibus ejus, et erit cubile draconum, et pascua struthionum.

14. Et occurrent dæmonia onocentauris, et pilosus clamabit alter ad alterum; ibi cubavit lamia, et invenit sibi requiem.

15. Ibi habuit foveam ericius, et enutrivit catulos, et circumfodit, et fovit in umbra ejus; illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum.

16. Requirite diligenter in libro Domini, et legite : unum ex eis non defuit, alter alterum non quæsivit; quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, et spiritus ejus ipse congregavit ea.

17. Et ipse misit eis sortem, et manus ejus divisit eam illis in mensuram; usque in æternum possidebunt eam, in generationem et generationem habitabunt in ea.

12. *Regem potius invocabunt.* D'après l'Hébreu : On ne parlera plus là de royaume; ses grands et tous ses princes seront anéantis. Le Prophète nous représente le pays flagellé sous l'image d'une terre complètement abandonnée, d'une solitude affreuse, et il retrace avec une effrayante énergie l'état de désolation dans lequel tombe un peuple que le Très-Haut a condamné.

---

11. *Onocrotalus.* Quid sit onocrotalus dixi Levit. 11, 18. — *Ericius.* De quo vide supra, c. 14, n. 23. — *Ibis.* De quo Levit. 11, 17. Significatur summa Idumææ, id est, mundi vastitas et desolatio, ita ut hominibus vacua, feris, si quæ sint, habitanda relinquatur. — *Extendetur super eam mensura.* Est metaphora ducta a linea fabrorum, qua partem parietis, quam diruere in animo habent, metiuntur. — *Ut redigatur ad nihilum.* Quasi dicat : Deus non plus infligit pœnæ quam quis meritus sit, sed omnem punitionis modum quasi perpendiculo aut amussi dirigit : at Idumæorum et impiorum scelera tam multa erant, tamque atrocia, ut plane desolandi sint et ad nihilum redigendi.

12. *Non erunt ibi.* Sed vel occidentur, vel abducentur captivi. — *Regem potius invocabunt.* Victi et supplices regem Nabuchodosor invocabunt; sic impii in extremo judicio pœnam deprecantes dicent : *Quando te vidimus esurientem, etc., et non ministravimus tibi?* Matth. 25, 44. — *Erunt in nihilum.* Ad extremam miseriam redacti.

13. *Paliurus.* Est genus spinæ et rubi, inquit Plin., lib. 24, c. 13, de quo Virg., Eclog. 5 :

Carduus et spinis surgit paliurus acutis.

— *Cubile draconum.* Idumæa vastata serpentibus, draconibus, struthionibus, aliisque hujusmodi feris relinquetur.

14. *Occurrent dæmonia onocentauris.* Monstra, spectra et larvæ in desertis locis apparebunt specie ferarum, onocentaurorum, satyrorum, etc. — *Onocentauris.* Onocentaurus est monstrum ex asino inferne, et ex homine superne conflatum, qualia monstra fuisse olim credidit antiquitas. Alludit aliquando Scriptura sive ejus interpres ad fabulas poetarum, ut notavit D. Hier. Sic Judith, 16, 8, fit mentio Titanum, et Job, 42, 14, cornu Amaltheæ. — *Pilosus.* Dæmones specie hircorum hirsuti, quos vetustas faunos et satyros dixit. *Clamabit alter ad alterum.* Chaldæus vertit : *Dæmones inter se colludent* : sic supra, c. 13, 21, dixit, *saltabunt.* — *Lamia.* Sunt dæmones succubi, vel illorum spectra, quæ empusæ dicuntur, apparentque mulierum forma, quæ ad venerem homines illicere dicuntur, ut eos devorent.

15. *Ericius.* Vide dicta supra, c. 14, n. 23.

16. *Requirite diligenter in libro Domini.* Quæ tunc accident recensete et componite cum his quæ in hac prophetia, quæ est liber Domini, dicuntur. Italice diceremus : *Confrontate*, etc. — *Unum ex eis non defuit.* Omnia ad unguem evenerunt ut prædicta sunt. — *Alter alterum non quæsivit.* Alterum monstrum vel infortunium opus non habuit quærere comparem suum, quia scilicet aderat. — *Spiritus ejus ipse congregavit ea.* Spiritus Domini, voluntas scilicet et jussio Domini, hoc agmen malorum congregavit et ordinavit.

17. *Ipse misit eis sortem.* Id est, Deus jam dictis animalibus et monstris divisit Idumæam, et cuique dedit suam sortem, locum et mensuram, quasi proprii et perpetui ejus incolæ essent futuri.

CHAPITRE XXXV.

Rétablissement de la Judée. Biens promis aux enfants de Juda.

1. Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium.

2. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans; gloria Libani data est ei; decor Carmeli, et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri.

3. Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate.

4. Dicite pusillanimis : Confortamini, et nolite timere; ecce Deus vester ultionem adducet retributionis; Deus ipse veniet, et salvabit vos.

5. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt.

6. Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum; quia scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine.

7. Et quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum. In cubili-

1. En *ce temps-là* la terre, qui était déserte et sans chemin, se réjouira; la solitude sera dans l'allégresse, et elle fleurira comme le lis.

2. Elle poussera, et elle germera de toutes parts; et elle sera dans une effusion de joie et de louange. La gloire du Liban lui sera donnée, la beauté du Carmel et de Saron; *les habitants de cette terre* verront eux-mêmes la gloire du Seigneur et la magnificence de notre Dieu.

3. Fortifiez les mains languissantes, et soutenez les genoux tremblants *de ce peuple.*

4. Dites à ceux qui ont le cœur abattu : Prenez courage; ne craignez point : voici votre Dieu qui vient vous venger, et rendre aux hommes ce qu'ils méritent. *Oui*, Dieu viendra lui-même et il vous sauvera.

5. Alors les yeux des aveugles verront le jour, et les oreilles des sourds seront ouvertes.

6. Le boiteux bondira comme le cerf, et la langue des muets sera déliée, parce que des sources d'eaux sortiront de la terre *pour se répandre* dans le désert, et *que* des torrents *couleront* dans la solitude.

7. *De sorte que* la terre, qui était desséchée, se changera en étang, et celle qui brûlait de

Cap. XXXV. — 1. *Lætabitur.* M. Lowth ne voit dans ce chapitre et le précédent qu'un seul et même poëme divisé en deux parties qui font contraste. Dans la première, le Prophète a fait une peinture effrayante des maux qui allaient fondre sur les nations ennemies du peuple de Dieu. Ici il nous montre Juda dans la joie après que ses ennemis ont disparu. Cette prophétie s'applique littéralement à Jérusalem et à la Judée qui, après la ruine de l'armée de Sennachérib, furent dans l'abondance et la joie sous le règne d'Ezéchias. Mais les expressions de cette peinture sont si élevées, qu'à partir du verset 4 au verset 8 on ne peut s'empêcher de les entendre du règne de Jésus-Christ et de l'Evangile, et de l'effusion de la grâce qui fut l'effet de l'avénement du Messie. C'est pour cela que l'Eglise nous fait lire ce chapitre à la messe du samedi des Quatre-Temps de l'Avent à la première Epître.

